Σὺν τῷ Θεῷ:

VINDICIARUM BIBLICARUM

PARS I,

Exhibens ſolidam Philologicarum notarum, Theologicarum controverſiarum, atque ἐναντιοφανῶν, in Pentateucho Moſaico occurrentium, enodationem,

adornata à

M. ANDREA PRÜCKNERO,
Coburgo-Francone, Dn Comitis à Caſtello Eccleſiaſte.

Cum Indicibus Auctorum, Locorum communium, ſeu materiarum, rerum & verborum ſufficientiſſimis.

Annô Epoches Chriſtianæ M. DC. LXIII.


IN LUMINE TUO VIDEBIMUS
LU
MEN
M·ANDREÆ PRÜCKNERI
COMMENTARIUS
In Vetus et Novum Testamentum
FRANCOFURTI
Sumptibus Joannis Beyeri.

COMMENTARIUS PHILOLOGICO THEOLOGICUS,

in omnes

VETERIS ET NOVI TESTAMENTI LIBROS, TAM CANONICOS, QUAM APOCRYPHOS,

In quinque Partes diſtributus;

In quo

TEXTUS ORIGINALIS BREVITER, AST ACCURATE EXPLICATUR, & à ſtrophis Adverſariorum vindicatur,

AUTHORE

M. ANDREA PRUCKNERO,

Coburgo-Francone. Domini Comitis à Caſtello Eccleſiaſte.

CUM INDICIBUS

AUCTORUM, LOCORUM COMMUNIUM, SEU MATERIARUM, RERUM ET VERBORUM SUFFICIENTISSIMIS.



FRANCOFURTI AD MOENUM,

[illegible]ubus JOHANNIS BEYE[illegible] [illegible]p.

Typis Balthaſaris Chriſtophori Wuſtij.

ANNO M. DC. LXIII.

ILLUSTRISSIMO AC CELSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO Dn. FRIDERICO WILHELMO,

Duci Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, ac Montium,

Landgravio Thuringiæ, Marggravio Misniæ, Comiti de Marca & Ravenspurg, Domino in Ravenstein, &c.

Principi ac Domino suo clementissimo,

PRudenter Plato monuit, Serenissime Princeps, Pater patriæ clementissime, duas res in hoc mundo adspectabili imprimis enitere, in cœlo *Solem*, in Republica *Principem justum*. Quod si hæc sententia Platonem non habuisset autorem, tamen Vestra Celsitudo ita regit, ita vivit, ut ipsô factô probet, hanc sententiam esse è cœlo allatam. Nam sive regat Vestra Serenitas, in potentia ita lucet *justitia*; sive vivat in moribus, ita eminet *pietas*, ut Ducatus vestri lætentur, se non tam *suâ natura*, quàm *vestra justitia* felices esse.

Sciunt enim, Celsitudinem Vestram nihil avarè, nihil incautè agere, sed omnia *decenter*, omnia *providè* exequi. Sciunt Celsitudinem vestram nihil unquam in dicenda sententia aut metui aut gratiæ dare, nunquam quicquam veritate charius habere. Sciunt denique, Celsitudinem Vestram præsidio esse afflictis, & quod majus, in salute subditorum promovenda excubare; quod maximum verò, orthodoxam religionem Sibi curæ esse, Ecclesiæq; suæ præbere halcyonia. Hæc ipsa, Princeps Illustrissime, animô mecum volvens atq; revolvens, fateor, stimulum dedisse, ut Serenitati Vestræ istam Vindiciarum partem submissè consecrarem, justissimæq; tutelæ vestræ submitterem. Accipiet igitur Illustrissima Vestra Celsitudo hanc meam opellam, eamq; æquâ & benignâ fronte respiciet; sic erit, ut in honoribus patriis ampliandis laborē alacriùs. Interim Deus, misericordiarum Pater, Illustrissimam Celsitudinem Vestram, cum Serenissima Conjuge, & prole Illustrissima-suavissima, umbrâ alarum Suarum protegat, omnia adversa averruncet, ac patriæ diutiùs sospitem conservet, ita ex intimis animi medullis voveo. Calendis Mart. Anno 1663.

Illustriß. Celsit. V. subjectissimus

M. ANDREAS PRÜCKNERUS.

Lectori cordato atq; benevolo Salutem!

PAuca ſunt, æquiſſime Lector, de quibus in ipſo operis hujus veſtibulo moneri te, operæ precium duxi. Omnium verò primùm ſcias velim, Vindiciis iſtis me ad *veram S. S. Bibliorum intelligentiam*, velut manuductione viam monſtrare: Si quem proinde *plurium fortè materiarum Theologicarum defectum* deprehendas, ne unius quidem ingenii alâ omnes omnium Sacrarum Muſarum cellulas pervolari poſſe, haud invitus annues. Hac in palæſtra prævivi, tu ſequere. Metonymiam ſubjecti pro adjuncto, & vice verſa, itemque Synecdochen generis pro ſpecie, & contrà, in notis Philologicis adductas, aliter apud Ariſtotelis ſequaces accipi, ſi objectes; B. Dn. D. Glaſſii Philologi alioqui peracuti, in Rami licèt Schola educati, veſtigiis me inſtitiſſe, olfacies. *Styli æquabilitatem* ſi deſideres, aliorum me verbis loqui Theologorum, cum-primis noſtratium, maluiſſe, quàm meis inſiſtere, cogitabis. Non quo *ſtylo* hæc ſint Scripta, ſed quo *ſenſu*, perpendes! Si enim recti ſenſus, quid refert in re tam ardua, quo velo aut veſte, modò non indecorâ, eos texuerim? *Theologos*, quorum operâ uſus fui, nôſſe ſi concupiſcas, gratâ ipſos allegare lubuit memoriâ, quamvis arroganti ſine titulo. Ad laudem enim atque exiſtimationem ingenui probiq; viri inter-eſſe, meo ſemper exiſtimavi cum *Heinſio*, ſubfin. Ariſtarch. Sacr. ut per quos profecerit, à quibus fuerit adjutus, nemo ignoret. Si *meæ hæc ſtationis* non eſſe autumes, te ſenſu tuo abundare, & ſi velis, ſapientem etiam tibi videri, non refragabor. Certè cordi & curæ eſſe debet omnibus, cujuscunque ſint ſtationis, Eccleſiæ emolumentum; id quod omine haud fallaci ex Vindiciis illis emanaturum olfeci, quum ſtudioſa juventus diverſis ex Academiis earum editionem quotidianis penè conviciis hactenus flagitavit, atque etiamnum efflagitat. Si tandem *humanam hanc linguam* aut *calamum* alicubi titubantem perſentiſcas, ne aſperè quæſò nimis luam, cùm nusquam *malitia* ſit aut *pertinacia*, ſed *humana ſaltem imbecillitas & Caligo*. Meliora edoctus nemini non cedam cum B. Auguſtino libr. contr. Epiſt. Fund. c. 3.

Ita ſeriò conquieſco: velim tu mecum.

INDEX PRIMUS AUTHORUM,

qui in hoc opere, vel citantur, explicantur, refutantur.

Klingii Conradi L.C. Theologici Parisiis 1574. in 8.
Lalius Laur. de verbo Dei scripto. Francof. 1609. 8.
à Lapide opera Antverpia 1630. fol.
Lechnerus Gaspi de adoratione imaginum. Ingolst.
Lessius Leonh. de virtutibus Cardinal. Lovanii 1605. f.
Levi Ben Gerson in libros Regum.
Libavius Andr. de universitate & origine rerũ 1613. 4.
analysis colloq. Ratisbonensis Francof. 1602. 4.
Lindani Guilielmi panoplia Colonia 1575. fol.
Lozetas dialogus de sacrorum librorum versione.
Lombardi Petri libri sententiarum. Lugduni 1618. 8.
Lorichius fortalitium fidei.
Luca Francisci Brugensis observ. in Bibl. Antv. 1608.
Lutheri Mart. Tomi Wittebergenses.
Lyra Nicol. glossa in Biblia Basilea. 1506. fol.
Lyseri Polycarpi Harmonia Evangelica Francof. 1616.
commentarius in Genesin.
depulsio necessaria 1631. in 12.
Magdeburgensis historia Ecclesiast. Basilea 1560. fol.
Magiri Tobia Physiologia peripatetica. (1572. 4.
Majeri Joh. controv. seu de differentiis Schismatum
Maldonati Joh. comment. in Evang. Mogunt 1624. f.
Malvenda Thomas de Anti Christo Lugd. 1647. fol.
Mantuani Joh. Baptist. opera Antverp. 1576. 8.
Mariana Joh. de rege & ejus institut. Francof. 1611. 8.
Marsilius Alnys in libros sententiarum comment.
Martinus Frider. de jure censuum Friburgi 1606. 4.
Martinus Matthia. Mentzerus anti-Nisbetumenus.
Martini Jac. Systema Theologia Wittenberga 1632. 8.
de tribus Elohim ibid. 1619. 8.
partitiones Theologica ibid. 4.
disputationes de loco. de S. Script. de princ. fidei. Ibid.
Martyris Petri loci Theologici Basilea. fol.
contra Gardinerum.
de voto & cœlibatu contra Smithaum.
Massonii Christoph. anatomia contra Wellerum. 4.
Matthas Antonii disputationes de fundamentis juris aliter jaciendis 1623. 12.
Matthia Christiani Systema Politicum Marb. 1631. 8.
collegium anti-Photinianum 1618. 4.
Medina Mich. de sacrorum hom. contin. Ven. 1659. f.
de recta ad Deum fide. Ven. 1565. fol.
Meelführer Joh. vindicia Evangelica Norib. 1617. 4.
Meisneri Balthasaris Philosoph. sobria Giessa 1617. 8.
dissertatio de legibus Witteb. 1632. 8.
anthropologia sacra. Ibid. 1619. 4.
consideratio Theolog. Photiniana Witteb. 1623. 8.
depulsio excubiarum Papisticarum. Ibid. 1621. 4.
commentarius in Hoseam. Witteb. 1620. 8.
de Mendoza Petrus Hurtadus commentaris in universam Philosophiam,
Mézerus Balthasar in disputat. Giessensib. 1607, in 8.
anti-Sadeel ibid. 1609. in 8.
Martinius ἐλεγχόμενος ibid. 1618. in 8.
exegesis Augustana cõfessionis Francof. 1640. in 12.
disputationes contra Pistorium.
Mercerus Joh. in Ecclesiasten Geneva 1573. fol.
Meyfare Joh. Matthas pralectiones Theolog. in Hutteri compendium. anti-Costerus
meletemata Theolog. Coburgi 1623. in 8.
Molinas Petri anatomia Arminianis. Parisiis 1619. 4.
Mornayus Philippus de veritate religionis Christiana, Herborna 1592. in 8.
Mosis Maimonidis Moreh nebuchim Basilaa, 1629. 4.
Musculi Wolffgangi L.C. Bas. 1561 fol.
Nahum Jodeci assertiones de cœna Domini 1596. in 8.
conciones Dominicales. 1609. in 4.
Nicolai Laurẽtius de cõfes. Christ. Cracovia. 1604. 4.
de ministrorum Evangelicorũ reformat. ibid. in 16.
Nihusius Bartholdus de invocatione SS.
Ocham Guiliel. in libros sententiarum
Ochinus Bernhardin. de polygamia Basilea 1563. in 8.
ab Oleastro Hieron. annotationes in pentateuchum
Origenis opera Basil. 1545. fol. (Lugd. 1586. fol.
Osii Stanislai confessio Petricoviẽsis Moguntia 1557 f.
Osiander Andreas de imagine Dei Regiomõti 1550. 4.
Luca paraphrasis Biblica 1609. fol.
enchiridium controversiarum Lipsi. 1605. in 8.
disputatio de omnipraesentia (Anabaptist. eod. in 8.
defensio refutat: Costerian:
Ostorodii institutiones Germanica Racovia 1604.
Libri cõtra Tradeliũ Racovia bey Alexi Rodezki
Ovidii opera.
Paludanus Petrus, in libros sentent. Parisiis 1530. f.
Panigarola Francisci disceptationes Calviniana Mediolani 1594. in 4.
Paraus Davidis Calvinus defensus,
de litera & sententia verborum Domini, 1603. in 12.
castigationes Bellarmini,
commentarius in Hoseam Heidelberg. in 4.
Patzmanni Petri hodegeticus ad veritatem div. ducens. Ungaricè primum Posonii excusus. 1613. post
Latine factus (nia 1592. in 4.
Peltanus Theodorus de Christi satisfactionibus Colo-
Pererii Benedicti commentarius in Genesin Moguntia 1612. fol. in Danielem Lugd. 1591. fol. Johannem
ibid. 1608. fol. ad Romanos ibid. 1603. fol.
Peresius Martinus de traditionibus 1551. fol.
Perkinsius Wilhelmus opera omnia Geneva 1624. fol.
Petrarcha Francisci opera Basilea 1554. fol.
Pezelii Christoph. L.C. Neustadt 1580. in 8.
Philastrii catalogus Hareticorum in Bibl. Patrum.
Philonis Judai opera Parisiis 1640. fol.
Pighii Alberti assertio Hierarchia Eccl. Col. 1572. fol.
Pinti Hectoris commentarius in Esaiam Col. 1616. 4.
Piscator Joh. volumina Theolog. 1624. in 8.
Pistorii Hodegeticus
Platina B. de vitis R. Pontific. Colonia 1626. in 4.
Platus Hieron. de bono statu religiosi Antvv. 1604. 8.
Polani Amandi commẽtarius in Danielẽ Bas. 1599. 4.
Hoseam ibid. 1601. in 8.
Polus Reginaldus de unitate · Ecclesia. Ingolst. 1587.
Porchetti Victoria adversus Judaos
à S. Porciano Durandus in libros sentent. Lugd. 1587.
Porsanus contra Salvium & Falgverollum
ad Portum Jacobi defensio orthod. fidei Geneva 1613. 4.
Praetoriiæ ationes Metaphysica
Prosperi Gratiani instrumentum doctrina Apostolica Colonia 1540. in. 8.
Puccius Franciscus de Christi Servatoris efficacitate, Gouda 1592. in 8.
Puteanus adversus Plessaeum.
Raconsii Abra summa Philosoph. 1628. in 4.
de Rada Joh. cõtrovers. Thomist. et Scotist. Col. 1594. 4.
Radeccius in notis ad librum Smigletii
Radulphus Richardus vulgò Armacanus question. Armenorum Parisiis 1511.
Raynoldus Joh. contra Witackerum.
Rathmannus Hermannus in notis ad XI. quest. contra D. Theodoricum. Gedani 1624.
Rebhan concionator Jena 1625. in 8.
Reinecii Jacobi panoplia Theologica. 1618. in fol.
Reyhing Jacobi enchiridium Catholicum
oxenbia pro muris Eccles. Romana
Rhemensium annotationes in N.T.
Ribera Francisci commentarius in Prophetas minores Colon. 1610. fol.
Richardus in libros sententiarum
Richeomus de imaginibus
à Rikel Dionysii Carthusiani comment: in Tobiam
Rubel Conr: anti-Gretserus 1604. in 4.
Rũgii David. pralectiones in Genesin Witteb. 1608. 8.
Exodum ibid. 1614. in 8.
Ruperti Tuitiensis opera Mogunt. 1631. fol.
Saa Emanuelis nota in S. Scripturam Colon. 1620. 4.
Salesii Francisci defensio vexilli crucis Gallicè edita
Salmeronus Alfonsi commentaris: Colon. 1612. in 4.
Samsonis Herm: anti Jesuitismus Giessa 1612. fol.

Sanderus

Sanderus Nicol. de visibili Monarchia Wurtzburgi 1592. fol.
Saravia Adrianus de diversis ministrorum Ecclesia gradibus Londini 1594. in 4.
arisburiensis Roberti exercitationes de gratia & perseverantia SS.
Sartorii Pauli quaestiones de quibusdā fidei articulis.
Saxonici Theologi in Apologia contra admonitionem Theologorum Wurtebergensium Lipsia 1625. in 4.
Scharpii cursus Theolog. 1626. in 4.
Scheibleri Christoph. Metaphysica Giessa 1636. in 4.
Schindleri Valent. lexicon Francof. 1612. fol.
Schröderus Joh. de judice controversiarum
 encheiridium Theologicum Giessa 1620. in 8.
 sceptrum Regale Giessa, 1621. in 8.
Scioppi Gasparis Syntagma de anti Christo 1605. 4.
 apologia pro Bellarmino de indulgentiis. 1601. in 4.
 astrologia Ecclesiastica Francof. 1634. in 4.
Sculteti Abrahami conciones de imaginibus Francof. 1620. in 4.
Sei delii Epistola ad Socinum
Selnecceri Nicol. opera Latina
Serarius Nicolaus in Judith Mogunt. 1617. in fol.
Siguvarti Georgii tractatus de libro vita.
Simanca Jac. institutiones de Republ. Antv. 1621. 8.
Sledanus Joh. de stata Relig. Argent. 1559. fol.
Smaltius de divinitate Christi Rakovia. 1608. 4.
 refutatio thesium Frantzii Schopperi.
Socini Fausti defensio animadv. tractat. de servatore
 de statu primi hominis contra Puccium Racovia.
 praelectiones ib. 1609. 4. (1610. 4.
 contra Bellarminum & Wiekum
 libellus quod Evangelici se debeant adjungere Photinianis.
 expositio Evangelii Johanais
Socratis Historia Ecclesiastica Colonia, 1570. fol.
Sohnii Georgii demonstratio religionis Christiana Herborna. 1591. 8.
Soto Dominicus de justitia & jure Lugd. in fol.
Stahle Daniel. nota ad logicam du Trieu
 disputationes Metaph. Jena 1630. 8.
 de contradictione.
Stapletoni Thoma promptuarium Catholicum Moguntii: 1610. 8.
Stegmanni Josua anti Photinianismus Francof. 1643. 8
 de judice controversiarum ibid. 1626. 8.
Stevartius Petrus in 1. Epistolam ad Corinthios 1600. 4
Steuchi Augustini recognitiones V.T. ad veritatē Hebraicam Venet. 1529. 4.
Sturmii Joh. anti Pappi Neustadij 1580. 4.
Suarez Francisci opera. 1620.
Snesterfurt de pseudojubilao Wittebergensi.
Szegedinus Stephani tabula analytica Scaph. 1592. fol.
Tanneri Adami nota ad colloquium Ratisboaense. Monachii 1602. 4.
Tappers Ruardi anatemsa Aug. Conf. seu articuli Lovanienses Lovanij 1555.
Tarnovij Joh. Exercitationes Biblica Rostochij 1619. 4
 commentarius in XII. Prophetas minores Rostockij
 in Johannem. (1626. 4.
 Pauli de conjugio Rostochij 1614. 8.
Tatiani liber de castitate
Taurellus Nicolaus de rerum aeternitate. 1604. 8.
Tertulliani opera Franekera 1597. fol.
Theodoreti opera Colonia 1572. fol.
Theophylactus in Evangelia Basilea 1525. fol.
Thummius Theodori ἀποδείξεις de Sp. S. personalitate.
 de imaginibus.
 de missa
 de Trinitate
 de verbo Dei
 de Sacramentis
 de orta anima
 de igne purgatorio fat. o
 de SS. non invocandis Tubinga. 1621. 4.
 De Festis Judaeorum & Christianorum ib. 1624. 4.
 de justificatione
 de Sagarum impietate
 de haereticis non occidendis
 de Christi satisfactione
 de bello
 de libero arbit.
 de usuris
 de traduce animae rationalis
 de Missa
 impietas Photiniana
  Weigeliana Tub. 1622. 4.
 ταπεινωσιγραφία Tub. 1623. 4.
 brevis consideratio trium quaestionū contro v 4. 4.
 de verbo Dei & ejus efficacia. &c. Tub. 162
 explicatio decalogi
 idololatria Lechneri
 Sculteus iconoclasta
Tileni Danielis disputationes contra Bellarm. 1618. 8
Tiletani confutatio confessionis Antwerpiens.
Timpii ritnale
Timpleri Clem: Metaphysica 1606. 8.
 Empsicholgia
Tirini Jac. commentar. in V. & N.T. Antw. 1645. fol.
Toleti Francisci summa casuum conscientia seu institutio sacerdotis Colonia 1600. 8.
Tornielli Augustini annales V.T. Colonia 1622. fol
Tossani Danielis, nota Biblica
 Tractatus de Pelagianismo
de Tostato Alfonsi commentarij Venetiis. 1596. fol.
Trapezuntius in locum Johan. Si volo. &c. in orthodoxogr. Patrū
Trelcatii Luca L. C. Frācof. 1634. 12. (doxogr. Patrū
Tremellij Emannelis nota Biblica vid. Junius.
Tubiagensium amica admonitio super decisionem Theol. Saxon. Tub. 1624. 4.
Turrianus Francis. adversus Vergeriū Ingolst. 1584. 4
Valentia Greg. disput. in S. Thomā Ingolst. 1603. fol.
Valla Laurentii collatio N.T. Amsterd. 1630. 8.
Vallesii Francisci Physica Sacra Lugd. 1588. 8.
Vasquez Gabrielis Disp. in Thomam Antv. 1621. fol.
Vedelii Nicol. rationale Theologicum Geneva 1628. 8.
Venetus Paulus de Harmonia Mundi
Vestring Henricus de potestate Ecclesiastica Rostokii. 1616. 4.
Victoria Francisci relectiones Lugd. 1587.
Virvesii Philippica.
Vorstii Conradi tractatus de Deo 1611. 4.
 nota ad eundem 1610. 4.
Ursini Zachar. volumina tractationum Theologicarum Neustadii 1584. fol.
 explicatio Catechismi Heidelbergensis Franc. 1608.
Waldensis Thoma opera.
Walthers Michaelis Harmonia Scriptura Lipsia 1635.
Weigelii Valentini postilla Newstadt. 1617. 4
Wigandus Joh. de Sacramentarismo Lipsia 1585. 4.
Wilibaldus in anatemsa Jacobi Martini.
Winckelmannus Justus in disputationibus Giessensib.
Winteri Joh. refutatio Socini 1616. 4.
Wittenbergensium Theologorum disput. tribus tomis. Wittenb. 1625. 8.
Zanchius Hieronym. de operibus sex dierum Neustadii. 1591.
 de natura Dei. Heidelberga. 1577. fol.
 miscellanea 1566. 4.
Zangens Melchior Examen versionis Lutheri in Biblia Maintz. 1605. fol.
Zeamanns Georgii carnificina Esavitica Wittenb. 1613. 8.
Zeppers Wilhelmus explanatio legum Mosaicarum forensium Herborna 1614. in 8.
Zwinglii Huldrici opera Tiguri 1530. fol.

FINIS.

Σὺν τῷ Θεῷ.

VINDICIÆ GENESEΩS,

CAP. I. v. 1. *In principio creavit DEUS cælum & terram.*

I.

MOSES utitur tum Ellipsi vocis הכל, post vocabulum בראשית subaudiendæ; ut vertas, *Primum omnium*; frequens enim est *Hebrais*, in rebus *non ambiguis* aliquid subticere, ut *Hiob.* 3. v. 10. *Esa.* 8. v. 4. &c. tum *metonymia*, nominans *cælum & terram*, & intelligens *materiam rudem*, ex qua deinde, *cælum*, *terra* & reliquæ corporeæ creaturæ factæ sunt, quia sc. *cælum & terra* ex illa erant futura, unde post factam separationem nomina isthæc *cæli & terræ* imponuntur. v. 8. & 10. *Vatabl.* in Annot. Bibl. ad. h. l. p. 1. *D. Osiand.* par. 1. Paraphr. Bibl. p. 1. *D. Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 3. m. 2. p. 12.

II. *Hunthlaus* in Epit. de Verb. Dei c. 7. controv. 1. contendit, *unius ejusdemque loci S. Scripturæ posse plures esse sensus literales*, ortos quippe ex *diversis vocum*, principii, *creavit*, *Deus*, significatis; indeque diducit, *Scripturam* V. T. *esse ambiguam*, si auferatur *traditio & autoritas Ecclesiæ*.

℞. Quælibet quidem vox, seorsim accepta, multas inducere potest significationes; Sed ex *contextu & connexione cum aliis vocibus*, in *justa oratione*, vocis sensus, à Spiritu Sancto intentus, deprehenditur, ut non opus sit ad *Ecclesiæ Papisticæ autoritatem* confugere, cùm *Scriptura seipsam sufficienter explicet*. Ita voces illæ in præsenti textu *propriam & nativam suam significationem retinent*, ut *principium* notet *initium*, creavit, idem quod *produxit ex nihilo*: & *Deus* verum *Deum*, ad cuius solius imaginem homo factus est. Gen. 1. v. 27. qua de re uberiùs disserentes vide *Chamier* tom. 1. Panstr. Cathol. l. 15. c. 3. §. 20. 28. 29. p. 264. seq. *D. Glass.* lib. 1. Philol. sacr. tract. 3. sect. 1. m. 3. n. 2. p. 276. 278. *D. Danhavver.* in Ide. Bon. Interp. par. 1. sect. 1. art. 4. §. 35. obj. 2. p. 60. & 62.

III. *Autor quidam libri Marcionitici* apud *Augustinum* l. 1. contr. Advers. Leg. & Proph. c. 1. sugillat *Mosen*, scribentem, *in principio Deum creâsse cælum & terram*; quærit enim, *quo principio Deus creaverit cælum & terram*? num ejus, in quo *idem Deus esse capit? an ex eo, quo illum vacuum esse tradunt*.

℞. Non opus erat hac sugillatione. Moses enim loquitur de *principio temporis*, ante quod nullum aliud tempus fuerit; & de *principio rei creatæ*, ac indicat, *eô primô temporis punctô*; prima mundi fundamenta jacta esse, *Eph.* 1. v. 4. & ante cælum & terram nihil fuisse creatum. Itaque cælum & terra ex initio *suo* facta sunt, non ex initio *Dei* quippe cui nullum est initium. *Flac.* in Histor. Magdeburg. cent. 5. cap. 5. p. 624. seq. & D. *Kung.* prælect. in Genes. Mosaic. p.

IV. *Vorstius* tract. de Deo & attribut. divin. p. 212. negat, *Deum prorsus immutabilem esse*; cui textus noster favere videtur, asserens, Deum non ab æterno fuisse creatorem, sed *in initio temporis* talem esse cœpisse.

℞. N. C. tum quia *Deus factus est creator*, non *in se & in sua natura*, sed *respectu creaturarum*; tum quia *relatio*, quam Deus habet ad creaturam, ex parte *Dei* non est *realis*, sed *rationis* tantùm; tum quia *creatorem esse* est *accidens extra Deum*, non *in ipso Deo hærens*: nullam igitur in eo infert mutationem. *D. Gravv.* par. 1. Prælect. in Aug. Conf. art. 1. c. 3. p. 119.

V. *Eliæ* quidam in *Thalmud*, tract. *Sanhedrim*, cap. 11. statuit, *mundum duraturum* 6000. *annos*, eò quòd *sexies* hic habeatur א, quæ *millenarii* nota est.

℞. Negatur id sequi: neque enim א ideò *sexies* hoc loco ponitur, quòd *mundus* 6000. *annos duraturus sit*; sed illud fit, quoad *loci exigentiam*: ejusmodi enim *Cabalam* Moses non intendit. *Glass.* lib. 2. Philol. sacr. tract. 2. sect. 3. art. 7. m. 1. p. 391.

VI. *Keckermannus* l. 2. Syst. Theol. c. 6. can. 4. opinatur; *Primo die non conditam esse indigestam corporum naturalium materiem*, quam Poetæ *chaos* dixerunt: quia Moses adhibeat particulam demonstrativam ה, הָאָרֶץ *hanc terram* & הַשָּׁמַיִם *hoc cælum* quibus deducamur in rem *præsentem & adspectui expositam*, non verò *absconditam aliquam & inter se confusam*.

℞. Demonstrativum ה apponitur non tantùm *sensibilibus & perfectis substantiis*, sed *omnis res*, sive *perfecta*, sive *imperfecta*, modò *singularis & individua*, qualis etiam *prima moles* erat. Patet hoc ex *Gen.* 1. v. 2. ubi *terra inelaborata* (tertiô enim die demum *perfectè* efformata est, non diffitente *Keckermanno*) demonstrativum *He* additur. D. Meisn. par. 1. Philos. sobr. sect 3. c. 3. q. 3. p. 785. obj. 1.

VII. *Zanchius* par. 1. de Oper. sex dier. l. 1. c. 4. q. 2. thes. 1. argutatur, *cælum Beatorum esse ens creatum*, siquidem Deus *cælum* dicatur *creâsse*: *cælum* autem *Beatorum esse cælum*.

℞. Per *cælum* Moses non *Empyræum* quoddam cælum intelligit, sed *molem cælestem*, materiæ aquosæ permixtam, & postea elaboratam; jam verò *cælum Beatorum* non permixtum fuit materiæ aquosæ, neque ex ea productum. *Meisn.* par. 1. sect. 3. c. 4. q. 4. m. 1. & seq. p. 835.

IIX. *Timplerus* l. 4. Metaphys. c. 6 q. 10. autumat, *cælum supremum esse corpus immateriatum*, quoniam *primo creationis die immediatè ex nihilo à Deo productum fuerit*.

℞. (1) Adversarius *petit principium*: nec enim

Moses hic per … um in… cœlum supremum, à Scholasticis & Reformati… mpyræum vocatum.

… Contradictio est in adjecto … nam nullum est corpus, nisi materiatum. D. Jac. Martini lib. 2. de Loc.c.30. p 589. rat. 1.

IX. Vorstius tract. de Deo & attributis div. p.209. asserit, in Deo esse accidens, cùm in ipso sit creatio: creavit enim cœlum & terram.

R. Creatio non facta est in ipso Deo, sed extra Deum in creatura, tanquam in subjecto, in quo terminatur. Est quidem respectu DEI accidens sed non internum, verùm externum, quod prædicatur de Deo, tanquam effectus de sua causa quia à Deo productum est; non vero in Deo, tanquam in subjecto, inhæret. Graner. Præl. in Aug. Conf. par.1. p.173.

X. In una DEI essentia plures sunt personæ, quàm una; idque probatur ex usu vocis hujus אלהים, quæ hic à Mose in plurali numero de Deo usurpatur: jam verò, quod quoad inflexionem numeri pluralis est, id ipso actu plurale est.

Obvertit 1. Socinus in Defens. Animadvers. p. 1 2. esse idiotismum linguæ Hebræorum, qui nomina, potestatem & dominationem significantia, soleant ad exaggerationem quandam, plurali numero efferre, quamvis de una tantum persona dicantur.

R. (1) A phrasi, absque urgente causa, quippe quam Socinus non adfert, non est discedendum. (2) Nec idiotismus est Hebrææ linguæ, ut quæ in cæteris orationibus nomini plurali addere solet etiam verbum plurale; id quod hoc loco non fit. (3) Nomen אלהים non est nomen appellativum, sed proprium; nec in significatione sua formali dominium notat: igitur ad regulam, quæ de vocibus appellativis, dominium significantibus, agit, referri non debet. Deus quidem est Dominus dominantium, sed dominium illud hac voce formaliter non exprimitur.

2. Cajetanus Comment. in Gen. vocem אֱלֹהִים ideò de DEO dici in plurali, quia careat numero singulari.

R. Hoc falsum est: nam אֱלֹהִים habet suum singulare אֱלוֹהַּ, quæ vox expresse legitur Job.4.v.9. Ps. 18.v.32. Habac.3. v.1. estq; vox primitiva, Deũ verũ designans, à radice jam inusitata, אָלַהּ adoravit, idq; ex Arabismo, in quo אָלַהּ adorare significat. Unde Arabes Deum quoque Allahon vocant, quia solus adorandus est, Deut 6.v 13. & Matth. 4. v.10.

3. Kimchius in Michlol. p.9. usurpari de DEO, causâ honoris, sicut Magnates in plurali de se soleant loqui.

R. Magna est diversitas inter phrasin Mosaicam, & morem aliarum linguarum. Nam (1.) in his, cùm reverentiæ causa pluralis adhibetur, nomen substantiæ semper singulare manet, licèt pronomina & verba mutentur, ut Nos Dei gratia Ferdinandus mandamus. non verò Ferdinandi. At Moses aliter informat stylum, & nomen substantiæ numerô plurali effert, אלהים, verbum autem singulari, בָּרָא. (2.) In prima quidem & secunda persona honoris causa adhibetur pluralis, cum de una est sermo, ut, Nos, Vos, non verò in tertia: Neque enim dicitur, Imperatores Ferdinandus mandavit, &c Moses autem scribit in tertia, Elohim creavit.

4. Bellarminus l. 2. de Christ. c. 6. hac ratione posse dici, esse plures Deos quia, cum liceat Hebraicè divinas personas appellare Deos cur non & hoc idem liceat Latinè.

R. Est disparatio siquidem Hebræum אֱלֹהִים, … tribuitur, personæ potius vocabulum est, cum pluralitatem involvit, quàm essentiale, Latinum autem Deus, non nisi essentiale est. Hinc fit, in Hebræo dicat אלהים, ad indicandam pluralitatem personarum; sed Latinus non dicat, Deos, ne multiplicetur simplicissima Dei essentia. Unde nec LXX. Interpretes, nec Hieronymus, nec ullus alius pluraliter vertit, Dii: quia reliquæ linguæ, præter Hebraicam, non habent verbum accommodatum, quod vim vocis exprimat.

5. Ensedinus in Explicat. Locor. V. & N.T. p.10. inde sequi, non solum tres sed decem, centum & plures in DEO esse personas: neque enim plurale tria tantùm significare.

R. Ex numero plurali vocis אֱלֹהִים non immediatè, sed mediatè probatur personarum divinarum trinitas: quia pluralitas illa in aliis scripturæ dictis ad ternarium restringitur, ut Matth.28.v.19. 1. Joh. 5. v. 7. &c.

6. Pererius Comment. in Genes. c.1. p.11. Hebræos non ratos esse, quòd hic mysterium Trinitatis lateat, sed Lombardum opinionis hujus autorem esse.

R. Non primus vidit mysterium hoc Lombardus: nam & antiquiores Rabbini modum istum loquendi peculiarem esse annotarunt, ut ex Galatino l. … de Arcan. Cathol verit. c.9. patet. D. Meisn. par.2. Philos. sobr. sect.1. c.3. q.1. p.375 381. D. Jacob. Martin. l.1. de Trib. Eloh. c.4. p.32-36. D. Gerh. in Exeg. Loc.3. de SS. Trinit. §.111 15. p. 1038-1042. D. Glass. lib.3. Philol. sacr. tract.1. can. 25. p.91.

Vers. 2. *Terra autem erat inanitas & vacuitas, & tenebræ erant super faciem abyssi, & Spiritus Domini incubabat aquis.*

I. Moses adhibet hîc (1.) Prolepsin seu præoccupationem, rudem illam molem primitus creatam a futuro eventu appellans terram, quia scil. illa mox futura erat terra, ac si dicat: Id quod DEUS postea vocavit terram, quum videlicet nudata fuit aquis. v.10. (2.) En … agen, duo abstracta, תֹהוּ, inanitas, & בֹהוּ, vacuitas, ponens pro concretis, inanis & vacua: (3.) Pleonasmum, quia vox פְּנֵי, facies, redundat, quanquam aliqui per faciem metaphoricè intelligunt superficiem. (4.) Metaphoram in verbo מְרַחֶפֶת, incubabat, ab ave incubante, & pullos calore vitali excludente, desumtam, notatque, Spiritum sanctum vi sua δημιουργικῇ & vitali, ad productionem rerum omnium, aquas fovisse & idoneas reddidisse. Vatabl. in Annot. Bibl. p.1. Glass. l.3. Philol. sacr. tract 1. can. 3. m.2. p.12. & can.38. p. 145. & tract.3. can.26. pag.314. seq. & lib.5. tract.1. cap.8. pag.167. seq.

II. Timplerus lib.4. Metaph. c.6. q.25. vult, materiam primam, qualem Aristot. l.1. Physic. Auscult. c.9. l.89. tradit, fuisse massam illam rudem & informem, a DEO in primæva creatione productam. quia vocetur terra inanis & vacua, i.e. informis materia.

R. Id inde non sequitur, ob disparem utrinq; rationem. Nam (1.) materia prima καθ' αὑτὴν non habet actu determinatam quantitatem & qualitatem, ut Aristot. l.7. Metaph. c.3. tradit: moles autem illa primo die creata, καθ' αὑτὴν habuit actu determinatam quantitatem (fuit enim ingens, & … sine fundo moles & determinatam qualitatem, siquidem fuit rudis, indisposita & tenebricosa. (2.) Moles illa rudis a DEO immediate creata est, Gen.1.v.1. non item materia prima, utpote quæ mediante illa rudi mole creata, atque sic potius concreata est. (3.) Materia prima per se est informis, non item moles illa prima

quæ

[illegible]

Ꝛ. [illegible] dicitur [illegible] Privat[illegible] suppo[illegible] qui habu[illegible] & de[illegible] P[illegible] tem [illegible] hab[illegible] [illegible] ben[illegible] cum no[illegible] habuit. [illegible] lucis in *primo* [illegible] *tempore* [illegible] *tempore*, [illegible] extitit. *principio* [illegible] non *actu* [illegible] ad *potentiam* [illegible] illa [illegible] respi[illegible] [illegible] ex [illegible] [illegible]

[illegible] *diem*, [illegible] die in [illegible] pio illo creation[illegible] *pote*[illegible] ut *ar*[illegible] *bri*[illegible] *lem*, qui [illegible] *tenebr*[illegible] aliud [illegible] *hujus luci*[illegible] [illegible]

V[illegible] *unus D*[illegible] [illegible] *causa pri*[illegible] [illegible] *ans*, easque fovens [illegible]

[illegible] Keckerm. p[illegible] [illegible] *æternum Deu*, [illegible] *Spiritus* [illegible] *est ali*[illegible] [illegible]

[illegible] concludere [illegible]

[illegible]

[illegible] *neum;* [illegible]

[illegible] uo [illegible]

Ꝛ. N. [illegible] יוח signi*ficationem*; [illegible] ne [illegible] nd[illegible] isque on[illegible] nat[illegible] quam *de*[illegible] [illegible]ndus [illegible]

6 *Pe*[illegible] *Marp*[illegible] uni[illegible], Spiritum Do[illegible] *ac em*[illegible] rit.

Ꝛ. N. *Ac*[illegible] tus ab [illegible] vocant [illegible] obtinui[illegible].

7. *Go*[illegible] in Refut. ar[illegible]. Kecker[illegible] p[illegible] 4. *Spiritum*[illegible] *num*, aquis inc[illegible] em, fuisse [illegible] *tum*.

Ꝛ. N. [illegible] dem [illegible] vi[illegible] habet, ut [illegible] *are mo*[illegible] *neam*, *incuban*[illegible] [illegible] non [illegible] am, sed [illegible] is.

8. [illegible] p[illegible] per [illegible] *Dei* int[illegible] *tatem* [illegible] *ramentem*.

Ꝛ. N[illegible] (Deus [illegible] universi non indiguit [illegible] *firmentat*. (2.) De *virtute* illa di[illegible] un[illegible] quòd a[illegible] ut avis incubans ovis illa fov[illegible] rit. Est [illegible] ibum יוח proprium [illegible] in *Piel* [illegible] vel *volando* [illegible] *incubare*, ut [illegible] *cul ando calore* [illegible] [illegible] *Basilius* in [illegible] hexaem. homil. 2. annotat

9. *E*[illegible] l. supràc[illegible] p[illegible] 4 se[illegible] ex nostra sententia *oper*[illegible] *ad* [illegible] *tra* [illegible] *inde* cùm *Sp*[illegible] *Dei*, non autem Deu[illegible] di[illegible] tur [illegible] aquas

Ꝛ. *Spi*[illegible] *Sanctum* dicim[illegible] aq[illegible] [illegible]; [illegible] Spiritu Sancto att[illegible] *A la*[illegible] 6. non ex[illegible] *Patre* &[illegible]

10. *Ist*[illegible] nou[illegible] *tantum* [illegible] & [illegible] iden[illegible]

11. Non[illegible] *aquarum* [illegible] *elementum* [illegible] deno[illegible] *aquar*[illegible]

[illegible]

[illegible]

Vers. 3. [illegible] Deus: fiat lux, & facta est lux.

I. M[illegible]

[illegible]

Vers. 4. [illegible] Deus lucem quod es[illegible]

[illegible]

Vers. 5. [illegible]que lucem diem & no[illegible]

[illegible]

[illegible]

Vers. 20 E[illegible] di[illegible] DEVS [illegible] P[illegible]oduc[illegible]nt aquæ r[illegible]tile animæ [illegible]viventis, & vo[illegible]le [illegible]m, [illegible]er [illegible]mam[illegible]o cæ[illegible] &

M[illegible]

[illegible]

[illegible]

19. [illegible] At [illegible]

Exu [illegible] *fup* [illegible] luc [illegible] 21 [illegible]

V[illegible] 21. [illegible]*eauit Deus* [illegible] *& m*[illegible] *quam produxerunt aquæ* [illegible] *[s]peciem suam, atque* [illegible] *alatum,* [illegible] *speciem suam, & vidit Deus quod bonum.*

1 M[illegible] הַחַיָּה [illegible] *quæ propriè* [illegible] *super terram* [illegible]

[illegible]

Ver. 22. *Et benedi*[illegible] *crescite, & multiplicamini, & replete aquas in m*[illegible]

[illegible]

Ver. 24. [illegible] *Producat* [illegible] *& reptile* [illegible]

[illegible]

omne reptile terræ in genere suo, &c.

M[illegible]

[illegible]

Ver. 26. *Et d*[illegible] *Deus* [illegible] *hominem ad imaginem & similitudinem* [illegible]*ram &c.*

1 H[illegible] אָדָם [illegible] *fæc est* [illegible] bum [illegible] *domin*[illegible]

[illegible] *Deus* [illegible]

[illegible]

Gen. I, 27. [illegible] *creavit D[eus] hominem ad imaginem [su]am, ad imaginem Dei [creavit e]um, ma[sc]ulum [&] fœminam [cre]avit [eo]s.*

[illegible] En[illegible] אלהים [illegible] *ma*[illegible] [illegible] plural[illegible] p. 4. [illegible]

II. C[illegible] A. C. [illegible] autore [illegible] M[illegible] d[illegible] cuerunt, [illegible] *am humanam*, [illegible] esse *cor-poreum*, [illegible] h[illegible] m[illegible] corp[illegible] ad Dei [imag]ine [illegible] *Heltor Magdeb.* cent. 4. c. 5. p. 17[illegible].

[illegible] Hom[illegible] est [illegible] *Dei im[agin]em*, ad[illegible] hominem ma-[illegible] præ[illegible] ita in ex-[illegible] quoad [illegible] divinas & creatas: in [illegible] randa [illegible] bertate agen-[illegible] vita æterna [illegible] qua figura. [illegible] *D. Gerhard.* in [illegible]

III. V[illegible]

... α ἀναλογίας ... conem & ... Deo *eius analogicum* ... bus po... quidem ... mo ad Dei imaginem conditus di... tur.

℞. ... est ma... Dei *substantialis* , & aliud est imago *accidentalis*. Illa est Dei F... ; hæc, *homo* in ... ns constitutus. Non er... hinc simili... tudo ... sed in *attributis non nullis* inferri po... te... modo dixi. *D. Matth. Dibmars.* in ... .de ... exc... th. 26.

IV ... par. 2. ... col. tra. 6. ... *imaginem Dei fui*... *hominis sub*... *præcipue animam rationa... lem*: quia Deus ... ipsum hominem ad imaginem ... non ... ejus *accidentia*.

℞. ... aliud ... *Dei*, aliud *ad imaginem Dei conditum esse*. Scriptura non dicit, hominem *esse Dei imaginem*, alias ... maneret discrimen inter Fi... lium Dei, & hominem ; uterque enim esset *εἰκὼν* & *substantialis* ... Dei quod ... men de Filio Dei dicitur, *Col.* ... 15. Hic *ipsa imago* Patris, homo autem tantum *ad imaginem* conditus est, *Orig.* contr. Cels. l. ... p. 384. ... Distinguimus inter *subjectum denominationis* , & *rationem denominantem*. Subjectum denominationis imaginis Dei fuit totus homo ; ratio *denominans* fuit concreatum accidens. *D. Gr...* de Papi... disp. 40. thes. 63. *Meisn.* in Anthrop. sacr. dec. 1. q. 5.

V. *Cazezius* censet, *in terris debere esse unum Dei vicarium* , adejus similitudinem, sicut in supernis ipse Deus unus est , cùm homo ad Dei imaginem creatus sit.

℞. *Similitudo* illa nimis extenditur , aliàs enim oporteret doceri, in *supernis* etiam unum esse Dei vicarium, quod nunquam fiet. *Cham.* in Panstr. Cathol. tom. 2 l. 15. c. 10. §. 4. & 8.

VI. *En... edinus*, ut eluderet locum *Gen.* 19. v. 24. ubi *Jehova* dici... *pluisse à Jehova*, ex quo *personarum divinarum distinctionem* Evangelici probare solent, textum hunc allegavit , dixitque utrobique esse *locutionem reciprocam* , utpote Hebrææ linguæ u... tissimam, in qua antecedens loco relativi ponatur ; ut, *creavit Deus hominem ad similitudinem Dei*, pro *suam*.

℞. Est longè alia ratio dicti, *Gen.* 1. v. 27. & *Gen.* 19 v. 24. Non enim (1.) ibi introducitur Jehovah agens aliquid *à Jehovah*, vel *de Jehovah*, ut patet: (2.) inter Deum & reciprocum interjicitur *homo* ; unde repetitio illa antecedentis adhibetur. Quia enim apud Hebræos pronomen , vel affixum relativum, sive reciprocum solet respicere *proximum suppositum*, ideoque ad vitandam omnem ambiguitatem, quando inter antecedens , & locum relativi aliud suppositum interponitur, non potest non repeti antecedens, & in locum pronominis vel affixi substitui. *Jac. Martin.* l. 1. de trib. Eloh. c. 34. p. 412. & 424. ad 7.

VII. *Antinomus* sugillat Mosen qui dixerit, Deum fecisse hominem ad imaginem suam, *quatenus masculum & fœminam creaverit*, cum tamen, *esse masculum & fœminam* , pertineat ad *corpus* tantum, non autem ad *animam* , quia masculus & fœmina in animabus non reperiantur , eò quod distinctio ... potissimum desumatur à membris *genitalibus*, quæ membra animæ immateriales habere non possint, hominem autem Deo similem non esse secundum *corpus*, cum Deus sit incorporeus.

℞. Moses non dixit quod D... ... homi... nem ad imag... suam, *quatenus* ... *ulum* ... *fœ*...

VIII. *Epiphanius* ... Johann. Hie... Epi... ex hoc loco probare ... tur ... *imaginem Dei hominem adhuc integrum* ... quia omnia in mundo homini obtemperent; ... minio autem super creaturas imaginem Dei co... stere.

℞. *Αὐτῶς* ... *hoc* , quod ipsum tamen valde debilitatum est, tribuitur imagini Dei, velut *extremum ornamentum* & *ἀπαύγασμα* perfectionis internæ. Debuisset ergo *Epiphanius* ... conjungere etiam alia loca, e quibus præcipuæ imaginis divinæ partes conspicuæ fierent. *Rung.* tom. 1. disp. Witteberg. 6. thes. 80. D. *Hunn.* in Exam. erro... Photin. de stat. hom. prim. sect. 1. c. 1. n. 89.

IX. *Rabbini* aliqui Hebræorum ex... de vo... unt probare, *animas humanas simul cum Angelis* ... *conditas fuisse*, ac deinde modò unam, modò aliam ad corpus mitti: quia Moses hic refert , *hominem sexta die creatum fuisse ad imaginem Dei* , ac deinde c. 2. v. 7. referat, *hominem post septimam diem formatum fuisse ex limo terræ*. Colligunt ergo , hominem creatum fuisse *quoad animam* , in qua propriè esset imago Dei, sexta die ; *quoad corpus* , quod ex limo terræ constat, post septimam diem.

℞. In duobus illis locis narratur productio totius hominis, sed in uno *brevius*, in altero *plenius*. Itaque totus homo conditus fuit *sexta* die, tum quoad *animam*, tum quoad *corpus*: Sed quia id fuerat *Gen.* 1. v. 27. breviter indicatum, & res erat magni momenti, placuit Spiritui Sancto, *Gen.* 2. v. 7. iterum retexere narrationem eandem, & totum ordinem creationis humanæ fusius explicare. Et licet imago Dei *propriè* resideat in *anima* , tamen ratione *animæ* totus homo rectè dicitur conditus ad imaginem Dei. Et certè Scriptura *Gen.* 1. v. 27. non dicit, factam esse *animam* ad imaginem Dei , sed factum esse *hominem*, eumque masculum & fœminam , eisque v. 28. dictum: *Crescite & multiplicamini* , &c. quæ certè non *soli animæ* , sed *toti homini* conveniunt. *Bellarmin.* l. 4. de Amiss. grat. & stat. peccat. c. 11.

X. *Iconolatræ* in Synodo Nicæna II. sanxerunt, *imagines esse adorandas* , eò quòd *Deus creaverit hominem ad imaginem & similitudinem suam*.

℞. *Synodus Francofurdiana* apud *Carolum M.* l. 1. contr. Synod. de Imag. c. 7. non valere consequentiam, cum dictum illud nihil faciat ad *imaginum adorationem*: hominē enim dici *imaginem Dei*, non propter *externam formam*, quam repræsentare statuæ possint, sed propter *internū hominem, mentem, ... tatem, memoriam & propter virtutes, cum norma legis divinæ congruentes* ; alioqui gigni inde opinionem de *Deo corporeo*, si asseratur , hominem ita à Deo factum esse ad sui imaginem, ut imago & statua ad effigiem à pictore & artifice effingitur. *Histor. Ma...deb.* cent. 8. cap. 9. p. 641. obj. 1.

XI. *Socinus* cont. Pucc. c. 2. p. 88. & 89. statuit, *imaginem Dei primo in dominio super creaturas consistere*, & pro se allegat *Musculum*, qui in ... l. Com... mun. p. 15. rationem sumit ex voce אלהים ad cujus imaginem homo dicitur conditus ; illa autem vox *fortem* vel *potentem* significat.

℞. *Partem* illa imaginis infert; *cæteras*, quas Scriptura ei an agnoscit, non excludit. *Thumm.* ... Impiet. Photin. p. 22 .

XII. *Henriciani*, re... nte *Bernhardo*, voluerunt, *virgines tantum matrimonio copulandas*, quia *Deus virgines crearit marem & fœminam*.

℞. ...

℞. N[illegible] maritalis copula non *corporis requirit [illegible] statem, sed sexuum aptitudinem*; tum quia *Paulus viduæ concedit, ut nubat*, 1. *Tim*. 5. v. 14. *Cent*. 12. *Histor. Magdeb*. cap. 5. p. 644. seq.

Vers. 28. *Et benedixit eis Deus, & dixit ad eos Deus: crescite & multiplicamini, & replete terram, & subjicite eam, & dominamini in pisces maris, & in volatile cæli, & in omnem bestiam repentem super terram.*

I. PApistæ docent, *matrimonium esse Sacramentum* N. T. quia *habeat divinam institutionem & benedictionem*.

℞. [illegible]) Imò verò matrimonium non est Sacramentum N. T. quia fuit *ab initio mundi* institutum. 2) *Benedictionis* illa promissio non est de gratia *justificationis*, aut *reconciliationis*, sed tantùm *temporalis felicitatis*: nihil igitur ad Sacramenta, quæ circa reconciliationis gratiam tantùm versantur.

Bellarminus lib. 1. de Matrim. c. 5. excipit, distinguendo inter *matrimonium* quatenus est *contractus civilis*, & quatenus est *Sacramentum*; dicitque matrimonium fuisse ab initio mundi, ut *contractum civilem* & in officium naturæ, sed non fuisse *verum Sacramentum*, nisi apud Christianos.

℞. *Petit ille principium*: de eo enim quæritur, an *sit Sacramentum*. Deinde conjugium in V. T. signum quoddam & Symbolum fuisse spiritualis conjunctionis Dei cum Ecclesia, tanquam *Sponsi* cum *Sponsa*, testes sunt *Jeremias*, c. 2. v. 2. *Oseas*, c. 2. v. 19. *Salomon*, Cantic. 1. v. 2. 3. 4. Quin imò *Alphonsus à Castro* l. 11. contr. hæres verbô, *nuptiæ*, hæres. 3. contra dicit Bellarmino, statuens, quòd matrimonium non demum in N. T. cœperit esse Sacramentum, sed jam inde à primæva institutione tale fuerit. D. *Osiand*. in Enchir. contr. Papist. c. 14. p. 164. D. *Echard*. in Pandect. Controv. Papist. [illegible] 32. q. [illegible] D. *Gerbard*. tom. 7. L. L. CC. c. [illegible] §. 9. & 20. D. *Brochm*. par. 2. System. Theol. p. 2026.

II. *Anabaptistæ* putant, *peccatum, quod originale vocant, non propagari a parentibus in liberos* quia hic Deus conjugium mandaverit, eique benedixerit.

℞. Conjugium *propriè & per se* non est causa peccati originalis, sed peccatum hoc habemus *ex lapsu primorum parentum*, & amissione imaginis divinæ. [illegible] d vero parentes in conjugio transmittunt peccatum originale in posteros, ex accidente fit: transmittunt enim non *quatenus conjuges* sunt, sed [illegible] ius peccatô infecti sunt. *D. [illegible] art*. in Præ[illegible] he[illegible] 28. c. 2. q. 2.

III. *[illegible]minus* [illegible] de Grat. prim. hom. c. 9. & *So[illegible]* in Prælect. c. 1. p. 1. [illegible] loc. hoc probare volunt, *[illegible] Adamus in statu innocentiæ* [illegible] *sese mortale*, cum [illegible] fuerit generabilis, i. e. naturaliter speciem suam con[illegible] debuerit per generationem, juxta [illegible] De[illegible] *te & multiplicamini*.

℞. [illegible] E[illegible] *generandi facultate* falso adstruitur *mortalitas*: [illegible] Scriptura [illegible] certò est ho[illegible] adhuc integrum, conditum [illegible], qui semen [illegible] multiplicari posse, *Gen*. 1. v. 28. ita ejusdem Scripturæ planè sententia est hominem conditum esse justum & [illegible], (*Colos*. [illegible] v. 1[illegible] *Ephes*. 4. [illegible] 24. & quod in [illegible] [illegible] r, unmo[illegible] ; *Rom*. 6. [illegible] 2. (2) N[illegible] te verum est, *omne*, *[illegible] e mortale* [illegible] quia [illegible] [illegible] co damus *hominem* [illegible] *mum*, qui [illegible] uni [illegible] e immortal[illegible], sup[illegible] bavimus: V[illegible] um [illegible] est, quod generat propter [illegible] *conservationem*: certum autem est, hodie generare homines propter speciei conservationem, [illegible] leoque & mortales esse. [illegible]) *Mortale* aliquid [illegible] nur dupliciter: 1. *proprie*, quod per successivam partium absumptionem ad mortem certo secuturam naturaliter propendet, & in hac significatione corpus Adami ante lapsum non erat mortale 2. *Impropriè & abusivè*, pro remota [illegible] una moriendi potestate, quæ, si homò integritatem servâsset, nunquam fuisset in actum tradu[illegible]. *Brochm*. par. 1. Systcm. The[illegible] p. [illegible] 6. & seq. *Hunn*. in Exam. [illegible] Photin. de [illegible] prim. hom. [illegible] c. [illegible] n. 39. & 40. D. *G[illegible]*. de Papism. disp. 42. thes [illegible] 4. & seq.

IV. *Non tantum corpus sed [illegible] anima, vi primævæ benedictionis, ex singulari Dei ordinatione, ac coordinatione maris [illegible] fœmina, a naturalibus parentibus in sobolem pr[illegible] tur*: nam illa Dei benedictio non ad partem ta[illegible] h[illegible] s[illegible] sed ad totum hominem corpore & anima constantem, pertinet.

Junius in Prælect. sup. Genes. p. [illegible] egerit, *plus ex verbis illis Dei concludi non posse, quam corpoream esse ex Traduce propagationem, quæ homini competat*, i. e. *fœtum solum habere animam vegetantem, & sentientem*.

℞. 1. R[illegible] tri[illegible] io bened[illegible] oni[illegible] divinæ ad formas, quæ e potentia materiæ educuntur, h. e. ad animas, *vegetantem* & *sentientem*, repugnat textui Mosaico, qui expressè eam, *Gen*. 9. v. 1 [illegible] ad speciem *humanam* extendit. [illegible] 2.) Si corporea ex Traduce propagatio tantùm competit homini, i. e. si fœtui solùm animam vegetantem & sentientem tribuit *Junius*, quâ, quæso, ratione homo poterit gignere *hominem*? quoniam *homo* per & propter *animam rationalem* est & denominatur homo, quæ hominem in esse *specifico* constituit; reliquæ autem, *vegetans* sc. & *sentiens*, facultates, non sunt finis seu *terminus motionis* a natura propositus, sed duntaxat *[illegible]* & *[illegible]* formæ ad receptionem formæ perfectæ, specificæ & permanentis. Ita *Thumm*. in Controv. de trad. an[illegible] [illegible] on. sect. 1. thes [illegible] & seqq.

V. *Du[illegible]andus* in 2. S[illegible] [illegible] q. 5. & d. 37. q. 1. aliique nonnulli quos referunt *Henric. Gandav*. quodlib. 4. q. 1. & *Albert. Magn* in 1. dist. 3 [illegible] art. 1 [illegible] statuunt, *solas causas secundas per se effecta sua producere, citra concursum Dei*, & producunt ex loco hoc Scripturæ testimonium, *quo multiplicationem suæ speciei videatur Deus prorsus committere homini*, postquam ei tribuit pot[illegible] sufficientem ad illam.

℞. Deus quidem homini commisit speciei suæ multiplicationem, tribuens ei virtutem producendi alium hominem, sed virtutem *creatam*, & ideo a se *dependentem*; proinde actum cum eodem homine concurrit, & quidem per se *immediate*. *Prætor*. par. gen. can. Metaph. [illegible] can. 11.

VI. *Conjugium est de jure divino*, Mose teste. *Ideoque non potest tolli ulla lege humana*, h. e. nemo potest obligari vel á [illegible] vel ab alio, ad non ducendam uxorem: dum igitur Papa Romanus Sacerdotibus prohibet conjugium, evertit jus divinum.

Excipit *Bellarminus* l. 1. de Cler. c. [illegible] 1. I. verba illa non *præceptum* [illegible] e, sed *naturæ institutionem* exprimere.

℞. Institutio illa conjugii est *mandatum*. Nam (1) verba sunt *imperativa* Dei ad homines: *Crescite & multiplicamini*; quibus omnes eos Deus obligat, qui non sunt peculiari dono excepti. (2) *Bellarminus* [illegible] 4. de Sacram. Eucharist. c. 25. agnoscit, *præceptum naturale* de conjugio ineundo, in illis verbis reponi, [illegible] tur [illegible] præceptum & naturæ institutionem hic opponit?

2. Præ-

2. Præceptum illud de co[illegible] *affirmat eum*, ideò non obligare, nisi *in casu necessitatis*, i. e. quando periculum immineret, ne genus humanum periret.

R. Bellarminus sophisticè vim argumenti declinare vult: *tempus etiam*, quô præceptum de conjugio ineundo obligat, non solum illud est *quando periculum imminet, ne genus humanum intereat*, sed etiam quando *ustiones sentiuntur*, & sic periculum imminet, ne in scortationem homo prolabatur, 1. *Corinth.* 7. v. 2. & 9. Invertimus [illegible] argumentum contra Jesuitam. *Mandatum Dei & naturæ semper in casu necessitatis obligare, [illegible] atqui in Sacerdotibus etiam est casus necessitatis conjugij, siquidem ibi periculum est ne fornicentur & adulteria committant. E. etiam mandatum Dei & naturæ de conjugio sacerdotes obligabit.*

3. Tunc fuisse præceptum singulis hominibus, ut conjugium inirent, *quando terra erat vacua*, ut in exordio mundi, nunc autem *cum terra plena* sit, conjugium non esse mandatum.

R. Natura hominum formatur illô verbô Dei, ut sit fæcunda, non solum *initio creationis*, sed *tantisper, dum hac hominum natura existet*; sicut hoc verbô *terra* sit fæcunda. *Germinet terra herbam virentem.* Propter hanc ordinationem non solùm initio cæpit terra producere germina, sed quotannis vestiuntur agri, donec existet hæc natura. Durante igitur *ratione legis*, durat *lex ipsa*.

4. *Secus peccasse Christum, Iohannem*, &c. qui extra conjugium vixerunt, si jure divino homines tenerentur ad matrimonium.

R. Non agitur hîc de obligatione ad *conjugium*, sed de obligatione *contraria excludenda*. Nec enim imponimus legem conjugij *sine discrimine omnibus*, sed illis, qui *sentiunt ustiones*; ac pugnamus, legem cælibatûs non esse imponendam continentibus, multò minus illis qui agnoscunt se extra conjugium non posse castè vivere, *Matth.* 19. v. 11. & 19.

5. *Costerus* in Enchir. c. 15. p. 461. ait, mandatum hoc de *conjugio ineundo* non *singulis*, sed *generi humano* datum, cui satisfieri, si ab *aliquibus*, non ab *omnibus* impleatur.

℞. (1.) *Eam* habebat homo jam antea, c. 1. …30. (2.) Non major est, quam in cæteras bel…, leones, ursos, tigrides, &c. (3.) Sæpius à serpentibus homines devincuntur & occiduntur.

4. *Cal…inus* in Comm. in c. …. Gen. intelligi …i *serpentem …hysicum*, inter quem & mulierem fo… naturale… inimicitiam.

℞. Negatur, quia ipsi attribuitur … *loquela, … notitia religionis*, ejusque cultus, ut & præmio… & …œnarum cognitio … *qua… io insidiosa, data industria* ad mulierem cum sola esset di…

5. Alius ex Photi…anis, *ex conculcatione … apitis … pentum, per eme… mulieris perfici…nda, non s… … …tim sat… … … pro genere humano*

PARS I.

℞. *Utique* sequitur: nam si ibi prædicitur *passio* CHRISTI, & illa *dilatata*, interea temporis adumb…tur per *sacrifi…ia expiatoria*, tum utique hominum *vice & loco* patietur & morietur.

6. Non n…mo ex …lis, *procul dubio, si verum esset, Mosen non tam pauca hac de re scripsi…e.*

℞. N. C. & n…tandus est *scopus Mo…*, qui priori…us 11. capp. G…n. ag…t de spacio annorum bis … & ultra, & *vix ob…er* stringit …tas & nomina Pat…r…r harum; properat autem a… historiam *Abr…a, Isaaci* & *Jacobi* & posteriora 39. capp. ablumit, eorum vita describendâ, ut promissionibus & mir…culosis ipsorum liberationibus animaret Israelitas ad arripiendum egressum ex Ægypto. *Franz.* in Vindic. dispp. Theol. in A. C. disp. … thes. …18. *Hutter.* in LL. Theol. p. 420 & seq. *Thumm.* in …xerc. Theol. disp. de satisfact. Christ. pag. 37. & seqq.

V. *Q…od DE… prævideat etiam malas hominum actiones, longe antequam fiant*, constat ex hoc textu. Nam *prævidet … asseruit DEus quod mortem Christi adjuturus e…et & procuraturus serpens seu Satanas, quod …lum fuit, quando Judæos impellebat ad occidendum CHRISTUM, sicut Christus etiam ipsis Judæis objicit. Johan. 8. v. 44. Vos estis ex Diabolo, & vultis desideria Patris vestri facere* (scilicet *in procuranda mihi morte*) *qui homicida est ab initio*, &c.

Socinus in Præle…. Theol. c. 9. p. 28. respondet, *ante creationem quidem mundi factum fuisse decretum a DEO de mittendo Messia, & quidem etiamsi homines non pe…arent, tantum ideirco, ut homines etiam in statu innocentiæ mortales conditos & morituros … in ultimo die excitaret ex mortuis ad vitam æternam. … tunc tamen decretum simul fuisse, ut moreretur sub ea conditione, si peccarent homines. Hinc simul infert, fuisse quidem à DEO prævisa peccata generis humani, sed non … …ub conditione.*

℞. (1.) Ni…quam unô verbô ex Scripturis probabit *Socinus*, …isse decretum de Messia mittendo, *etiamsi primi Parentes*, aut alii homines post ipsos nunquam lapsi fuissent. Hoc tantùm ideò excogitat, quia non vult concedere, quòd CHRISTUS venerit in mundum, *ut satisfaceret pro lapsu Adæ, & pro peccatis generis humani, per lapsum Adæ introductis.* (2.) Quòd etiam Adamum in statu innocentiæ tamen *mortalem & moriturum* fuisse …ontendit, superiùs refutavimus. *Frantz.* pac. 2. dispp. Theol in A. C. disp. 12. th. 13. 23. 25. 26. 27.

VI. *Lindanus* lib. 4. Panopl. c. 22. nititur probare, *in ipsa peccatorum remissione prorsus auferri ac adicitus evelli peccatum, atque adeo animæ restitui perfectam justitiam inhærentem; quoniam Christus contriverit caput serpentis, proinde nullam pristini dominatûs ejus portiunculam reliquerit* (*conterere enim, ait, est profligare, atque in nihilum, pulvisculi modo, redigere.*

℞. Illud, *nullam relinquere dominatûs portiunculam*, dupliciter potest exponi: vel de *effectu ultimo*, vel de *perpetuo*. *P…ò* modô, significat tandem futurum, ut omnino fideles liberandi sint ab eo dominio, ita ut nulla ex parte subsint ei fideles, non jam fideles, sed beati. *Altero* autem, jam statim ab ipso fidei initio primo, atque inde per totam hãc vitã, eam libertatem plenissimam cõstare adeò ut nõ per gradus fiat, promovendo, & ad perfectionem tendendo, sed uno eodemque impetu, atque actu indiviso, de…ique in instanti. *Priori* quidem modo concedimus, Sanctos tandem glorificandos esse, at-

que in ea gloria poſſeſſuros regnum cœlorum; veruntamen hæc gloria nihil ad *præſentem* controverſiam, cujus operæ precium eſt inquirere, non quid *olim* futurum ſit, cùm admittemur in cœleſtes noſtras manſiones, ſed, quid *nunc* fiat in nobis, dum peregrinamur in hac miſeriarum valle. *Altero* autem modo conſtanter negamus, nullam portiunculam dominatûs tyrannici reſiduũ eſſe: nam & juſtus moritur propter peccatum, *Rom.*8. v.10. & carne inſervit legi peccati, *Rom.*7. v.25. Proinde non verum, *ſic contritum eſſe à Chriſto caput ſerpentis, ut jam nunc inſtar pulveris minutiſſimi ſit in nihilum redactum*; ſed verum, *tandem aliquando redactum iri*, 1. Corinth. 15. verſ. 54. *Cham.* tom. 3. Panſtr. l.21. c.16. n. 4. 5. 6. 7.

VII. CHRISTUM *ex ſolo Mariæ ſemine conceptum & natum eſſe ſecundum humanam naturam, nec Spiritum Sanctum in Mariæ uterum ſubſtantiam aliquam creatam immiſiſſe, ex qua verus homo generatus fuerit*; conſtat ex allato textu, in quo CHRISTUS *ſemen mulieris* dicitur; id quod verum non eſſet, ſi non ex *ſolo Mariæ ſanguine* Chriſtus natus eſſet; nec enim ex *ſolo* ſemine mulieris tunc foret, ſed etiam ex alieno.

Excipit 1. *Smalcius* in Reſp. ad 2. par. Smigl. cap.18. p.158. Semen mulieris dici poſſe *omnem hominem*, qui naſcitur ex muliere, etiamſi id non fiat abſque opera *viri*; quemadmodum etiam homines dicuntur *nati ex mulieribus*, etiamſi nullus eorum ex *ſola* mulieris ſubſtantia ſit progenitus.

℞. Ita homines *communiter* dicuntur nati ex mulieribus, ut ſimul ex virili ſemine geniti non negentur; quod videmus de CHRISTO negari, *Matth.*1. v.18. 20. *Luc.*1. v.35. Unde conſequens eſt, *aliô modô* illum ex muliere, nempe *ſolâ*, maſſam & naturam humanam hauſiſſe. *Stegm.* in Antiphot. diſp.16. q.3.

2. *Rauffius* in Colloq. Franckenthal. act.10. n.50. & 52. p. 203. per *ſemen mulieris* intelligi *genus humanum*, inter quod & ſemen ſerpentis, i. e. Diabolum, eſſe Chriſtum.

℞. (1.) Per *ſemen mulieris* non *genus humanum*, ſed CHRISTUM intelligi, ex ſupra dictis patet, idque ipſe Rauff infra n. 64. non diffitetur, cùm per pronomen relativum IPSUM denotari *CHRISTUM*, ſerpentis caput conculcaturum, concedit. (2.) Sequetur, *tum* CHRISTUM *eſſe inimicitiam* inter Diabolum & genus humanum, quippe quæ inter utrumque in textu manifeſtè ponitur; cùm tamen CHRISTUS ſit noſtra pax, *Epheſ.*2. verſ. 14. *tum* quoque, *genus humanum ſeipſum redemiſſe*, dum ſerpenti caput contrivit, cum tamen redemtio generis humani ſit opus *ſolius* CHRISTI. *Dathen.* l. c. n.56.

3. Id. *Rauffius* ibid. n.58. CHRISTUM *non eſſe inimicitiam generis humani*, ſed ſerpentis & peccati in homine, per ſerpentem introducti.

℞. Anabaptiſta ſibi contradicit: nam antea inter ſerpentem cum ſemine ſuo & inter mulierem itidem cum ſemine ſuo, CHRISTUM ſtatuit, quem *inimicitiam eſſe* neceſſariò conſequitur; jam verò inimicitiam inter ſerpentem & peccatum in homine eſſe aſſerit. Verum, ſi ſerpens, qui antea pars erat controvertens, nunc inimicitia ipſa eſt, ubi manet id, quod eſt inter partes controvertentes? *Dathen.* d. l. n.59.

VIII. Videtur hic eſſe contradictio: Chriſtus enim *mulieris* eſſe ſemen dicitur, at in ſymbolo Apoſtolico ex *virgine* natus proclamatur.

℞. (1). Etiam virgines *mulierum* nomine in verbo DEI inſigniuntur, ut *Eva* nondum ab Adamo cognita, *mulier* dicitur, *Geneſ.*3. v. 6. (2). Maria dicitur *mulier*, non propter *privationem virginitatis*, ſed propter *differentiam ſexûs*. *Reinecc.* tom. 2. Panopl. Theol. p.110. & ſeq.

IX. CHRISTUM *non fuiſſe ab æterno, adeoq; nec in Vet. Teſt.* probare contendunt Photiniani ex noſtro textu, ubi dicitur *ſemen mulieris, idq; futurum, proinde tum nondum fuiſſe.*

℞. Phraſis hæc, *futurum* dici, dupliciter poteſt intelligi: Nam qui dicitur futurus, is aut *ſecundùm ſubſtantiam* futurus dicitur, aut ſecundum *modum & manifeſtationem illius*; præterea aut ſecundùm *totum*, ſi nihil dum eſt illius, aut ſecundùm *partem*, ſi quid inſuper eſt acceſſum. CHRISTUS non ſecundùm *ſubſtantiam perſonæ ſuæ divinæ* futurus dicitur, ſed ſecundum *modum manifeſtationemq; illius in aſſumta carne*, nec ſecundum *totum ſui* exſtiturus dicitur, ſed tantùm ſecundum illam (ut ita loquamur) *particulam*, quam aſſumſit, nimirum *carnem*, de virgine Maria. Proinde concedimus tum nondum fuiſſe CHRISTUM, nimirum ſecundùm *carnem*, ſed fuiſſe tamen ſecundùm *æternam illam perſonæ divinæ ſuæ veritatem*.

Regerunt 1. abſurdum eſſe, Moſen *non meminiſſe* CHRISTI, ſiquidem *CHRISTUS* fuerit jam eo tempore.

℞. (1.) Ab autoritate *negativè* non valet argumentum: Non meminit CHRISTI operumque illius; non ergò fuit CHRISTUS. Nam etſi in hac de Meſſia promiſſione altum hac de re eſſet ſilentium, non tamen liceret inde *rem ipſam* negare: occurrunt enim alii Scripturarum loci, qui divinæ hujus nativitatis quaſi ex profeſſo meminerunt. (2.) Falſum eſt, Moſen non meminiſſe Chriſti, tanquam ejus, *qui non eſſet*: jam tùm enim *fuiſſe*, hoc ipſum à Moſe expreſſum fuit evidentiſſimè, *Gen.*1. v.1. & 26. c.3. v.22. & alibi.

2. *Saltem ſeminis Moſen ibi facere mentionem, non autem Filii DEI, qui tum temporis fuerit.*

℞. *Synecdoche* hæc eſt in Scripturis uſitata, ut *pars pro toto*, & nomen *naturæ* pro integra *perſona* ponatur: nam *nudum mulieris ſemen* caput ſerpentis conterere non potuit, ſed *perſona illa*, quæ ſimul Filius Dei & ſemen mulieris eſt, & quidem ſecundum utramque naturam, *Hebr.*2. v.14. 15.16. Sic ergò erat quidem *Perſona Chriſti*, ſed nondum erat *ſemen*, quod aſſumeret ex muliere; ac proinde ſecundùm *perſonam divinam* erat, non erat autem ſecundùm *naturam noſtram*: hanc enim poſtea aſſumſit in tempore. *Jun.* tom 2. oper. Theol. p. 196. & ſeq. *Gerlach.* tom. 1. diſpp. Theol. diſp.6. theſ. 193. & 194. *Balduin.* diſp.3. in artic. Smalcald. theſ.46.

X. *Flacius* deliravit, *peccatum originis eſſe ſubſtantiam*, quoniam ſit *caput ſerpentis*: rem autem, in qua tanta eſt calliditas, non poſſe eſſe rem brutam, omni intelligentia carentem.

℞. Caput

℞. *Caput serpentis*, quod CHRISTUS contrivit, non est tantum *peccatum originis*, quod Hacius fingit esse plenum calliditate: sed significat *totam potentiam & regnum Satanæ*, quo tenet nos constrictos sub ira Dei, maledictione legis, peccato & morte. *Hoc caput*, id est, *totam Satanæ tyrannidem*, destruxit & contrivit Christus, semen mulieris. *Hesshus* in Antidot. contr. Flac. Illyric. fol. 116.

XI. *Versio Vulgata hic vitiosa est*, cùm habet: *Et tu insidiaberis calcaneo ejus*: eò quod tam discrepantem in ultimo membro ei significationem attribuit: nusquam enim pro *insidiari* radix עקב accipitur.

Huntlaeus tom. 1. Epitom. controv. c. 16. versionem illam ita excusat, quòd sensus illorum verborum sit: *Insidiando & non aperto Marte conteres calcaneum ejus*. Et respexisse Interpretem, ait, ad vocem Hebræam, עקב, quæ *propriè* significet *insidiari*, *& ex insidiis aggredi*; atque ita emphasin Hebraicæ vocis עקב omnino versionem illam exegisse.

℞. (1.) Si Interpres ad significatum hoc respexit, cur igitur manifestò *calcaneum* reddidit? duo diversissima hæc sunt significata, quæ in unam eandemque vocem, semel in textu positam, cadere in æternum nequeunt. (2.) עקב quando nomen *substantivum* est, *calcaneum* significat, quando autem verbum, notat idem, quod *fraudavit*, *insidiatus est*, *fefellit*, Gen. 27. v. 30. Jerem. 9. v. 4. Interpres verò non *verbalem* voluit reddere, sed *nominalem* significationem; unde expressè *calcaneum* ponit. (3.) Tò *insidiaberis* autem transtulit non ex Hebræo עקב, sed ex שוף, quod in superiori membro positum, *conterere*, *conquassare* significat. *Glass.* l. sup. c. p. 880. & seqq.

XII. *Autores Confid. Commonef.* par. 1. num. 40. ut *verbis S. Cœnæ tropos infarciant*, tradunt, interdum *eo ipso loco*, *ubi articulus fidei est*, *tropos admisceri*: in hoc enim *protevangelio* Diabolum vel *metonymicè* vel *synecdochicè* dici serpentem; *destructionem regni Satanæ*, conculcationem capitis; *afflictionem & mortem Christi*, læsionem calcanei.

℞. Concedimus, articulos fidei *alicubi* verbis quibusdam *tropicis* proponi; sed addendum hoc, nullum omninò esse fidei articulum; qui non alicubi ad minimum in scripturis propriam sedem habeat, & in illa *propriis sine tropo verbis* (substantiam ejus quod attinet) *ex professo* exponatur: Id quod de hac *prima etiam promissione* verum est. quæ non solùm in V. T. scriptis Propheticis, sed Novi etiam Apostolicis, luculenter & verbis propriis est explicata, qua de vide *Esa.* 53. 1. *Johan.* 3. v. 8. &c. *Glass.* l. 2. Philol. sacr. pag. 2. tract. 2. sect. 1. art. 4. can. 2. pag. 369.

Vers. 16. *Mulieri quoque dixit: multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos; in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.*

I. MOses usurpat hic (1.) *Epizeuxin*, Hebræis frequentatam, הַרְבָּה אַרְבֶּה, *multiplicando multiplicabo*, h. e. *valdè multiplicabo*. (2.) *Enallagen* tum *casûs*, nam inter duo hæc substantiva, per conjunctionem ו, ET, connexa, עִצְּבוֹנֵךְ וְהֵרֹנֵךְ, *dolorem tuum & conceptum tuum*, alterum per *genitivum* exponendum est, *dolorem conceptûs tui*, sive *cum dolore conjunctus erit conceptus tuus*: tum *numeri*; quia singularis, *dolor & conceptus*, ponitur pro plurali, *dolores & conceptus*. (3.) *Synecdochen* tum *speciei* pro *genere*, *partu* enim *filiorum* DEUS complectitur *conceptionem*, *gestationem*, *partum & educationem*, quæ omnia cum *dolore* erunt conjuncta; tum *generis* pro *specie*, siquidem nomine *doloris* comprehendit, *quicquid molestiæ* sustinent mulieres, ex quo gravidæ esse incipiunt, *fastidium cibi*, *deliquia animi*, *lassitudines*, aliaque innumera. (4.) *Ellipsin*: nam illud, *cum dolore*, ἀπὸ κοινοῦ ad *membra singula* pertinet. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. pag. 3. *Jun.* in Not. Bibl. h. l. p. 8. *Dieter.* in Instit. Rhetor. l. 1. c. 15. p. 90. *Glass.* lib. 3. Philol. sacr. tract. 1. can. 42. p. 162.

II. *Costerus* Conc. p. 3. t. 2. p. 215. ipsam πολυτεκνίαν *pro gradu maledictionis divinæ habet*, statuitque, *multo plures post peccatum nasci*, *quam nati fuissent in statu innocentiæ*; nixus textu præsenti, qui magnam continet maledictionem, cùm ait DEUS: *multiplicando multiplicabo conceptus tuos*, i. e. *liberorum generationem*.

℞. (1.) Πολυτεκνία & ipsa liberorum conceptio atque partus *per se* est benedictio, quippe *in statu integritatis* à Deo ordinata, *Gen.* 1. v. 28. & *adhuc* pro benedictione Altissimi gratiosa deprædicata, *Gen.* 15. v. 5. *Psal.* 127. v. 4. & *Psal.* 128. v. 3. (2.) Verba illa *maledictionem sonant* κατά τι, nimirum 1. ratione *adjuncti*, quoad dolores simul comitantes; & 2. ratione *subjecti*, quia filius iræ concipitur, à matre, naturaliter filii iræ, *Eph.* 2. v. 3. (3.) Adhæc In textu nomen singulare הֵרֹן extat: dolor igitur & conceptus multiplicatur circa eundem *fœtum*, quamdiu fœmina gravida est, ut non opus sit, vi vocis, ad πολυτεκνίαν recurrere; id quod bene observavit *Vatabl.* l. c. & ante eum D. *Lutherus* in versione Germanica: Ich wil dir viel Schmertzen schaffen/wenn du schwanger wirst; quasi continuum dolorem & molestiam à conceptione usque ad partum. *Meelführ.* in Vindic. Evang. dec. 3. disp. 8. thes. 60. & seq.

III. *Socinus* l. de stat. prim. hom. c. 10. p. 278. censet, *maledictionem mulieris propriè non esse pœnam peccati*, eò quòd *mulier*, *etiamsi non peccâsset*, *cum dolore filios paritura*, *& viro subjecta futura fuisset*.

℞. (1.) *Litera verborum* indicat, *per & propter peccatum*, maledictionem dictatam fuisse mulieri, tanquam illius *propriè* dictam pœnam; à qua non recedimus, cùm nulla evidens & necessaria causa recedendi, à *Socino* afferatur. (2.) Unde probabit *Socinus*, dolores partûs, mulieri impositos, evenisse, etiamsi ipsa non peccâsset? (3.) Hac ratione DEUS mulieris transgressionem non punivisset: ridiculum enim est, pœnam dicere, quæ tamen prævaricantis conditionem nec faciat meliorem, nec deteriorem. Et sanè, vel pueri essent risuri præceptorem, qui in pœnam nequitiæ aut negligentiæ, juberet ambulare nudis pedibus eos, qui jam ante calceis destituerentur; aut naturales defectus ipsis mutaret in pœnas delictorum. *Hunn.* in Exam. err. Photin. de lapsu prim. hom. sect. 2. cap. 1. n. 40. & seqq.

IV. Idem *Socinus* p.57. negat, *originalem aliquam malitiam à protoplastis fuisse in omnes posteros propagatam*, cùm *illa inter pœnas, post lapsum à DEO protoplastis hic & verf. 17. impositas, non recenseatur.*

℞. (1.) Nihil ibidem dicitur de *amissione dominio super animantia*, nihil de *morte ac damnatione æterna*, &c. quæ tamen mala posteris protoplastorum obvenerunt, tanquam pœnæ transgressionis primævæ. (2.) *Institutum* DEI in duobus illis versibus non fuit, enumerare *immediata lapsus consequentia*, qualia sunt *amissio imaginis*, & *prava concupiscentia*, quippe quæ jam actu aderant, & quæ mala ipsi parentes statim sentiebant, unde *rubor* & *dolor* enatus; sed tantùm *futuras adhuc calamitates* exponere, præsertim ne putarent, ob promissum semen benedictum, nihil imposterum fore sustinendum. (3.) Ad hæc DEUS illas voluit enumerare *pœnas, quas ipse efficienter erat producturus*, ut sunt *dolores partûs, maledictio terræ, labores*, similesque ærumnæ; verùm *malitia originalis* DEum nullo modô autorem habet, sed per malum actum unicè causata est. Non ergò potuit inter ipsas pœnas numerari, quas DEUS ipse volebat imponere. *Meisn.* in Consider. Theol. Photin. p.702. & seqq.

V. Gregorius de Valentia T.2. D.6.q.17. pag.825. docet, *DEum pœnitentibus omnem culpam pariter & pœnam æternam, gratis propter Christum condonare; temporalem tamen pœnam non remittere, nisi acceptâ ab ipsis peccantibus verâ satisfactione per opera*; Idque contendit probare ex allato v.16. & seqq. Ubi *Adamo & Evæ fuisse aus remissam culpam & pœnam æternam, at mansisse pœnam satisfactionis temporalis, nempè quod coleret terram in sudore vultûs, & quod Eva in dolore pareret.*

℞. Morbos & alias calamitates, quibus obnoxii sunt pii, etiam remissâ culpâ frustra urget Bellarminus. Nam (1.) quæstio est de *pœnis*, non quæ *piis & impiis communes* sunt, sed quæ *piis*, condonatâ culpâ, peculiariter infliguntur: è quo censu pœnarum non sunt *morbi, mors, laboriosa parturitio, terræ maledictio*; alioquin & impii satisfacerent pro peccato. (2.) Controversia est de illis *pœnis, à quibus interventu nostrarum satisfactionum, liberari possumus*; rotunda autem ipsius *Bellarmini*. l. 1. de Indulg. c. 7. & l. 2. de Indulg. cap.13. assertio est, hominem per *laboriosas satisfactiones*, neque à pœna Gehennæ, neque à plagis, cum naturâ individuo nexu conjunctis, neque à flagellis, à Deo immissis, liberari. *Brochm.* par. 2. Syst. Theol. pag.367. & seq. *Scharp.* in Curs. Theol. p.1112.

VI. *Photiniani* ex hoc loco negant, *mulierem ad imaginem DEI fuisse conditam*, quia *in dominio* putant *imaginem Dei consistere*, *quod in mulierem non cadat.*

℞. (1.) *Mulierem* etiam ad imaginem Dei conditam esse, testatur Moses, *Genes.* 1.v.27. (2.) Dominium verò licet *illa* non habeat in *virum*, subjecta enim viro esse debet; habet tamen in *creaturas alias*, vers. 26. & 28. *Stegm.* in Antiphotin. disp. 8. q. 7.

VII. *Anabaptistæ* docent, *non licere Christianis gerere Magistratus, qui aliis dominentur, quod subjectio mulieris sub viri potestate per peccatum sit introducta*, ceu pateat ex allato textu; *proinde cum Christiani à peccato per Christum liberati sint, etiam à subjectione esse debeant exempti.*

℞. Mulier tam ante peccatum quàm post, *socia* & *subjecta* fuit viro: *socia* in generatione, *subjecta* in gubernatione. Illud autem, *sub viri potestate eris*, non significat *quamcunque* subjectionem, sed *involuntariam* & cum tristitia ac timore, qualem utplurimùm experiuntur mulieres conjugatæ, interprete *Augustino*, l.11. Gen. c.37. *Bellarm.* l. 3. de Laic. c.7.

VIII. *Coccius* in Thesaur. par. 1. lib. 7. art. 3. contendit, *unum aliquem Monarcham semper in Ecclesia fuisse, qui imperaret omnibus, toto terrarum orbe DEUM colentibus*; idque vult probare exemplô *Adami, qui Monarcha Ecclesiæ extiterit, imperans uxori.*

℞. Adam præfuit uxori, non jure *r[illegible]*, sed *natura*; quomodo etiam apud Ethnicos, & multò magis apud Christianos, qui nôrunt, mulieris caput virum esse: atque adeò idem ipsum jus, quô Adam præfuit, perseverat ad finem usque mundi, profertque se in omnes undique partes, nullâ exceptâ. Itaque non potest inde concludi, quid in *Republica*, multò minus quid in *Ecclesia* faciendũ: nam ejusmodi exemplum ad *hoc institutum* non pertinet. *Cham.* tom. 2. Panstr. l. 9. c. 9. n. 5.

Verf. 17. *Adæ verò dixit: Quia audivisti vocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes; maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.*

I. OFfert sese hîc (1.) *Metonymia causæ* pro *effectu*, quia *arbor* pro *fructu*, & *terra*, ex qua Adam comedere jubetur, pro *ejus proventu* ponitur. (2.) *Enallage numeri*, nam singularis, *labor*, usurpatur pro plurali, *labores*, qui *summa cum ærumna sunt conjuncti*. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.8. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.8.

II. *Julianus Apostata*, teste *Cyrillo* l.2. contr. ipsum. *Judæis & Christianis simul objecit, videri alienum à justitia DEI, quod fructûs unius causâ DEUS tantas pœnas de homine sumpsisse dicatur, cùm non videatur delictum tam magnum esse, vesci pomo interdictô.*

℞. Falsum est, tantas pœnas à Deo sumtas fuisse de homine, *fructus illius causâ*: non enim propter *fructum* illum, sed propter *factum* [illegible] humanæ, pœna, quæ priùs fuerat *denunciata*, nunc demum *pronunciata* in hominem, & mandata executioni est: quam pœnam sic denunciaverat homini DEus, ut eam homo sibi denunciari æquô animo tulerit, conditionemque acceperit. (2.) *Magnitudo peccati* in lapsu hominum æstimanda est non ex *objecto externo*, seu ex *vilitate pomi comesti*, sed ex *magno ingentium delictorum cumulo*, q[illegible] in hoc lapsu fuit. *Primum* est dubitatio de verbo Dei; *secundum* superbia, quâ volunt esse Deo pares in scientia; *tertium*, contemtus DEI, cui Diabolum anteferunt, & cujus mandatum contra conscientiam violant; *quartum* homicidium sui & totius posteritatis, & quòd hic lapsus est prima janua omnium scelerum & miseriarum totius posteritatis &c. *Jun.* tom. 1. Oper. Theol. & prælect. in Genes. pag. 64 *Pezel.* par. 3. LL. Theol. pag. 385.

III. So-

III. *Socinus* in Prælect. Theol. cap. 5. p. 14. negat, *libertatem arbitrii humani in rebus ſpiritualibus amiſſam eſſe per lapſum primorum parentum*, eò quòd hujus pœnæ nulla planè fiat mentio, ubi verſ. 17. 18. & 19. pœnæ, lapſum inſecutæ, deſcribuntur.

℞. Utique luculenta fit mentio *amiſſionis libertatis arbitrii* in pœnarum, lapſum inſecutarum, deſcriptione. *Mortis* enim nomine, non tantum *animæ & corporis ſeparatio*, ſed etiam *mentis obſcuratio, voluntatis depravatio*, *juſtitiæ & ſanctitatis amiſſio, omniumq; virium ad quævis omnia verè ſpiritualia defectus*, deſignantur, evincente collatione locorum *Rom.* 6. v. 23. *Eph.* 2. v. 1. & cap. 4. verſ. 18. 2. *Cor.* 3. v. 5. Geneſ. 8. v. 21. *Brochm.* par. 1. Syſt. Theol. p. 400.

IV. Pontificii *eſum carnium certis diebus prohibent, eâ opinione, quòd ſentiant, carnes animalium maledictas, ob terram maledictam, ex qua animalia vivant.*

℞. (1.) Hac ratione *ſemper* & *omnes* carnes eſſent prohibitæ, itemque nec *herbis, oleribus, radicibus*, immediatè è terra creſcentibus, veſci liceret. (2.) Et quare *volucrum carnes* prohibent, cùm aër non legatur maledictus, niſi forſitan aviculæ maledictionem inde contrahant, quòd terræ aliquando inſident? ſed cur non etiam *piſces*, cùm fluviorum fundum ſæpiùs attingant? (3.) *Maledictio* illa eſt *ſecundùm quid*, nempe, quòd terra ſterilis eſſe debeat, & ſpinis atque loliô pullulare, v. 18. (4.) Quòd verò illa maledictione animalia non fecerit ad eſum immunda & vetita DEUS, ipſe poſt diluvium oſtendit, concedens *eſum carnium*, Geneſ. 9. v. 3. *Chemnit.* in Exam. Concil. Trident. par. 4. pag. 357. *Oſiand.* in Enchir. contr. Papiſt. cap. 22. pag. 279.

V. *Socinus* de ſtat. prim. hom. c. 10. pag. 278. cenſet, *non fuiſſe pœnam peccati*, *ſi homini terra colenda erat*, dummodò ex ea ad vitam ſuſtentandam fruges percipere voluerit; cùm alioquin idipſum fuiſſet futurum, ſi homo non peccaſſet.

℞. (1.) *Maledictio terræ* ab ipſo Jehova diſertè affirmatur *propter peccatum* immiſſa: ſic enim ait DEUS, verſu hoc 17: *QVIA audiſti vocem*, &c. *maledicta terra propter te, &c.* (2.) Qualiter verò terræ propter peccatum fuerit maledictum, hinc conſtat: 1. quia *labor* viro impoſitus eſt *effectus peccati*; unde ſequitur, terram propterea maledictam, ut haberet homo, cujus laborioſâ culturâ membra fatigaret. 2. Quia terra non fert fructum *extra ſpecialem Dei benedictionem*; hanc enim ſi ſubtrahat, nihil ex ea metes: 3. Quia adhuc maledicitur terræ *propter peccatum*, Deut. 28. v. 18. & ſeqq. *Hagga* 1. v. 6. & alibi. *Hunn.* in Exam. err. Photin. de lapſ. prim. hom. ſect. 2. cap. 1. pag. 107. & ſeqq.

VI. *Bellarminus* l. 2. de V. D. cap. 11. vocem, בַּעֲבוּרֶךָ, *propter te*; in ſuſpicionem *mendi* vocat: *fieri enim potuiſſe, ut in Hebræo eſſet*, בַּעֲבוֹדָתֶךָ, & *librariorum vitiô mutatum* ſit ד in ר, quod in Latina Vulgata vertitur *in opere tuo*.

℞. (1.) *Hebraica* veritas conſtanter legit, בַּעֲבוּרֶךָ, quod *Arias* & *Vatablus* vertunt, *propter te*, idque non poteſt ſignificare, niſi *propter te*, teſte ipſo *Bellarmino* ibidem. Cur ergo Adverſarius *genuinam illam ſignificationem* non præfert verſioni, *in opere tuo*? (2.) Inſulſum eſt, in *rivulo* potiùs impuro, quàm in ipſo *fonte*, veritatem quærere velle: neque quid *fieri potuerit*, ſed quid *factum fuerit*, quæritur. *Glaſſ.* l. 1. Philol. ſacr. tract. 1. par. 2. ſect. 2. pag. 173.

Verſ. 18. *Et ſpinam & tribulum germinabit ſibi, & comedes herbam agri.*

I. MOſes utitur hìc *Enallage* tum *numeri* ſingularis, *ſpinam, tribulum, herbam*; pro plurali, *ſpinas, tribulos, herbas*: tum ſubſtantivi, *agri*, pro adjectivo, *agreſtes*, q. d. veſceris *herbis agreſtibus*; h. e. *non hujus horti fructibus*, ſed *reliquæ terræ*, cujus proventu etiam veſcuntur beſtiæ. *Vatabl.* in Annot. p. 8. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 8.

II. *Socinus* de ſtat. prim. hom. cap. 10. p. 278. urget, *non eſſe pœnam peccati*, quòd *terra producat ſpinas & tribulos, cùm illa jam tum extiterint, etiam antequam homo peccaret.*

℞. (1.) *Thomas de Aquino* par. 1. ſumm. Theol. q. 69. art. 2. ad 2. cenſet, ante peccatum Adæ *fuiſſe* quidam ſpinas & tribulos, ſed *non* fuiſſe *illa in pœnam*; at poſt peccatum cæpiſſe illa eſſe in pœnam, quia cœperint etiam naſci in quibusdam locis, ubi alioqui non fuiſſent nata, ſicque Adam coactus fuerit, magno labore illa eradicare, & terram fructuoſam reddere. (2.) Verùm ſpinas & tribulos lapſum hominis *ſecutos*, non *præceſſiſſe*, *DEI comminatio* ſatis indicat, quia maledictioni annumerantur, tanquam pœna peccati. *Hunn.* tom. 3. oper. Lat. p. 1471. (3.) *Becanus* par. 1. Theol. Schol. tract. 4. c. 3. p. 359. putat, *fuiſſe tùm temporis* ſpinas & tribulos, licèt *non in Paradiſo*, extra quem terra fuerit ſterilior, & produxerit ſpinas atque tribulos. (4.) At loquitur DEUS *indefinitè* de terra, quæ ſanè, ſi *creationem* reſpicias, naturaliter erat cunctorum fertiliſſima; *nunc* naturaliter omnino eſt ſterilis, adeò ut nunc non ſpinas ac tribulos afferat, hoc *ſpecialis* benedictionis eſt, tollentis maledictionem, annum coronantis benignitate, & replentis campos ubertate, Pſalm. 65. v. 12. *Nicol. Hunn.* l. c. p. 109.

III. Moſes ſibi contradicere videtur: nam *pro maledictionis parte* eſum herbarum cenſet; cùm tamen illis *ante lapſum* quoque veſci licuerit, *Geneſ.* 1. verſ. 29.

℞. Ingens diſcrimen eſt inter nobiliſſimas *herbas Paradiſi*, quarum uſus & eſus homini recèns creato divinitùs conceſſus, poſt lapſum verò negatus eſt: & inter eas herbas, quæ *extra Paradiſum* multò viliores proveniebant, quibus ſolis poſt lapſum veſci licet homini, ita ut ab uſu herbarum Paradiſi ſecluſus atque hinc ejectus ſit. *Ægid. Hunn.* l. ſuprà cit. pag. 1472.

Verſ. 19. *In ſudore vultûs tui veſceris pane tuo, donec revertaris in terram, de qua ſumtus es; quia pulvis es, & in pulverem reverteris.*

I. OCcurrit hoc loco (1.) *Synecdoche*, tum *partis* pro *toto*, nam *vultus* pro *corpore*; tum *ſpecies* pro *genere*, quia *panis* pro *cibo*; tum *totius* pro *parte*, ſiquidem *homo* pro *corpore* ponitur; neque enim *animo*, ſed *ſolum corpus* hominis ex *terra* deſumtum erat, *Geneſ.* 2. verſ. 7.

(2.) *Enallage* partim *modi*, nam infinitivus, שׁוּבְךָ, *reverti te*, pro indicativo, *tu reverteris*; partim *pronominis*, tum *relativi*, אֲשֶׁר pro quo usurpatur conjunctio causalis, כִּי, *quia*, & quidem subjuncto alio relativo, כִּי מִמֶּנָּה *quia ex ea*, h.e. אֲשֶׁר מִמֶּנָּה, *qua ex ea*, i.e. *ex qua*, ut Targum, ἐξ ἧς, LXX. davon Lutherus habent: tum *demonstrativi*, quod nomini subjunctum ponitur loco *verbi substantivi*, singulari cum elegantia, עָפָר אַתָּה, *pulvis tu*, h.e. *pulvis es*. (3.) *Metonymia materiæ* pro *materiato*, quoniam *homo* dicitur *pulvis*, quia *ex pulvere* factus erat. *Jun.* in Not. ad h.l. p.8. & *Glass.* l.3. Phil. sacr. tract. 2. can. 7. p. 186. can. 15. m. 2. p. 202. can. 26. n. 3. p. 223. & lib. 5. tract. 1. c. 15. p. 449. & c. 16. p. 454. *Dieter.* Instit. Rhetor. l. 1 c. 4. p. 32.

II. Moses repugnare videtur Davidi: hîc enim DEUS *maledictionis* locô imponit Adæ, ut *in sudore vultus sui vescetur pane*: id verò Psaltes *Psalm.* 128. v. 2. pro *benedictione* reputat, scribens: *Labores manuum tuarum comedes, beatus es, & bene tibi erit.*

℞. Novum non est, ut quod *suâ naturâ* rationem habet *maledictionis*, id *credentibus* vertatur in *benedictionem*. Sic *crux & calamitas* quæ peccati aliàs pœna est, piis tamen vertitur in bonum, *Psal.* 119. v. 71. 1. *Cor.* 11. v. 32. Imo pronunciat D. Apostolus, quod his, *qui diligunt DEum*, omnia simul cooperentur in bonum. *Rom.* 8. v. 28. etiam ea, quæ *suâpte naturâ* bona non sunt, sed peccati quiddam consequens. *Ægid. Hunn.* ibid.

III. A.C. 1522. *Carolostadius* Wittebergæ in Saxonia docuit, *omnes principes, concionatores, consiliarios & alios* oportere arare, & rusticorum instar laborare, ipse aratrum ducens, eò quòd DEus *in persona Adæ toti posteritati masculæ injunxerit, ut in sudore vultûs sui panem suum manducaret.* Cum eo tùm conspirârunt doctores *Anabaptistici*, Nicolaus Starck/ & Thomas Münzerus, eundem errantes errorem.

℞. Spiritus Sanctus non hoc vult, quòd omnes in sudore vultus *agros colere* teneantur, secùs nulli erunt sutores, sartores, lignatores, &c. quod vel ipsorum confessione absurdum; nam mechanicis aliis præter agricolas opus esse ipsimet agnoscunt: sed indicat, quæ *priùs* sine molestia & dolore hominis proventura erant, *nunc* post transgressionem non nisi *sudore & molestia* posse acquiri; idque verum est de omnibus omnino vitæ generibus, adeò ut status nullus sit, cui non sit suus sudor, sua cura, suaque molestia, *Psal.* 90. v. 10. *Syrac.* 40. v. 1. Ita *Salomon in sua Ecclesiaste* per omnes status & ordines hominum pertransit, & in singulis ostendit, quomodo Deus ipsis imposuerit sudorem vultûs, tam in Ecclesiastico & politico regimine, quam in œconomico. Et rectè quidem! Adamus enim his tribus ordinibus præpositus erat, ut in Ecclesia doceret, in politia gubernaret, & in œconomia suos aleret. *Hunn.* l. c. p. 1473. *Lyser.* Comm. in cap. 3. Gen. par. 1. p. 307. & seq. *Matth. Dietmars.* l. 3. Syst. Polit. exerc. 8. theor. 1. p. 413. & 414.

IV. *Socinus* contr. Pucc. p. 10. censet, *mortem Gen. 2. v. 17. verè non esse decretam, nec ejus, tanquam pœnæ, ibi mentionem fieri, sed tanquam termini, ad quem usq; pœna duratura sit*; dicere enim DEUM: *donec revertaris in terram.*

℞. Concedimus, *mortis* hic fieri mentionem tanquam *termini ad quem*, sed non *exclusive*, verum *inclusivè*. nam quod *tantum* hoc respectu, *mortis* mentio fiat, non probat Socinus. *Thumm.* in Imp. Photin. p. 226.

V. *Bellarminus* l. 4. de Pœnit. c. 2. contendit, *culpâ & pœnâ æternâ propter Christum remissâ, remanere luendam pœnam temporariam; quod Adamo, cum DEO licet reconciliato, moriendum fuerit.*

℞. Jesuita non probat intentum: nam (1.) quæstio est de *pœnis*, non quæ *piis & impiis communes* sunt, sed quæ *piis*, condonatâ culpa, peculiariter infliguntur, è quo censu pœnarum *mors*, non est. (2.) Pœna illa non fuit *satisfactionis*, sed *castigationis*; alioquin si mors esset pœna *satisfactionis*, tum impii satisfacerent pro peccato, cùm & his moriendum sit. (3.) *Mors* quidem *in se* considerata peccati est stipendium; *fidelibus* autem & pœnitentibus lucrum sit & janua ad regnum cœlorum, *Joh.* 5. v. 24. & 2. *Cor* 5. v. 1. & seqq. *Eckard.* Pandect. controv. Papist. c. 25. q. 1. ad 1. *Brochm.* par. 2. Syst. Theol. p. 377. & seq. *Scharp.* in Curs. Theol. p. 1111.

VI. Moses contradicere videtur Syracidi: *Ille enim de homine* dicit, quòd *reversurus sit in pulverem*, v. 19. *Hic* verò, quòd *post mortem devoretur à serpentibus & vermibus.*

℞. (1.) Etiam cum Mose concordat Syracides, c. 40. v. 11. *Omnia, quæ de terra sunt, in terram convertentur.* (2.) In græco plus non dicitur, quam hominem *hæreditare aut hæreditario possidere ejusmodi animalcula?* (3.) Utut autem defunctorum corpora devorentur à bestiis & reptilibus, illa ipsa tamen animalia tandem aliquando vertuntur in pulverem, atque sic consequenter corpus devoratum in ipsis *mediatè* converterentur in terram. *Walther.* in harmon. Scrip. sacr. p. 99. seq.

VII. *Socinus* in libello, *quod Evangelici omnino deberent*, &c. p. 56. contendit, *Adamum etiam ante peccatum fuisse naturâ mortalem*, eò quòd *ex terra formatus fuerit.*

℞. (1.) *Formatio hominis ex terra, & ejus immortalitas* non sunt *contraria*, quoniam Scriptura utrumque affirmat, Adamum ex terra formatum, & nihilominus mortem non nisi per peccatum ingressam esse, v. 17: *QVIA audisti vocem uxoris tuæ, in sudore vultûs tui vesceris pane tuo, & in pulverem reverteris.* E. Si non audisses, non in pulverem reversurus fuisses. (2.) Christus corpus terrenum habuit, non tamen ex *naturæ necessitate* mortuus, cùm omni peccato caruerit, *Hebr.* 7. v. 26. mors autem *necessaria* non nisi *peccati* stipendium est.

Nec obstat prior particula כִּי *QVIA*, cùm ait DEUS: *Reverteris in terram, quia ex ea sumtus es.* Illa enim hic non est *causalis* (creatio namque hominis non est causa reditûs ipsius in terram, homo siquidem creatus fuit ἐπ᾽ ἀφθαρσίᾳ, *Sap.* 2. v. 25.) sed *limitativa*, quoniam restringit hominem, *quatenus* ipse sit in terram reversurus, nempe ratione corporis, ex terra formati.

Nec obstat quoque posterior vocula כִּי *QVIA*, dum inquit DEUS: *Quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Eadem enim non indigitat *proximam mortis causam*, utpote quæ est peccatum, vers. 17. sed tantum indicat *hominis originem & potentiam mortis remotam*: nam ex pulvere fabrefactus est, & sic *facile & congruum*, ipsum, *quia peccaverat*, in pulverem reverti. Argumentum igitur DEUS ducit *à facili & congruo*, cur per mortem corpus in pulverem reverti debeat, quia ex pulvere factum est. *Meisn.* in Consid. Theol. Photin. p. 655. & seqq. *Gerh.* de Papism. disp. 42 thes. 5. *Thumm.* in Impiet. Phot. p. 226.

VIII. *Bel-*

VIII. *Bellarminus* l. de grat. prim. hom. c. 6. ex textu præſenti colligit, *hominis juſtitiam originalem non potuiſſe eſſe naturalem, cum ipſe naturâ fuerit pulvis & fragilis, proinde in ſtatum ſuum naturalem reciderit.*

R. (1.) Homo quidem pulvis eſt, ſed non quantus quantus eſt, *totus* pulvis eſt; quid enim ſic fieret de *anima*, parte hominis præſtantiore, quæ ſanè pulvis non eſt. Quapropter etſi homo pulvis eſt ratione *corporis*; non tamen ratione *animæ*, in qua juſtitia originalis *præcipuè* ſedem ſuam habuit. (2.) *Te eſſe pulverem* non notat idem atque *fragilem & caducum* eſſe, quia & corpora glorificata ſunt terreæ naturæ, & tamen ſunt ἄφθαρτα, teſte Paulo 1. *Cor.* 15. v. 42. (3.) Homo per peccatum lapſus eſt nō in ſtatum *naturalem*, *ſed præternaturalem*, imò in ſtatum *contra ſuam naturam*, à DEO creatam, nempe peccabilem & fragilem. Verùm phraſi hac reſpectus habetur ad *primam corporis originem*, quod ſumtum erat ex *pulvere*. Ergo non agitur hîc de *anima vel corporis animæ uniti naturali conditione, ſed de ejus origine.* Gerhard. in Conf. Cath. l. 2. ſpec. par. 3. art. 20. c. 2. arg. 1. p. 357. ſeq. *Eckard.* in Pandect. controv. Papiſt. c. 17. q. 3. ad l. *Feuerborn.* l. c. theſ. 19. p. 301. & ſeq.

IX. *Socinus* de ſtat. prim. hom. c. 4. p. 118. negat; *excellentem quandam rerum creatarum notitiam Adame eſſe concreatam, cum ipſe ne ſciverit quidem, quod ex terra ſumtus eſſet, niſi poſtquam ab ipſo DEO illi patefactum fuit.*

R. *Se è terra ſumtum*, ignorâſſe Adamum, perperàm dicitur: Unde enim ſcivit, *Evam ex oſſibus ſuis & carne ſuâ eſſe efformatam*, inde etiam *ſuam* cognovit *originem*; *Naturæ* autem clarô lumine donatus Adam, ſcivit ea. Nam *habitualem* quoque ſcientiam concreatam ipſum habuiſſe, teſtis eſt *Syracides*, c. 17. v. 6. qui *ſcientiæ intelligente* eum impletum fuiſſe expreſſè aſſerit. *Thummius*. in Imp. Photin. p. 203. & 205. *Stegm.* in Antiphot. diſp. 8. q. 1. ad 5. argum.

X. *Chavaſſius* in Profeſſione veræ & orthodoxæ fidei, quam vocat, p. 119. exiſtimat, quòd *illi homines, quos noviſſimus dies vivos deprehendet, ſint morituri, & poſt modicum reſurrecturi*; idque probare ſatagit ex dicto allato, ubi *in perſona Adami omnibus ejus poſteris mors denunciatur.*

R. (1.) Non tantùm *mors*, ſed & *incineratio*, Adamo cum ejus poſteris denunciatur: *Pulvis es, & in pulverem reverteris*; ergonè & illi homines, quos noviſſimus dies deprehendet, in cineres redigentur? (2.) Dictum hoc deſcribit *originem mortis*, unde venerit, nempe ex peccato; à qua tamen DEUS ipſe excepit *Enochum & Eliam*, qui vivi tranſlati in paradiſum cœleſtem, non viderunt mortem, *Gen.* 5. v. 24. 2. *Reg.* 2. v. 11. *Syrac.* 44. v. 16. & c. 48. v. 9. *Hebr.* 11. v. 5. *Feuerbörn.* ibid. theſ. 23. & 24. p. 3 4 & ſeq.

XI. *Presbyter* quidem Turonæ, referente *Gregorio Turonenſi*, l. 10. Hiſtor. c. 13. aſſeveravit, *nullum penitùs fore corporum humanorum reſurrectionem, quia DEUS iratus ea terræ devoverit, in quam revertantur.*

R. N. C. nam illa corpora, in terram reverſa, per *potentiam DEI abſolutam* vivificabuntur, juxta Scripturæ aſſertionem. *Eſa.* 26. v. 19. *Ezech.* 37. v. 1. *Matth.* 22. v. 31. &c. licèt jam in pulvere ſint redacta; Cent. 6. *Magdeb.* Hiſtor. c. 5. p. 313. ſeq.

XII. *Papiſtæ* nugantur, *panem* 1. *Cor.* 11. v. 26-28. *poſt conſecrationem dici panem, quia talis antea fuerit; ſicut Adam appelletur pulvis & terra eo quòd inde factus & ſumtus ſit.*

R. Ita per deteſtandam blaſphemiam ſtatuendum erit, quemadmodum Adam *ex limo terræ*, tanquam ex *materia*, creatus & productus eſt; ſic & corpus CHRISTI confici ex *pane*, tanquam ex *materia*. Quod nefarium commentum manifeſtò DEI verbo extremè contrarium eſt: Credimus enim Domini noſtri corpus ſemel ex ſubſtantia divæ Mariæ virginis aſſumtum; & ex maſſa, quam λόγος ſibi perſonali unione copulavit, eſſe formatum, *Galat.* 4. v. 4. *Hunn.* tom. 1. oper. Lat. p. 1209.

Verſ. 20. *Et vocavit Adam nomen uxoris ſuæ, Heva, eò quòd mater eſſet cunctorum viventium.*

I. MOſes uſurpat *Enallagen* præteriti pro futuro, היתה *fuit*, pro, *erit*, vel *eſſet futura*, reſpiciendo ad tempus, quo hæc ſcripta ſunt. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 8.

II. *Socinus* de ſtat. prim. hom. c. 4. p. 119. negat *Adamo fuiſſe excellentem quandam rerum notitiam concreatam, quod de conjuge propriâ non niſi ſenſibus obvia cognoverit*: quilibet enim ſtupidum cognoſcere potuiſſe, Evam dicendam eſſe *Chavam*, quòd debeat *eſſe mater omnium viventium.*

R. Convenientiſſima illa fuit Adami ὀνομαθεσία; nam vox חוה notat (1.) *ſexum*, (2.) DEI *conſilium & ordinationem*, quòd Eva eſſet deſtinata multiplicando generi humano, (3.) *Fœcunditatem futuram*, (4.) *Alterius matris negationem*. Quæ verò iſta eſt Socini inſania, quod quemvis ſtupidum illa potuiſſe cognoſcere dicit; quæ Adam tunc noverit? *Thummius*. in Imp. Phot. p. 201. ſeq.

III. *Hunnius* tom. 1. Epitom. controv. c. 18. contendit, *pronomen relativum* הוא *Gen.* 3. v. 15. poſitum, non tam ſignificare *IPSUM*, *quam IPSISSIMAM* ſeu *hanc ipſam & non aliam*, contrituram eſſe caput ſerpentis; idque ait & h. l. ſumi in *fœminino* genere: *Quia IPSA mater* &c. ubi pronomen illud *fœmininum* more *maſculino* cum litera Vau ſcribitur, & היא legitur.

R. Pronomen illud הוא in c. 3. *Gen.* v. 15. non eſſe fœmininum, ſupra ſolidè demonſtratum eſt; hic autem eſt *fœmininum*, notatur per היא, quod verbum eſt *fœmininum*. Oſtendat verò nobis Jeſuita vel unicum per totam Scripturam Hebræum locum, in quo & *maſculinum re*[*lativum*] הוא & *maſculinum verbum*, & *maſculinum affixum* continuò in ſermone conjungantur, & tamen ad remotius antecedens ſubjectum fœmineum ſint referenda, exiſtente in propinquo ejuſmodi ſubjecto, quod certò maſculinum eſt; id quod in æternum præſtari non poterit. *Jac. Martin.* in LL. Theol. diſp. 15. theſ. 195. p. 639. *Glaſſ.* l. 4. Phil. ſacr. diſp. de Protev. Gen. 3. v. 15. theſ. 62. p. 909. ſeq.

IV. *Bellarminus* l. 4. de Amiſſ. grat. c. 15. probare nititur, B. *Mariam fuiſſe expertem omnis peccati*, cùm ſit *mater omnium viventium vita ſpirituali*, cujus figura Eva, *mater omnium viventium vitâ animali*, fuerit, quæ ſine peccato condita eſt.

R. (1.) Nunquam *Scriptura* proponit *Evam figuram Mariæ*; non autem æquum eſt, ut ſibi quisquam figuras fingat pro arbitrio in myſteriis religioſis, ſed accipiat ab ipſa Scriptura; alioquin quid obſtet, quo minus ex quolibet fiat quidlibet? (2.) Nec verò mariam audito à quoquam *Apoſtolorum* appellatam *matrem viventium vitâ ſpirituali*, quemadmodum ſcio *Evam* dictam *matrem viventium vitâ animali*. Et ſanè τὸ δὶς μήτηρ πάντων; nam ab *Eva* verè vita *animalis* eſt in omnes poſteros pro-

pagata; at non ita à Maria *Spiritualis*, sed ab *ejus filio*. (3.) Positô autem *Evam fuisse figuram Mariæ*, in eo potissimùm consistit *similitudo*, quòd sicut *Eva*, verbis Angeli mali & fallacis credendo, peccatum intùs concepit, per quod mors in mundum intrâvit; ita Maria, verbis Angeli boni & veracis fidem habēdo, Salvatorem in utero concepit, per quem Salus & vita toti mundo recuperata est. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 5. c. 4. n. 9. & 10. *Eckard.* in Pandect. controv. Pontif. c. 19. q. 9. ad 2.

Vers. 21. *Fecit quoque Dominus Deus Adæ & uxori ejus tunicas pellis, & induit eos.*

I. MOses utitur *Idiotismo Hebræorum*: nam *nomen rectum genitivi casûs* denotat *causam materialem*, עוֹר כָּתְנוֹת, *tunicas pellis*, h. e. *pelliceas*. Chaldæus ut *genitivum subjecti* exponit: *Vestes honoris super cutem carnis eorum.* Glass. l. 3. Phil. sacr. tract. 1. can. 30. m. 2. p. 105.

II. *Calvinus* in Comm. Gen. ... v. 21. ridet sententiam nostram, quâ dicimus, DEUM *pelle agni mactati protoplastos vestivisse*, cùm ita DEUS tanquam pellifex describatur.

℞. Bene ait Theodoretus: *Sunt amplectenda, quia scripta sunt, & sciendum, quod omnium Creatori nihil deerat.* &c. Sacrarum igitur literarum studiosus (inquit *Lutherus* in c. 12. Genes.) nihil putabit tam exiguum; siquidem Spiritus Sanctus id noluit literis mandare, quod non prosit. D. *Finck.* t. 5. disp. 2. Giess. c. 20. p. 51.

III. Quidam *Anabaptistæ* contendunt, *matrimonium* non præcisè ad *primam institutionem conformandum esse*, aliàs in *vestitu* utendum foret *tunicis duntaxat pelliceis*, cùm *& sic Adam & Eva primitus induti fuerint à DEO.*

℞. Argumentem hoc planè friget: tùm quia nullaibi describitur *ritus perpetuæ institutio*, sed duntaxat *historica rei gestæ narratio*; tum quia *eo vestitu* non *speciem*, sed *genus* vestimenti DEUS indicare voluit. *Gerhard.* tom. 7. LL. CC. loc. 28. de Conjug. §. 207. obj. 6. p. 310. seq. *Thumm.* in Explic. Decal. p. 464.

Vers. 22. *Et dixit Dominus Deus: Ecce Adam factus est, sicut unus ex nobis, ad sciendum bonum & malum: & nunc ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de arbore vitæ, & comedat, & vivat in æternum.*

I. OCcurrit hìc (1.) *Ironia*, Ecce *homo factus est sicut unus ex nobis*, h. e. *nunc non est homo factus, sicut unus ex nobis*, sed potiùs *triste & horrendum factus est spectaculum*: estque simul allusio ad verba *Diaboli* in serpente, v. 5. q. d. *longè aliter se res habet, quam putavit homo futurum*, deceptus à Diabolo in serpente, qui dixerat, *Eritis sicut Elohim, scientes bonum & malum.* (2.) Hebraismus: nam præfixum ל, *infinitivo* prælatum לָדַעַת exponitur per participium, *sciens*; quo ipso *causa miseriæ* exprimitur, *perversa* nimirum *illicitæ scientiæ appetentia.* (3.) *Aposiopesis*: siquidem post illa verba, *Nunc ergo*, &c. subintelligendum est, quod omittitur, *Exturbabo hominē de horto, aditúque in eum prohibebo*; quod ita factum esse, verba statim sequentia declarant. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 8. *Glass.* l. 5. Phil. sacr. tract. 1. c. 5. p. 83. & tract. 2. cap. 4. p. 538. seq.

II. DEUS hic sibi contradicere videtur: nam oratio hæc, *Ecce Adam factus*, &c. aut *vera* est, aut *falsa*. Si *vera*, Adam peccando factus est DEO similis, cum per lapsum Diabolo potiùs similis factus sit, & quid bonum esset, ampliùs nescìverit: Si *falsa*, DEUS falsum dixit.

℞. Oratio illa non est *Logica*, sed *Rhetorica*, & quidem *Ironica*, non tamen *illusoria*, quasi DEUS insultaret miseriæ hominis, sed *correctoria*, quâ *exprobrat* Adamo superbiam, qui non contentus perfectione concreatâ, acquirere majorem voluit, & divinam conditionem stultè affectavit. Vult igitur DEUS pectus ipsius confundere, & altè infigere stimulum conscientiæ, ut & ipse lapsûs sui memor sit, & omnem posteritatem de eo doceat. Reduci tamen verba illa ad *Logicam* orationem possunt, quod fit, si in *nudis* verbis non hæreas, sed *sensum* scruteris. Et quia *Ironia* fundatur in loco *oppositorum*, contrarius hìc sensus emerget: *Adam nequaquam nobis factus est similis*, &c. *VValther.* in harm. Script. S. p. 101. *Dannhavv.* in Idc. bon. disp. & mal. Sophist. p. 210. & 213.

III. *In una essentia divina plures esse personas*, luculenter constat ex hoc textu, in quo *Elohim* de se dicit: *Adamus factus est sicut unus ex nobis.* Particula enim EX *partitiva* est, adeò, ut qui dicit, *EX NOBIS*, non possit non *plures personas* nominare.

Excipit I. *Calvinus* in comm. h. l. *Adamum* hic sub dictione, *NOBIS*, comprehendi, ut sit sensus: *Posthac Adam mihi erit similis, ut simus inter nos socij.*

℞. Similitudo illa & societas, quam habet ἐξήγησις Calvini, non consistit in voce *NOBIS*, siquidem is terminus est, ad quem fertur relatio sive similitudo; sed in voce *UNUS FACTUS*: quæ ut sint clara & perspicua, utramque propositionem resolvamus, & terminos in *similitudine* sive *unitate* conferamus. In DEI propositione subjectum est *ADAM*, non *absolutè*, sed *relatè* sumtus, ut patet. Refertur igitur ad *terminum*, qui alius nullus esse potest, quam *NOBIS*. Refertur autem per quandam *unitatem*, nempe quod Adam sit *quasi unus factus: ex quibus?* ex *NOBIS*: qui sunt *illi*? sanè non *Adam*, is enim est *terminus oppositus*; sed *qui loquuntur* t loquitur autem *Jehovah Elohim.*

2. *Ensedinus* in Explic. locor. V. & N. T. DEUM hìc *sibi conjungere Angelos*, cum ait: *unus ex nobis*; quippe *quibus communicârit scientiam boni malíq;, quæ res quædam divina & excellentissima fuerit.*

℞. Falsum est (1.) DEUM hìc sibi conjungere *Angelos*, eosque alloqui, quoniam totus contextus præcedens ὀφθαλμοφανῶς demonstrat, DEUM egisse & locutum esse *solum* cum hominibus, non accersitis *Angelis*. Insuper & ipse adversarius concedit, DEUM v. 22. respexisse ad *serpentis verba*, quæ sunt: *Sed novit Elohim*, &c. Ubi vox *Elohim* significat *solum & unicum Creatorem cœli & terræ*, de quo & illud *NOBIS* intelligitur. (2.) DEUM suam quandam *proprietatem* & excellentiæ particulam, quâ contineatur etiam *scientia boni & mali*, Angelis communicâsse; cum DEUS *gloriam suam* non det alteri, *Esa.* 42. v. 8.

3. Turba *Judæorum*, DEUM *more Magnatum & Principum* de se *plus aliter loqui*, ad ostendendam majestatem suam, ut: *Nos volumus, nos mandamus* &c.

℞. N. nam (1.) Si in *una aut altera* lingua usus id hodie obtinuit, an protinus illud in *Hebræa* quoque

olim fuisse oportebit? Monstrentur exempla in Scripturis Hebræis. (2.) Si hæc causa vera est pluralitivæ locutionis, utique DEUS semper vel saltem *ut plurimùm* ita de se locutus esset, & inprimis id fieri conveniebat *in solenni promulgatione legis*, Exod. 20. id quod tamen factum non est. *Theodoret.* q. 20. in Gen. (3.) Expositionem illam Rabbinorum non admittit *particula* EX, adeò ut, qui dicit, *unus ex nobis*, ille profectò non *unicam personam*, pluraliter de se loquentem, sed *plures personas*, commune aliquid habentes, nominat. (4.) *Thargum Hierosolymitanum* versum istum sic transfert: *Et dixit verbum Jehovæ: Ecce Adam, quem creâsti, est unigenitus in mundo, sicut ego sum unigenitus in cœlis excelsis.* Quibus verbis distinctio *Patris à Filio* in Divinitate dilucidè insinuatur.

4. Alius exuis, *Angelum hîc loqui, cumque plures sint Angeli, facilè stare posse hunc textum.*

℞. Glossa hæc subsistere non potest: nam in textu ponitur vocabulum *Jehova*, quod nec *Angelis*, nec cuiquam alteri *creaturæ* communicari posse, sed *de sola essentia divina usurpari*, ipsi Judæi testantur. *Lyser.* in c. 3. Gen par. 1. p. 334. *Jac. Mart.* l. 1. de trib. Eloh. c. 9. *Helvic.* tom. 4. dispp. Giess. p. 216. & 220. & tom. 5. p. 110. *Glass.* l. 1. Philol. sacr. tract. 1. part. 1. p. 23.

IV. *Antinomus* censet, id, quod de *fructu arboris vitæ, immortalitatem hominibus si non peccâssent, daturo*, Moses scribit, *in antiquorum Poetarum fabulas redire, qui dixerunt, omnes DEOS suapte naturâ esse mortales, sed qui nectar & ambrosiam gustarent, fieri immortales*; quos irridet *Arist.* 3. Metaphys. text. 15.

℞. (1.) Duæ illæ narrationes sunt similes *ex parte*, non *in totum*; *specie*, ac non *veritate*. Nam *hæc* à DEO est, *illa* à Poëtis, patribus fabularum: *hæc* prior tempore, *illa* posterior: *hæc* veritas, *illa* veritatis deformatio. Sic enim solitus est veritatem DEI ludificari Satanas, *fictas* narrationes plurimas uni *veritati* divinæ opponendo, ut jaceret veritas. (2.) Quid absurdi est, ex ore DEI dicere, *arborem vitæ habuisse virtutem perpetuandi vitam ejus, qui ex divino Creatoris statuto, ipsius fructu in cibum uteretur?* Certò, si homo non peccâsset, & de arbore vitæ comedisset, in æternum vixisset.

Socinus l. de stat. prim. hom. p. 124. excipit (1.) arbori illi eam vim à DEO fuisse inditam, ut hominis, ex ea comedentis, *vitam conservaret*, non autem, ut *immortalitatem illi conciliaret*.

℞. Neque in hoc neque alio in textu quid legimus de *prolongatione* vitæ Adami; legimus autem de *perpetuatione hanc* ergò credimus, ad *illam* nos præter Scripturam alligari non patimur.

Excipit (II) p. 126. l. c. quòd עולם *infinitam æternitatem* non semper significet.

℞. *Olam* propriè significat *infinitam æternitatem*, *secundario* tempus longum; insistimus autem nos significationi *propriæ*, dum textus non jubet ab ex discedere. *Jun.* t. 1. Oper. Theol. p. 119. & seq. *Hunn.* in Exam. err. Photin. Sect. 1. c. 2. n. 32.

V. Idem *Socinus* de stat. prim. hom. c. 6. p. 197. negat, *excellentem quandam rerum creatarum notitiam primo homini concreatam fuisse, eò quòd vim arboris vitæ perspectam non habuerit, aut saltem quantivis illa facienda ignorârit, donec hoc ab ipso DEO illi patefactum sit.*

℞. N. nam (1.) Adam scivit *minùs necessaria*, naturam animalium; quidni & id, cujus cognitio ipsi *magis fuerat necessaria*, arborum puta vitæ, cujus fructu, ceu medio, vitam conservare, ipsum oporterat? (2.) Posuit DEUS excubias Angelicas, ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de arbore vitæ, ut vivat in seculum, v. 24. c. 3. *Gen.* Ergò illam arborem *novit* Adamus; *ignoti* enim nulla cupido. An verò *per peccatum* accrevit ipsius scientia? cave dixeris. Ante lapsum ergo novit. *Thumm.* in Imp. Photin. p. 203. 204. 205.

Vers. 23. *Et emisit eum Dominus DEUS de horto Eden, ad colendam terram, quâ sumtus erat inde.*

MOses usurpat hîc *Pleonasmum*: nam pro posteriori relativo adhibet adverbium שָׁם, ibi, אֲשֶׁר לֻקַּח מִשָּׁם, *qua sumptus erat inde*, pro אֲשֶׁר לֻקַּח מִמֶּנָּה *qua sumtus fuerat ex ea*, i. e. *ex qua, seu unde*. Glass. l. 3. Phil. sacr. tract. 2. can. 26. n. 1. p. 222.

Vers. 24. *Ejecitque Dominus Deus Adamum de Paradiso voluptatis, & collocavit ante ostium Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ.*

I. OFfert sese hoc loco (1.) gemina *metaphora*: una desumta est ab *Angelis*, quibus Moses nomen כְּרֻבִים, tribuit, accommodans se ad *captum populi Israelitici*, cui noti erant *Cherubim*, h. e. *imagines humanæ & alatæ, & operculo propitiatorio arcæ fœderalis imposita*, repræsentantes *Angelos invisibiles*, Exod. 25. v. 18-20 & *Ezech* 19. v. 1. Altera desumta est ab *igne*: nam לַהַט metaphoricè notat *laminam & aciem*, sic dictam à *flammeo fulgore*. (2.) Secundum quosdam *Enallage* numeri *singularis* pro *plurali*: putant enim, *Angelos non unum habuisse gladium, sed pluribus strictis ensibus fulgurantibus apparuisse*, quos ipsi versabant more *militum*. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 8. *Glass.* l. 5. Phil. sacr. tract. 1. c. 10. p. 219. seq. 241. & seq.

II. *Socinus* in Prælect. Theol. c. 1. p. 2. n. 5. colligit, *mortalitatem naturalem operi Diaboli non inrroisse, tanquam peccati pœnam*, quòd Christus eam non sustulerit, cùm tamen *omnem peccati pœnam in hac vita sustulerit*. Ad quam propositionem damus instantiam: nam *peccati pœna est ejectio è Paradiso*, quæ tamen per CHRISTUM in hac vita non est sublata.

Excipit ille in lib. de stat. prim. hom. c. 10. p. 278. & seq. *ejectionem è Paradiso* respectu *Adami* esse propriam peccati pœnam, non tamen *universi generis humani*, cùm universum illi pomario inhabitando destinatum non fuerit.

℞. Peccati tamen pœna non est sublata; quòd *nemini hominum* aditus ad illum hortum patet, imò omninò homines latet. E. Utique hæc peccati pœna non fuit sublata per CHRISTI mortem. *Thumm.* l. c. p. 245. 246. 247.

III. *Cotonus* l. 4. Inst. c. 8. *Limbum Patrum* V. T. conatur probare ex textu nostro, quòd, *sicut Paradisus terrestris clausus fuit Patribus Patrumque posteris post lapsum, ita & cœlum ad ascensionem usque Christi fuerit clausum.*

℞. A Paradiso *terrestri ad cœlum* non valere argumentum, res ipsa docet; quia ne *post ipsam* quidem Christi *ascensionem* aditus ulli est in eum. Unde æquè posset Cotonus concludere, ne *nunc* quidem cuiquam cœlum patére; id quod tamen est absurdissimum, neque puto, cuiquam à Cotono concedendum.

dum. Nos ergo dicimus: fi nunc nemo ingrediatur in Paradifum terreftrem, & tamen apertum fit cœlum, non fequi itidem, claudi *cœlum*, *ut Paradifum*. Quod fi ita eft, ergo non neceffariam effe confequentiam à claufo Paradifo, ad claufum cœlum. *Cham.* t.3. Panftr. l.25. c.6. n.3. & 6.

IV. *Origenes* ex hoc loco probat, *ante cœlum pofitum effe ignem*, quem omnes animæ, etiam S. Petri & Pauli, poft mortem tranfire debeant, ut eô examinentur, & fi impuræ reperiantur, ut per eum purgentur: cum *ad Paradifi oftium gladius flammeus fuerit collocatus*. Ex eodem fundamento *Pansgarolla* lect.12. & *Gregorius de Valentia* tom. t. in Thô. difp.6. punct.3. Col.1528. contendunt, *gladium illum flammeum præfigurâffe Purgatorium, propter flammam; adeo ut peccatoribus neceffe fuerit, per Purgatorii ignis flammas tranfire, priusquam æternâ requie, cœleftiq́; gloriâ potiri mereantur.*

℞. (1.) Hebraicè eft *acies vel lamina gladii*; *flammæ* nulla mentio. Unde *Steuchus* in c.3. Gen. fol. 88. dicit, figmentum effe, *gladium illum effe ignem aliquem materialem*; & *Tirinus* ad h. l. hæc de *gladio* non *materiali*, fed *metaphorico* effe accipienda vult, nempe de *viribus Angelicis*. Longiùs progreffi funt *Gloffa Ordinaria* & *Hugo de S. Victore* in h. l. quibus *flammeus gladius* funt *dolores & labores hujus vitæ*. Quod fi ergo *allegoria* placet, cur non *hanc* potiùs, quàm *illam* de *igne purgatorio* Papiftæ amplectuntur? (2.) *Allegoria de igne purgatorio* non convenit textui: fiquidem flammeus ille gladius erat pofitus *ad cuftodiendam viam ligni vitæ*, five ut *Dionyfius Carthufianus* loquitur, ad hoc, *ut iter ad Paradifum faceret omni homini inacceffibile*; at *purgatorium* fingitur conftitutum, *ut præparet homines ad ingreffum cœleftis gloriæ*. *Gerhard.* Conf. cathol. lib. 2. fpecial. par.2. p.471. feq. *Cham.* tom.1. Panftr. l.14. c.12. n.2. & tom.3. l.26. c.5. n.2. & feqq.

CAP. IV. Verf. 1. *Adam cognovit uxorem fuam Hevam, quæ concepit & peperit Cain, dicens: Poffedi virum Dominum.*

I. MOfes utitur hîc (1.) *Metonymiâ cauſæ pro effectu*: nam *experimentalem thori concubitum* σεμνῷ λόγῳ & κατ' εὐφημισμὸν exprimit per *cognofcere*. (2.) *Enallage temporis præteriti pro præfenti*, quod *Hebræi* non habent, קניתי, *poffedi*, h. e. *poffideo*. (3.) *Synecdoche generis pro fpecie*: quia *poffidere*, קנה *pro acquirere & poffidere generando* accipit. (4.) *Antonomafiâ*: nomine enim איש, *viri*, per excellentiam intelligit *Chriftum*. *Glaff.* lib. 2. Philol. fact. part.1. tract.2. fect.3. art.7. n.1. p.436. & lib.3. tract.3. can.46. m.2. p.370. & lib.5. tract.1. cap.1. m. 3. p.14.

II. A.C. 150. *Tatianus* in libro de caftitate, *conjugalem confuetudinem effe peccatum docuit*, quòd *Adam poft lapfum primum cognoverit Evam.*

℞. Eft quædam differentia inter caftitatem confuetudinis conjugalis, quæ futura fuiffet *ante lapfum*, & quæ *jam* in hac corrupta natura *poft lapfum* eft. Fuiffet etiam in integra natura appetitio fexûs ad fexum, fed ibi fine flamitiis & incendio libidinis; eft enim, ut ait *Epiphanius* l.1. tom.3. hæres. 45. ad παιδοποιίαν ἐν σωφροσύνῃ data ad hoc, ut impleatur illud *Crefcite & multiplicamini*. Nunc *per peccatum*, nobiliffimum illud opus generationis, quod verè eft creatura DEI, *leprâ libidinis* (ficut Lutherus vocat) infectum eft. Quod autem Cain demum extra Paradifum fuit conceptus, in caufa fuit *ejectio primorum parentum ex paradifo*, ob peccatum facta. *Chemn.* in Exam. Concil. Trident. par.3. c.2. & 30. p.453 & 455. *Lyfer.* in Comm. Gen. par.1. p.353.

III. *Legem in V. T. tam commendationem pudicorum fermonum continere, quam Evangelium in N. T.* conftat ex præfenti textu, in quo *Spiritus Sanctus de generatione primorum parentum tam pudicis utitur verbis*, nimirum *ut nos fuô exemplô ad pudicitiam adducat*. Itaque *Evangelium* non eft perfectius lege in hac parte.

Smalcius contra Franz. fol.261. regerit, *in hoc, non quid homines facere teneantur, fed quid Adam fecerit, a Mofe defcribi.*

℞. *Exemplum* hoc defcriptæ pudicitiæ poteft *locô regulæ ejusdem* effe: eft enim in noftram *commonefactionem* defcriptum, Rom.15. v.4. *Franz.* in Vind. difpp. Theol. in A.C. difp.8. th.82.

IV. Mofes fibi *contradicere* videtur: *hic* enim fcribit; Evam, natô Cainô, dixiffe: *Poffedi virum Jehovam*; cùm tamen nomen *Jehova* tunc temporis nondum fuerit revelatum, dicente Domino, Exod. 6. v.3. *Ego apparui Abrahamo, Ifaaco & Jacobo; fed nomen meum* (JEHOVAH) *non revelavi ipfis*. Unde ergo Eva id fcire potuit?

℞. Mofes *rem ipfam* potius exprimere, quàm *verba formalia* Evæ enumerare voluit. Ergo Eva, etfi ipfo nomine *Jehova* in fuo illo fermone ufa non fit, fiquidem id nondum erat patefactum; tamen *aliâ* eft ufa, quo ipfo quoque DEI *effentia* exprimeretur. Mofes verò, quia fcribit hæc eo tempore, quo jam innotuerat *Jehovæ* numen, fequitur *vulgatum morem Scriptorum*, ut in defcribendis *præcedentium* temporum hiftoriis, utatur vocabulis, *fuo jam tempore ufitatis* & receptis. *Hunn.* tom. 3. oper. Lat. p.1484.

V. *Evam ex primo Evangelio, de femine mulieris, caput ferpentis contrituro, omnino fibi habuiffe perfuafum, Meffiam fore non hominem modo, fed verum quoq́; effe DEUM*, contextus indicat: nimirum, quia *in lapfu femen ipfius contriturum* (quod non eft cujusvis individui vel populi etiam merè carnalis aut humani) *promittitur, jam eo fe pofitum exiftimans, exclamat: Poffedi virum Dominum*. Quæ tamen in *tempore* & in *individuo* tunc erravit.

Calvinus in Comm. Genef. fecutus *Targum Onkelos*, LXX. *Interpretes* & verfionem *Latinam vulgatam*, ridet illam fententiam, & vertendum effe cenfet: *A Domino*; & non in Accufativo: *Dominum*.

℞. Articulus את, voci propofitus, cum verbo *tranfitivam* fignificationem habente, non eft alterius, quam *Accufativi* nota; id quod & hoc in loco evenit; proinde in lingua Hebræa fenfum accufativi ipfum retinere, caufa nulla impedit.

Pareus in defenf. Calvin. obvertit (1.) *Lutheri verfionem*, qui A.C.1545. verterit: Vom HErrn, *à Domino*.

℞. (1.) Unde nos certiores reddet *Pareus*, effe *Lutheri* potiùs verba, quàm præpofitionem Germanicam (vom) per *typographicum σφάλμα*, quod fieri perfacilè potuit, irrepfiffe? (2.) fi teftatum fecerit, ipfius effe Lutheri, negare tamen non valebit, penitius infpectis fontibus Hebræis, id effe *emendatum*. cogitationes enim *pofteriores* fcimus ut plurimùm folere effe *prioribus* meliores.

2. *Errorem Evæ*, quæ in individuo decepta credatur: id quod haud egregium fidei matris præconium effe.

℞. (1.) Unde tu Paræe, ita certè definis, fciviffe

Evam,

Evam, Messiam fore *virginis* filium? (2.) Quanquam indubie noverat, Messiam fore *semen mulieris*; tamen quia *mulieris semen* esse, & *viri semen* esse, non sunt *ἐναντίως* opposita: ideò antequam definiretur conditio *mulieris*, & revelaretur *negativa*, fore videlicet Messiam *virginis* filium, atque *mulieris*, *& NON VIRI* (hanc enim negationem importat nomen *virginis*) non potest de Eva indubitanter asseri, constitisse ei, fore Messiam *solius fœminæ*, non etiam *viri* filium. Quarè nun in *ipsa doctrina* (Messiam scilicet non tantum fore *semen mulieris*, sed etiam esse *Jehovam*) verùm in *circumstantia individui* errat error, quem meliùs edocta facilè potuit corrigere. Sic antequam CHRISTUS, *jam natus*, manifestaretur Israeli, fuerunt certè multi, qui de Messia rectissimè senserunt; quantumvis adhuc ignorarent, *Mariæ Filium Jesum esse illum Messiam*, donec partim *Johannis Baptistæ*, partim *ipsius Christi* ministeriô, de hac quoque circumstantia penitiùs sunt èdocti: Sicut de *Nathaneele*, *Philippo*, *Petro*, *Andrea* & aliis, *Joh.1.v.35.* & seqq. legitur. *Hunn.* tom. 2. oper. Latin. p. 639. & 761. t. 3. p. 1479. seq. *Franz* in Schol. sacrif. disp. 2. thes. 92. & seqq. & disp. 19. thes. 87.

Vers. 2 *Et addidit, ut pareret fratrem ejus Hebel: & Hebel erat pastor pecudum, & Cain fuit colens terram.*

MOses in textu hoc adhibet (1.) *Hebraismum*, nam phrasis, *addidit, ut pareret*, idem notat Hebræis, ac, *rursum peperit*, (2.) *Syrismum*, ita enim Syri per participium cum verbo substantivo circumloquuntur præteritum, *Erat colens*, pro, *colebat*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 8. *Chemnit.* l. 1. Harm. Evang. c. 11. p. 233.

Vers. 3. *Et fuit in fine dierum, & adduxit Cain de fructu terræ oblationem Domino.*

I. HEbraismus quidam recurrit. *Hebræi* enim in phrasi, מִקֵּץ יָמִים, *post finem dierum*, ם exprimunt POST, & *dies* accipiunt pro *anno*: *post finem anni*, vel ut alii ex *Marc.2.v.1.* explicant, *δι' ἡμερῶν post aliquot dies*. *Vatabl.* in Annot ad h. l. p. 9. *Jun.* in Not. Bibl. ad h. l. p. 9. *Glass.* l. 4. Philol. sacr. tract. 1. observ. 4 p. 861.

II Controversias, huc pertinentes, vide decisas in Vindic. *Gen.4.v.4.* in 3. & 4.

Vers. 4. *Hebel quoque obtulit ipse de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, & respexit Dominus ad Hebel, & oblationem ejus.*

I. OFfert sese hic (1.) *Hypallage*, siquidem hæc particula, וּמֵחֶלְבֵהֶן, *Et de adipe seu pingui eorum*, adjectivi vicem sustinet: *De primogenitis gregis sui, & de adipe seu pingui eorum*, h. e. *de primogenitis gregis sui pinguissimis*; *adeps* enim pro *summè pingui* accipitur. (2.) *Ἀνθρωποπάθεια*: nam *DEUM ad Hebel, & ad oblationem ejus respexisse* dicitur, *humanitus*, sumtâ metaphorâ à *Principum* consuetudine, ut sensus sit, *DEUM clementem probâsse & acceptâsse Habelem cum suo sacrificio*, idque *signo aliquo externo* declarâsse, ut ex v. 5. patet. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 9. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 9. *Glass.* lib. 3. Philol. sacr. tract. 1. can. 6. p. 23. seq. & lib. 5. tract. 1. cap. 7. p. 139.

II. *Bellarminus* l. 2. de Effect. Sacram. c. 31. vult, *opera electitia DEO probari*, quia *DEUS Habelis sacrificium*, licèt sine *expresso mandato* oblatum, approbârit.

℞. Utique Abel habuit mandatum divinum de sacrificio, etsi *non* fuerit *scriptum*, non diffitentibus Jesuitis, *Bellarminô* l. 1. de Miss. c. 2. §. ultimo, & *Ægidio de Conninck* in tract. de Sacram. q 83. art. 1. dub. 1. p. 299. Nam (1.) sacrificium illud Abelis DEUS comprobavit & respexit, Gen. 4. v. 4. (2.) Idipsum profectum est ex fide, *Hebr.* 11. v. 4. fides autem nititur DEI verbô. (3.) DEUS sacrificia illa, quæ ipse non requisivit, tanquam inutilia, rejicit, *Esa.* 1. v. 12. D. *Luther.* Enarrat. in 4. cap Gen. tom. 6. p. 56. edit. Witteb. 1580. *Grauer.* par. 8. Præl. in A C. p. 55. *Eccard.* par. 2. Pandect. c 27. q. 1. ad 1. *Gerhard.* l. 2. part. 3. special. Confess. Cathol. p 791. & seq. *Himmel.* in tract. de Invoc natur. p. 578 & seqq. *Brochm.* part. 2. System. Theol. p. 607 & seq.

III. *Bellarminus* l. 1. de Miss. c. 20. colligit, *hodiernam CHRISTI religionem debere visibile aliquod & externum habere sacrificium*, putà Missam, eò quod *sacrificium cum ipsa religione natum fuerit*; idque probare nititur, quia *primi homines, filii Adami fuerunt Cain & Abel, qui DEO sacrificia obtulerunt*.

℞. (1.) Hodierna Christi religiò etiamnum habet *sacrificium*, nempe *Christi in ara crucis exhibitum*; quod cùm modis omnibus perfectissimum sit, nullâ opus habet reiteratione. (2.) Falsum est, quòd *sacrificium cœperit cum ipsa religione*: nam religio divinitùs præscripta fuit hominibus *ante lapsum in statu innocentiæ*, in quo tamen ne minimum vestigium ullius sacrificii conspicere vel odorari licitum est. (3.) Primi illi homines DEO sacrificia obtulerunt, ex *divino mandato*, non ex *instinctu naturæ*, & *proprio ausu*. nam frustra DEUS inventis hominum colitur. *Matth.* 15. v. 9. *Franz.* in Schol. Sacrific. disp. 1. thes. 49. & seqq. *Thumm.* in *Ἀποδείξ.* Theol. de Miss. continuat. thes. 149.

IV. *Eandem fuisse sacrificandi rationem inde ab initio post lapsum usq; ad Mosen, & a Mose ad CHRISTUM usq;* constat ex allato textu. Nam (1.) Cain & Abel ad Adamum, summum tùm temporis Sacerdotem, qui & docuit suam Ecclesiam, & simul administravit sacrificiorum ceremonias, *adduxerunt sacrificia DEO offerenda*; ejusmodi sacrificiorum *adductionem* ad filios Aaron Sacerdotis DEUS posteà præscripsit Israelitis, *Levit.* 2. v. 1. & seqq. (2.) Gen. 4. v. 4. expressa fit mentio *adipis primogenitorum*, de quibus Abel DEO obtulit; qui modus sacrificandi optimè convenit cum Mosaica descriptione, *Numer.* 18. v. 17. *Deut.* 12. v. 17. *Levit.* 22. v. 17. (3.) Gen. 4. v. 4. pars de primogenitis Abelis oblata seu sacrificata fuit DEO *grata*, seu DEUS *ad eam respexit*, ideoque etiam illa *expiavit*; quemadmodum & sacrificia apud Mosen, *Levit.* 22. v. 27. *expiâsse* dicuntur.

Smalcius contr. Franz. I. negat, *Cainum & Abelem sacrificia sua ad Adamum, seu summum Sacerdotem, adduxisse: & per eum illa ipsa DEO obtulisse.*

℞. (1.) In textu Hebræò non est propriè OBTULERUNT, sed ADDUXERUNT. (2.) Adducens fructus terræ utique necessariò intelligendus est, quòd adducat eos ad aliquem locum, & ad aliquam personam, ut ibi fiant munus Domino, *Lev.* 2. v. 1. & 2. ubi duo *distincti* sunt actus: *Prior*, quòd aliquis adducit, præsentem sistit, adesse facit fructum terræ; *posterior*, quòd adductum, præsentatum adesse, factum fructum terræ, alius Jehovæ certo

nus

ritu offert. Quis ergò videre non poterit, in ſacrificatione fructuum terræ aliud fuiſſe dicendum, fieri ab eo, qui *adduxit* materiam, aliud ab eo, qui eandem uſitatis ceremoniis Domino *ſuffivit*. (3.) Tempore Adami aliquis erat ſummus Sacerdos, quippe aſſumtus ex hominibus, & pro hominibus conſtitutus in iis, quæ ad DEUM, ut offerret dona & ſacrificia pro peccatis, *Hebr*.5.v.1.& ſeqq. cui officio præfuiſſe magis credendum eſt Adamum, quàm Cainum aut Abelem. *Franz*. in Schol. Sacrif. diſp. 15. theſ. 123 & 124. diſp. 16. theſ. 2. & ſeqq.

2. Quærit, *quemnam ceremoniarum ſacrificialium magiſtrum habuiſſet Adam, ſi ipſe ſacrificâſſet?*

℞.(1.) Ex *Levit*.16.v.17. *analogia* deſumenda eſt, quòd ſicut quandoque *ſummus Sacerdos* quilibet, & ipſe quoque *Aaron* pro ſe, & pro tota domo ſua, & pro tota Eccleſia Iſraelitica ſacrificavit; ita quoque tùm Adam facere potuerit, facere debuerit. (2.) Ceremoniarum autem, ad Sacrificia neceſſariarum, magiſtrum ille habuit, non niſi ſapientiſſimum, videlicet ipſum *auctorem ſacrificiorum* DEUM, non fuit ipſe magiſter & inventor earum ceremoniarum. *Franz*. ibid. diſp. 16. th. 27. & 30.

V. *Sacrificia V. T. fuerunt typi paſſuri Chriſti*: nam *cauſa, ob quam Abel ſacrificârit, alia dari non poteſt, quàm typus paſſuri CHRISTI*, in cujus fide meliorem hoſtiam obtulit DEO, quàm Cain, Hebr. 11. v. 4.

Excipit. I. *Smalcius* contr. Franz. p. 208. poſſe eſſe *aliam* ejus rei cauſam, quæ nos *lateat*; vel etiam hunc ob finem, ut Abel *DEUM coleret, & gratitudinem ſuam teſtaretur.*

℞. (1.) Summatim dicat Smalcius, non quæ *lateat*, ſed quæ *ſit* cauſa ſacrificii Abelis. (2.) Monſtrant circumſtantiæ, ſacrificia fuiſſe typos mortis CHRISTI, ſiquidem non niſi cum promiſſione de Meſſia cœperunt, & non durârunt niſi ad exaltationem ejuſdem poſt aſcenſionem.

2. Turba *Judæorum* hodiernorum, *ex ſimplicitate erratum fuiſſe a Caino & Abele* quòd putârint, *DEUM indigere cibò.*

℞. Miſera hæc eſt exceptio, & ex ipſo textu refutatur: quia ad *erratum Abelis* nequaquam reſpexiſſet DEUS; quin imò multò minùs per Moſen *conſcribi præcepta ſacrificandi* mandâſſet. *Franz*. in Vindic. diſpp. Theol. in A. C. diſp. 7. theſ. 164. & 165. & in Schol. Sacrif. diſp. 3. theſ. 34.

VI. Videtur *Moſes* contradicere Davidi, *Pſal*. 51. v. 18. ubi omnia ſacrificia videntur repudiari: *Sacrificium & holocauſtum noluiſti DEUS, alias dediſſem tibi.* Hìc verò *Abelis ſacrificium, ceu DEO acceptum munus deſcribitur.*

℞. Non *abſolute* rejicit Propheta David ſacrificia, ſed *comparatè* loquens, hoſtias *externas* interioribus cultibus *cordis* poſtponit, nihilque ad remiſſionem peccatorum per ſe & ex opere operato valere docet. *Hunn*. t. 5. oper. Lat. p. 1480.

VII. *Bellarminus* lib. 2. de Miſſ. c. 4. cenſet, *ad ſacrificium Miſſæ, licèt non ſit neceſſaria bonitas miniſtri offerentis, tamen alicujus offerentis bonitatem neceſſariò requiri*, juxta textum allatum: *Reſpexit Deus ad Abel*, &c.

℞. Eſt fallacia *cauſæ*: DEUS enim non reſpexit ad Abel, & ad ſacrificium ejus, *propter opus operantis*, hoc eſt, propter *propriam dignitatem ipſius offerentis*; ſed propter *fidem*, quià Abel apprehendebat promiſſum mundi Meſſiam, & ex qua fide ſacrificium DEO offerebat, *Hebr*. 11. v. 4. *Hutter*. de Miſſ. p. 478. & ſeq.

IIX. Idem *Bellarminus* l. 2. de juſtif. c. 3. colligit, *Abelem non imperfectè ſolùm aut inchoatè, ſed abſolutè perfectè & immaculate, juſtitiâ renovationis inhærente, fuiſſe juſtum, propter ſacrificium, quod ſine ullo mandato Deo obtulerat.*

℞. (1.) Abelem non juſtitia *inhærente*, ſed juſtitiâ *CHRISTI*, verâ *fide* ſibi applicatâ & imputatâ, coram DEO juſtificatum fuiſſe, patet (1.) *Ex Apoſtoli aſſertione*, Hebr. 11. v. 4. ubi verbis, *per fidem*, imputationem meriti Chriſti, *juſtificationis formale*, deſcribit. (2.) *Ex ſacrificio oblato*, quod erat tum *ſolennis confeſſio peccatorum*, & ſupplicatio ad DEUM pro remiſſione, ſicut *Hebr*. 1[illegible]. v. 3. de oblationibus legis dicitur, *in iis repertam fuiſſe mentionem peccatorum quotannis*. Tum *profeſſio fidei publica*, credidit namque, DEUM non *externo ſacrificandi ritu* (incenſio enim adipis, malè per ſe olens, DEUM placere non potuiſſet) ſed *victimâ Meſſiæ futuri* (cujus typum oblatio illa gerebat, quæ *umbr* futurorum bonorum, *Hebr*. 10. v. 1. habuit) placari. (3.) *Ex DEI complacentia*, Reſpexit enim DEUS ad Abel & ad oblationem ejus *cum favore & gratia*, uti verba in Hebræo ſonant; quod ſine *fide in venturum Meſſiam* fieri non poterat: ſine Mediatore enim CHRISTO, ad DEUM, qui ignis conſumens eſt, nulli patet acceſſus. Job. 14. v. 6. (4.) *Ex rejectione ſacrificii Cainitici.* Quia enim Caini ſacrificium DEO abominabile erat, propterea quòd hypocritarum more, *ceremoniâ frigidâ, abſq; fide*, DEUM demereri cogitabat; ex natura *contrariorum* ſequitur, Abelem animó non *frigidô* aut *hypocriticô*, ſed ex *ſalvifica fiducia factæ promiſſionis ſacrificium ſuum DEO obtuliſſe*. (5.) *Ex diſtincta & circumſpecta Spiritûs Sancti locutione.* Notanter enim in textu dicitur: Reſpexit ad Abel, *ET* ad oblationem *ejus*. Opus autem non placet, niſi *perſona* placeat; *perſona* verò non placet, niſi *per fidem* in CHRISTI meritum. (2.) Abelem *ſine mandato ex cultu ſaltem electitio*, ſacrificium DEO obtuliſſe, falſum eſt, ſicut ex ſuprà dictis patet. *Timmm*. in Explic. termin. in articulo juſtificat p. 2. & ſ. qq.

IX. *Non demum poſt Abrahamum, ſed longè ante eum fuiſſe propoſitum modum juſtificationis*, ex dicto allato conſtat. DEUS enim *ad Abelis ſacrificium reſpexiſſe* dicitur; quod non fuiſſet factû, niſi *ſecundùm verbum aliquod datum vixiſſet*, & fide in Chriſto ſacrificâſſet, cum impoſſibile ſit placere DEO ſine fide, *Hebr*. 11. v. 6. An igitur tùm temporis modus ille placendi DEO non conſtitit?

Smalcius contr. Franz. fol. 101. excipit I. *hæc non ita prolixè deſcripta reperiri in hoc Geneſeως loco verbotenus, præſertim ſub initium & tempus Adami.*

℞. Nec *mandatum de ſacrificiis* ibi extat, nec tamen ullum eſt dubium, quin DEUS accuratam Adamo ſacrificiorum rationem præſcripſerit, eorum ſignificata & uſum declaraverit, poſteriſque tradendam mandaverit, licèt illud Moſes non annotaverit. Certè abſurdum eſſet dicere, DEUM quidem parentibus noſtris bona ſubminiſtraſſe *temporalia*; de cultu autem ſuo & bonis *æternis* acquirendis nihil præcepiſſe.

2. *Tunc temporis hæc*, quæ dixi, *non fuiſſe ita à Sanctis intellecta, ſicut hodie intelliguntur à nobis.*

℞. Illud longè aliter ſe habet: nam *Spiritus idem* fuit in *Sanctis* illis, Adamo & Abele, qui poſtea *Apoſtolos* unxit, adeoque tam *benè* & tam *eodem ſenſu* materias illas ſacras Sanctis inculcavit, quam *benè* & *quo ſenſu* tandem *Apoſtolis* eaſdem inculcavit. *Franz*. in Vindic. diſpp. Theol. A. C. diſp. 5. theſ. 51. 53. 54. *Timm*. l. c. p. 6.

X. Bel-

X. *Bellarminus* l.2. de Sacram.c.16.contendit, *Sacramenta V.T. non contulisse gratiam DEI, quod sacrificii Abelis nulla legatur promissio*, sed tantùm *ex post facto* Abel dicatur placuisse DEO.

℞. Sacrificio Abelis concedimus nullam additam promissionem *legi*: nam neque institutionem. Sed nullam *fuisse*, negamus sequi. Quomodo enim ex post facto *institutionem* colligimus, sic *promissionem*: neque enim *institutionem* concipere est, absque *promissione* addita. *Cham.* tom.4. Panstr. l.3. c.6.n.32.&34.

Vers. 5. *Et ad Cain & ad oblationem ejus non respexit: & accensa est Caino valde, & conciderunt facies ejus.*

OBserva hîc 1.) ἀνθρωποπάθειαν: nam *Deus ad Cainum non respicere*, dicitur *humanitùs*, h.e. *illum cum sacrificio suo non acceptavit*. (2.) *Ellipsin* vocis ןֹרָח, *ira ardens*, quæ in verbo conjugato, רַחִיַּו *& accensa est*, latet, indeque eruenda. (3.) *Enallagen* numeri *pluralis*, םיָנָפ *facies*, pro *singulari*. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.9. *Glass.* lib.4. Philol. sacr. tract.2. observ.5.p.711 & l.5. tr.1. c.7. p.139.

Vers. 6. *Dixitq; Dominus ad Cainum: Quare iratus es? & cur concidit facies tua?*

I. REcurrit jam eadem *Ellipsis* nominis conjugati, ןֹרָח, in verbo הָרָח, *exarsit*, latitantis, & ideò ex eo eruendi. *Glass.* l.4. Philol. sacr. tract.2. observ. 5. p.711.

II. *Bellarminus* l.5. de grat. & lib. arbitr. c.22. contendit, *hominem non renatum habere liberum arbitrium in actionibus merè spiritualibus*: nam *hanc interrogationem* Dei indicare, *Cainum*, jam scelus contra fratrem meditantem, *potuisse, si voluisset, non irasci, & non tristari*.

℞. Concedo, quoad *affectus moderandos*, hominem non renatum esse arbitrii nonnihil liberi; quid verò hoc ad libertatem in *spiritualibus*? *Mesn.* dec. 3. Anthrop. sacr. disp. 3. thes. 28.

Vers. 7. *Nónne si bene egeris, elevare: & si non bene egeris ad fores peccatum excubans? Et ad te appetitus tuus, & tu dominaberis illius.*

I. MOses utitur hîc (1.) *Enallage infinitivi*, תֵאְשׂ, *elevare*, pro nomine, *elevatio*, scil. *vultûs tui erit*. (2.) *Anomalia generis*, nomen enim, תאָטַּח. *peccatum*, fœmininum est, participium autem, ץֵבֹר, *excubans*, masculinum, quod ad *sensum* refertur, conveniens nimirum cum Synonymo, אְטֵח vel ןֹוָע ut R. *Salomo* & *Aben Ezra* docent. (3. *Metaphorâ*, sumtâ à *cane catenario*, ad januam accubante, & aliquandiu ad eam simulante, sed ex improviso ingredientes adoriente. (4.) *Ellipsi* verbi substantivi, *Excubans*, scil. *est*: & *ad te*, sc. *erit*. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.9. *Glass.* l.3. Phil. sacr. tr.4. can. 10. p.422. seq. & l.5. tr.1. cap.9. p.209.

II. *Moses* hîc videtur contradicere *Jobo*: *ille* enim indicat, DEUM iis, qui bene agunt, parcere: *hic* verò c.9. v.22. testatur, DEum consumere innocentem.

℞. *Prius* dictum accipiendum est *spiritualiter*, de remissione *posteriùs corporaliter* de castigatione. *Walther.* in harm Script. p.101.

III. *Socinus* in Prælect. Theol. c.17. p.89. statuit, *hominem coram DEO justificari bene agendo, & innocenter vivendo*, idque DEum ostendere interrogatione illa ad Cainum, jamdum malum, directâ, videlicet *iis, qui sceleribus relictis, pure & innocenter vivunt, ea scelera liberaliter condonatum iri*.

℞. (1.) *Synecdochica* illa DEI locutio est, quæ etsi *integrum* rectè agendi studium comprehendit; *principaliter* tamen ad pœnitentiæ præcipuam partem, *fidem*, scilicet digitum intendit. Propter *fidem* ergo in Christi meritum, (quod in sacrificiis typicè præfigurabatur) ait Dominus. *Si bene egeris, erit acceptatio*. Nam agnitis peccatis, *credere in CHRISTUM*, est certè *bene agere*; quemadmodum Salvator ipse fidem, *operis* appellatione notat, *Joh.* 6. v.29. Hæc enim est, quæ Abelem quoque Deo acceptum reddidit præ Caino, *Hebr.* 11.v.4. *hæc* fides præstat, ut & reliqua opera grata sint, quia Christum includit, in quo solo accepta esse possunt opera fidelium (2.) Si innocentia vitæ est causa justificationis, erit vel causa *satisfactoria*, vel *promerens* remissionem peccatorum. Utut sit, sequitur, misericordiam DEI condonantem peccata, non esse *absolutam*, *sed in aliqua satisfactione fundatam*: & quid opus est *absolutâ remissione*, si *homo innocenter* vivere potest secundum DEI præscriptum? *Hunn.* tom.3. Oper.Lat. p.1481. & *Joh. Winther.* in Refut. Socin. de justif. p.26. seq.

IV. *Cornelius à Lapide* in Comm. h.l. exinde *liberum hominis arbitrium probare conatur*, & *Censura Coloniensis* p.32. subdit, Hebræum הָשׁוּקְתְּ talem *subjectionem* indicare, qua vix major est.

℞. (1.) Non quid *possit* Cain, sed quid *facere debeat*, Dominus ostendit. At si à *præcepto* ad *vires hominis non renati* argumentari velimus, sequetur, *eum Legem DEI perfectè implere posse*; id quod *Papistæ* non concedunt. (3.) *Dominium illud in peccatum* intelligendum est ratione *subjectæ materiæ*, de *dominio in fratricidium*, a quo poterat omnino Cainus manum abstinere: non autem *absolutè* de *omni omnino actione*, etiam *merè spirituali*. (3.) *Latinus Interpres* vertit in futuro, sub te *erit* appetitus tuus, & tu *dominaberis* illi. Ergo Cainus tum temporis non *habebat* in potestate sua peccatum, sed *habiturus erat*.

Bellarminus l.5. de grat. & arbitr. c.22. Instat 1. illam conditionem, *si benè, si male*, liberum ostendere voluntatis arbitrium: Cur enim (ait) non dicimus homini, *si solem stare feceris*, sicut dicimus, *si bene egeris*, habebis hoc aut illud, nisi quia non ignoramus, non esse in potestate hominis, ut *solem stare faciat*; esse autem, ut *bene agat*, si velit; *vel male*, si nolit.

℞. Per conditionem istam, *si bene egeris* non indicatur, Cainum *posse ex propriis viribus in Messiam credere*: sed duntaxat denotatur, quid ipsum facere *conveniat*, si victima ipsius accepta esse debeat; non autem, *quid possit*, vel *unde id possit*. Nam si a côditione velimus argumentari ad liberum arbitrium sequeretur, *totam hominis pœnitentiam in propriis sitam esse viribus*, qui apertus foret Pelagianismus.

2. *In statu naturæ corruptæ liberum prædicari arbitrium*: Quid enim est, inquit, *sub te erit appetitus ejus*, nisi *in potestate tua erit* peccati cupiditas, eique, si volueris, poteris resistere?

℞. (1. *Tarnovius* in Exerc. Bibl. p. 105. & 106. verba hæc explicat de *Abelis* erga Cainum fratrem *benevolentia & reverentia* (particula enim לֶא non *sub*, sed *AD* vel *ERGA* significat) ut sit sensus. *Ejus* (Abelis) *appetitus est ad* te,

te h. e. *ille te fraternè amat*, *& tanquam primogenitum colit atq; veneratur.* Nam nomen תְּשׁוּקָה *propriè* illam reverentiam ac benevolentiam notat, quam *inferior superiori*, vel etiam *par pari*, ut conjuges ſibi invicem, debent, & quâ quis permotus, libenter ad quemvis ejus, erga quem ita affect9 eſt, nutum ac vocem accurrit. (2.) Plerique veteres Eccleſiæ Doctores intelligunt textum allatum de *peccato*, ſub hoc ſenſu: *Ad te erit appetitus illius*, ſcil. *peccati*. Nihil autem inde juvatur *Bellarmini* opinio: nam oratio iſta non eſt *indicativa*. reverà enim Cainus non dominatus fuit ſuæ cupiditati & peccato; ſed *imperativa*, oſtendens Caino, non quid *poſſit* facere, ſed quid *debeat*. Notum enim eſt, inquit *Lutherus* comment. in Geneſ. pag. 124. Hebræos frequenter *indicativo futuro* uti pro *imperativo*, ut Exod. 20. v. 3. & ſeqq. *Non habebis Deos alienos, non occides*, &c. *A præcepto* verò ad *poſſe* N. V. C. aliàs ſequeretur idendritem manifeſtus *Pelagianiſmus*.

3. Quid (ait) ſignificat, *tu dominaberis illius*, niſi, *poteris, ſi volueris, efficere, ut non regnet peccatum in tuo mortali corpore.* Significat ergò DEUS, peccatum eſſe in poteſtate peccantis, & proinde *monere Cainum*, ut cogitet, in ſuo arbitrio eſſe cupiditati perverſæ aſſentiri, vel non aſſentiri.

℞. Non *ſimpliciter* nego, in *poteſtate* Caini eſſe *vitare peccatum*: verùm DEus non de *omni peccato* loquitur, ſed de *aliquo certo*, ſcilicet de *immani odio erga fratrem.* Poſtquam enim DEus reſpexit ad ſacrificium *Abelis*, non *Caini*, *accenſa eſt ira Caini valde*, inquit textus v. 5. Hoc *immane odium*, ut & alia *externa craſſa peccata* (quæ etiam Gentiles præcavere poterant) deponere & omittere, in poteſtate Caini erat. Quæ autem eſt coſequentia? *Poteſt homo non renatus, ſine gratia ſpecialis adjutorio, immane odium erga fratrem ſuum deponere, poteſt craſſa peccata devitare: E liberi eſt arbitrii in ſpiritualibus, poteſtq; ex propriis viribus pœnitentiam agere, & quævis peccata vitare.* Nam ne in *renatorum* quidem poteſtate eſt, *omnem* vitare & domare peccati cupiditatem; ſiquidem ipſe fatetur Apoſtolus: *Venditus ſum ſub peccatum*, Rom. 7. v. 14. *Malum, quod nolo facio*, &c. v. 19.

4. Etſi daretur, DEum *jubere*, tamen *neminem jubere impoſſibile.*

℞. *Impoſſibile* poteſt dupliciter intelligi (1.) *abſolutè*, quod ex ſua natura id habet, ut non poſſit fieri; quomodò, *volare lapidem*, impoſſibile. (2.) *Secundùm quid.* quod poſitis certis circumſtantiis fieri non poteſt; ut *peritum Scribam polliceri præmiola diſcipulo, ſi ſe pingendo æquet.* Hoc ipſum, ut diſcipulus pingendo magiſtrum æquet, impoſſible eſt, non tamen *abſolutè*: nam cum in finem ille diſcipulus eſt, ut diſcat æquare magiſtrum: ſed *quamdiu eſt in ſuis primordiis.* Jam dico, *neminem jubere impoſſibile abſolutè*, jubere autem impoſſibile *ſecundùm quid*: nam etſi *debitor* ſolvendo non eſt, jure tamen jubere poteſt creditor ſolutionem, impoſſibilem licèt, *Matth.* 18. v. 25. Proinde DEus, *pœnitentiam præcipiendo*, non præcipit aliquid *abſolutè* impoſſibile: nam quod *natura* nequit, id poteſt *divina gratia*, quæ in verbo Evangelii per fidem apprehenſa eſt. Cainum ergò DEUS adducere voluit ad pœnitentiam; unde *Bernhardus* explicans hunc locum, ſerm. 5. de Quadrageſ. piè & verè ſcribit: *Hoc certè erat, quod quærebat Dominus, hoc erat, ad quod nos producere ſatagebat, ut videntes defectum noſtrum, & quod non eſt nobis auxilium aliud, ad ejus miſericordiam tota humilitate curramus.* Meiſn. dec. 3. Anthr. ſacr. diſp. 3. theſ. 29. 30. & 31. *Cham.* tom. 3. Panſtr. l. 3. c. 7. n. 6. *Gerhard.* in Conſ. Cathol. l. 2. ſpec. par. 3. art. 22. c. 4. arg. 5. p. 570

V. Pelagiani apud *Bellarminum* l. 5. de Grat. & lib. arbitr. c. 8. arguunt *concupiſcentiæ rationalem animam dominari, cùm hæc dominetur peccato.*

℞. Valdè *impropriè* pronomen *Ejus* refertur ad *peccatum*, quo fit, ut longè aptiùs intelligatur de *Abele*, qui minor natu, fratri jure naturæ ſubjiciebatur. *Cham.* tom. 2. Panſtr. l. 16. c. 10. §. 6. p. 339.

Verſ. 8. *Et dixit Cain ad Abel fratrem ſuum, &c.*

CORnelius à Lapide in Comment. hujus loci *textum iſtum eſſe corruptum* autumat, cum videantur deſiderari illa verba: *Egrediamur foràs*; quæ extant in Targum Hieroſolymitano, LXX. Interpp. & in Vulgata Verſione, ſine quibus ſeoſum eſſe mancum & mutilum.

℞. (1.) In *Hebræo* nihil prorſus deeſt, nec ſenſus mancus eſt & hiulcus: nam verbum אָמַר hic *abſolutè* ponitur pro דִּבֵּר, & ſignificat *amicè atq; blandè loqui atq; converſari*; in qua ſignificatione accipitur Pſal. 4. v. 5. *Pſal.* 139. v. 20. &c. Diſſimulabat enim Cain rancorem, & *blandè* cum fratre *colloquebatur*, ut is nequiverit ullam ſentire iracundiam. Sic ergo verba illa reddenda forent: *Et collocutus eſt Cain cum fratre ſuo Abel.* (2.) Gloſſa ordinaria ad h. l. in Vulgata Verſione *redundantiam*, à textu alienam, non autem in *Hebræo* defectum aliquem agnoſcit.

Regerit ille, *Maſoretas in margine h. l. digitum ad defectum intendere, cum pronunciant, viginti octo deeſſe verſus in medio verſus.*

℞. (1.) Si hac de cauſa fons Hebræus corruptus eſt, quia *colloquium*, quod nota Maſoretica innuere videtur, *non exhibet*, pari ratione & Vulgatæ Verſionis editio corruptionis rea erit, cùm nec illa *iſtud* habeat. (2.) Maſoretæ hoc non voluerunt, quaſi *aliquid deficeret in textu*, ſed ſaltem *illud* ad memoriam ſuis lectionibus revocârunt, *quod* in celebri translatione *Jona ba*, Chaldæi Interpretis, habetur: pari enim honore iſtam verſionem Judæi afficiunt, eamque tantæ autoritatis æſtimant, ac ipſum fontem ſacrum. *Walther.* in harm. Script. S. p. 102-105. *Gerhard.* l. 2. ſpec. Conf. Cathol. par. 1. p. 93. & 94. *Glaſſ.* l. 1. Philol. ſacr. tract. 1. par. 2. ſect. 2. obj. 1. pag. 63-66.

Verſ. 9. *Et dixit Dominus ad Cain: Ubi Hebel frater tuus? Et dixit: Non ſcivi. Nunquid cuſtos fratris mei ego.*

MOſes uſurpat hic (1.) *Enallagen*, quia *præteritum* ponit pro *præſenti*, לֹא יָדַעְתִּי, *non ſcivi*, h. e. *neſcio.* (2.) *Ellipſin* verbi ſubſtantivi, SUM, ſingulari cum emphaſi, *Nunquid cuſtos fratris mei ego?* ſcil. *ſum*? q. d. Qui *me* debet obſervare, non ego *illum.* *Jun.* in Not. ad h. l. p. 9. *Glaſſ.* l. 3. Philol. ſacr. tract. 2. c. 7. p. 186. & tract. 3. can. 46. m. 2. pag. 370.

II. *Joſephus* l. 1. Antiq. Judaic. cap. 3. opinatur, *interrogâſſe DEUM, ubi eſſet Abel, cùm idipſum ignorârit.*

℞. Illud

[illegible]

Vers. [illegible] *Quæ [illegible]*

[illegible]

Vers. [illegible] *[illegible] non habet [illegible]*

O[illegible] *Enallage* [illegible] *tempor* [illegible] *Ids* [illegible] l. sacr. [illegible] can. [illegible]

[illegible] apparet [illegible] vagis, [illegible] habet [illegible] nentem [illegible]

[illegible] natum & [illegible] male [illegible] ipsae- [illegible] Canon [illegible] Nam [illegible] De [illegible] p.h. [illegible] in [illegible] p. 412. [illegible] l. 4. [illegible] p. [illegible] 96. seq.

Vers. 13. *[illegible] ad Dominum [illegible] Major est [illegible] uitas mea, quam ut ve[illegible] m mer[illegible] ar.*

A[illegible] ,נשׂא [illegible] ne indu [illegible] De [illegible] atur [illegible] 4. [illegible] 32. [illegible] 5. &c [illegible]

[illegible]

II. P[illegible]

[illegible]

[illegible]onem.

[illegible] *flerum merc*[illegible] At [illegible]

[illegible] Ho[illegible] Salmeron[illegible] *Cain*, [illegible]

Vers. 14. E[illegible] me hodie a facie [illegible]

[illegible]

Vers. 1[illegible] Ad [illegible]

[illegible] 1481. [illegible]

Vers. 1[illegible] a facie Domi[illegible] *ni*, [illegible] in terra [illegible] ad [illegible]

M[illegible] *cultum* [illegible]

[illegible]

III. *Paradiſum in Meſopotamia fuiſſe, vel non procul abfuiſſe.* Bellarminus lib. de grat. prim. hom. c.13. negat, eo quod *Cain hic dicatur incoluiſſe Eden: Quis vero* (pergit) *nulla veri ſimilitudine dixerit, damnatum fuiſſe* ... *pro exilio paradiſum?*

R. Cain non *incoluit Eden*, ſed *habitavit in terra Nod ad orientem Eden*, h.e. ab Orientali paradiſi parte. *Brochm.* par. Syſt. Theol. p.321.

Verſ. 17. *Cognovit autem Cain uxorem ſuam, quæ concepit, & peperit Henoch, & ædificavit civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filii ſui Henoch.*

I. MOſes hic aſſerit, *Cainum extruxiſſe civitatem*, cum tamen *ferramentis* caruerit: ferramenta enim dicuntur inventa per Tubalkain demum, v.22. qui multo poſt ædificatam urbem natus eſt.

R. Tempore Caini *ferramenta* utique erant *in uſu*, quandoquidem hæc ita ſunt neceſſaria, ut ferè nil quicquam ſine illis parari queat, nedum ut civitas aliqua ſine omni ferreo inſtrumento perfici potuerit; imò ut ipſe Tubalcain opera ferri æriſque cuderet, ut in textu legitur, ferrô omnino ipſi inſtrumentô opus erat: ſiquidem ſine ferro nec æs nec ferrum cudi poteſt. A *Tubalcain* autem ars hæc fabrilis *melius eſt exculta.* Neque enim in textu dicitur, quod ipſe *primus invenerit* ferramenta; ſed quòd fuerit *ingenioſus artifex* in cudendis operibus ferreis & æreis. *Hunn.* tom.3. oper. Lat. p. 483. & ſeq.

II. *Politicam poteſtatem non eſſe bonam*, Anabaptiſtæ probare ſatagunt ex textu præſenti, in quo *Cain impius civitatem extruxiſſe, & ita politicam poteſtatem* primus introduxiſſe fertur, quemadmodum etiam cenſet *Joſeph.* l.1. Antiq. Judaic. c.4.

R. Non ſtatim ex *extructione civitatis materialis* colligitur *conſtitutio politia, & regiminis politici.* Nam (1.) etiam ſine civitate materiali poteſt eſſe Reſpublica & Principatus; (2.) requiruntur ad *Rempubl.* ex ſententia Politicorum, 1. cœtus hominum ſeu plures familiæ & ſocietates; 2. res aliquæ communes. 3. legitima gubernatio, juncta cum ſumma poteſtate. At tunc temporis, quando Cainus condidit civitatem *materialem*, illa ipſa nondum fuerunt. *Bellarm.* l.3. de Laic. c.2. & 7. *Giſen.* de Papiſm. diſp.18. theſ.46.

Verſ. 19. *Lamech accepit duas uxores: nomen uni Ada, & nomen alteri Sella.*

POlygamiam eſſe illicitam, probant nonnulli ex *ipſius origine*: Lamechus enim homo crudelis & homicida, fuit *primus πολύγαμος*. Quocirca *πολυγαμία ortum traxit ab impia Caini progenie.*

Ochinus in Dial. pro polygam. excipit 1. *narrari quidem de Lamech, quod duas duxerit uxores, ex eo tamen colligi non poſſe, ipſum Lamechum fuiſſe primum autorem polygamiæ, cùm ea potuerit eſſe in poſteritate Sethi, licet a Spiritu Sancto non fuerit id ipſum annotatum.*

R. Spiritus Sanctus per Moſen tum ſanctam *Sethi*, tum impiam *Caini* poſteritatem recenſet in c.4. & 5. Gen. ſed inter *Sethi poſteros* nullum nominat Polygamum, de *ſolo Lamecho*, tanquam peculiare & proprium illud commemorat, quòd *primus* duas ſimul uxores duxerit: at ſi inter Patriarchas fuiſſet aliquis *digamus*, cur in genealogia *ipſorum* Spiritus Sanctus tacuiſſet, in *Lamecho* vero annotâſſet?

2. *Πολυγαμίαν Caini & poſterorum ejus taceri, ni-* *que tamen eam propterea negari poſſe; atq; idem eſſe judicium de polygamia illius temporis Patriarcharum.*

R. (1.) Nego *parem utriusq;* eſſe rationem. (2.) Nec tacuit Spiritus Sanctus illam impiorum *πολυγαμίαν*, ſed *ex conſequente* intelligendum reliquit *antecedens*, quando Cainum civitatem extruxiſſe, eamque a nomine filii ſui Hanochiam vocâſſe aſſerit, v.17.

3. *Factum hoc Lamechi a Moſe enarrari, non autem vituperari.* Idem habet D. *Meiſnerus* par.1. Philoſ. ſobr. ſect.2. c.5. q.1. ad 3.

R. Quamvis *explicitè & in ſpecie* illud à Spiritu Sancto ibidem non taxetur, tamen *implicite & in genere* reprehenditur, *tum* præcedente conjugalis inſtitutionis expoſitione, cui *ἀντιθετικῶς Lamechi* factum opponitur: *tum* perſonæ ſive autoris deſcriptione, cui ſanguinaria crudelitas, profana impietas, & Epicuræa ſecuritas tribuitur, v.23. *Gerhard.* tom.7. loc.28. §.218.

Verſ. 20. *Genuitq; Ada Jabel, qui fuit Pater habitantium in tentoriis & paſtorum.*

I. MOſes adhibet in hoc verſu (1.) *Enallagen numeri ſingularis*, ישב, *ſedentis* pro plurali *ſedentium.* (2.) Synecdochen tùm *ſpeciei* pro *genere*, nimirum *ſedere* pro *habitare*; tum *generis* pro *ſpecie*, puta מִקְנֶה, *poſſeſſionis* pro *pecude.* Vatabl. in Annot. ad h.l. p.10. *Glaſſ.* lib.5. Philol. ſacr. tract.1. c.15. p.451.

II. Moſes ſibi contradicere videtur: nam *hic Jabelem dixit inventorem rei pecuariæ, cum jam ante quadringentos annos etiam Habel fuerit paſtor ovium*, verſ.2.

R. Moſes non dicit, quòd *Jabel primus invenerit greges, & quomodo eos paſcere quis debeat*; nam hoc omnino ante ipſum præſtitit *Habel.* ſed utitur *peculiari vocabulo*, quo *induſtria* notatur in provehenda re pecuaria, ut novô ordine, majori proventu & feliciori uſufructu illam quis exerceat. Jabel igitur adinvenit *tentoria*, quò greges cum ſtabulis commodè transferri poſſent, ad paſcua uberiora: docuit, quomodo per compendia greges educandi, ut augeantur: quomodo diſgregandæ juniores pecudes ab adultioribus: quomodo obſervandum tempus admiſſionis, & reliqua, ex quibus commercia creſcũt. *Lyſer.* par.1. Com. in Gen. p.439. & ſeq.

Verſ. 21. & 22. *Jubal fuit pater canentium citharâ & organô, & Tubalcain fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri.*

I. NOta hic (1.) *Enallagē* numeri ſingularis, תֹּפֵשׂ, *apprehendentis* pro plurali *apprehendentium.* (2.) *Metalepſin, apprehendere* enim pro *pulſare* ponitur. (3.) *Synecdochen*, his namque nominibus, *cithara & organi*, comprehendit Moſes omnia *inſtrumenta muſica*, q.d. is fuit autor Muſices. (4.) *Metaphoram* in voce לֹטֵשׁ, *acuens*, i.e. *expoliens & exornans.* (5.) *Metonymiam*, nam *opus æris & ferri*, eſt *opus ex ære & ferro factum.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p.10. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.10.

II. *Ochinus* in Dial. pro polyg. ad argumentum ex præced. v.19. contra Lamechi polygamiam prolatum, excipit, *polygamiam Lamechi DEO non diſplicuiſſe, cum liberos, ex ea natos, artium præſtantiſſimarum inventionibus nobilitârit.*

℞. Bona *externa & corporalia*, in quibus etiam sunt *πολυτεχνία* & *inventio artium*, ad hanc vitam spectantium, piis & impiis sunt *communia*, neque potest ex illis argumentum *favoris divini* indubitatum peti. Exemplum *Jephthæ* docet, DEUM quandoque *corporali* benedictione cumulare etiam ex illegitimo concubitu natum. Adde quòd artes, quarum inventio filiis Lamechi tribuitur, potiùs ad *luxum, voluptates & credulitatem*, quàm ad divini cultûs incrementum, & Reipublicæ commodum spectabant. *Gerhard.* tom. 7. LL. CC. loc. 28. de conjug. §. 218. ad 2.

Verf. 23. *Dixitque Lamech uxoribus suis Adæ & Sellæ: audite vocem meam uxores Lamech, auscultate sermonem meum, &c.*

I. OCcurrit in hoc textu (1.) *Hebraismus*, siquidem antecedens, *Lamechi*, pro relativo pronomine repetitur, *Uxores Lamechi*, h. e. *ô uxores meæ*. (2.) *Enallage* præteriti pro futuro, *occidi* pro *occidero*. (3.) *Gradatio*, à *viro* descendens ad *puerum*, q. d. *Quisquis mihi negotium facesserit*, sive *magnus* sive *parvus*, &c. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 10. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 10. *Glass.* lib. 3. Phil. sacr. tract. 2. can. 13. p. 197. seq.

II. *Enjedinus* in Explic. locor. V. & N. T. autumat, verba *Gen.* 19. v. 24. *Jehovah pluit à Jehovah*; esse *reciprocam* locutionem, in qua *antecedens*, locô *relativi* ponatur, ut sensus sit: *Jehovah pluit à seipso*. Idque nititur probare ex hoc textu, cujus sensum esse: *Audite vocem meam uxores Lamech* (inquit ibi Lamech ipse) i. e. *meæ*.

℞. *Repetitio* illa antecedentis non *promiscuè* adhibetur, sed saltem, *quando plures distinctæ personæ concurrunt; & inter personam, ad quam relativum pronomen vel affixum referre deberes, & inter locum ipsius pronominis vel affixi relativi, una vel plures interjiciuntur*. Id quod probat exemplum ab Adversario allatum, in quo sunt *diversæ personæ & in medio sunt uxores*: unde hîc *relativô* ad sententiam complendam maximè opus est, pro quo *antecedens* ponitur; non item verò *Genes.* 19. v. 14. *Jac. Mart.* l. 1. de trib. Eloh. c. 34. n. 367. & 375. *Glass.* l. 3. Phil. sacr. tract. 2. can. 13. p. 199.

Verf. 24. *Quia Cain vindicabitur septies, & Lamech septuagesies septies.*

I. SYnecdoche est in numero certo, *septuagesies septies*, pro *incerto*: sicut enim numerus *septenarius* in Scriptura multitudinem designat, *Levit.* 26. v. 18. ita *septuplicatio* pro *ingenti incremento* capitur, *Matth.* 18. v. 22. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 10.

II. *Salmeron* tract. 24. probare contendit, *homines satisfacere posse pro peccatis suis*, cum pœnas sibi pro homicidio imposuerit Lamech.

℞. Lamech quid agit? *quas pœnas sibi imponit?* nihil enim dixit, quàm *se occidisse virum juvenem*, ideoque *vindicandum esse septuagies septies*; quæ verba scire velim, ad *puniendum in se peccatum*, quid faciant? *Cham.* t. 3. Panstr. l. 23. c. 13. n. 54. & 59.

III. *Contradictionis* de homicidio Lamechi *non puniti*, *puniendo* tamen, conciliationem vide in Vindic. Gen. 4. v. 15.

Verf. 25. *Et cognovit Adam adhuc uxorem suam, & peperit filium & vocavit nomen ejus Seth, quia posuit mihi DEUS semen alterum pro Hebel, quia occidit eum Cain.*

OFfert sese hoc loco (1.) *Euphemismus*: nam *concubitus maritalis* per *cognoscere* verecundè exprimitur. (2.) *Paronomasia*, in nomine proprio שֵׁת, i. e. *repositum*, cui additur vox conjugata שָׁת, *reposuit*. (3.) *Ellipsis*, nam post verba, *Posuit mihi DEus*, subintelligendum, *Inquit*, scil. *Heva*, Adami uxor. (4.) *Metonymia* materiæ pro materiato, *semen* enim accipitur pro *filio*. (5.) *Enallage*, quoniam pro *relativo pronomine* אֲשֶׁר usurpatur *conjunctio causalis* כִּי. *Quia occidit eum Cain* h. e. *quem occidit*, Chaldæus, דִּי קַטְלֵיהּ, *quem occidit ipsum*. Jun. in Not. Bibl. ad h. l. p. 10. *Glass.* lib. 3. Philol. sacr. tr. x. can. 15. p. 202. lib. 4. tract. 3. observ. 9. m. 2. pag. 794. lib. 5. tr. 1. c. 1. p. 21. & tr. 2. c. 2. p. 524.

Verf. 26. *Sed & Setho natus est filius, quem vocavit Enosch: ipse cœpit invocare in nomine Domini.*

I. MOses usurpat hîc (1.) *Hebraismum*, quia verbum *invocandi* de *restauratione rei*, per illud significatæ, accipit: nam indubiè primi parentes *antea* invocaverant nomen Domini. (2.) *Enallagen*, verbum enim *activum* infinitivi modi, לִקְרֹא, *invocare*, passivam significationem obtinet, ac si esset לְהִקָּרֵא, *invocari*. (3.) *Synecdochen*, siquidem *invocare DEum*, est, *cultum divinum ipsi exhibere*, qui *cultus* aptè sic denominatur à *præcipua sui parte*. Vatabl. in Annot. Bibl. p. 11. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 10. *Glass.* lib. 3. Philol. sacr. tract. 3. can. 4. pag. 242. can. 23. m. 2. p. 304. & lib. 5. tract 1. c. 15. p. 451.

Verſ. 19. *Et ex omni vivente, ex omni carne, bina ex omnibus introduces in arcam, ad vivificandum, maſculus & fœmina erant.*

I. NOta hic (1.) *Syllepſin*: Ex *omni vivente*, ex *omni carne*. i. e. Ex *omnibus viventibus univerſæ carnis*. (2. *Synecdochen*. *caro* enim eſt pro *animali*, in terris vivente. (3. *Hebraiſmum*: nam; *vivificare*, notat, *in vita conſervare*, h. e. ut *conſerves ea in vivis*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p.14. *Jun.* in Not. ad eund loc. p.12. *Glaſſ.* lib.3. Philol. ſacr. tract. can.4. p.240.

II. *Pontificii* ſentiunt, *piſces non habere carnem*, quod non fuerint in arcam aſſumti, in quam tamen ex *cunctis animantibus* UNIVERSÆ *carnis* bina debuerint induci.

℞. (1. *Ariſtoteles* l. 8. hiſtor. animal. c.2. & 3. *Cardanus* lib.8. var. rer. ſui fatentur, *piſce ſuam habere carnem*. Et rectè quidem! nam piſcibus tam *ſanguis* eſt, quàm *cor*: hoc carneum planè eſt, & ſanguis proxima materia carnis. Eſt piſcibus *caro viscerum*, eſt *maſculoſa*, eſt *glanduloſa*: quidni *caro nervea*? Moſes *ſignum univerſale* hic uſurpat *de in ſicco viventibus*, ut diſcrimen ſit inter terrena animalia, & plantas. Ea eſt *carnis* ſignificatio, quam textus ex materia loquens oſtendit. Sic *Gen.* 7. v.22. moriuntur omnia, quæ ſunt in *terra*, item *ſub cælo in luce*; quæ quidem *carnea* ſunt; ſed inde non eſt conſequens, piſces carne carere. *Libav.* l. 6. de univerſit. & orig. rei. p.503. & 505.

III. Locus hic videtur contradicere illi Gen.7. v.2. Etenim v.19. *c.6.* DEus de omnibus animalibus & volucribus *bina* vult aſſumi in arcam; at v.2. c.7. de mundis *ſeptem* admitti præcipit.

℞. Hoc loco *generatim & indiſtinctè* loquitur Dominus de omnibus viventibus, quòd ad minimum par unum ſit intromittendum in arcam; & reſpicit ad *conſervationem ſpecierum*, ſiquidem ad hanc ſufficiebat par unum. In altero autem loco loquitur *diſtinctè*, ita ut illic *ſeptena de mundis* intromitti præcipiantur: non tantum, ut ad *ſpecierum conſervationem* ſupereſſet par unum; ſed etiam, ut finitô diluviô ſuppeterent ad *ſacra facienda*, & offerendum Domino. *Hunn.* tom.3. Oper. Lat. pag. 1498.

Verſ. 21. *Et tu cape tibi ex omni eſca, quæ comeditur, & congregabis ad te, & erit tibi & eis in eſcam.*

OFfert ſeſe hoc loco *Idiotiſmus Hebræorum*, quia verbum, aliàs *actionem* notans, de *conſuetudine agendi* intelligendum, & per SOLET cum proprio infinitivo exponendum, ut יֵאָכֵל, *comeditur*, h. e. *comedi ſolet*: Glaſſ. lib. 3. Philol. ſacr. tract. 3. can.19. p.252.

Verſ. 22. *Et fecit Noah juxta omne, quod præcepit ei DEus, ſic fecit.*

I. REcurrit jam *Hebraiſmus*, pro, *Quod fecit Noah, prorſus ut præceperat ei Deus, &c. Vatabl.* in Annot. ad h. l. p.15.

II. Objectionem *Pontificiorum*, pro *perfecta renatorum obedientia*, vide dilutam in Vindic. *Geneſ.* 7. v.5.

CAP. VII. Verſ. 1. *Dixitque Dominus ad Noam: Ingredere tu & omnis domus tua in arcam: te enim vidi juſtum coram me in generatione hac.*

I. MOſes in textu hoc uſurpat (1. *Metonymiam ſubjecti* pro adjuncto, *domum* nominans, & *familiam* intelligens. Chaldæus: כָּל־אֱנָשׁ בֵּיתָךְ, *omnis homo domus tuæ*, i. e. *tota familia tua*. (2.) Ἀνθρωποπάθειαν: *viſio* enim, *Deo* attributa, notat ejus *approbationem*. Glaſſ. lib.5. Philol. ſacr. tract.1. c.3. p.36. & cap.7. p.138.

II. *Bellarminus* l.3. de Eccleſ. milit. c.12. probare nititur, *Eccleſiam Dei ſemper eſſe viſibilem & conſpicuam*: nam tempore diluvii fuit viſibilis in *familia Noæ*, quæ tota in arcam *viſibiliter* ingreſſa.

℞. Jeſuita *ignorat elenchum*, dum confundit Eccleſiam *internam*, quæ inviſibilis; & *externam*, quæ viſibilis. Ita tempore diluvii cœtus *profitentium* in ſenſus incurrit: at qui *verè credentes* intus fuerint, oculis non potuit dijudicari. *Eckh.* Pand. controv. Pontif. par.1. c.8. q.4. *Cham.* tom. 5. Panſtr. l.1. c.4. n.7.8.

III. *Pontificii* alii hic *juſtitiam & merita operum coram Deo ſtabilire* conantur, cum aſſignetur *cauſa, propter quam Noachus in diluvio ſervatus*, & per conſequens *coram Deo juſtificatus fuerit.*

Rε. (1.) *Juſtus* hic Noachus pronunciatur, non *legaliter*, ex operum ſuorum merito, nam ſi DEUS in judicium cum ipſo intrare voluiſſet, coram eo haudquaquam conſiſtere potuiſſet, *Pſal.* 130. verſ. 2. *Pſal.* 143. v. 3. ſed *evangelicè* ex gratia per fidem in Chriſtum, *Act.* 15. v. 11. ideo *juſtitia, quæ eſt per fidē, hæres factus* ſcribitur, *Hebr.* 11. v. 7. (2.) Si vel maximè in verbis, ex Moſe citatis, juſtitia *inhærens* intelligatur, nondum tamē ſequitur, quòd *per eam* Noah acceptatus à Deo ad *vitam æternam*, ſed quòd fide juſtificatus, in extruenda arca Deo obedierit, quam obedientiam Deus gratam habuerit, ac beneficiô illô *temporali* remuneratus fuerit. *Gerhard.* tom. 4. L.L. CC. loc. 20. de Bon. oper. §. 132. ad 1. argum.

Socinus part. 4. de Servat. c. 7. excipit, hoc ipſum, quòd Deus Noachum coram ſe juſtum vidiſſe affirmat, ob eamque cauſam ſe illi ſingulariter propitium fuiſſe profitetur, nullô pactô ad *imputatam* juſtitiam poſſe referri: *hanc enim nulla ex parte Deus videt in nobis.*

Rε. Quidni? nihil enim impedit, quò minùs Noah à juſtitia *imputativa* pronuncietur *juſtus*, cùm & ei CHRISTUS in temporis plenitudine factus ſit *juſtitia*, ſicut etiam nobis, 1. *Cor.* 1. v. 30. *Stegm.* in Antiphotin. diſp. 36. q. 5.

III. *Gregorius de Valentia* tom. 2. in Thom. diſp. 6. q. 4. punct. 2. contendit, in verbis Gen. 6. v. 5. *proclivitatem ad malum non ſtatim peccatum per ſe*, ſecus Deum non dixiſſe ad Noachum, *Te enim vidi juſtum coram me in generatione iſta.*

Rε. Imò N. C. hæc: nam hæc *juſtitia* nulli eſt omninò à *ſua concupiſcentia*, ipſâ & corruptâ, & actiones corrumpente; ſed à *gratia*, hanc concupiſcentiam inhibente, atque operationes reformante. *Hoc modo* igitur & Noë fuit juſtus. *Cham.* tom. 3. Panſtr. l. 10. c. 7. 0. 3. & 11.

Verſ. 2. *Ex omnibus animantibus mundis tolles ſeptem & ſeptem maſculum & fœminam: de animantibus verò immundis duo & duo, maſculum & fœminam.*

I. OCcurrit hic (1.) *Hebraiſmus*: nam adjectiva numeralia, ſi geminantur, diſtributiva fiunt, ut *ſeptem ſeptem*, i. e. *ſeptena*. (2.) *Enallage* tum *numeri ſingularis* pro *plurali*: *Ex omni jumento*, h. e. ex *quibusvis jumentis*, ſeu *ex quovis genere*: tum *pronominis demonſtrativi*, nomini ſubjuncti, quod locô *verbi ſubſtantivi* ponitur, ut הוא טְהֹרָה, *mundum ipſum*, i. e. *mundum eſt*. Jun. in Not. ad h. l. p. 12. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. ſacr. tract. 2. can. 7. pag. 186.

II. A. C. 157. *Marcion* hæreticus docuit, *animalia quædam*, quòd ſint *immunda*, *à malo DEO creata eſſe*.

Rε. Graviter ille errat: nam *unus* eſt DEUS *creator omnium*, & is creavit initiô *omnia* bona. *Gen.* 1. v. 31. Unde & *Paulus* dicit 1. Tim. 4. v. 4. *Omnis creatura Dei bona eſt & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.* Et ſi homo in *integritate ſua naturæ* permanſiſſet, vere mundis hominibus munda fuiſſet animalia omnia, *Tit.* 1. v. 15. jam verò *poſt lapſum*, ut homo *dominium* animalium amiſit, ita etiam *uſum*. Animalia igitur *immunda* ita dicuntur, non ratione *primævæ creationis*, ſed reſpectu *ſacrificiorum*, in quibus non debebant uſurpari. Domino haud dubie ſic ordinante. *Lyſer.* par. 2. Comm. in Gen. p. 118.

III. Moſes hic facit mentionem *animalium mundorum & immundorū*, quæ tamen *diſtinctio* videtur demum nata tempore *cultûs Levitici.*

Rε. Alia ratione animalia quædam *ante diluvium* immunda erant, quàm *poſt diluvium* nimirum reſpectu *ſacrificiorum*, ut dixi, in quibus non debebāt uſurpari: *poſt diluvium* verò non tantùm *hoc modo* erant immunda, ſed etiam ratione *victûs*, quia illis veſci non fuit licitum, *Levit.* 11. *Walther.* harm. Script. p. 111.

Verſ. 3. *Et ex volatili cœli ſeptem ſeptem, maſculum & fœminam, ad vivificandam ſemen ſuper faciem univerſæ terræ.*

HUc redit (1. *Enallage numeri* ſingularis *volatile*, pro plurali *volatilia*. (2.) *Ellipſis*, quæ ſupplenda eſt ἀναλόγως ex v. 2. Ex *volatilibus*, puta, *mundis*. (3.) *Hebraiſmus*, tum quia *nomen numerale repetitum*, ſtat pro *diſtributivo*, ut *ſeptem, ſeptem*, i. e. ſeptena; tum quia verbum *vivificare*, Hebræis eſt, *in vita conſervare*. (4.) *Synecdoche* · ſemen pro *poſteritate* tota eſt. (4.) *Pleonaſmus*: ſiquidem *faciei* redundat; *ſuper faciem univerſæ terræ*, i. e. *ſuper univerſam terram*. Jun. in Not. ad h. l. p. 12. *Vatabl.* in Annot. ad eund. loc. p. 15. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. ſacr. tract. 1. p. 21.

Verſ. 4. *Quia ad dies adhuc ſeptem ego pluo ſuper terram quadraginta dies, quadraginta noctes, & delebo omnem ſubſtantiam, quam feci, a facie terræ.*

MOſes in hoc textu continuat (1.) *Enallagen*, cum præſens ponit pro futuro, *Pluo*, i. e. *pluam*. (2.) *Metaphoram*: פנים enim, *facies*, notat *ſuperficiem*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 15. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. ſacr. tract. 1. cap. 12. p. 339.

Verſ. 5. *Fecit ergo Noe omnia, quæ mandaverat ei Dominus.*

POntificii ſtatuunt *novam renatorum obedientiam in hac vita eſſe perfectam*, quia Noachus, utpote renatus, dicitur *feciſſe* OMNIA, *quæ* Deus ei *mandaverat.*

Rε. Particula *OMNIA*, intelligenda eſt de *ſubjecta materia*: quæcunque nimirum DEus Noacho *quoad venturum diluvium* præceperat, illa omnia obedienter is fecit. Nam diluvium venturum credidit, illudque juxta juſſionem Dei mundo denunciavit: juſtitiam inſuper prædicavit, per quam venturam iram effugere potuiſſet: arcam quoque ædificavit, animalia, & victum pro ipſis collegit: per ſeptimanam illam integram ad ingreſſum ſe præparavit, & animalia introduxit: denique ipſe cum filiis, conjuge & nuribus ingreſſus eſt. *Hæc omnia* Noachus juxta præceptum Domini fecit. Quod verò *reliqua mandata* Dei attinet, Noachus quidem *ea* obſervavit ἀμέμπτως, *ſine crimine*, & ita tùm vixit, ut de magnis ſceleribus & vitiis coram ſuis reus agi non potuerit; non autem ἀναμάρτητος, *ſine nævo aliquo*, in tota vita ſua, induſit enim ebrietati, *Gen.* 9. v. 21. *Lyſer.* l. c. p. 125. & 126.

Verſ.

Verſ.6. *Et Noah filius ſexcentorum annorum, & diluvium fuit, aquæ ſuper terram.*

NOta hic (1.) *Hebraiſmum*, quia nomen בֶּן, *filius*, nomini *temporis* additum, per *natum* eſſe exponitur. (2.) *Ellipſin* verbi ſubſtantivi: *Noah erat*, &c. & *aquæ erant*, &c. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.15. *Arias* ibid. p.6.

Verſ.8. *Ex jumento puro, & ex jumento, quod non ipſum purum, & ex volatili, & omni, quod reptans ſuper terram.*

REcurrit hoc loco (1.) *Enallage numeri* ſingularis, *jumenti, volatilis, & reptilis*, pro plurali, *jumentorum, volatilium & reptilium*. (2.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi, *erat*: Quod *ipſum non erat purum*. (3.) *Hebraiſmus*: participium enim רֹמֵשׂ, *reptans*, verbi præſentis, *repiat*, vicem ſubit. *Arias.* in Bibl. ad h.l. p.6. *Glaſſ.* lib 3. Philol. Sacr. tract.2. can.7. p.186. tr. 4. can.4. p.414.

Verſ.9. *Duo duo ingreſſa ſunt ad Noachum. &c.*

HEbraiſmus eſt, quòd *numerale adjectivum geminatum* ſit *diſtributivum* ut *duo duo*, h.e. *bina*. Glaſſ. lib.3. Philol. Sac. tract. 1. can. 5. m.3. p. 20.

Verſ.11. *In anno ſexcenteſimo annorum vitæ Noach, in ſecundo menſe, in ſeptima decima die menſis, in hoc die rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & feneſtræ cœli apertæ ſunt.*

I. OBſerva in hoc verſu (1.) ἀνθυπαλλαγὴν: nominatur *menſis ſecundus anni*, & intelligitur *Martius*, juxta *Hebræos*. (2.) *Hebraiſmum*, quia antecedens, *menſis*, eſt pro relativo, *ejuſdem*. (3.) Ἀνθρωποπάθειαν: *feneſtræ* enim *cœlo*, Dei habitaculo, tribuuntur, ex quibus Deus quaſi proſpiciens, hominibus & brutis, extra arcam in terra exiſtentibus, mala porrexit, tantaque pluviâ eos inundavit, velut *feneſtris* cœli apertis. *Vatabl.* in Annot ad h. l. p.15. *Glaſſ.* lib.5. Philol. Sacr. tract.1. cap.7. p.156.

II. Moſes Jobo repugnare videtur: *Ille* enim narrat, omnes aquas è ſuis erupiſſe alveis, *hic* verò c.38. v.11. affirmat, *Dominum circumvallaſſe mare, ne erumperet è clauſtro ſuo*, & dixiſſe: *Hucuſque venies, hic quieſcent ſuperbi tui fluctus.*

Rꝫ. Diſtinguendum eſt inter *ordinem naturæ* conſtitutum in creatione, & inter *extraordinariam* DEI actionem. Ordo hic eſt conſtitutus in *creatione prima*, ut mare ſe contineat intra ſuos terminos, ne exundet. Interim DEUS pro *ſuo arbitrio* potuit hunc ordinem immutare, quando genus humanum aquarum eluvione ſuffocare voluit. Planè ut *igni* dictum eſt in creatione, ut urat; *Soli*, ut ſine intermiſſione currat, *Eccleſiaſtic.* 43. v.5. qui tamen *uſitatus ordo* nonnunquam *ſpeciali* DEI actione intervertitur, ut *ignis* non urat in camino Babylonico, *Dan.* 3. v.27. & *Sol* non currat in pugna Joſuæ adverſus gentes Cananæas, *Joſu.*10. v.13. *Hunn.* tom. 3. Oper. Lat. p. 1503.

Verſ. 13. *In corpore diei ipſius ingreſſus eſt Noach, & Sem, & Cham, & Japhet, filii Noach, & uxor Noah, &c.*

ADhibetur hîc (1.) *Pleonaſmus*: nam ſingulari cum emphaſi *corpus* abundare videtur, ideoque ſenſus eſt, In *ipſomet die*, nempe *decimoſeptimo*, v.11. (2.) *Hebraiſmus*: antecedens enim, *Noach*, pro relativo *ejus*, ponitur; *filii Noach*, i.e. *filii ejus* Ariæm. in Bibl. ad h.l p.6. *Vatabl.* in Annot. ad eund. loc. p.16.

Verſ.15. *Et ingreſſa ſunt ad Noach in arcam duo duo, ex omni carne, cujus in ea ſpiritus vitæ.*

PHilologica huc pertinentia, vide collecta partim in Vindic. *Gen.*6. v.17. m.1 & 3. partim in Vindic. *Gen.* . v.9.

Verſ.19. *Et aquæ invaluerunt valde ſuper terram, & operti ſunt omnes montes excelſi, qui ſub toto cœlo.*

I. MOſes utitur hic (1.) *Hebraiſmô*, quo *adverbium*, ſecum ipſo conjunctum, *intenſionem* & ſignificationis emphaſin importat, ut מְאֹד מְאֹד, *valde, valde invaluerunt*, i.e. *maximè, copioſiſſimè*. (2.) *Ellipſi* verbi ſubſtantivi: *Qui ſub cœlo*, ſcilic. *erant*. Vatabl. ad h.l. p.16. *Glaſſ.* lib.3. Philol. Sacr. tr.5. can 2. p.433.

II. *Paradiſus terrenus non amplius ſupereſt, ſed aquis diluvii obrutus fuit ac devaſtatus*, cùm Moſes expreſsè hic aſſerit, *aquis diluvii univerſos montes, qui ſub cœlo univerſo erant, perte[c]tos fuiſſe*: jam verò Paradiſus terrenus etiam ſub *cœlo* fuit.

Bellarminus lib de grat. prim. hom. c.14. excipit. 1. *Inundatione, quæ excrevit ſupra omnes montes, non niſi ea vaſtata loca, quæ a peccatoribus incolebantur, & quæ poſt lapſum Adæ habitationi hominum a DEO dicata fuerunt; non autem Paradiſi hortum, qui hominibus poſt lapſum inacceſſus fuit.*

Rꝫ. (1.) *Generalem* illam de diluvio ſententiam Scripturæ reſtringere, adhibitâ exceptione, quæ non poteſt ex aliquo Scripturæ loco colligi, & quæ ſine ulla neceſſaria ratione adhibetur, non modò non eſt licitum, ſed etiam valdè periculoſum; ſic enim omnium generalium propoſitionum fides & veritas dubia redderetur; ait *Pererius* lib.7. in Gen. col.799. Jam verò Scriptura non excipit ab hujus inundationis incommodo *nullum* locum (2.) Facilè potuiſſet DEUS Noachum cum ſua familia & animalibus in Paradiſo illæſum conſervare ab aquis diluvii, ſi placuiſſet ipſi Paradiſum ab inundationis malo intactum cuſtodire, & arcâ non fuiſſet opus.

2. *Exceptionem Paradiſi optima ratione eſſe inductam, ob converſationem Enochi in eo.*

Rꝫ. Enochus in *cœleſtem* Paradiſum translatus fuit, cui nullum ab aquis diluvii periculum impendit. Urgemus igitur, quòd Spiritus Sanctus diſertè aſſerit, *aquas replevisse omnia in ſuperficie terræ, ac montes omnes operuiſſe.*

3. *Paradiſum non eſſe locum hominum peccatorum, & humanis calamitatibus ſubjectorum, ſed eorum tantum, qui communibus hujus vitæ miſeriis non ſint obnoxii.*

℞. Noe æquè erat vir *juſtus* ac Henoch, cum à DEO transferretur. proinde *eodem* jure DEUS illum cum ſuis in Paradiſum transferre, ibique conſervare potuiſſet, donec diluvium transiiſſet. Adde, quòd ex hypotheſi Pontificiorum, Henoch *adhuc morti* ſit obnoxius. *Gerhard.* confeſſ. cathol. l.2. ſpecial. par.3 art.20. c.4. p.364. & ſeqq. *Brochm.* part.1. Syſt. Theol. p.323.

Verſ. 20. *Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes, quos operuerat.*

PEererius urget ulteriùs ſententiam de *Paradiſi terreni deſtructione*, eamque ex allato textu ſtabilit: Quia enim *aquæ diluvij excesſerunt altiſſimos montes terræ quindecim cubitis*; neceſſe fuit, *univerſam terræ ſuperficiem aquis iſtis operiri*, & ita *diluvij aquas in Paradiſum penetraſſe*, niſi velimus credere, Paradiſum tantæ fuiſſe altitudinis, ut *ſupereminerét ſuperiorem* aëris regionem.

Excipit 1. *Bellarminus* l. c. *aquas diluvij miraculosè prohibitas eſſe à DEO, ne Paradiſum attingerēt, cùm Henoch non perierit tempore diluvij, nec tamen fuerit in arca.*

℞. (1.) Cardinalis non poteſt tueri ſuam opinionem, niſi *confictis* arbitratu ſuo miraculis; non autem ſine cauſa ad miracula confugere licet, ut habet ſuperior *Pererius*. (2.) Præſupponitur, quod eſt in quæſtione, videlicet Henochum in *terrenum* Paradiſum fuiſſe translatum, inque eo diluvii tempore conſervatum.

2. *Id. Bellarm.* ibid. *ſi vel maximè dicantur aquæ diluvij in Paradiſum penetráſſe, & Henochus ſingulari Dei providentia in mediis aquis conſervatus, non tamen effici neceſſariò, Paradiſum omnino deſtructum, cum nec ſitus loci, nec aëris temperamentum ſit mutatum, ideoq́ tantùm detrimentum quoddam ex diluvio ei accidiſſe.*

℞. (1.) Juxta hanc exceptionem *prius* miraculum aboletur, ac Henochus per aliquot menſes *aquis innatáſſe* fingitur. (2.) Quis credat, niſi qui quodlibet, quantumvis incredibile, poſſit credere, locum Paradiſi delicatiſſimum, ornatiſſimum, per unum fermè annum altiſſimis undiquaque aquis obrutum, ſine decoris, venuſtatis ac pulcritudinis ſuæ detrimento durare potuiſſe, cùm tanto tempore etiam firmiſſimum & ampliſſimum ædificium aquis ſubmerſum durare non poſſet? *Perer.* d. l. p.801.

3. *Gregorius de Valentia* diſp. 7. gener. q. 6. punct.3. col.1484. *deletam quidem diluviô amœnitatem Paradiſi, ſed quam tamen poſtea naturi aliter recuperárit.*

℞. (1.) *Valentianus* Bellarmino diſertè contradicit, cum addit, *minimè opus eſſe, ut putemus, miraculosè aquas fuiſſe detentas, ne illum locum (Paradiſum) operirent; aut fuiſſe ſub aquis ſine corruptione divinitus ſervatam illius amœnitatem.* (2.) Quis poſt diluvium unquàm vidit Paradiſum, ejusque recuperatam luſtravit amœnitatem? (3.) Admiſsâ autem hac Gregorii de Valentia exceptione, nondum ſequitur, *Paradiſum primitus à Deo plantatum adhuc ſupereſſe*; ſed neceſſariò concedendum, *& venuſtatem loci, & viarum dimenſiones, & ordinem arborum, & ſtirpium diſpoſitionem, & herbarum varietatem, & ſoli bonitatem diluviô fuiſſe deſtructam ac devaſtatam.* Gerhard. & Brochm. ll. cc.

Verſ. 21. *Et obiit omnis caro reptans ſuper terram, & in volatili, & in jumento, & in beſtia. &c.*

EA, quæ huc ſpectant, vide enodata in Vindic. Geneſ. 6. v. 13. & c. 7. v. 8. m. 1.

Verſ. 22. *Omne quod flatus Spiritus vitæ in naribus ejus, ex omni, quod in ſicco, mortua ſunt*

I. PHraſis eſt Hebræa, *Quod flatus ſpiritus vitæ in naribus ejus*, pro, *Quæcunq; vivebant & degebant in terra*, perierunt. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p.16.

II. Moſes hîc pronunciat, *omne vivens fuiſſe extinctum*, cum tamen *piſces non interierint, in arcam licet non recepti.*

℞. Moſes *diſcriminis* causâ diſertè, addit, interiiſſe (1.) *quicquid habebat ſpiritum in naribus*, id eſt, *quicquid ſpirabat*: jam autem *piſces* non ita ſpirant, aliàs in aquis vivere non poſſent: (2.) *quicquid vivebat in ſicco*; piſcium verò domicilium non eſt *ſiccum* vel *arida*, ſed *aqua*: (3.) *omnem ſubſtantiam ab homine uſq; ad jumentum, reptile & volatile*; piſces autem nec *jumentis* nec *reptilibus*, nec *volatilibus* adnumerantur. *Hunn.* tom. 3. oper. Lat. p. 1502.

Verſ. 23. *Et delevit Deus omnem ſubſtantiam, quæ erat ſuper terram, ab homine uſque ad pecus, &c.*

I. MOſes ponit hîc (1.) הַיְקוּם, *ſubſtantiam*, ſynecdochicè, pro *ſubſtātia vivente*; eſt enim univerſale nomen ad omnia viventia: (2.) Præpoſitionem עַד, *uſq;*, pleonaſticè, quippe quam in copulativa hac locutione ter repetit, nec ſine emphaſi. (3.) *Enallacticè* numerum *ſingularem* pro *plurali*: uſque ad *jumentum*, uſque ad *reptile* & uſque ad *avem cœli*, h.e. & *homines*, & *jumenta*, & *reptilia*, & *aves cœli* interierunt. *Vatabl.* In Annot. ad h.l. p.16. *Glaſſ.* lib.3. Philol. Sacr. tract.7. can.1. in. 3. p.588.

II. *Aretius* lib. 1. Probl. Theol. loc. 3. de pœnit. ſtatuit, *in ipſos infantes cadere pœnitentiam, cum pœnâ diluvij & adulti & infantes perierint, quod ad pœnitentiam invitati non reſipuerint.*

℞. Diluviô perierunt infantes, non quia *non reſipuerunt*, ſed quia *nati erant caro de carne*, Joh. 3. v. 6. quæ non niſi *mortis interventu* penitus expugnari poteſt, 1. *Corinth.* 15. verſ. 52. & 53. *Brochmann.* par. 2. Syſtem. Theol. p. 382.

CAP. IIX. Verſ. 1. *Et recordatus eſt Deus Noæ, & omnis beſtiæ, & omnis jumenti, quod cum eo in arca, &c.*

I. OFfert ſeſe hoc loco (1.) *Ἀνθρωποπάθεια Θεῷ*: Deo enim tribuitur *recordatio*, quâ tamen ſignificatur *effectus*, quando poſt tot cruciatus Noacho Deus opitulabatur, in quibus viſus erat quaſi *oblitus* fuiſſe ejusdem. (2.) *Enallage numeri ſingularis* pro plurali: *beſtia* namque eſt pro *beſtiis*, & *jumentum* pro *jumentis*. (3.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Quod cum eo in arca*, ſcil. *erat*. *Artament.* in Bibl. p. 6. *Vatabl.* in Annot. ad

h. l.

h. [illegible] l. b. Phil. Sac. tract. 1. [illegible]

II. [illegible] b. de Deo & attrib. d. [illegible] p. [illegible] *entiam* [illegible] *ursivam*, hoc est [illegible] *tueri*; & in [illegible] ad [illegible] p. 3 [illegible] em [illegible] am [illegible] ten [illegible] *datio*, q. [illegible] ob [illegible] *tem* [illegible] *us diver* [illegible] *tem* [illegible] *prem us.*

Re. Rec [illegible] *lus* [illegible] non sum [illegible] pr [illegible] p [illegible] enti [illegible] um, [illegible] rum no [illegible] dant [illegible] on [illegible] enim D [illegible] ex [illegible] colit res ant [illegible] napu [illegible] præt sit nec futurum [illegible] sed [illegible] extra te [illegible] universa omniscientiæ luæ oculo præs [illegible] imo ad spiciat. verùm *impropriè* pro *effe* [illegible] DEUM probè memorem esse Noæ *re* [illegible] mo [illegible] trat. Quemadmodum aliàs etiam, quan [illegible] tribuitur DEO, semper ea vox ad *effectum* [illegible] referenda, ex [illegible] *effe* [illegible] innot [illegible] Dominum r [illegible] is de qua agit [illegible] bene [illegible] morem. Sic *eco dari* dicitur [illegible] per evidentem [illegible], nempe [illegible] declarat, se ejus [illegible] m, [illegible] *recordari* [illegible] Luc [illegible] & 54 [illegible] Abraham [illegible] Semp [illegible] hujusmo [illegible] locution [illegible] us [illegible] Rhetoricam ponitur pro declaratione [illegible] Hunn. tom. 3. oper. Lat. p. [illegible]. Vide & *Scherzer*. l. 2. oper. Met. [illegible] c. 3. n. 494.

Vers. 2. *Et clausi sunt fontes aby* [illegible]*i, & fenestræ* [illegible]*, & prohibi* [illegible] *a* [illegible] *pluvia de cœlo.*

IN textu hoc est (1.) *Hebraismus*: Et *clausi sunt fontes aby*[illegible], i. e. *desierunt aquæ erumpere ex omnibus partibus terræ, &c.* [illegible] cùm cœlo, Dei habitaculo, [illegible] tribuuntur, ex quibus Deus qua [illegible] prospexerit hominibus [illegible] mala porrexerit. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 17 *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tra [illegible] 1. cap. 7. p. 156.

Vers. 3. *Et recesserunt aquæ à superficie terræ eundo & recedendo & defecerunt aquæ, &c.*

REst hic *Hebraismus* n [illegible] n fi [illegible] tum, וישבו & *recesserunt*, addi [illegible] super [illegible] diversi verbi, הלוך, *eundo*, regit suum infinitivum, ושוב, & *recedendo*; quo ipso *continuationem* [illegible] innuitur: *Recesserunt continenter recedendo*, q.d. *aquæ subinde cœperunt decrescere & imminui*. Vatabl. in Annot. ad h. [illegible] p. 17. *Glass.* lib. 3. Philol. sacr. tract. [illegible] can. 37. m. 1. n. [illegible] p. 3 [illegible]

Vers. 4. *Et quievit arca in mense septimo, in septima decima die mensis super montibus Ararat.*

OBs [illegible] ver [illegible] um istum [illegible] *Hebraismum* antec [illegible] um, *mensis*, ponitur loco relativi, *ejus*; die [illegible] c. [illegible] 2. *Ellipsin* distributivi, אחד, *unius*, [illegible] *super montibus*, h.e. *uno monte* [illegible]

[illegible] *mono* [illegible] *sedit arca*, [illegible] pro [illegible] *A* [illegible] p. [illegible] act. 1 [illegible] 5. & lib. 4. tra [illegible] 6.

Vers. 5. *Et* [illegible] *erant eundo & deficiendo u* [illegible] *nsem decimum: in de* [illegible] *m* [illegible]*, v* [illegible] *sunt capita mo* [illegible] *ium.*

M [illegible] utitu [illegible] *Enallage*, tum quia *infi-* הלך [illegible] *m* usurpat pro p [illegible] *ncipio*. Erant הלך [illegible] *eun* [illegible] *decre* [illegible], *euntes & deficiendo* [illegible] *b* [illegible] *de* [illegible]: tu [illegible] quia adjectivum [illegible] אחד, *unus*, pro ordinali [illegible] *primus*, ponit. [illegible] *hor*. [illegible] nnn, *ca-* [illegible] *Vatabl.* in Annot. [illegible] p. 17. [illegible] tra [illegible] can. 14. [illegible] lib. 5. tract. 1. cap. 12. [illegible]

D. M [illegible] adit [illegible] cnim recenset, *decimo me* [illegible] *nudata aquis cacumina montium*; at [illegible] 9. scribit, *colu* [illegible] *quam* [illegible] *oach em* [illegible] *ideo in arcam* [illegible] *ersam, quia aquæ* [illegible] *adhuc super u* [illegible] *am terram.*

Re. De *planitie terræ* hoc est accip [illegible] m, non de *montium culminibus*. planities enim a [illegible] tota operta erat aquis etsi interim *cacumina montium* eminerent. *Hunn.* tom. 3. oper. Latin. p. 15 [illegible]

Vers. 7. *Emisit corvum, qui egrediebatur, & non revertebatur, donec siccarentur aquæ super terram.*

I. HOc loco [illegible] st *Hebraismus*: nam verbum finitum, ויצא, & *exibat*, regit suum infinitivum, יצוא, *exeundo*, additò insuper infinitivo diversi verbi, ושוב, & *revertendo*, quo ferè *continuatio actionis* innuitur: *Et exibat exeundo* [illegible] *reve* [illegible] *ten* [illegible] h.e. *continenter ibat & redibat ad arcam* [illegible] *citroq; volitavit cir* [illegible] *arcam*. Gl [illegible] lib. 3. Phil. [illegible] Sacr. tract. 3. can. 37. m. 1. n. 1. p. 351.

II. Canus lib. 2. Locor. cap. 13. putat, *Hebræum textum hic esse corruptum*, cum contrà nunc Judæi legant, *corvum egredi & reverti*; priorem autem lectionem tenere ex LXX. *Interpp.* Græcis, tum *vetustas* tum *juniores* Doctores.

Re. [illegible] *Bellarminus* l. 2. de V. D. [illegible] refert, *non deesse Latinos codices*, [illegible] qui habeant: *Egrediebatur & revertebatur*: quod ex variis lectionibus, ad Biblia Lovaniensia annotatis, cognosci potest. (2. [illegible] *rationem* utriusque lectionis art [illegible] tant Theologi Duacenses in notis [illegible], [illegible] ra Romanæ corr [illegible] ionis tomo 1. Bib [illegible] orum Glossatorum [illegible] subjun [illegible] is, p. [illegible] Qua [illegible] rgo veritatis [illegible] *eus* textum Hebræum hoc loco *falsitatis* arguit? [illegible] *Hebraus* t [illegible] xtus non dicit, quod *corvus intra arcam sit reversus*: utrum enim redierit, n [illegible] num; sed quod *exeret exeundo & redeundo* [illegible], volitarit circa arcam, & forsassis e [illegible] ndo ad tectum arcæ, indeque abeund [illegible], & ad [illegible] nec siccarentur aquæ. *Per* [illegible] *s* igitur [illegible] Hebræa est genuina, nec ullo laborat viti [illegible]. 4. Etiamsi contrarietas inter *Hebræum textum* & *versiones*

nes [illegible] ad [illegible] *icm* [illegible] *ve* [illegible] *nes* [illegible] et [illegible] præpo[illegible] v[illegible]mus age [illegible] l.Sacr. [illegible] 2 ob[illegible] .p.68. [illegible] hann.Script. §.148.p 111-113.

Vers. 8. *Et emisit columbam a se ad videndum, &c.*

Emphasis est in verbo, וַיְשַׁלַּח, *& emisit* [illegible] Pi[illegible] significat *ablegavit ut* [illegible] *nunquam* [illegible] *dum*. columbam igitur Noachus [illegible] ut *ea non reversâ*, certius in[illegible] gerct [illegible] ramen[illegible] re aquis. *Glass.*lib. Philol. Sacr. [illegible] can.26 p.313.

Vers. 9. *Cum non invenisset, ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad Noam in arcam.*

Moses sibi contradi[illegible] [illegible]detur [illegible] hic enim d[illegible] columba emissa [illegible] *non invenisse plantam pedis suæ requiem*, [illegible] tamen [illegible] *ante emissum potuerit pedem* [illegible] *extra arcam manere*.

℞. Etsi co[illegible]lumba respectu [illegible] *um* potuisset habere mansionis [illegible] ne [illegible] pe sup[illegible] *montanis*, [illegible] *ume* [illegible] *de-* [illegible] *um* hau[illegible] requiesce[illegible] [illegible], [illegible] ner[illegible] acio[illegible] ante, [illegible] alcer[illegible] & astata erant. *Cor*[illegible] *us* [illegible] h[illegible] de [illegible] *ad* [illegible] sufficitorum hominum [illegible] tum. tanquam cibô, sua naturæ [illegible] ente, [illegible] repot[illegible]at. *Hunn.* tom. [illegible] op. Lat. p.15[illegible]

Vers. 10. *Et adjecit mittere columbam ex arca, &c.*

Hebraismus hic est, nam [illegible] tum וַיֹּסֶף, *adjecit*, junctum cum [illegible], שַׁלַּח, *mittere* adverbi[illegible] fcit, & infinitivus in tempus & personam finit[illegible] convertendus est: *iterum emisit.* Glass. lib.3. Philol. Sacr. tract.3 can.36.

Vers. 11. *Columba emissa venit ad Noam ad vesperam, portans ramum olivæ foliis virentibus in ore suo.*

Observa hic (1.) *Hebraismum*: *Folium ol*[illegible] *a* [illegible] *ptum*, i.e. *fro*[illegible] *olea decerpta*. 2. *Alleg*[illegible] *iam*: *folium* enim *olivæ* designat *Evangelium*, qu[illegible] Spiritus Sanctus in Ecclesia prædicari cur[illegible] *oleum* namque [illegible] ficat *misericordiam & pacem* quam doc[illegible] Evangelium [illegible] *Vatabl.* in Annot. [illegible] p 17 *Glass.*lib. Philol. Sacr. par. 1. tr. 2. sect. [illegible] art.4. p.4[illegible]

II. *Papistæ* judicant *Scri*[illegible] *uram* [illegible] *curam*, qibus [illegible] videtur, [illegible] vox עָלֶה ve[illegible] queat, *ascende* est enim [illegible] verbi עָלָה, *ascendit* & *folia*.

℞. Hic nomen [illegible] gni[illegible] care [illegible] *um* non tantum ex *contextu* [illegible] sensu to et, si verteretur, [illegible] not[illegible] *Ma*[illegible]*etica*, & *vul*[illegible] *a* La[illegible] *Glass.* [illegible] Phil[illegible] par[illegible]

[illegible] *Me*[illegible] n[illegible] *mundum in æstate fu*[illegible] [illegible] *ditum* [illegible] petitô è *ramo vi*[illegible] *enti* [illegible]

[illegible]

LL.CC. [illegible] *Brochm.* [illegible] p [illegible] & [illegible] G[illegible] dis. q.5

Vers. 12. *Et expectavit adhuc septem dies alios, & emisit columbam, & non addidit reverti ad eum amplius.*

P[illegible] ca[illegible] וַיְשַׁלַּח *emisit*, & d[illegible] שׁוּב סָפָה, *a*[illegible] *reverti*, vide [illegible] cata in Vu[illegible]

Vers. 13. *Et fuit in uno & sexcentesimo anno, in primo, in una mensis, aruerunt aquæ super terram, & removit Noa hoperculum arcæ, & vidit, & ecce aruerunt facies terræ.*

O[illegible] ritho[illegible] *M*[illegible] nt [illegible] ce[illegible] ens, *In pri*[illegible] tu[illegible] *In uno anno* [illegible] *una me*[illegible] pr[illegible] *mo me*[illegible] *in* [illegible] *em.* [illegible] *totius* prop[illegible] n[illegible] *tum per cu um* [illegible] Noachus removi[illegible] *in ant alterum tabulatum* [illegible] *culs*, a[illegible] iciens ut [illegible] m[illegible] ac huc [illegible] et. *Vat*[illegible] n[illegible] [illegible] *um* Not. ad eund. l. c.p.14. [illegible] ac[illegible] .1.cap. 6.[illegible]. 4[illegible]5

Vers. 14. *Et in mense secundo, in septima & vigesima die mensis, aruit terra.*

H[illegible] *mus* [illegible] currit: siquidem an[illegible] e[illegible] *men-*

[illegible]

V[illegible] *m in* [illegible]

M[illegible]

[illegible] *am pro-* [illegible] *rem*, *omnem* [illegible]

Vers. [illegible] autem Noe altare D[illegible] de cunctis p[illegible] & volucribus mundis, obtul[illegible] altare.

P[illegible] post [illegible] *altaria* [illegible] centur. [illegible] Cum [illegible] temporis oppositum [illegible] CHRISTUM [illegible] c. 2 [illegible] contendit [illegible] pe ex cujus instinctu [illegible] Thummi [illegible] DEO [illegible] DEUS [illegible] DEUM [illegible] CHRIST[illegible]

[illegible] ODD [illegible] *mundo* [illegible] Syl[illegible]

Vers. [illegible] que [illegible] Dominus odorem [illegible], & ait ad eur [illegible] ultra maledicam terrae [illegible] enim [illegible] cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.

O[illegible] tum quia [illegible] D[illegible] εὐωδίᾳ & [illegible] mo [illegible] *n beneplacito* [illegible] *Deus in* [illegible] Noach [illegible] mundo [illegible] Chaldæus Paraphrastes [illegible] *Enallage*, [illegible] *homo pro hominibus*, & [illegible] docu[illegible] *odoribus* [illegible]

[illegible] in [illegible]

[illegible] neque en [illegible] *biliter*, [illegible] grans [illegible] cit, [illegible] *odor suavis* [illegible] & De[illegible] *promi* [illegible], qui & ob[illegible] bat DEO, & gratitudinem de[illegible] beneficio conservationis [illegible] oper. Lat. p. 15[illegible] S[illegible]ler [illegible] 4. n. 29. *VValth.* [illegible] S. in cap. loc. Le[illegible] 1. v. 3. p. 1[illegible] de *L*[illegible] Comm. in Gen. par. [illegible] p. 12[illegible] & [illegible]qq. latius hac de re di[illegible]rentem.

Si quis urge[illegible] verba [illegible] *Dixit in corde suo D*[illegible]. Sc[illegible]at, [illegible] de ali[illegible]uo *enunciato sermone* sed de [illegible] *de* [illegible] esse i[illegible]ligend[illegible] quo id secum [illegible]everit & co[illegible]stituer[illegible] quam[illegible] nterim [illegible], qu[illegible] apud se constituit, a[illegible] oam deinde promulgavit. *Hunn.* ibid. p. 15[illegible]9.

III. DEUS [illegible] *contradicer*[illegible] videtur hic enim pr[illegible]mitt[illegible], *se* [illegible] *a maledic*[illegible] *pr*[illegible] *hominem*; at *Deut.* 28. v. [illegible] & [illegible]. in[illegible] *male*[illegible]*dic*[illegible]*ionem in ag*[illegible] *quis* [illegible] *obedi*[illegible] *D*[illegible]*mi*[illegible]

R. (1.) *P*[illegible] locus agit de male[illegible]ion[illegible] *generali*, qu[illegible] con[illegible] [illegible] ne; quæ nequaquam tol[illegible] [illegible]ctionem *pe*[illegible]*dem* in loc[illegible] *posteriori* [illegible]. Hic *præ*[illegible] potest int[illegible]gi quod D[illegible]US non sit maledicturus terræ, *eluvione aquarum*; alios tamen modos habet *maledi*[illegible]*onis*, quibus prævaricationi[illegible] punit quia inf[illegible]rviunt ei omnes omninò [illegible]aturæ, *Psalm.* 148. [illegible]8. *VValther* ibid. p. 13.

IV *Dari* [illegible] *m origi*[illegible] [illegible], *connatam humana natura corruptionem* ex allat[illegible] con[illegible], *quoniam* [illegible]*gmentum cogitationum* co[illegible] *humani à prima* [illegible] *malum pronunciatur à DE*[illegible]

Excipit *Smalcius* cont. Fran[illegible] p. [illegible] negando consequentiam, [illegible] aliquis [illegible] *à pueritia*, [illegible] quod ipse [illegible] dictet.

R. 1. Firmatur consequent[illegible] ipsum figmentum non tantùm ei[illegible] malu[illegible] o[illegible] dic[illegible] bus infantiæ: siquidem foret [illegible] bonum, [illegible] cùm, qu[illegible]do malum esse [illegible] tum [illegible] contra *Ge.* 6. v. 5. [illegible] causas, cur on[illegible] figmentum [illegible] h[illegible]num à p[illegible] malum sit, si non est peccatum o[illegible]nale seu corruptio connata.

2. [illegible] Theol. p. 11. [illegible] esse hic [illegible] de peccato *originali* [illegible] D[illegible]US [illegible] pecce[illegible].

R. 1. De pec[illegible] ibi [illegible]onem esse, m[illegible] est [illegible] [illegible] *toto* [illegible] *humano* [illegible] [illegible] *humana* [illegible]

[illegible]

Sam. [illegible]

[illegible]

tum [illegible] excl[illegible] ca[illegible] omni tem[illegible]

[illegible] *malum* [illegible]

R. [illegible]

4. Id. ib[illegible]

res paulo ant[illegible]

R. Op[illegible]

[illegible] DE[illegible] [illegible] LL. Theol. [illegible] pc [illegible] p. [illegible] *H*[illegible] Exam. c[illegible] Phot. de p[illegible] c. 2. [illegible] 5. & [illegible] 59 [illegible] *Feuer*[illegible], fa[illegible] disp. 4. the[illegible]

V. *Flacius* [illegible] S[illegible]ptu[illegible] peccato [illegible], dici[illegible]

R. [illegible] ituitur [illegible]

Gen. 6. v. 6. quæque non ſunt *ſubſtantia* hominis, ſed ejus *accidens*. *Hutter.* in LL.CC. p. 319. 320. 321. *Bellarminus* l. 5. de Amiſſ. grat. & ſtat. peccat. c. 3. ad 1. object.

VI. *Pighius* in controv. de pecc. orig. vult, *peccatum originis verè & propriè non eſſe peccatum, idq; grave*. ſimiliter & *pronitatem ad malum*, i.e. *pravam concupiſcentiam* (ex originali peccato promanantem) *eſſe peccatum*, negat *Gregorius de Valentia*, de pecc. orig. c. 7. Uterque idipſum probare nititur ex præſenti textu: quia DEUS *promiſit, ſe propter figmentum cordis humani, humano generi parciturum; peccatum verò ad iram potius provocare, quam ad miſerationem*.

℞. (1.) Non agit hic DEUS ſolùm de *originali*, ſed de *toto hominis vitio inde ab origene*, dicit enim: *Cogitatio cordis hominis mala eſt à pueritia ſua*. Proinde ſequeretur non *illud* ſolùm, ſed *totum peccatum hominis*, ita DEum afficere, ut non iraſcatur, ſed miſereatur; non accuſet, ſed excuſet hominem: quod falſum. (2.) *Peccatum* ibi allegatur, non ut principium, *miſericordiam DEI promerens*; iram enim meretur & vindictam: ſed *miſericordiam, in Chriſto fundatam, indigentiam exponens*; ſumus enim ob peccatum miſerrimi facti, *Jun.* tom. 2. oper. Theol. p. 318. & ſeq. *Feuverborn.* faſc. 2. diſp. 4. th. 13. (3.) *Tarnovius* in Exercit. Bibl. p. 60. & ſeq. itemque *Chamierus* tom. 3. Panſtrat. Cathol. l. 10. c. 7. n. 8. malunt, Hebræam particulam כי *adverſativè* potiùs reddendam eſſe, quam *cauſativè*, hoc ſenſu: *Non amplius maledicam terræ propter hominem, etſi figmentum cordis humani ſit malum ab ineunte ætate*. Eligant Albertus & Gregorius, utram velint ſolutionem; nunc enim perinde eſt; nam utraque peccatum ſupponit; primam verò planè negare nequeunt. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. ſacr. tract. 7. can. 13. pag. 606.

Verſ. 22. *Cunctis diebus terræ ſementis & meſſis, frigus & æſtus & hyems, nox & dies non requieſcent.*

I. SYnecdoche hic eſt *partis* pro *toto*: ſiquidem pars temporis ימי, *dies* pro *tempore* ponitur i. *cunctis diebus*, h.e. *temporibus*. Glaſſ. lib. 5. Philol. ſacr. tract. 1. cap. 17. m. 3. p. 464.

II. Locus hic videtur pugnare cum loco, 1. *Reg.* 17. v. 1. *Hic* enim DEUS *promittit cunctis diebus futuram ſementem & meſſem*. Ibi verò narratur, *aliquot annis nec rorem cecidiſſe nec pluviam, unde fructus terræ potuiſſent matureſcere*.

℞. (1.) Moſes intelligit *ordinem*, quem in productione frugum DEus ipſe conſtituit. Hunc ordinem non ſterilitas nec parcitas frugum evertit, quam DEus per Eliam minatus eſt per annos tres & menſes ſex. Cum enim decem tribus Iſraelis coluerint vitulos erectos, & Baalim inſervierint, juſtè DEus minatur illis, quòd ager non ſit producturus fruges, uti ſperârant. (2) Quamvis Dei ordinatio non animadvertatur in uno loco, nimirum propter tranſgreſſiones hominum; in alio tamen locum invenit. Confer. *Amos.* 4. v. 18. *Walther.* in harm. Script. p. 114.

III. *Mundum non habitaturum eſſe finem*, Athei ſtabilire conantur ex textu præſenti: quia DEUS promittat, *ſementem & meſſem, æſtatem & frigus nunquam ceſſatura, ſed cunctis diebus duratura*.

℞. Verba illa, *cunctis diebus terræ*, non deſcribunt *terræ æternitatem*, nec *ſimpliciter* dicit Dominus, *mundum fore æternum*, & *nunquam* deſitura temporum intervalla, quin potiùs graviſſimæ DEI comminationes *totalem terræ deſtructionem* denunciant, Luc. 21. v. 33. & alibi. ſed intelligenda ſunt *cum determinatione*, videlicet, *tamdiu futuram viciſſitudinem ſeminandi & metendi, æſtatis & hyemis, frigoris & æſtus, quamdiu durabit terra*. Potiùs igitur *contrarium* ex hoc oraculo divino demonſtrari poteſt: Oſtendit enim DEus, ſe certos dies ac certum tempus præfiniviſſe, in quo viciſſitudines ſementis & meſſis, frigoris & æſtûs, æſtatis & hyemis, noctium & dierum ſint futuræ: adventante autem *conſtituto durationis termino*, defuturas eſſe illas viciſſitudines, ac mundum denuò deſtruendum. *Gerhard.* tom. 9. LL. CC. loc. 32. de Conſumm. ſecul. §. . & 17. *Merſenn.* par. 1. meletem. Theol. diſp. 5. q. 1. punct. 3. n. 10. & ſeqq. *Brochm.* tom. 2. Syſtem. Theolog. p. 7003.

III. *Motum Solis nunquam ceſſaturum*, exinde probare ſatagunt aliqui, *quòd nox & dies, æſtas & hyems nunquam ceſſatura ſint; illa autem efficiantur per motum Solis*.

℞. Jam dictum eſt, verba illa, *cunctis diebus terræ*, intelligi ſecundùm *ſtatum iſtum*, in quo poteſt eſſe generationis principium, & corruptionis plantarum; quod patet ex hoc, quod ibi dicitur: *Cunctis diebus terræ ſementis & meſſis*: Et hoc *ſimpliciter* concedendum eſt, quòd *quamdiu terra erit ſementibus & meſſibus apta*, motus cœli non ceſſabit. *Thomas de Aquin.* in ſupplem. 3. part. Summæ Theol. q. 91. art. 2. ad 1. arg.

CAP. IX. Verſ. 1. *Benedixitque DEus Noë, & filiis ejus, & dixit ad eos, creſcite, & multiplicamini, & replete terram.*

COntroverſias, quæ circa hunc locum moventur, vide in Vindic. *Gen.* 1. v. 28. deciſas.

Verſ. 2. *Et terror veſter & tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cœli, cum univerſis, quæ moventur ſuper terram, omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt.*

I. MOſes in verſu hoc uſurpat (1.) *Hebraiſmum*: *terror* enim *activam* habet ſignificationem, idemque eſt ac *territatio*, q.d. *Volo vos incutere terrorem animantibus*, quantumcunque truculentis & immanibus. (2.) *Enallagen*, tum *modi*, quia futurum, יהי, *erit*, pro imperativo, *fit*; tum *numeri*, ſiquidem ſingularia, *beſtia* & *volatile*, pro pluralibus, *beſtiæ* & *volatilia*; tum temporis, *quoniam futurum*, רמש, *repet*, pro præſenti, *repit*, ponuntur. (3.) *Metonymiam adjuncti* pro *ſubjecto*: nam *in manum tradi*, eſt, *alteri ſubjici*, utpote ejus *ἐν μασία* & *ſignum*: Vatabl. in Annot. ad h.l. p. 18. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. ſacr. tract. 1. cap. 4. p. 70.

II. *Moses* videtur *Hiobo* contradicere: *ille* enim asserit, *omnem bestiam hominem metuere*; *hic* verò c.39. v.12. quærit: *Numquid voles tibi Rhinoceros servire?* Et testatur experientia, quòd nonnullæ bestiæ hominem *non metuant*, sed aliquando in eum *grassentur*.

℞. (1.). Moses sive DEUS apud Mosen loquitur *præcipuè* de animalibus, homini ad *esum* concessis. (2.) Rhinoceros & similia animalia homini manēt subjecta quoad *usum* in medicina, vel in aliis rebus. (3.) Pavor & timor hominis super ejusmodi bestias est ratione *freni*, quod naturæ ipsorum DEus injecit, ne impetum in hominem faciant, sed conspectum ipsius reformident, imò & regi aliquando ac se tractari ab eodem patiantur. Quanquam autem leones aliaque nonnulla hominem non perinde reformident *natura*; tamen formidinem iis quoque homo incutere potest *arte*, venatione scilicet, quia & capi ea, & in cavernis detineri juxta hominis arbitrium possunt. (4.) Si vero nonnulla seditionem faciunt, & homini terrorem incutiunt, vel etiam in eum grassantur, propter *peccatum* id fit: nec tamen ideo periclitatur veritas promissi divini; quemadmodum nec reliquæ promissiones falsæ sunt, ideò, quòd adjunctam exceptionem habent. *Hunn.* tom.3. oper. Lat. p.1512. & seq. *Walther.* in harm. Script. p.154. seq.

III. *Anabaptistæ* contendunt, *Principes venationes sibi solis jure non vendicare posse, quia DEUS dominium ferarum etiam post diluvium, non solum Principibus, sed universo hominum generi subjecerit.*

℞. (1.) *In genere.* Feræ sunt *jure naturali communes*, non *positivè*, nec enim sunt in bonis vel proprietate omnium, *Jerem.* 27. v.6. c.28. v.14. *Dan.* 2. v.38. sed *negativè*; quia ad nullius res pertinent, *Thomas Aquin.* in 1.2. q.94. art.5. (2.) *In specie*, jus ac dominium in bestias homini concessum, non est *absolutum*, sed *limitatum*, 1. ratione *objecti*, per legem de *non furando*, per quam jus venandi, piscandi, utendive jumentis *ad suos dominos* restringitur: 2. ratione *modi*, ne quis eis *abutatur*, vel ad bestiales coitus, *Levit.* 20. v.15. vel ad labores unmoderatos, *Exod.* 23. v.12. vel ad *immisericordem alimenti denegationem*, Deut. 25. v.4. *Gerhard.* Comm. in Gen.

Vers. 3. *Omne reptibile, quod ipsum vivum, vobis erit in escam, ut viridem herbam, sic illa omnia dedi vobis.*

I. OCcurrit hìc (1.) *Synecdoche speciei pro genere*: per *reptile* enim intelligitur *omne animantium genus*, præter hominem. (2.) *Ellipsis*, tum verbi substantivi, *Quod ipsum vivum*, scil. *est*; tum pronominis relativi, *ut viridem herbam* illis, *sic illa omnia dedi vobis*. Jun. in Not. ad h. l. p.14. *Glass.* lib. 3. Philol. sacr. tract. 2. can. 22. m. 2. p.211.

II. *Apparet* hic esse *contradictio*: nam *omne animal conceditur ad edendum homini, cùm tamen animalia immunda, ut feles, canes, mures, &c. edere non liceat.*

℞. Hoc DEI promissum non *absolutè*, sed *limitatè* est accipiendum, de omnibus *ut viventibus*, quæ (1.) sine detrimento sanitatis homo comedere potest. (2.) Ipsi naturæ hominis sunt convenientia. (3.) Lege ceremoniali populo Judaico peculiariter postmodum non fuerunt prohibita, Levit. 11. (4.) morti non vicina aut decerpta sunt, v.4. *Hunn.* tom.3. oper. Lat. p.1513. *Gerhard.* Comm. in Gen.

III. *Arboreus* l. 12. Theosoph. c. 11. *pro delectu ciborum, tempore jejunii præcepto*, locum hunc urget, quòd *copia vescendi carnibus demum post diluvium a DEO facta fuerit.*

℞. (1.) *Cajetanus* in Comm. Gen. 9. & *Dominic.* a Soto l.5. de justit. & jur. q.1 art.1. *carnium esum ante diluvium* non solùm *usitatum*, sed etiam *licitum* fuisse asserunt, ac aliquot argumentis idipsum comprobant. (2.) De carnium esu non licet concludere, quia *illuc conceditur*, ideo *prius illum vel omnino non permissum, vel non usitatum fuisse*. Nam ibi dicitur ad Noam ejusque filios: *Crescite & multiplicamini*, jubentur & iidem *dominari animantibus terræ & piscibus maris*, v.1. nec tamen hinc rectè colligitur, antea noo licuisse vel *conjugii* beneficio propagare genus humanum, vel *dominari* animalibus; mansit enim etiam post lapsum aliquod vestigium pristini dominii. (3.) Hæc a carnibus abstinentia post diluvium *abrogata* est: hic enim carnium esus hominibus à DEO conceditur; id quod Pontificio ciborum delectui adversatur. (4.) Si ab stinentia à carnibus esset verum jejunium, vixissent omnes antediluviani in perpetuo jejunio quod ridiculum est & falsum. *Hunn.* l.c. pag. 1473. *Brochm.* tom. 2. Systém. Theol. p.4047. & seq.

Vers. 4. *Tantùm carnem in anima ejus, sanguine ipsius, non comedetis.*

I. IN textu hoc adhibetur (1.) *Metonymia causæ pro effectu*: *anima* enim ponitur pro *vita*, quæ ejus effectus est. (2.) *Hypallage*. *Animâ ejus, sanguine ejus*, q. d. vita sanguine sua imbuta. (3.) *Enallage* nam futurum, *comedetis*, pro imperativo est, *comeditote*. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. pag. 19. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 14. *Glass.* lib.5. Philol. sacr. tract.1. cap.1. m.1. p.7. seq.

II. *Moses* repugnare videtur *Paulo*: Apud illum enim DEUS *sanguine vesci vetat*; apud *hunc* verò *concedit*, Coloss. 2. v.16.

℞. *Non omnem* sanguinis esum DEUS hic prohibet, sed vetat edi *carnem cum sanguine*, quod de carne *semiviva*, & *in sanguine adhuc palpitante* accipitur. Ab hac certè *semiviva* carne, cui adhuc sanguis crudus inest, etiamnum hodie abstinendum est, quandoquidem abominandum est ea vesci, & efficit insuper homines sanguini crudo, & hinc paulatim crudelitati quoque adsuescere, sicut ad hanc causam digitum intendit Dominus, dum occasione legis hujus protinus descendit ad *dissuadenda homicidia*. Ergo vis hujus legis est, *mactandas prius bestias*, & illarum carnes a sanguine probè mundandas esse, priusquam edantur. *Hunn.* tom. 3. oper. Lat. p.1514.

III. *Pon-*

[illegible] ato debe[illegible]

[illegible] qua [illegible] B[illegible] [illegible] Ma[illegible] & [illegible] den[illegible] [illegible] da fuit [illegible] adve[illegible] [illegible] C[illegible]am. [illegible] & 46. Brochmand [illegible]

Vers. 5. *Sa[illegible] strarum requiram de manu cun[illegible] rum be[illegible]rum, [illegible] de manu h[illegible] de manu [illegible] & de ma[illegible] fratris ejus [illegible]*

A[illegible]

[illegible]

R. B[illegible] sed [illegible] *primo* & [illegible] G[illegible] N[illegible] qui[illegible] [illegible] quia [illegible] *filius* [illegible] *brut*[illegible] & [illegible]

[illegible] probat [illegible] *Ma*[illegible] *bomi*[illegible] *be*[illegible]

4. O[illegible] gi[illegible], ut [illegible] m. 1. [illegible] esse [illegible] D[illegible] um sere[illegible] & [illegible] o [illegible] *L*[illegible] *er.* par 2. [illegible] 8. [illegible] CC. loc [illegible]

Vers. 6. *Qui[c]unque effuderit humanam san[guine]m, [f]undetur sanguis illius [illegible]em quippe DEI factus e[st] [ho]mo.*

M[illegible] *b a*[illegible] nat [illegible] *n m*[illegible] *tlat*[illegible] in est [illegible] *n nem* h. e. [illegible] *m.* [illegible] An[illegible] [illegible] facr. [illegible]

II. [illegible] *ata* [illegible] pr[illegible] [illegible]num Vet[illegible] T[illegible] *per homi*[illegible] *m*, quæ in Heb[illegible] *Qui*[illegible] *ER HO*[illegible] *E*[illegible]

[illegible] 2. d[illegible] 2. *illum* *om*[illegible] *imperf*[illegible] *m. proinde* [illegible] *magnis m*[illegible] *in Hebræo,* [illegible] *Latin*[illegible] occiderit [illegible] ple.

℞. Quando Dominus Abramum appellat *benedictionem*, figuratâ phraſi Hebræâ ipſum *eximiè benedictum fore* indicat ; nimirum *amplificationis* causâ, voce *abſtractâ* pro *concreta* utens. Interim non vult, Abramum *propriè* loquendo, fore *ipſammet benedictionem*, ſine omni diſcrimine : (hoc enim ſoli Deo benedicto competit) ſed omnino relinquit inconvulſum diſcrimen inter *benedictionem ipſam*, & inter *perſonam, cui benedicitur.* Sic è converſo inter nos & adverſarios non hoc in quæſtionem venit : *An liceat, ad exaggerandam peccati magnitudem, hominem extra gratiam conſideratum, abſtractâ voce nominare maledictionem aut peccatum?* quod utique pio ſenſu licere haud diffitemur. Sed hoc controvertitur: *Num homo ita ſit ipſa maledictio & peccatum, ut inter ipſius naturam, & inter peccatum atq; maledictionem ejus, omnis omnino differentia ſublata ſit*; atque adeò, num *homo propriè & ſine figura loquendo, ſit peccatum ipſum?* Id verò ex fundamentis articulorum fidei rectè à nobis negatur. *Hunn.* tom. 3. oper. Lat. p. 1527.

Verſ. 3. *Et benedicam benedicentibus tibi, & maledicentibus tibi maledicam: atque in te benedicentur univerſæ cognationes terræ.*

I. IN textu hoc eſt (1.) *Hebraiſmus*: *benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi*, id eſt, *benefaciam amicis tuis, & de inimicis tuis ſumam vindictam.* (2.) *Metonymia cauſa* pro *effectu* : *Abraham* enim, ex quo ſecundùm carnem ortus eſt Chriſtus, *pro ipſo Chriſto* ponitur. (3) *Enallage*: nam ב, *in*, idem eſt ac, *propter*, ut *in te*, ſit ſenſu idem ac, *propter Chriſtum*, ex te oriundum. Unde & Chaldæus *cauſaliter* vertit, בדיל, *propter te*. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 25, *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 1. p. 7.

II. Moſes Paulo contradicere videtur : *Ille* enim recenſet promiſſionem Dei *Abrahamo* factam, fore ut *in ipſo* benedicantur univerſæ cognationes terræ; *hic* verò Gal. 3. v. 14. de *ſolo Chriſto* pronunciat, quod Moſes de Abrahamo iſthîc pronunciavit.

℞. Verba iſta non de *perſona Abrahæ* debent intelligi, cùm notitia hujus viri ad paucos pervenerit, nedum nationes procul diſſitæ, aut omnes terræ familiæ aliquam ſpiritualis vel corporalis benedictionis partem ab Abrahamo perceperint ; Verùm de *ſemine benedicto* ſive *Meſſia*, qui tùm in Abrahami lumbis adhuc erat : quomodo Deus ipſe eandem hanc promiſſionem *Gen.* 22. v. 18. repetens, planiùs expoſuit, dicens : *In ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terræ*; in quo dicto *Paulus* Gal. 3. v. 16. urget numerum ſingularem *ſeminis*, idque eſſe Chriſtum pronunciat. *Hunn.* ibid. & *Walther.* in harm. Script. pag. 131.

III. *Sanctos N. T. promiſſione Meſſiæ*, in quo homo juſtificatur & ſalvatur, *fuiſſe creatos, & per eum benedictos*, patet ex exemplo *Abrahami*, cui à Deo facta promisſio *ſeminis*, i. e. *Meſſiæ*, in quo juſtificatus & benedictus eſt.

Excipit *Smalcius* contr. Frantz. fol. 97. Abrahamum promiſſionem iſtam non de *Meſſia*, ſed *de ſe* intellexiſſe.

℞. Unde quæſò probat? Quomodo Abraham non intellexit, quod multi alii, imò totæ 12. tribus Iſraeliticæ intellexerunt, *Luc.* 10. v. 24. *Act.* 26. v. 6. & 7. Annè *Prophetam* Abrahamum Spiritus S. melius non illuminavit? O injuriam, ſanctiſſimo Patriarchæ illatam! Probet, ſi vir eſt Smalcius, vel uno apiculo, non intellexiſſe Abrahamum hanc promisſionem de *Meſſia* : contrarium teſtantur *Chriſtus ipſe*, Johan. 8. v. 56. & *Apoſtolus*, Gal. 3. v. 8. *Thumm.* in Imp. Phot. p. 513.

IV. *Anonymus* quidam Judaizans, in peculiari manuſcripto, cujus titulus eſt: *origo & fundamenta religionis Chriſtianæ*; & quidem membro 1. illius tractatus, defendere conatur, *Meſſiam Abrahamo promiſſum eſſe tantùm conditionaliter*, nempe *ſi Abraham & poſteri ejus eſſent pii* : quam verò conditionem, *ait ille*, quia non impleverunt, Meſſias non venit, neque venturus eſt ; eaque *conditio* hîc habetur.

℞. Nulla in prima hac Meſſiæ promiſſione conditio eſt: neque enim Jehovah dicit ad Abrahamum: *Si tu & poſteri tui poſt te, inculpabiles ambulaveritis in viis meis, mittam Meſſiam*; ſed abſolutè dicit: *Benedicentur in te, i. e. ſemine tuo, omnes familiæ terræ.*

Regerit *Anonymus* ille, verſionem textus ita ſe habere: *Benedicent ſibi per te*, i.e. *benè precabuntur ſeu optabunt omnes familiæ terræ*, & dicent ad ſe invicem: *Benedicat tibi Deus, ſicut fecit Abrahæ*.

℞. Verſio iſthæc nulla eſt, quippe à fontibus Hebræis aliena: nam verbum נִבְרְכוּ eſt *paſſivum pluralis numeri*, tertiæ perſonæ; idcoque reddendum, *benedicentur*; non autem, *benedicent ſibi*, ſeu precabuntur. (2.) Suprà probatum eſt, promiſſionem hanc Dei non intelligi de *Abrahamo*, nec enim *Abrahæ* nomen omnibus gentibus terræ innotuit, quæ in Abrahamo ſeſe mutuo benedicturæ ſint; ſed de *Abrahami ſemine*, Meſſia, *Gen.* 22.v.18. *Pſal.*72.v.17. *Balduin.* diſp.10.viſitat.Miſnens.thes. 24. *Jacob. Mart.* l.3.de trib.Eloh.c.77.p.380.

V. CHRISTUM *pro omnibus hominibus ſatisfeciſſe*, exinde patet, quòd *benedictio ex Abrahamo*, i.e. ſemine Abrahami, Chriſto *in omnes gentes terræ redundaverit*.

Toſcanus in Notis ſuis marginalibus ad Germanica Lutheri Biblia, excipit, verba illa Dei eſſe intelligenda de *omnibus credentibus ex omnibus gentibus terræ*, non de *omnibus in univerſum gentibus terræ*.

℞. Loquitur Scriptura de CHRISTI *redemtione & ſatisfactione* bifariam: (1.) ratione *acquiſitionis*, ſic ipſe benedictionem *omnibus* gentibus terræ, h.e. omnibus omninò hominibus, emeruit. (2.) Ratione *apprehenſionis*, ita *credentes & electi* benedictionis fiunt participes, quippe qui redemtionem & ſatisfactionem illam fide ſibi applicant: *Winckelman.* tom.7.diſp.Theol. Giſſen.17.thes.83. *Reinecc.* tom.3.Panopl.Theol.p.12.

VI. *Huberus* aſſeruit, *omnes omnino gentes in Chriſto eſſe electas*, utpote *in ipſo benedictas*.

VII. *Puccius* in libell. de Chriſti Servatoris efficacitate in omnibus & ſingulis hominibus, quatenus homines ſunt, ſtabilire conatur, *omnes & ſingulos homines ſalvatum iri, modo ne propria obſtet malitia*; quoniam *per Abrahami ſemen, qui eſt Chriſtus, benedicendæ ſive beandæ ſint univerſæ nationes terræ*.

℞. N.V.C. ad *electionem* enim & *ſalvationem* requiritur *fides in Chriſtum*, ex qua qui ſunt, *benedicuntur cum fideli Abrahamo*; *Gal.*3.v.8.&9. *Balduin.* in Viſit.Miſn.diſp.10.thes.26.

Verſ. 4. *Egreſſus eſt itaque Abram, ſicut præceperat ei Dominus, & ivit cum eo Loth: 75. annorum erat Abram, cum egrederetur de Haran.*

I. OBſerva hoc loco (1.) *Hebraiſmum*: nam בֶּן, *filius*, nomini temporis, *annorum*, additus, idem eſt ac, *natus*. (2.) *Ellipſin* verbi ſubſtantivi: *Abram*, ſcil. *erat* natus annos, &c. (3.) *Pleonaſmum*: Quinque *annorum* & ſeptuaginta *annorum*; ubi alterum, *annorum*, redundat. (4.) *Enallagen* infinitivi pro nomine ſubſtantivo: בְּצֵאתוֹ, in *exire* ſuo, h.e. in *exitu* ſuo, ſeu, quando egreſſus eſt. *Tremell.* in Not. ad h.l.p.20. *Ariam.* in Bibl.p.9.

II. Moſes Stephano repugnare videtur: *Ille* enim narrat, *Abraham ex Haran egreſſum eſſe, ob Dei vocationem, ad ipſum factam in Haran*; hic verò Actor.7.v.2.& 3. diſertè affirmat, *Abramum his ipſis verbis*, quæ initio c.12.Gen. ponuntur, *à Deo vocatum, antequam moraretur in Haran*.

℞. Hæc Dei vocatio ad Abramum non facta eſt in *Haran*, ſed in *Ur* Chaldæorum: cum enim dicat hoc loco Deus, ut Abram egrediatur è terra *patria*, è domo *cognationis* ſuæ; utique ex *Ur*, & non ex *Haran* egredi jubetur, quia non *Haran*, ſed *Ur*, fuit patria Abræ. Quod autem deinde ſubjungitur, *illum ex Haran egreſſum*; ſciendum, eam profectionem ex Haran eſſe tantùm continuationem primi egreſſus ex Ur. Cum enim objecto impedimento quodam ſubſtiterit aliquandiu in Haran, nunc amotô eô obſtaculô, Abram primam illam vocationem in memoriam revocans, ex Haran quoq; diſcedit. *Hunn.* tom.3. oper.Lat.p.1528.

Verſ. 5. *Tulitque Sarai uxorem ſuam, & Loth filium fratris ſui, univerſamque ſubſtantiam, quam poſſederant, & animam, quam fecerant in Haran, & exiverunt ad eum in terram Chanaan, & ingreſſi ſunt in terram Chanaan.*

I. MOſes utitur hîc (1.) *Synecdoche* tum *generis* pro *ſpecie*, quia *ſubſtantiam* ponit pro *opibus*; tum *partis* pro *toto*; *animam* enim nominat, & *perſonam* intelligit. (2.) *Enallage* numeri *ſingularis* pro *plurali*; puta anima pro *animabus*. (3.) *Metonymia* cauſæ pro effectu, *facere* pro *acquirere*, quod factionis effectus eſt. (4.) *Hebraiſmo*: nam antecedens, *Chanaan*, in textu repetitum ponit pro relativo, *eam*, ingreſſi ſunt in terram *Chanaan*, i.e. in *eam*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p.25. *Glaſſ.* lib. 3. Phil.Sacr.tract.2.can.13.p.198. & lib.5.tract.1.c.1.p. 18. & c.17.p.459.

II. Moſes ſibi contradicere videtur: nam *Geneſ.*16. verſic.1. & 2. dicit, *Sarai fuiſſe ſterilem*, hic autem *generationes liberorum* meminit, quia nati ſint in Haran.

℞. Hæc non de liberis, ex *Abram & Sarai*; ſed ex *conjugibus ejus*, Lotho & ſervis, quos Abram magnô numerô ſecum ducebat, oriundis; ſunt intelligenda. *Hunn.* ibid.p.1529.

Verſ. 6. *Et tranſiit Abram in terram uſque ad locum Sichem, uſque ad quercum Moreh; & Chananæus tunc in terra.*

ADhibetur hoc in textu (1.) *Prolepſis*: notatur enim locus, qui tempore *Moſis* dicebatur *Sichem*, olim verò tempore *Abrahæ*, quercetum Moreh. (2.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Chananæus tunc*, ſcil. *erat*. (3.) *Synecdoche*: tum quia nomine *terræ* ſpeciatim intelligenda venit *regio Chanaan*; tum quia numerus ſingularis, *Chananæus* ponitur pro plurali, *Chananæi*. Ariæm. in Bibl. p.10. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.26.

Verſ. 7. *Et viſus eſt Dominus ad Abram, & dixit: Semini tuo dabo terram hanc, & ædificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ad eum.*

I. OStertſe hic (1.) *Hebraiſmus*: *viſus eſt*, i.e. appa-

apparuit. (2.) *Synecdoche* nam *tota* pro *posteritate semen* est. (3.) *Metonymia subjecti* pro *adjuncto* : Ædificavit *Domino*, hoc est, *in honorem Domini*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.26. *Glass.* lib.5. Phil.S.tr.1.c. .p.21.

II. Moses denuò sibi repugnare videtur : hîc enim recenset, *Abramum in Sichem ædificâsse altare Deo*, idque cum Dei complacentia ; at *Exod.* 20. vers.24. & *Deuter.* 12. vers.13. & 14. narrat Deum *lege cavisse, ne præter unum altare erigeretur ullum aliud.*

R. Antequam DEUS, instituto sacerdotio Levitico, ritum sacrificandi lege sua ad unum alligavit locum, nempe ad *tabernaculum fœderis* ; licuit sacrificare passim. Lex enim subsequens non potuit obligare eos, quorum tempore lata nondum erat. Adhæc quoniam migrationes Abræ frequentes erant ; sacra facere uno in loco non poterat. At postquam populus Israëliticus in terram introductus, *certam ac fixam sedem* acquisivit : Dominus ad *tabernaculum fœderis* cultum exercitiumque sacrorum alligatum voluit, ne passim pro libidine sua erigendo altaria, ansam arriperent novos cultus condendi, & ἐθελοθρησκείας comminiscendi. *Hunn. ibid.*

Vers. 8. *Postea refigens inde ad montana profectus est, versus orientalem tractum Bethelis, & tetendit tentorium suum, Bethel ab occidente, & Hai ab oriente, & ædificavit ibi altare Domino, & invocavit in nomine Domini.*

I. IN hoc [illegible] : nam tempor[illegible], cum tamen nomen hoc demum tempore nepotis ipsius *Jacobi* loco illi sit inditum, *Gen* 28. v.19. (2.) *Hebraismus* : antecedens enim, *Bethel*, hîc repetitum pro relativo, *eam* ponitur *Bethel*, h.e. *cum habebat* ab occidente, &c. (3.) *Metonymia* subjecti pro adjuncto : ædificavit *Domino*, id est, *in honorem Domini*. (4.) *Pleonasmus* siquidem ב, *in*, redundat, *in nomine*, hoc est, *nomen*. (5.) *Synecdoche*, cum *invocatione nominis divini* totus *cultus*, cujus præcipua pars est *invocatio*, indicatur. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. pag 26. *Glass.* lib.3. Phil. Sacr. tract.2. can.13. pag.198. & libr.4. tract.3. observ.10.m.2.p.799.

II. Ἀντιλογίαν quandam, hîc apparentem, vide conciliatam in Vindic. *Gen.* 12. [illegible]

Vers. 9. *Et profectus est Abram eundo & proficiscendo ad meridiem.*

IDiotismus hîc *Hebræorum* est. Nam verbum finitum, יסע, *profectus est*, eleganter regit suum infinitivum, נָסוֹעַ, *& proficiscendo*, addito insuper infinitivo diversi verbi, הָלוֹךְ, *eundo*, quo ferè *actionis continuatio* innuitur : *Et profectus est eundo & proficiscendo*, h.e. *indesinenter pergendo profectus est*. Jun. in Not. ad h.l. p.21. *Glass.* lib.3. Phil.S.tr.3. can.37. pag.351.

Vers. 11. *Et fuit, ut cum appropinquasset venire in Ægyptum, & dixisset ad Sarai uxorem suam : Ecce nunc cognovi, quòd mulier pulcra aspectu tu.*

I. IN versu hoc adhibetur (1.) *Hebraismus* : tum quia verbum finitum, הִקְרִיב, *appropinquavit*, cum infinitivo, לָבוֹא *venire*, junctum, *adverbialiter* exponendum, & infinitivus in tempus & personam finiti conjuncti convertendus est, *Appropinquavit venire*, id est, propè *venit* : tum quia *pulcra aspectu* Hebræis est *bona forma* vel *specie*, hoc est, *formosa*.

(2.) *Ellipsis* verbi substantivi : *Pulcra aspectu tu*, scilicet *es*, Ariam. in Bibl. pag.10. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. pag.26. *Glass.* lib.3. Philol. Sacr. tract.3. can.36. p.347.

II. Narratio illa *Porphyrio* non videtur verosimilis : qui enim potuerit esse *formosa Sarai* eo tempore, quo jam *annum agebat sexagesimum quintum*.

R. Utique tùm temporis Sarai potuit esse formosa, utpote *natura* talis : siquidem (1.) fuit tunc *mediæ ætatis*, anni scilicet 65. mortua enim est nata annos 127. *Gen* 23. v.1.

(2.) *Nondum experta fuerat difficultates partûs*, quæ pulcritudinem admittat ; proinde quia Sarai fuit sterilis, eò diuturnior etiam extitit formæ ipsius præstantia. *Hunn.* l.c. pag.1330. *Gerhard.* in Genes.

Vers. 13. *Dic ergo obsecro te, quòd soror mea tu, ut bene sit, &c.*

I. MOses usurpat hîc (1.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Soror mea tu*, scilic. *es*. (2.) *Hebraismum*: *Ut vivat anima mea propter te*, h. e. *ut donetur mihi vita tui gratia*. Ariam. in Bibl. p. 10. *Vatabl.* in Annot. ad h.l.p.26.

II. *Non fieri posse, ut homo renatus non labatur, & actum peccati malum committat*, constat ex hoc *Abræ* exemplo, cujus consilium Saræ datum, fuit peccatum.

(1) Ratione *principii*. Profectum est hoc consilium ex *carnali prudentia*, non ex plena erga Deum fiducia, quâ benedictionem datam amplecti, eventum vero Deo committere debuisset.

(2.) Ratione *medii* : de illo ipso rogabatur Abram, *an Sarai esset uxor* ? ideo noverat, responsum ejus, quòd sit soror, ab interrogantibus sic accipi, quòd non sit uxor.

(3.) Ratione *objecti* : Ipsum Ægypti Regem ista æquivocatione peccato involvit Abram.

(4.) Ratione *effecti* : uxoris pudicitiam & fidem conjugalem periculo exposuit, quin & ipsam in peccati societatem traxit.

(5.) Ratione *adjuncti* : Non cogitat, rem diu celari haud posse, cum amplam haberet familiam, matrimonii consciam.

Smalcius contr. Franz. fol. 296. excipit : 1. *non constare, Abramum hic peccâsse, cum nullo jure aut præcepto divino ad confitendum fuerit adactus, & jure dicere potuerit Sarai, quòd soror ipsius esset, late scilicet voce sororis sumtâ.*

R. Utique *peccavit* Abram : (1.) ex *diffidentia* in DEUM, ne quidem sine suo mendacio in terra aliena à Deo se custodiri posse putavit.

 (2.) Uxo-

(2.) Uxorem ſuam docuit *fallere*, ut diceret, ſe ejus eſſe ſororem; cum tamen facilè intelligeret, de eo non quæri.

(3.) Non licuit Abrahamo, vitæ tuendæ cauſa, *conjugis proſtituere pudorem*; non enim facienda ſunt mala, ut eveniant bona, *Rom.*3.v.9.

(4.) Percuſſit Deus Regem Ægypti propter Saram marito abductam, v.17.& 19. peccavit ergo & ille, qui his peccatis & his pœnis divinis cauſam præbuit.

(5.) Abraham jure divino fuit adſtrictus, ne daret falſum teſtimonium, i. e. ne *æquivocatione* uteretur ad proximum fallendum; qua tamen Ægypti Rex deceptus fuit: jam verò bis peccat, qui mendacium *ſpecie veri* alteri ſtudioſe objicit.

2. *Non conſtare, Abrahamum huic* ... *perpetuò hæſiſſe, ſed tantum certo tempore ad eum* ...; *quod cum eo, de quo ſermo & lis eſt, nihil habet commune.*

℞. Quamvis non *perpetuò* hæſerit in hoc peccato Abrahamus; *binis* tamen vicibus expreſsè legitur feciſſe, & in *omni loco*, in quem venit, ut hiſtoria Moſis teſtatur, *Gen.*12. v.13. & *Gen.*20.v.13. idque fecit *poſt regenerationem*, & ex maximè *deliberato conſilio*. Franz. in Vindic. diſp. Theolog. in A. C. diſp. 10. theſ.71.& 72. *Rung.* in Geneſ. p.584. *Thumm.* in Imp. Phot. pag.326.329.330. *Stegm.* in Antiphot. diſp.42.q.2. ad ...

Verſ.15. *Et viderunt eam Principes Pharaonis, & laudaverunt eam Pharaoni, & capta eſt mulier illa domum Pharaonis.*

HEbraiſmus hîc eſt, quem *ſynthesin* vocant: nam in uno verbo hoc, תֻּקַּח, *capta eſt*, duæ ſignificationes concurrunt: *capta* mulier illa in Pharaonis domum *perducta eſt*. D. *Glaſſ.* lib.3. Phil. S. tr.3. can.2. p.229.

Verſ.17. *Et percuſſit Dominus Pharaonem percuſſionibus magnis, & domum ejus, propter verbum Saræ uxoris Abram.*

I. REcurrit hoc loco (1.) *Hebraiſmus*: nam verbum, וַיְנַגַּע, *& percuſſit*, eleganter regit nomen conjugatum, נְגָעִים, *percuſſionibus*, quo *ſignificati Emphaſis* intenditur, & *plagarum vehementia* exprimitur.

(2.) *Metonymia ſubjecti* pro *adjuncto*: *domus* enim pro *familia* eſt.

(3.) *Pleonaſmus*; ſiquidem, דְּבַר, *verbum* redundare videtur, עַל־דְּבַר שָׂרַי, *propter verbum Saræ*, h. e. *propter Saram*. Glaſſ. lib.3. Philol. Sacr. tr.1. can.38. p.151. tract.3. can.32. m.1. p.335. lib.5. tract.1. c.3. p.36.

II. Deus videtur *injuſtè affixiſſe* tum *Pharaonem*, ob *Saram*, cùm videatur *innocens*, quippe qui legitimum ejus appetebat connubium, neſciens eam alteri nuptam; tùm *ejus domum*, quæ multò magis videbatur extra culpam.

℞. Non poteſt factum Regis *omni ex parte* excuſari. Nam (1.) quia peccatum eſt, adſpicere etiam alterius uxorem ad concupiſcendum eam: quantò magis peccat, qui vult illam ſibi ducere, quæ ſit *alterius*? Quod autem *neſciit Pharao*, id illum non à *toto* excuſat, ſed à *tanto* duntaxat: nihilominus enim cupiditas ejus ferebatur in perſonam *illicitam* & *inconceſſam*.

(2.) Cum Rex pluribus abundaret uxoribus; levitatis erat, ad Saram, vix ... viſam, animum *ſtatim* adjicere.

(3.) Quoniam alioquin Rex fuit *profanus*, & peccatis aliis pœnam Dei jam ante meritus: Dominus occaſione hac arrepta, ſimul in *priora* ejus peccata animadvertit; quemadmodum & in *ipſius domum* ſeu familiam vindicandi cauſas juſtas & evidentes habuit, *idololatriam* ſcilicet, aliaque peccata, quibus erat dedita. *Hunn.* tom.3. Oper. Lat. p.1531.

Verſ.16. *Quare non indicâſti mihi, quòd uxor tua eſſet? quam ob cauſam dixiſti eſſe ſororem tuam, ut tollerem eam mihi in uxorem.*

FAuſtus *Manichæus*, divinam Vet. Teſt. authoritatem convellere conatus, *Abrahamum*, aliàs tanquam familiarem Dei commendatum, *infamiſſimum matrimonii ſui nundinatorem* pronunciavit.

℞. Dementia eſt, temeritatis ſacras Literas ob *peccatum Abrahæ* reprehendere: nam (1.) Deus *illud* nunquam juſſit aut approbavit, (2.) narravit, non imitandum propoſuit. *Auguſt.* l.22. contr. Fauſtum Manich. cap.44. *Lal.* de Verbo Dei, pag.136. ſeq.

CAP. XIII. Verſ.1. *Adſcendit ergo Abram de Ægypto, ipſe & uxor ejus, & omnia, quæ habebat, & Loth cum eo ad auſtralem plagam.*

I. MOſes in textu hoc utitur (1.) *Enallage numeri* ſingularis pro plurali, *omne quod*, i. e. *omnia, quæ* erant. &c. (2.) *Ellipſi*, tum verbi, *erat*, omne, quod ei, ſcil. *erat*, tum nominis, Chananææ, ad *tractum meridianum* putà *Chananææ*, a quo tractu antè deſcenderat Abraham, *Gen.*12.v.6. *Jun.* ad h. l. p.21. *Ariam.* ib. p.10.

II. Hæc Moſis narratio non videtur veritati conſentanea: refert enim, Abrahamum adſcendiſſe ex Ægypto in terram Chanaan, & veniſſe ad *Auſtralem* plagam; cum tamen terra Chanaan, reſpectu Ægypti ſit ad *ſeptentrionem ſita*.

℞. Locum, ad quem in eo adſenſu pervenit Abraham, appellat *Moſes Auſtralem*, non reſpectu *regionis Ægypti*, ſed conſerendo illum ad *reliquam terram Chanaan*, cujus hæc pars verſus *Auſtrum* ſita erat, habens cæteras partes Chananææ regionis verſus Aquilonis latera. *Hunn.* tom.3. Oper. Lat. pagin.1536.

Verſ.2. *Erat autem dives valdè Abram in poſſeſſione auri & argenti.*

I. IN Hebræo adhibetur (1.) *Ellipſis verbi*, *erat*. Et Abram, ſcil. *erat*. (2.) *Metaphora*: *Gravis* pro *dives*. (3.) *Synecdoche ſpeciei* pro *genere*: *Gravis pecore, argento, auro*, i. e. *plenus opibus ac divitiis magnis*, tum antè partis, *Gen.*12. verſ.5. tum à Pharaone donatis, *Gen.*12. v.16. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p.27. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.21.

II. Contra *Ordines Monachorum mendicantium*, circa annum Domini 1200. ſingulari ſpecie religionis à *Franciſco* & *Dominico* inſtitutos ac propaga-

tos, militat exemplum *Abrahæ*, qui hic *tenuisse* dicitur *magnas possessiones*, & tamen fuit *perfectus*, non minùs ac ullus *mei dicantium* præsu ur. *Bernhardus* paup rtatis autor, rege it 1. hac ratione *super altaria vitulos compenendos, & arietem esse mactandum, quia* el *tum id fecerit*.

℞. N ita *in e & crude* argumentamur, sed hoc modo qu nimirum multa opum possessio non o ite t pe tioni *Abrahæ*, proinde nec in Nov. Test. illa obstet, quippe extant exempla Sanctorum, *Josephi de Arimathæa, Lydiæ, &c.* qui facultates suas retinuerunt. Et alu 1. *Timoth.6.v.19.* dicit, divitibus opum possessiones non esse impedimento, sed si i ns utan r, thesaurizare sibi fundamentum bonum in fu rum, ut apprehendant vitam æternam, &c. Deinde longa d versa est ratio *opum possessionis*, & victimarum ob t onis. *Illa* in Nov. Test. non est abrogata, *h* autem est abrogata, quia fuit *umbra*, quæ veniente luce præterit.

2. *Quod si possessio opum etiam in f ura ipsis obtigisset? tunc enim sola terrena fui promissa, nunc spiritualibus spiritualia comparanda.*

℞. *Abrahamo sola terrena* fuisse promissa, commentum est; annon enim ips *M* promissus fuit, Gen.22.v.18. Galat.3.v.26. *Menenus*.par.2.L.L. Theol.loc.de paupert.c.2.p.151.

Vers. 3. *Reversusque est per iter, quo venerat à Meridie in Bethel, &c.*

I. Occurrit hîc (1.) *Prolepsis*: nominat enim Moses *Bethel* pro ( ) *Periphrasis*, qua *locus* declaratur, ad quem Abr ham proficiscebatur. (3. *En* nam pro posteriori relativo, בּוֹ, *in eo*, usurpatur ad rbium, שָׁם *ibi*, אֲשֶׁר שָׁם, *quo ibi*, *quo in* sive *in quo*, seu *ubi*. Vatabl. in Annot. ad h.l.p.2 5. Phil.S.tr. 2.can.26.not.1.p.222.

II. Moses si i contradicere videtur scribit enim, Abrahamum profectum esse versus orientalem tractum *Bethelis*; qui tamen locus demum *Jacobi* tempore, ita dictus est, nam Abrahami tempore vocabatur Luz Gen.28.v.19.

℞. Script es ocum sæpe appellant eo nomine, quod m fuit tempore scriptionis. Ita Abraham tempo e tractus ille non vocabatur *Bethel*, sed *Luz*. Mosis verò tempore ita fuit dictus. *Meisner*.par.2.Phil.Sobr.sect.2.c.2.q.12.can.9.

Vers. 5. *Et etiam ipsi Lotho, ambulanti cum Abrahamo, fuit pecus, & bos, & tentoria.*

IN textu hoc offert sese (1.) *Enallage numeri singularis pro plurali*: ponitur namque *bos & pecus* pro *bobus & pecudibus*, hoc est, *armentis & gregibus*. (2.) *Metonymia subjecti* pro *adjuncto*, nimir. *tentoria* pro *domesticis*, qui in tentoriis solebant degere. *Jun.* in Not. ad h.l. pag.21. *Ariam.* in Bibl. ad eund. loc. pag.10. *Glass.* lib.5. Phil. Sacr. tract.1.cap.3.m. 2.pag.21.

Vers. 6. *Et non ferebat eos terra ad sedendum simul eis, quia erat substantia eorum multa, & non poterant habitare simul.*

I. Moses in versu hoc usurpat (1.) *Synecdochen* tum *generis* pro *specie*, *terram* pro *Chananæa*, & *substantiam* pro *opibus* ponens; tum *speciei* pro *genere*, *sedere*, videl. pro *habitare*. (2.) *Hebraismum* יַחְדָּו, *simul eis*, i.e. *alter cum altero*. (3.) *Pleonasmum*: nam phrasin. *Non poterant simul habitare*, emphaseos causa repetit. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.27. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.10. & *Glass.* lib.4. Philol. Sacr. tract.2. observ.14.m.2.p.729.

II. Moses denuò sibi contradicere videtur: hîc enim refert, *terram Chanaan non potuisse ferre Abra & Lothi familiam*; at infrà vers.15. & 16. recenset, Deum Abrahæ semi , *pulveris instar innumerabili*, terram illam possideo dam promisisse, quæque postea tulit *totum populum Israeliticum*.

℞. Verba Mo non sunt intelligenda de *tota terra Chanaan*, de *ea Chananææ parte*, in qua Abram & Loth tùm temporis habitabant: gentes enim Chananææ gionem illam adhuc occupabant, in qua & Abram & Loth duntaxat pe grinabantur, & tentoria figebant, *Gerhard.* Com in Gen.

Vers. 7. *Et fuit rixa inter pastores pecoris Abram, & inter pastores pecoris Loth, & Chananæus atque Pheresæus tunc sedens in terra illa.*

MOses utitur hîc (1.) *Synecdoche* numeri singularis, *Chananæus* & *Pheresæus*, pro plurali, *Chananæi* & *Pheresæi*. (2.) *Enallage*: participium enim, *sedens*, pro præterito, *sedebat*, i.e. *habitabat*, ponit, *Ariam.* in Bibl. ad h.l.p.10.

Vers. 8. *Et dixit Abram ad Loth: Ne nunc sit contentio inter me & te, & inter pastores meos, & inter pastores tuos: quia viri fratres nos.*

IN versu hoc occurrit (1.) *Hendiadys*: Inter *me & te*, h.e. inter *pastores meos*, *& inter pastores tuos*, v. 7. (2.) *Synecdoche speciei* pro *genere*; *frater* enim ponitur pro *consanguineo*, Lothus siquidem erat *nepos* Abrahami ex fratre, *Gen.11.v.27.* (3.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Fratres nos*, scil. *sumus*. D. *Finck.* tom.5. Giss. disp.3.can.14.p.77. *Glass.* lib.5. Phil.S.tr. 1.cap.15.p.447.

Vers. 9. *Nonne omnis terra coram te? separa nunc te à me, si sinistram, & dextrabo, & si dexteram, & sinistrabo.*

NOta hîc (1.) *Synecdochen* generis pro specie: *terra* enim est pro *regione ista*, in qua degebant Abraham & Lothus. (2.) *Ellipsin*: nam post verba, *si sinistram*, *si dexteram*, subintellige, *elegeris*. Vatabl. in Annot. major. ad h.l.p.27.

Vers. 10. *Et levavit Loth oculos suos, & vidit omnem planitiem Iordanis, quòd tota ipsa rigans, antequam disperderet Dominus Sodomam & Gomorrham.*

EST hîc (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Tota ipsa*, scil. *esset*.

(2.) *Synchyſis*: nam verba illa, in medio poſita, *Antequam diſperderet Dominus Sodomam & Gomorrham*, ad *finem verſus* pertinent, & ſic ſententia plana eſt.

(3.) *Prolepſis*. *Zoar* enim ſic dicitur per *anticipationem*, quia tunc dicebatur *Belah*. Genes.14.v.2. *Tremell.* in Not. ad h.l. pag. 22. *Glaſſ.* libr. 4. Phil. tract.2.obs.25.p.748.

Verſ. 14. *Dixitque Dominus ad Abram: Leva oculos tuos, &c.*

ANonymus ille *judaizans*, cujus mentionem feci in *Vindic.* Genes.c. .in.3. probare vult, *Meſſiam Abrahamo ſub conditione pietatis promiſſum eſſe*, idque ex hoc textu, *conditionem illam* continente.

℞. Promiſſio *nullam omnino conditionem* habet additam, ſed Jehovah ad Abrahamum *abſolute* dicit: *Attolle oculos tuos, &c.* uti ipſe textus planiſſimè oſtendit. *Jacob. Martin.* l.3. de trib. Eloh. c. 77. pag.382.

Verſ. 15. *Omnem terram, quam conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo usque in ſempiternum.*

TRinam contradictionem *apparentem* locus hic continet. Nam 1. Deus Abrahamo promiſit, *ſe omnem terram, quam conſpiceret, ipſi daturum*, cùm tamen *Stephanus* Actor.7.verſ.5. de eo pronunciet, Deum *eidem* non dediſſe hæreditatem in terra, *ne veſtigium quidem pedis*.

℞. Promiſſio hæc de poſſeſſione terræ Chanaan, Abrahamo facta, non eſt referenda ad ip ſum *Abrahamum*, quatenus is in *perſona ſua p ep ..s* conſideratur: (huic enim ne veſtigium   us q   em obtigit, omnia adhuc poſſidentibus Chananæis) ſed ad *Abrahamum* hæc referuntur, *ratione poſterorum*, quæ in ipſius quaſi lumbis erant, in quibus etiam promiſſio hæc eſt adimpleta; ſicut Dominus ipſe ſententiam ſui promiſſi declarat, cum h l. addit: *Et ſemini tuo*; In ſpecie Gen. 15.v.18. uſitatum autem eſt in ſacris literis, quædam promitti *aliquibus*, quæ non præſtantur *eis*, ſed in *poſteris* eorum implentur: promittuntur autem *illis*, quoniam ſunt ipſi *quaſi caput & principium ejus poteſtatis*. Hunn.tom.3.Oper. Latin. p.1546. *Walther.* in harm. Script. pag. 131. ſeq.

II. DEUS *ſeminis Abrahæ* pollicetur terram Chanaan *in ſempiternum* poſſidendam; cùm tamen terra in *ſempiternum* non ſit permanſura, Luc. 21. verſ.23.

℞. Vox illa עולם ſignificat hîc non *æternitatem*, ſed *tempus benè longum*, quemadmodum *Deut.* 11. v.21. explicatur à Deo ipſo, cùm ait: Ut multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum in terra, quam juravit Dominus patribus tuis, ut dareteis, *quoad dies cœlorum durant*. *Lyſer.* par.3.Comment.in Gen. p.98. *Hunn.* ibid.p.1537.

III. *Nec Judæi in terra Chanaan permanſerunt, quoad cœli durabunt, cum te mille quingentos annos ex illa terra ſint expulſi*. quomodo ergo poteſt vera eſſe hæc Dei promiſſio?

℞. Promiſſio quidem Iſraelitis eſt terra Chanaan *ſine conditione dignitatis illorum* ſicut expreſſè Dominus ait, Deuter.9. verſ.5. ut autem *occupatam* retinerent, eſt id ſanè promiſſum quoque ſed *ſub conditione obſequii*. Itaque retinuiſſent illam usque ad finem mundi, nec unquam fuiſſent iſthinc ejecti, *ſi paruiſſent Domino* quia verò non obedierunt, ejecti ſunt, juxta comminationem Domini, *Deut.*4.v.25.& ſeqq. *Hunn.* l.c.p.1559.

Verſ. 16. *Faciamque ſemen tuum ſicut pulverem terræ: ſi quis poteſt numerare pulverem terræ, ſemen quoque tuum numerare poterit.*

I. ADverte in hoc verſu (1.) *Synecdochen*: *Semen* ſiquidem eſt pro *poſteritate*.

(2.) *Pleonaſmum* nam poſteriores voces, *pulverem terræ* r dundant; *Gemina* tamen cauſa repetuntur, ad tollendam omnem amphiboliam.

(3.) *Hyperbolen Logicam*. multitudo enim *ſeminis Abrahamiti* confertur multitudini *pulveris terræ*, & ab *innumerabilitate* declaratur, cujus tamen rationem h u   n mattin it. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p.28. *Jun.* in Not.a eund. loc. p.22. *Glaſſ.* lib. . Phil.S.tr. .24.p.216. & lib.5.tract.1.c.19. p.473.

II. Gemina hic apparet contradictio: nam 1. DEUS *Abrahamo t t.m promittit poſteritatis multiplicationem, ut cum pulv e terra exæquari poſſet*; at vero *Eſa.* 10. .22. Propheta affirmat, *Iſraelitas ad paucas quasdam reliquias redactum iri*.

℞. Diſtinguendum eſt inter *carnalem*, & *ſpiritualem* Abrahæ *poſteritatem*. *Hac* aucta potiſſimùm fuit acceſſione & vocatione gentium, qua de re vaticinatus eſt Propheta. *Oſe.*1. v.10.& 11. *Illi* facta erat promiſſio *conditionalis*. D m ſcilicet gentem Judæorum mult licaturum ſi obedientiam ipſimet præſtaret, & ex præſcripto ejus *vitam atque mores* inſtitueret. Cum autem Iſraelitæ à vero Dei cultu ad idololatriam defeciſſent, nihil mirum, ſi deſerti à Deo, variis cladibus attriti fuerunt, & magna ſui parte diminuti. Eſt igitur Eſaiæ vaticinium de Iſraëlitis *contumacibus* accipiendum. *D. Arcular.* in Comment. Pſal.p.170.& ſeq.

2. Deus promittit, *populum Iſraeliticum* fore *innumerabilem*, inſtar pulveris terræ; cum tamen numerus illius teneri potuerit *certo* numero, 2.*Samuel.* 24.v.9.

℞. Quod numerus *certus* notatus eſt à Joabo, intelligitur *de illo ipſo tempore*, a cujus ſpacio argumentari non licet ad *univerſum populi hujus tempus*. Scivit David *tunc* quidem numerum ſuorum ſubditorum; quot autem *antea* vixerint de ſemine Abrahami, quotque *poſtea* eſſent victuri, ſcire nullo modo potuit. *Walther.* in harm.Script.p.132.

III. *In Scriptura ſacra Deum uti nonnunquam hyperbole*, ex præſenti loco planum eſt. nam promiſſio iſthæc Abrahæ ita facta eſt à Deo, ut *fidem audientis aliorumque excedat*; id quod *hyperbolice* loquendi modi proprium eſt, ſicut ex *Be* in libro de ſchematib.& trop.ſacrar.liter.conſtat.

Paræus in Comm. ſup. Gen.11.v.4. excipit, h. l. non eſſe *Hyperbolen*, cum Deus non dicat, ſe tot homines ex ſemine Abrahami multiplicaturum, quot ſunt arenæ; ſed eſſe *veram comparationem rerum innumerabilium*, cùm Deus ſemen Abrahami verè innumerabile reddiderit, ſicut pulvis & arena terræ ſunt hominibus innumerabiles.

℞. Inverti poteſt exceptio: Si enim *innumerabilis* multitudo ſeminis Abrahæ promittitur, id quod dicitur, longè eſt amplius, quàm quod eo dicto ſignificatur, nempe per magna copia poſterorum; quæ, quantacunque ſit, numerari poteſt, modò individua ſingula in notitiam numerantis veniant. *Tarnov.* Comment. in Johann. cap.3. q.17. pag.344. & ſeqq.

CAP. XIV. Verſ. 7. *Reverſi ſunt & venerunt usque ad fontem Miſphat, & percuſſerunt omnem agrum Amalekitæ, &c.*

MOſes utitur hîc (1.) *Prolepſi*, tum quia anticipat mentionem *fontis Miſchpati*, id eſt, *ſeveri judicii*, quod contra Moſen & Aaronem pronunciavit Deus, *Numer.* 20. verſic. 12. idque longo pòſt tempore: tum quia anticipat mentionem *Amalekitæ*, cujus parens *Amalek* itidem longo poſt tempore natus fuit, *Geneſ.*36.verſ.12. (2.) *Ellipſi* verbi ſubſtantivi: *Ipſa Cades* ſcil. *eſt*. (3.) *Enallage* numeri *ſingularis* pro *plurali*: Amale*Kita* enim eſt pro Amale*Kitis*, & Amoræ*us* pro Amoræ*is*. (4.) *Synecdoche partis* pro *toto*: nam *ager* ponitur pro *regione*, ejusque *incolis* metonymicè, quam poſtea occupaverunt *Amalekitæ* inter Ægyptum & terram Chanaan. *Hunn.* tom.3. oper. Latin. p.1540. ſeq. *Iun.* in Not. ad h.l. p.22. *Glaſſ.* lib.4. Phil. Sacr. tract. 3. obſerv.10. m.2. pag.799. & lib.5. tract. 1. c.17. m. 2. pag.443.

Verſ. 10. *Et vallis Siddim putei putei bituminis, & fugerunt Rex Sodomorum, Rex Gomorrhæ, & ceciderunt ibi, & reſidui in montem fugerunt.*

I. OBſerva hoc loco (1.) *Anadiploſin*: nam ſubſtantivum plurale, *putei*, repetitur ad exprimendam *rei multitudinem*, ut ſenſus ſit: *Vallis Siddim puteos bituminis habebat plurimos*, ſeu *paſſim abundabat puteis*. (2.) *Ellipſin*: Et *ceciderunt*, ſubintellige *in puteos illos*, ſervandæ vitæ cauſa. (3.) *Synecdochen*: *Reges* enim vocat Moſes *quoscunq;*, qui in oppido aliquo, & mediocri hominum cœtu primatum tenebant. *Vatabl.* in Annot. c.14. Geneſ. p.28. ſeq. *Iun.* in Not. ad h.l. p.22. *Glaſſ.* lib.3. Philol. Sacr. tract.1. can.5. m.2. p.18.

II. *Bellarminus* l.1. de V.D. cap.15. ut contradictionem de triplici *Antiochi* morte, in libris Maccabæorum enarrata, reſolvat, excipit ad locum l.2. *Maccab.* c.1. v.16. Antiochum ibi dici *cecidiſſe*, quia *exercitus* ejus fuſus fugatusque ſit: verbumq; *cadendi* eodem modo, quô hîc de *Sodomorum Rege*, accipi, quem in prælio cecidiſſe narrat Moſes, & tamen paulò pòſt eum viventem Abrahæ victori occurriſſe, v.17.

℞. Exemplum *Regis Sodomorum* non probat interpretationem Bellarmini: *Ille* enim non dicitur cecidiſſe *in prælio*, ſed à prælio fugientem cecidiſſe *in foveam* ſeu puteum, ubi latuerit, mortemque evaſerit, ut *Lyranus* in h. l. habet; ideo poſtea Abrahamo victori occurrit. *Thumm.* in Disquiſ. de V.D. p.220. *Cham.* tom.1. Panſtr. l.5. c.8. n.16.

Verſ. 13. *Et ecce unus, qui evaſerat, nunciavit Abram Hebræo, qui habitabat in convalle Mambre Amorrhæi fratris Eſchol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cum Abram.*

I. IN textu Hebræo eſt (1.) *Enallage*: nam participium, שׁכן, *habitans*, ponitur pro imperfecto, *habitabat*. (2.) *Idiotiſmus*: nomen enim בַּעֲלֵי, *Domini*, ſubſtantivo in genitivo caſu, בְּרִית, *fœderis*, additum, rei ſubjectum denotat, puta *confœderatos*, qui cum Abrahamo fœdus ſerierant, quosque LXX. Interpp. συνωμότας, *conjuratos*: appellant. *Arias.* in Bibl. p.11. *Glaſſ.* lib.3. Phil. Sacr. tract.1. can.35. m.2. p.128.

II. Recenſet hîc Moſes, *Abramum fœdus iniiſſe cum Amorrhæis*, Mamre, Eſchol & Aner; cum tamen *Deut.* 7. v.2. *fœdus Amorrhæorum*, à Deo ſit prohibitum.

℞. Non peccavit hoc in caſu Abram. Nam (1.) prohibitio fœderis cum Amorrhæis non eſt *univerſalis*, omnium temporum; ſed *ſpecialis*, pertinens ad populum *Iſraeliticum*, qui mandatum habuit penitus eradicandi illas gentes, ne conſuetudine earum domeſticâ à cultu pietatis abducerentur. Cum ergo illa lex non fuit lata *Abrahæ*, in eam non impegit: ubi enim non eſt lex, ibi non prævaricatio eſſe poterit, *Romanor.* 4. v.15. (2.) Abraham id fœdus cum illis Amorrhæis iniit *ſine omni periculo religionis*: apparet enim ex hac hiſtoria, eos non omni guſtu veri cultus caruiſſe, qui ex vicinitate & converſatione Abrahæ diſcere & proficere poterant. *Hunn.* tom.3. Oper. Latin. p.1541. ſeq. *Rung.* Comm. in Gen. p.426.

Verſic. 14. *Quod cum audiſſet Abram, captum videlicet Loth fratrem ſuum, numeravit expeditos vernaculos, 318. & perſecutus eſt eos usq; ad Dan.*

I. ATtende hîc (1.) *Synecdochen ſpeciei* pro *genere*: Loth enim vocatur *frater* Abrahæ, cum tamen eſſet *nepos Abrahæ* ex fratre. (2.) *Metonymiam ſubjecti* pro *adjuncto*: nam בית, *domus*, eſt pro *familia*. (3.) *Prolepſin*: Siquidem locus ille per *anticipationem* dicitur *Dan*, licèt eo tempore Dan nondum extiterit, *Gen.*30. v.6. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.29. *Glaſſ.* lib.4. Phil. Sacr. tract.3. obſerv.10. m.2. p.799. ſeq.

II. *Bellarminus* l.1. de Rom. Pontif. cap.2. ſed his omiſſis contendit, *Monarchiam eſſe optimum regimen*, cùm *Abraham fuerit Monarcha*, unde & bellum geſſerint contra 4. Reges, eosque devicerit.

℞. (1.)

℞. (1.) Abrahamum fuiſſe *Monarcham* nego; fuit enim duntaxat *paterfamiliâs*: nam eo vivente nondum in Rempublicam excreverat ejus ſemen, quippe adhuc in ejusdem lumbis latens. (2.) Abrahamum geſſiſſe bellum certum eſt; ſed exercitu coacto è *vernaculis* tantùm: non igitur ex *civibus*, ſine quibus nulla politia eſt, nulla Monarchia. *Cham.* tom.2.Panſtr.l.9.c 8.n.50.

III. *Bellum non neceſſario magiſtratus ſuperioris autoritate ſuſcipi*, nonnulli probare nituntur exemplo *Abrahæ*, qui *fuerit privatus, armaverit tamen ſuos domeſticos, ut Lothum liberaverit.*

℞. Abraham non arripuit *arma πολεμικὰ, ad vim inferendam*; ſed *ἀμυντήρια, ad injuriam propulſandam*, qualia abſque *expreſſo* Magiſtratus edicto quandoque ſuſcipi poſſe, mox demonſtrabitur. Adde, quòd *Dei juſſu* excitatus fuit, ut *exigua manu* quatuor potentes Reges, & quidem *victores* aggrederetur, *Eſai.* 41.v.2. & ſeqq. Abſque *verbo* enim & *promiſſione Dei* tantum animi robur in ipſo non fuiſſet accenſum. *Gerhard.* tom.6.l.27. de Magiſtr. Polit.§.396.

IV. *Moderamen inculpatæ tutelæ à privato, in caſu neceſſitatis ſe defendendi, poſſe licitè ſuſcipi*, patet ex hiſtoria *Abrahæ*: Erat enim peregrinus in terra Chanaan, nullum gerebat Magiſtratum, & præſertim in Sodomis nullam habebat poteſtatem; tamen ad defenſionem nepotis ſui, armat familiam ſuam, hoſtes inſequitur, trucidat, & non ſolùm Lothum, ſed reliquos etiam captivos liberat. Et hæc defenſio adeò non improbatur, ut Melchiſedech, Sacerdos Altiſſimi, magnificè benedicat victori: *Benedictus à Deo excelſo, & benedictus Deus, qui tradidit hoſtes in manus tuas*, verſ. 19. & 20. Obſerventur autem in illa hiſtoria circumſtantiæ *inculpatæ tutelæ*: (1.) Enim Abrahami auxilium imploratur; nam unus, qui evaſerat, nunciat Abrahæ. (2.) Magiſtratus Sodomiticus profligatus eſt, ut opitulari non poſſit. (3.) Et in fœdere cum Mamre, Eſchol, & Aner; qui ſuo quidem loco erant legitimi Magiſtratus, ſed non habebant ullam poteſtatem in terra Sodomorum: tamen ad defenſionem vicinorum ſumunt arma una cum Abrahamo.

Regerunt *Photiniani*, hoc exemplum probare tantùm defenſionem *proximi*, non *propriæ corporis & vitæ.*

℞. Lex dicit *Levit.* 19.v.18. *Matth.* 22.v.39. *diliges proximum tuum ſicut teipſum*: Ergo ſi rectè facio, quando in manifeſta violentia *proximum* defendo; ſequitur etiam, *propriæ corporis* defenſionem pertinere ad præceptum dilectionis. *Chemnit.* par.2.LL. Theol.loc. de vindict.q.3.p.142.

Verſ. 15. *Et diviſis ſociis irruit ſuper eos nocte, percuſſitque eos, & perſecutus eſt eos usque Hoba, &c.*

BEllarminus l.4. de Eccleſ.c.18. contendit *felicitatem temporalem eſſe notam veræ Eccleſiæ*: ad quod probandum adducit *victoriam Abrahæ*, de hoſtibus veræ Eccleſiæ obtentam.

℞. Nemo noſtrùm negat, Abrahamum magnam *victoriam* de hoſtibus reportâſſe, ſed ex eo non poteſt inferri, quòd *felicitas temporalis* ſit *genuina & propria* veræ Eccleſiæ nota: Siquidem victoriæ non ſunt veræ Eccleſiæ *perpetuæ.* Nam tempore Moſis *Eccleſia Iſraelitarum* preſſa fuit in ſervitute Ægyptiaca, Exod.1.v.13. Tempore *Eli* pugnabant Philiſtæi contra *Iſraëlem*, qui & cæſus eſt ab iiſdem, 1.Samuel.4.v.2. & 4. Accidit etiam, ut duo Reges in Eccleſia vera pugnent; nec tamen is, qui vincitur, propterea fidem veram amittit. Imò *Aſſyrii* & *Babylonii* prævaluerunt in prælio contra *Iſraelitas*, 2.Reg.17.v.6. & c.25. v.4. & ſeqq. Argumentum ergo eſt à *particulari*, ex quo non licet inferre concluſionem *univerſalem*, quòd *omnes pii ſemper* triumphaverint, aut quòd illi, qui non triumphant, non ſint *pii*, hoc eſt, non vera veræ Eccleſiæ membra: nam *Loth* fuit victus & captus, Gen. 14. v.12. & tamen fuit *juſtus*, 2. Petr.2.v.7. *Gerhard.* tom.5. LL.CC. Theol.loc.25. de Eccleſ.§.300. *Eckhard*, Pandect.controv. Papiſt.par.1.c.8.q.7. ſub fin.

Verſ. 16. *Reduxitque omnem ſubſtantiam, & Loth fratrem ſuum cum ſubſtantia illius, &c.*

BEllarminus l.1. de Miſs. cap. 6. probare conatur, *Melchiſedechum non protuliſſe panem & vinum, in militum Abrahæ refectionem, cùm Abraham rediret ex prælio cum ingenti præda, in qua etiam fuerint ea, quæ ad cibum pertinent: nil igitur opus fuiſſe pane & vino iis, qui ſpoliis abundaverint.*

℞. (1.) Habet quidem textus, quòd *omnem ſubſtantiam reduxerit Abraham*; non tamen dicitur, quòd etiam habuerit *cibos præparatos cum pane.* Potuerunt in illa præda eſſe oves, legumina & ſimilia, quæ tamen nondum erant ad manducandum idonea: igitur opus erat, ut Melchiſedech cibos præparatos adduceret. (2.) Utut autem ſit, hujusmodi munificentia Principum non *extremæ tantùm neceſſitati*, ſed *& honori amicorum* ſolet inſervire, cùm moris ſit, hoſpites, etiam non egentes cibo, ad menſam continuò deducere, ſicut *Abrahamus* facit, *Gen.* 18.v.5. & non ſolùm in Scriptura, ſed & in *Homero* & *Virgilio* ſæpe factum videmus. *Meiſner.* par.2. Phil.Sobr.ſect.1.c.3. q.5. m. 2. p. 316. *Ames.* in Bellarmin. enerv. tom. 3. l.4. cap.9. thes.1. *Riber.* in Comment. c. 7. Epiſtol. ad Hebr. numer. 60. pag.311.

Verſ. 18. *Melchiſedech, Rex Salem, offerens panem & vinum (erat enim Sacerdos DEI altiſſimi) benedixit ei, &c.*

I. SAnderus l.4. de Viſib. Monarch. cap.3. contendit, *etiam poſt CHRISTUM in Eccleſia debere eſſe viſibilem Monarcham*, cùm ante ipſum talis fuerit *Melchiſedechus*, regni ſedem habens in Salem, & juſtitiæ Rex dictus: ipſeque extiterit *Sem*, qui ſuis poſteris, pietatem colentibus, ſolus *præfuerit*; ad quem, qui voluerint ſervare unitatem Spiritus in vinculo pacis, ante omnia debuerint accurrere.

℞. (1.) Argumentum non tangit ſcopum: nam *Jodocus Coccius* Papiſta, par. 1. Theſaur. l.7. art.3. Semo in *ſolos ſuos poſteros* authoritatem tribuit, quam

et

ei nemo eripere potest, ut *patrifamilias*; agitur autem inter nos de *universa Ecclesia principatu*. Erant autem Semo fratres non tantùm *Cham*, sed & *Japhet*, in quos nullam potestatem sibi vindicare poterat, neque in ipsorum posteros. (2.) Nego eundem esse *Sem* & *Melchisedec*: nam *Hebr.* 7. v. 3. *Melchisedec* inducitur ἀγενεαλόγητος, ἀπάτωρ, ἀμήτωρ; quæ in *Sem* cadere non possunt, cujus genealogiam tum à majoribus, tum in posteros disertè Moses enarravit, imò etiam initium finemque vitæ. (3.) Nego, *Melchisedecum fuisse Ecclesiæ Monarcham*, ab eoque pependisse omnes fideles: nam Scriptura nihil docet ejusmodi; Imò potiùs jam tum *Abraham* fuit vocatus ad Ecclesiam constituendam separatam, paulò pòst circumcidendus; & quidem absque aut consilio aut etiam consensu Melchisedeci, ulliusve alterius, sed solo Dei mandato. Quod quidem non licebat, si summo jure aliquis ejus religioni præfuisset, ex sententia *Papistarum*, qui ne cucullum quidem indui patiuntur, aut cibos mutari, præter capitis sui nutum. *Cham.* tom. 2. Panstr. l. 9. c. 9. num. 30. seqq.

II. *Bellarminus* l. 5. de Pontific. Romanor. cap. 9. probare nititur, *in Nov. Test. unam aliquam personam, utrumq; regimen, Politicum & Ecclesiasticum simul administrare licitè posse*; cùm *Melchisedec* & Rex & Sacerdos simul fuerit.

(1.) Repugnantia hujusmodi rerum variam considerationem admittit. Quæ non *absolutè* repugnant in essentia & natura sua, possint tamen repugnantiam habere ex *institutione Dei supervenient*e. Ita consuetudo administrandi regimen Politicum & Ecclesiasticum, lege divina postmodum fuit mutata. ita ut nefas esset, & Sacerdotibus & Regibus utramque administrare potestatem, quod ostendunt leges Scripturæ, *Num.* 18. v. 7, 22. 23. item exemplum Regis Usiæ, 2. Paral. 26. v. 18. Hinc Christus Ecclesiæ suæ politiam reformans, sub Nov. Test. veterem legem in usum revocavit, & utramque potestatem *subjectis* distinctam esse voluit, secundùm illud *Luc.* 22. v. 25. *Reges gentium dominantur, vos autem non sic.* (2.) Neque magis ex hoc *Melchisedeci* exemplo probatur, *temporalem* potestatem convenire *Episcopo*, quàm *spiritualem* potestatem convenire *Magistratus civilis*. (3.) Exemplum Melchisedeci est *singulare* & *extraordinarium*, non admittens successionem: *peculiariter* enim gessit typum Christi, qui Rex & Sacerdos simul futurus erat, teste *Papa Nicolao* in Epist. ad Michael Imperat. distinct. 96. canon. *Hutter.* in LL. Theol. pag. 584. *Eckhard.* in Cand. par. 1. c. 6. q. 5. ad 1. *Meisn.* par. 3. Phil. sobr. sect. 2. cap. 1. q. 2. ad 1. *Amos.* tom. 1. l. 3. Bellarm. Enerv. c. 9. thes. 10.

III. Idem *Bellarminus* l. 1. de Miss. c. 6. ex hoc loco stabilire conatur, *Melchisedechum, offerendo panem & vinum, adumbrâsse sacrificium Missæ, in quo sub specie panis & vini offeratur corpus & sanguis Christi.*

℞. Hiatus ingens est inter argumentum & quæstionem, ita ut nullâ consequentiâ possint inter se connecti. Nam (1.) Melchisedech propriè non *obtulit*, id est, sacrificavit, panem & vinum; sed *protulit*, ceu habet vulgata versio *Latina*, idque calculo suo approbat *Cajetanus* in Comm. Gen. 14. In Hebræo enim textu legitur verbum הוציא, *eduxit*, ut Arias Montanus reddidit à radice יצא exivit; quo sensu etiam ponitur Gen. 19. v. 13. הוצא *educ*, quo jubetur Loth *educere* suam uxorem. Non autem hinc sequitur, eam fuisse *sacrificandam*? falsissimum. (2.) Posito, vocem *oblationis* esse retinendam, exinde tamen non conficitur sacrificium: *Oblatio* enim est genus sacrificii, *Bellarm.* l. 1. de Miss. cap. 2. à *genere* autem ad *speciem* affirmatè non licet argumentari. (3.) Nomen *panis* propriè in Scripturis significat *omnē cibum*, seu omne, quod comedi potest, sicut habet *Hunnius* contr. 4. t. 3. p. 26. n. 2. Tādiu igitur in hujus loci expl. propriæ *panis* significationi insistimus, donec necessitas ab ea discedendi probetur. (4.) Melchisedech protulit panē & vinum nō *Deo*, sed *Abrahamo*, ejusque exercitui. Si ergo per *prolationem panis & vini*, sacrificium intelligeretur, annon Melchisedech sacrilegium commisisset, non *Deo*, sed *hominibus* sacrificando. (5.) *Finis* facti hujus Melchisedeciani non est *immolatio*, sed de *victoria gratulatio*, *lætitiæ contestatio*, *exercitûs Abrahamitici refectio*, fatentibus. *Vatablo* & *Isidoro Clario* Brixensi ad h. l. (6.) Melchisedech protulit *panem* & *vinum*; at in Messa offerri *corpus* & *sanguinem* Christi, ait *Concilium Tridentinum* Jes. 22. c. 2.

Excipit ille I. verbum Hebraicum הוציא licèt *ex se* nihil aliud significet nisi *proferre* seu *adducere*; tamen pro *loci exigentia* sæpe usurpari pro *adductione hostiæ ad immolationem*. Et addit *Pererius* in cap. 14. Gen. disp. 5. n. 72. p. 519. verbum esse *sacrificiale*. & reddentium Deo oblationes atque sacrificia, &c.

℞. (1.) Ex sensu *complexo* non procedit argumentatio ad sensum *simplicem*: neque enim inter nos & Cardinalem est quæstio, quem sensum verbum Hebræum in *complexa* oratione habere possit; sed quid *per se* & *solitariè* positum significet. (2.) unde probabitur, panem hic & vinum fuisse *hostiam*, quam obtulerit Melchisedech? quomo ex *loci exigentia* hoc demonstrabitur?

II. Panem & vinum à Melchisedecho data quidem esse in *cibum Abrahæ & sociis*, sed priùs fuisse Deo *oblata & consecrata*, & tùm data hominibus, ut de sacrificio participarent.

℞. (1.) Melchisedechum panem & vinum Abrahæ sociis in *cibum* dedisse, rectè dicit Jesuita; sed eum addit, illa fuisse Deo *priùs oblata & sacrificata* falsò dicit: nam textus planè nihil habet de *prævia consecratione & oblatione*, Deo facta; sed *simplex* duntaxat *adductio panis & vini* ibi recensetur. (2.) Cur non idem faciunt Pontificii Missifici, & Laicis *vini usum* in sacra Cæna concedunt, cùm Melchisedecus non solùm *panem*, sed etiam *vinum* omnibus & singulis Abrahæ militibus distribuerit?

3. *Abrahamum secum habuisse commeatum, ac proinde non fuisse opus, ut Melchisedecus ad refectionem militum Abrahæ panem & vinum proferret.*

℞. (1.) Contradicit sibi Jesuita: jam modò enim concessit, *corporaliter* isto pane refectos esse milites, postquam Deo consecratus erat. (2.) Quamvis non indiguerit cibis Abraham, potuit tamen Melchisedechus *alio fine* eos proferre, nempe *ut eo munere suam erga Abrahamum benevolentiam declararet*. Donamus sæpe victoribus aliquâ, quibus non indigent, tantùm ut nostram de parta eorum victoria lætitiam contestemur, adstipulantibus *Pererio*, disp. 5. in c. 14. Genes. n. 71. & *Francisco Ribera*, in Comm. c. 7. Epist. ad Hebr. n. 60. p. 312.

4. Mosen hic dicere *causam*, *cur* Melchisedech protulerit panem & vinum: *Erat ENIM Sacerdos Dei altissimi*; Sacerdotis autem officium in sacrificando consistere.

℞. (1.)

℞. (1.) In Hebræo non eſt *cauſalis* כי ſed *copulativa* ו, quam bis repetit Moſes : *Et erat Sacerdos* : *& benedixit*; ut ſententia iſta diſtribuatur : Quia *Rex* erat, ideo protulit panem & vinum, quia *Sacerdos* erat, ideo benedixit. Ideoque duæ ibi deſcribuntur actiones Melchiſedeci : altera *Regis*, ut donatio ciborum; altera *Sacerdotis*, nempe benedictio. (2.) Vox כהן hic non habet ſenſum *participalem*, quaſi Melchiſedech fuerit *actu ſecundo* ſacrificans Deo altiſſimo; ſed ſenſum habet *nominalem*, quemadmodum exponitur *Hebr.* 7. v. 7. videlicet Melchiſedechum quidem fuiſſe *Sacerdotem*, ſed tùm temporis *actu* non fuiſſe ſacra. (3.) *Hieronymus ab Oleaſtro* Pontificius in comm. ad h. l. vocem כהן per *Principem* vertit. Stante hac hypotheſi, concidit argumentum pro *Sacrificio Miſſæ*, ex Melchiſedeci typo petitum; unde oleaſtrum hoc nomine taxat *Henricus Heinriquez*. l. 9. Theolog. moral. cap. 10.

5. Licèt *ad verbum* non ſit in Hebræo : *Erat enim Sacerdos* ; ſed : *Et erat Sacerdos*; tamen illam particulam conjunctivam apud Hebræos ſæpe *cauſaliter* poni, & verti debere per *ENIM*.

℞. (1.) Omnes Grammatici Hebræi literam ו ex *natura ſua* copulare aſſerunt, adeòque ut neq; ſemper, neque tam propriè, neque tam frequenter *cauſam* notet, ac *copulationem* : Conſequentia igitur nulla. (2.) Probandum eſt Cardinali, *cauſalem* ſignificationem in litera illa *neceſſariò* habere locum. Certè nugatoria foret iſta ratio : *Rex Salem gratulabundus donavit Abrahamo varios cibos, quia erat Sacerdos Altiſſimi.* Quæ hîc cohærentia? Ergo manet, quòd verba iſta non ſint redditio *cauſæ*, ſed deſcriptio *perſonæ*, & tranſitio ad ſequentem *benedictionis* actum.

6. Sacerdotium Melchiſedeci, & ejus benedictionem in Hebræo diſtingui per accentum Soph-paſuch, adeò ut verba de Sacerdotio ad præcedentem, non ſequentem verſum ſint referenda.

℞. (1.) *Bellarminus* l. 2. de V. D. c. 2. ipſe docet, puncta à Rabinis textui Hebræo fuiſſe addita: ergo ex illorum collocatione, juxta ipſius hypotheſin, non poteſt ſumi firmum argumentum in articulis fidei. (2.) *Idem ibidem* ſentit, Rabinos in notatione punctorum aliquando à vero aberrâſſe; ex *qua* ſententia ſequitur, ipſum licentiam ſibi ſumſiſſe, Scripturam hoc in loco perperam interpretandi. (3.) Falſiſſimum eſt, accentum illum *Soph-paſuch* ſemper indicare *periodum terminatam*. Nam Pſal. 17. v. 3. 7. 8. ponitur, nec tamen ſententiam terminat. Quinimò in hoc ipſo capite, verſ. 1. & 2. idem accentus inter nominativum & verbum interponitur; tum quoque in fine v. 19. h. c. occurrit, ubi periodus non finitur. (4.) Manifeſtè tamen apparet ex textu, verbum illud, *benedixit*, in principio verſ. 19. conjungi debere cum *ſuppoſito* in verſ. 18. antecedente, ita ut *Sacerdos* & *benedictio* commodiſſimè conjungantur, tanquam *cauſa* & proprium ejus *effectum*; id quod facit *Apoſtolus*, Hebr. 7. verſ. 1. ubi hanc recitat hiſtoriam, ſed ita, ut Sacerdotem eſſe cum benedictione conjungat.

7. *Melchiſedecum benedixiſſe Abrahæ*, non ut *Sacerdotem*, ſed ut *majorem Sacerdotem*, cùm & Rex & Sacerdos eſſet : non enim *ſolius Sacerdotis* eſſe benedicere, ſed *omnis majoris*.

℞. Hoc illud ipſum eſt, quod volumus, nimirum Melchiſedecum non *ſimpliciter* benedixiſſe Abrahæ, ſed tanquam *majorem* benedixiſſe minori, & ſic etiam Sacerdotibus Leviticis, qui erant in lumbis Abrahæ, atque ita in Abrahamo, ex quo omnes Levitæ ſunt orti, benedixiſſe Sacerdotibus Leviticis. Atqui in hoc Sacerdotium Melchiſedeci fuit præſtantius : certum enim eſt, quòd minor à majori & præſtantiori benedicatur. Unde colligit Apoſtolus Hebr. 7. v. 22. Sacerdotium Leviticum benedictionem habere non ex *ſe*, ſed ex *Melchiſedeco*, hoc eſt, CHRISTO, cujus typus fuit Melchiſedechus.

8. Nuſpiam fieri mentionem *ſacrificii Melchiſedechi*, quale fuerit, niſi hoc in loco; proinde per *panem & vinum* non *profanos cibos*, ſed *ſanctificatos, & Deo priùs oblatos* neceſſariò intelligi.

℞. (1.) Non apparet, Melchiſedeci ſacrificium fuiſſe *genere* diverſum à ſacrificiis aliorum : certè *Apoſtolus ad Hebræos* de ſacrificiis agens, & eorum differentia, non tacuiſſet argumentum, ſuo propoſito tam accommodatum. (2.) Panis & vinum, ſecundùm principia *Bellarmini*, non potuit eſſe ſacrificium ejus, qui *major* fuit Aarone : Jeſuita enim l. 1. de Euchariſt. c. 3. acriter defendit & contendit, *agnum & ſanguinem* tum nobilioris naturæ eſſe, tū meliùs repræſentare carnem & ſanguinem Chriſti, quàm *panem & vinum*. *Chemn.* in Exam. Conc. Trident. par. 2. p. 340. ſeq. *Hutter.* de Sacrif. Romanens. miſſat. pag. 57. & ſeqq. *Gravver.* par. 8. præl. Theol. in A. C. pag. 77. & ſeqq. *Meiſner.* par. 2. Philol. ſobr. ſect. 1. cap. 3. q. 5. *Giſen.* de Papiſm. diſp. 32. thes. 36. & ſeqq. *Gerhard.* par. 2. l. 2. ſpec. Confes. Cathol. art. 15. c. 1. p. 1179. & ſeqq. *Ames.* tom. 3. Bellarm. enerv. l. 4. c. 9. thes. 1. & *Dannhavv.* de bon. Interpr. p. 146. ſeq.

Verſ. 19. *Benedictus Abram Deo excelſo, qui poſſidet cælum & terram.*

ANabaptiſtæ, pro *communione bonorum* dimicantes, concludunt, *præpoſterè poſſeſſionis hominibus, tanquam proprias vindicari*, cùm Deus *omnium in mundo rerum ſit poſſeſſor & dominus unicus*, juxta Moſen h. l. ubi vocabulum Hebraicum קנה *propriè* ſignificat poſſidere.

℞. Alio modo DEUS, alio modo homo, *rerum poſſeſſor* dicitur : DEUS res *omnes*, homo tantùm *aliquas* poſſidet: DEUS ut *autor & dator*, homo ut *œconomus & diſpenſator*; DEUS res *fecit*, factasque homini dedit, ut *propriè* poſſideret, *communiter* uſurparet, adeòque non *ſibi* viveret ad avaritiam, ſed *proximo* ad beneficentiam. *Matth. Dimars.* in Syſtem. Polit. l. 2. p. 205. ſeq.

Verſ. 20. *Benedictus DEUS altiſſimus qui tradidit hoſtes tuos in manu tua, & dedit ei decimam de omnibus.*

OCcurrit hoc loco (1.) *Ellipſis*, tum quia poſt vocem, *benedictus*, ſubintelligendum, *ſit* vel *eſt*: q. d. *dignus eſt, ut laudetur ab omnibus*; tum quia vox *Abram* ex verſu præcedente repetenda : *Et dedit*, ſcil. *Abram*, ipſi Melchiſedecho, *Hebr.* 7, 8. (2.) *Metaphora* in vocabulo *manus*, pro *viribus ex potētia* acceptæ *Vatabl.* in An. h. l. p. 30. & *Glaſſ.* lib. 5. Philol.

tract.

tract. 1. cap. 17. pag. 345 & lib. 4. tract. 2. observ. 8. pag. 716.

Vers. 21. *Et dixit Rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animam, & substantiam cape tibi.*

Est hic (1.) *Enallage* numeri *singularis* pro *plurali* : ponitur enim *anima*, pro *animabus*, & *substantia* pro *opibus* seu *divitiis*. (2.) *Synecdoche partis pro toto* : siquidem *animas* Moses intelligit *personas & homines captivos*, q. d. *Da homines mihi subditos*, qui in tuam potestatem venerunt. *Vatabl.* in Annot. h. l. p. 30. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 32. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 17. p. 459.

Vers. 22. *Et dixit Abram ad Regem Sodomorum : Levavi manum meam ad Dominum Deum altissimum, possessorem cæli & terræ.*

I. IN versu hoc nota (1.) *Enallagen temporis* præteriti, *levavi*, pro præsenti, *levo*. (2.) *Metonymiam signi pro signato* : *Levatio* enim *manus ad Deum*, signum est *juramenti*, q. d. *juro ad Deum, manu ad Deum elevatâ*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 30. *Jun.* ibid. p. 23.

II. *Piscator* Resp. ad Elench. Buscher. cap. 3. putat, *tropum posse esse in propositione Sacramentali*, non secus ac hic tropum esse in phrasi : *Extuli manum meam*, i. e. *juravi*.

℞. Non est *tropus Rhetoricus*, sed *Logica periphrasis* seu descriptio, admodum frequens & usitata, in qua nulla vox *significationem propriam* amittit, sed tantùm *ritus vel adjunctum rei*, quæ describitur, adhærens notatur. *Eckhard.* in Fascic. controv. Calvinist. c. 20. q. 26. ad I.

Vers. 23. *Si à filo subtegminis usque ad corrigiam caligæ, accipiam ex omnibus, quæ tua sunt.*

I. OBserva in hoc textu *Aposiopesin*, in juramentis usitatissimam : *Deus mihi sic faciat*, si a filo usque ad corrigiam calceamenti, &c. quæ *proverbialis formula* est de *rebus vilissimis*, à quibus qui se abstenturum jurat, confirmat, multò magis à *pretiosioribus* sibi temperaturum esse. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 32. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. can. 6. n. 2. pag. 595.

II. Moses Apostolo contradicere videtur. *Ille* enim narrat, Abrahamum jurâsse, *se de spoliis ne filum quidem retinere velle*; *hic* verò Hebr. 7. vers. 4. affirmat, *Abrahamum Melchisedeco decimas dedisse de spoliis*, de quibus ipsum oportuit aliquid retinere, secus de iis decimas reddere non potuisset.

℞. Distinguendum est inter *substantiam Sodomitarum*, à Regulis gentium abactam, & per Abrahamum reductam : & deinde inter *bona*, quæ Reguli illi non è *Sodomis* abegerant, sed *domo* secum attulerant, ut necessarium haberent commeatum. Ergo de bonis non *Sodomitarum* abactis, sed quæ *debellatorum* ... belli autem in potestatem Abrahami venerant, decimas solvit Melchisedeco. *Hunn.* ... n. 3 oper. Lat. p. 1544.

Vers. 24. *Præter, tantùm quæ comederunt pueri, &c.*

ENallage hic est. Nam præpositio, בִּלְעָדַי, adverbiascit, & significat, *præterquam*. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 6. can. 18. n. 6. p. 568.

II. *Bellarminus* l. 1. de Miss. c. 6. negat, *Melchisedecum panem & vinum protulisse in militum Abrahæ refectionem*, cùm ipsi ferantur *cibum sumsisse, antequam eis occurrit Melchisedech* : nil igitur opus fuisse pane & vino iis, qui paulò antè comederint & biberint.

℞. Hac ratione nil quoque opus fuisset militibus Abrahæ, ut panem & vinum *consecratum* à Melchisedeco acciperent. (2.) Quid si nescivèrit Melchisedecus, eos cibum antea sumsisse, & putaverit, ipsos propter laborem dimicationis, & fatigationem itineris, recentibus cibis refici ac recreari debuisse? (3.) Falsum est exercitum Abrahæ satis saturum venisse ad Melchisedechum : quicquid enim commeatus erat reliquum, illud in itinere absumtum fuit, ut planè novâ refectione militibus opus fuerit. *Perer.* disp. 5. in c. 14. Gen. n. 71. *Hutter* de Miss. p. 90. & seq.

CAP. XV. Vers. 1. *Post verba hæc fuit verbum Domini ad Abram, in visione dicendo : Ne timeas Abram, ego scutum tibi, merces tua multa valdè.*

I. MOses utitur hic (1.) *Hebraismô*, quia דְּבָרִים, *verba*, ponit pro *ipsis rebus gestis* : *Post verba hæc* : id est, *his rebus transactis*. (2.) *Ellipsi* tum *verbi* substantivi, *Scutum tibi*: scil. *ero*; tum *conjunctionis* copulativæ ו, *&*, *Scutum & merces*. (3.) Ἀνθρωποπαθείᾳ Deus enim dicitur *scutum* Abrahamo, quia eum defendere, omnesque hostium impetus, instar *scuti*, avertere vult. (4.) *Metonymiâ effecti pro causa* : ego sum *merces* tua valde, hoc est, *autor & collator mercedis* munificentissimus. (5.) Ἐκφώνεσι *Superlativi*, quem effert per adverbium intendendi, מְאֹד, *valde* adjectivo, הַרְבֵּה, *multa* appositum : *Merces multa valdè*, id est, *plurima*. Vatabl. in Annot. ad h. l. pagin. 30. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 23. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 16. m. 5. pag. 58. & lib. 5. tract. 1. cap. 2. m. 1. p. 22. & cap. 7. pag. 155.

II. *Sanctos defunctos non esse datores beneficiorum spiritualium vel corporalium*, demonstratur ex h. l. ubi Moses *soli Deo elargitionem illorum beneficiorum tribuit*.

Bellarminus l. 1. de beat. Sanct. cap. 17. excipit, *non esse opposita, quando solus DEUS dicitur dator omnium bonorum, & quando a Sanctis illa petuntur, eo quod Sancti illa dent, precibus suis impetrando.*

℟. Jesuita petit principium. Nam (1.) nuspiam legimus, defunctos Sanctos cœlestium & terrestrium bonorum largitores a Deo constitui. (2.) ut *in negocio salutis nostræ*, quantum attinet ad ordinem causæ efficientis *principalis*, ad solam & unicam Dei misericordiam; ita in ordine causæ *meritoriæ* ad solum & unicum CHRISTI meritum remittimur. Ergo *Sanctorum defunctorum* opera ad neutram causæ classem Bellarminus referre potest, aliàs periret vis exclusivæ. *Gerhard.* tom. 8. LL. CC. loc. 29. de mort. §. 349. seqq.

III. Idem *Bellarminus* l. 5. de justificat. cap. 2. pro *operum merito* locum hunc urget ubi ait *justorum operibus vitam æternam promitti mercedem: mercedem autem & meritum relativa esse, cum merces datur meritis.*

℟. *Merces* accipitur potissimùm bifariam: *strictè*, ubi notat mercedem *debitam*, quæ opponitur *gratuito*, ut idem sit, quod *precium vel debitum, aut compensatio laboris & officii debita*; de qua loquitur Apostolus Romanor. 4. versic. 4. & locum ea habet in contractibus humanis, veluti cùm operario sua merces propter laborem datur: Et *laté*, ubi significat mercedem *indebitam*, quo sensu opponitur *vano vel frustraneo*, adeòque nihil est aliud, quam *gratuitum officii vel laboris alias debiti præmium*; de qua loquitur hic Moses. Nam debita merces intelligi nequit, cùm inter DEUM & opera nostra nulla omninò sit proportio. DEUS enim est bonum *summum, infinitum, perfectissimum*; opera nostra *finita* sunt, *imperfecta* & ab immensa DEI bonitate quàm longissimè remota: quomodo igitur *hoc* meritum, *illa* merces ex debito esse poterit, nobisque detur ex meritis? *Meisn.* par. 2. Phil. Sobr. sect. 1. c. 1. q. 32. *Brochm.* par. 2. System. Theol. p. 625 628.

Versic. 2. *Et dixit Abram: Domine Deus, quid dabis mihi? & ego vado absque liberis, & filius derelictionis domus meæ iste Damascenus Eliezer.*

Est in hoc loco (1.) *Metaphora*: nam verbô *vadendi* vitam nostram *stadio* similem esse, notatur, q. d. Eò usque sum progressus, ut pauxillum mihi ex hoc cursu restet. (2.) *Hebraismus*: *Filius derelictionis domûs meæ*, hoc est *cui*, ut extraneo hæredi, *domus & bona mea possidenda relinquentur*. Vatabl. in Annot. ad h. l. pagin. 30. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 36. m. 4. p. 134.

Vers. 3. *Et dixit Abram: Ecce mihi non dedisti semen, & ecce filius domûs meæ hæreditans me.*

I. Occurrit in versu hoc (1.) *Metonymia materiæ* pro *materiato*: *semen* enim est pro *filio*. (2.) *Hebraismus* siquidem בֵּן, *filius*, nomini *loci*, puta, בַּיִת, *domus*, additus, per *incolam* exponitur בֶּן־בֵּיתִי, *filius domus meæ*, hoc est, *verna* seu *vernaculus* meus. (3.) *Enallage*. nam participium יוֹרֵשׁ, *hæreditans*, ponitur pro indicativo præsenti, *hæreditat*. (4.) *Metonymia subjecti* pro *adjuncto*: tum quia continens, *domus*, ponitur pro contento, *familia*; tum quia *possessor* pro *re possessa* capitur: Hæreditat *me*, id est, *bona mea*. Vatabl. in Annot. ad h. l. pag. 30. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 36. m. 4. p. 134. & in Append. p. 895. lib. 5. tract. 1. c. 3. m. 3. p. 43.

II. Moses Paulo contradicere videtur: *Ille* enim recenset, *Abrahamum subdubitâsse*, quomodo in sua familia implenda foret DEI promissio de multiplicatione seminis; *hic* verò Romanor. 4. v. 20. scribit, Abrahamum *non hæsitâsse* per diffidentiam, sed firmiter credidisse, fore se patrem multarum gentium.

℟. Hic *tempus* distinguendum est: Antequam enim Dominus Abrahamo, monstratis cæli stellis, diceret: *Sic erit semen tuum*; ambigebat utique nonnihil de hærede, & de aliquo in filium cooptando anxiè cogitabat. Cum verò nova hac apparitione confirmatur, & audit verbum promissionis: *Sic erit semen tuum*; ibi discutitur prior tentatio, Deiq; promissione sic roboratur in fide, ut ampliùs per diffidentiam minimè hæsitet. *Hunn.* tom. 3. oper. Latin. pag. 1547. *Funck.* sect. 1. quæst. pract. 13. pag. 131. seq.

Vers. 4. *Et ecce verbum Domini ad eum dicendo: Non hæreditabit te iste, sed qui egreditur de visceribus tuis, ipse hæreditabit te.*

I. Recurrit hîc (1.) *Metonymia subjecti pro adjuncto*, quia *possessor* ponitur pro *re possessa*: Hæreditabit *te*, hoc est, *bona tua*. (2.) *Synecdoche partis* pro *toto*: Ex *visceribus tuis*, id est, *ex te*. Tremell. in Not. ad h. l. pag. 23. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 3. m. 3. p. 43.

II. Rationem *Anonymi* cujusdam judaizantis, *pro conditionata Messiæ promissione*, vide refutatam in Vindic. *Gen.* 13. vers. 14.

Vers. 5. *Et eduxit eum foras, & dixit: Suspice nunc in cœlos, & numera stellas, si poteris numerare eas: sic erit semen tuum.*

I. Circa A. C. 108. *Papias*, Chiliastarum autor, & Hierapoli in Phrygia doctor Ecclesiæ docuit, *Sanctos regnaturos mille annos post resurrectionem cum CHRISTO in terris*: cui circa A. C. 203. *Tertullianus*, Carthaginensis in Africa Presbyter, adstipulatus, l. 3. contr. Marc. cap. 24. contendit, *fore prius seculum millenarium, postea æternitatem cœlestem, eò quod Abrahæ semen debeat esse instar stellarum, cùm antea fuerit instar pulveris terræ.*

℟. Per *comparationem posteritatis Abrahæ cum pulvere terræ & stellis cæli* unum idemq; denotatur, videlicet *miranda dilatatio & multiplicatio seminis Abrahæ*, cujus promissionis complementum describitur, 1. Reg. 4. versic. 20. Esa. 10. versicul. 22. cumprimis verò multitudo *spiritualis* seminis Abrahæ, credentium videlicet, ex Judæis & gentibus per Evangelium ad regnum Messiæ, ex Abrahamo secundùm humanam naturam orti, vocatorum; quo modo illam promissionẽ esse accipiendã, colligitur

ex

ex *Esa.* 48. v. 19. *Ose. Rom.* 4. v. 18. cap. 9. v. 27. *Gerhard.* tom. 9. LL. CC. Theol. loc. 32. de consumm. secul. §. 89. & seq.

II. Moses Astronomis contradicere videtur: *ille* enim ex ore DEI recenset, stellas esse innumerabiles; hi verò id inficiantur.

℞. Stellæ non *simpliciter* hîc dicuntur innumerabiles, sed *secundùm quid*, nimirum quia illarum ordo & numerus *nobis* ignoti sunt. *Magir.* l. 2. Physiolog. Peripatet. c. 5. thes. 21.

III. Cætera huc pertinentia vide enucleata in Vindic. *Gen.* 13. v. 16.

Vers. 6. *Et credidit in Dominum, & imputavit illud ei in justitiam.*

I. Est hîc (1.) *Ellipsis*, tum quia vocula, *Abram*, ex vers. 3. repetenda est, *& credidit*, scilic. *Abram*; tum quia simpliciter vox *Dominus*, immediatè præcedens, reiteranda, *& imputavit*, nempe *Dominus*. (2.) *Hebraismus*, partim quia *credere* de *fidei continuatione* intelligendum; *Credidisse* igitur Abram dicitur, quia *ejus fides continuata & magis confirmata fuit*: partim quia affixum *fœmininum* ה pro *neutro* ponitur. *Illud*, nimir. *credere*. Vatabl. in Annot. ad h. l. pag. 30. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tractat. 1. can. 19. pagin. 73. & tractat. 3. can. 4. p. 240.

II. Moses Apostolo contrariari videtur: Nam Abraham jussus egredi è sua patria, fide paret, *Hebr.* 11. v. 8. atque sic fidem habuit, quâ *tunc* fuit justificatus; & nihilominus demum *multò post* scribitur justificatus.

℞. Abraham, quàm primùm fide paret Deo, justificatus fuit eâ fide quæ promissionem Dei vocantis erat amplexa: nec tamen absurdum est, quòd multò etiam pòst justificatus memoratur: Quemadmodum remissio peccatorum (in qua justificatio hominis vertitur, Psalm. 32. vers. 1. Romanor. 4. v. 6. & 7.) *innovatur indies*, (qua de causa indies orandum: (Remitte nobis debita nostra) sic & justificatio nostra *indies innovatur*. Et fides non tantùm *in primo initio* nostræ cum Deo reconciliationis imputatur ad justitiam; (quasi postea non ampliùs ad justitiam imputetur) sed *semper & quotidie* imputatur ad justitiam credenti, præsertim quando justificam suam ἐνέργειαν, nempe fidelem intuitum in promissionem de CHRISTO, *actu* exerit: sicut Abraham faciebat, cum audiret Dei verbum: *Sic erit semen tuum*; cui verbo dum credit, Dominus fidem ejus, quâ & priùs erat justificatus, jam quoq; ad justitiam illi imputare pergit. *Hunn.* tom. 1. oper. Lat. p. 589. & tom. 4. p. 44.

III. *Bellarminus* l. 7. de Sacram. c. 17. contendit, *Circumcisioni Vet. Testam. non fuisse additam promissionem Dei de remissione peccatorum*: quia Abraham, cui primùm imperata est Circumcisio, justissimus fuerit *ante ejus susceptionem*, siquidem hîc fides ipsi imputetur ad justitiam.

℞. (1.) Annon verò DEUS, Genes. 17. vers. 7. Circumcisionem instituens, addidit promissionem: *Ut sim Deus tuus & seminis tui post te*? (2.) Nonne Paulus Romanor. 4. vers. 7. docet, Abrahami, in medio pietatis cursu constituti, justificationem consistere in *remissione peccatorum*; Christus autem quotidiana peccatorum remissione omnes istos indigere pronunciat, *Matth.* 6. vers. 12. quâ ergò veritatis specie inferri potest, Abrahamum, quia fuit justus ante circumcisionem, non indiguisse promissione de remissione peccatorum, Sacramento Circumcisionis *confirmandâ & obsignandâ*? (3.) Quamvis justitia fidei non *de novo* per Circumcisionem demum Abrahæ fuerit collata, ea ipsa tamen in Abrahamo fuit *confirmata & obsignata*, Romanor. 4. vers. 11. Ita verb. grat. *Baptismus* confertur etiam illis, qui ante ejus susceptionem verâ fide in Christum peccatorum remissionem acceperunt: Ecquis verò inde colligere poterit, *Baptismo non esse additam promissionem de remissione peccatorum*? Quinimò, ut Spiritus Sanctus per Baptismum in cordibus *infantum* operatur fidem, per quam remissionis peccatorum participes fiunt; in cordibus credentium *adultorum* eandem confirmat & obsignat: ita quoque in Circumcisione res sese habet. *Gerhard.* tom. 4. LL. CC. Theol. loc. 21. de Sacram. §. 67. *Eckard.* Pandect. controv. Pontif. par. 2. c. 29. q. 4. ad arg. 5.

IV. *Puccius* de Christi Servatoris efficacitate in omnibus & singulis hominibus quatenus homines sunt; stabilire conatus est, *donum salvifica fidei esse in singulis hominibus, quatenus homines sunt*; cum *Abraham* hîc justificatus perhibeatur *naturali fide in Deum cali*, quæ communis sit singulis.

℞. Nego, *fidem naturalem esse, communemq́; singulorum, & Abrahamum justificatum fide ejusmodi.* Nam sive objectum fidei *commune*, sive *singulare* respexeris, non potest fides vera naturalis esse, & universalis omnium. Objectum *commune* est *DEUS verus, & verè cognitus*; Objectum *singulare* CHRISTUS, & veri Dei promissiones in CHRISTO. Neutrum natura docet verè, nam de Deo *vero* (ut optimè ostendit *Eusebius*, de Præparat Evangel) magis natura docet, quid non sit, quàm quid sit, & sua qualicunque luce reliqua evincit cæcitatem nostram. De CHRISTO autem, & *promissionibus singularibus in eo factis* nihil docet. Neutrum ergo naturale aut universale (quod iste vocat *omnium*) meritò dici potest. Sed illa naturalis testificatio *æquivocè* fides appellatur: nos autem de vera Christiana fide *univocè* dictâ loquimur, quæ est *actus ingeneratus in nobis virtute Spiritus DEI per gratiam, & apprehensio utriusque illius objecti*; quod modò explicavimus. Quod si nec *objectum*, nec *actus* apprehendens objectum illud salutare, universorum communis & naturalis est, quo jure fidem *communem* eis, id est, *universalem & naturalem* dicamus esse? *Hun.* tom. 2. oper. Theol. p. 324.

V. *Bellarminus* l. 1. de Justit. cap. 8. probare nititur, *promissionem misericordia divina propter Christum Mediatorem, non esse proprium & principale objectum fidei justificantis*, quoniam fides Abrahæ, quæ ipsi ad justitiam imputata fuit, ita describatur, quòd crediderit, *semen suum stellarum instar multiplicatum iri, & innumerabile fore*: proinde Mosen non agere de *fide*, quæ objecti loco habeat CHRISTUM ejusque obedientiam, sed de *fide* in promissionem *externam* de multiplicatione seminis *corporalis*.

℞. Non negamus, varia sæpe *externa* etiam esse objecta, circa quæ fides versatur; quomodo fides Abrahæ pro diversitate exercitiorum diversa

habuit objecta, in quibus occupata fuit, de quibus *Hebr.*11.verfic. 8.& feqq. videre eft : fed quæftio jam eft, quodnam illud fit objectum, *cujus refpectu fides juftificet coram Deo*? Ibi dicimus, effe CHRISTUM, *Galat.*3. verfic. 16. qui folus eft femen illud Abrahæ promiffum, in quo omnes gentes benedici debent, Genes 22. verfic. 18. Et hoc femen *principaliffime* DEUS promifit Abrahæ unà cum pofteritatis multiplicatione, fub qua illud latebat. Proinde Patriarcha Abrahamus audiens hanc concionem de femine fuo, fide refpicit *Chriftum*, fub femine illo corporali feu pofteritate latentem; atq; fic juftitiam confecutus eft. *Chemnit.* par. 2. LL. CC. loc. de juftif. cap. 3. pag. 263. *Hunn.* tom. 3. oper. Lat. pag. 1548. & tom. 4. pag. 43. *Eckhard*, Pandect. coutrov. Pontif. par. 2. cap. 22. q. 4. ad 7.

VI. *Sanctos V. T. fide in CHRISTVM Mediatorem fuiffe juftificatos*. patet ex exemplo *Abrahæ*, qui fide in benedictum fuum femen, quod CHRISTVS, juftificatus eft.

Smalcius contr. Franz. excipit. 1. fol. 197. *Abrahamum promiffionem illam Dei non de Meffia, fed de femine fuo carnali intellexiffe.*

℞. Intellexit quidem de feminis fui *carnalis* multiplicatione certò futurâ, fed non *tantum* verum *omnium maxime de femine benedicto*, CHRISTO, Rom. 4. verf. 12. Gal. 3. verf. 16. Ita Chriftus ipfe, *Iohann.* 8. verf. 56. dicit: *Abraham pater vefter exultavit, ut videret diem meum; & VIDIT, & GAVISVS eft.* Si exultavit, ut videret diem Meffiæ, fi vidit, fi gaudio maximo inde fuit affectus, quomodo non *Chriftum venturum Mediatorem credidit*? quomodo non *in ipfo fpem fuam collocavit*? quomodò ipfe non *intellexit hoc de Meffia*?

2. Fol. 192. *Exemplum Abrahami effe unicum, & non ordinarium, non autem exemplis, fed legibus & promiffis agendum, cum DEVS potuerit uni atq; alteri tale quid exhibere, quod nemini alij ad fe pertrahere liceat, & nufquam appareat, DEVM id alijs promififfe, quod de Abrahamo uno legatur.*

℞. (1.) Exemplum Abrahæ non eft *unicum & fingulare*: nam *juftificari per fidem in Meffiam*, commune eft Abelo, Enocho, Noæ & aliis, Hebr. 11. verf. 4. feqq. 2. Modus juftificandi per fidem *omnibus in Paradifo* fuit propofitus Gen. 3. v. 15. (3.) *Sacrificia* jam olim erant ordinaria media cultus & fœderis divini, & præfigurabant Chriftum pro nobis mactandum, Hebr. 10. verf. 1. (4.) Et fi unicum hoc exemplum produceret Scriptura, fufficere nobis, quia in hoc Abraham *ut pater omnium credentium* proponitur, Rom. 4. verf. 12. 3. Fol. 103. *veteres fuiffe fide juftificatos, licèt modus ille tunc non fuerit revelatus, quippe quem Deus in mente fua refervarit.*

℞. (1.) Utiq; fuit revelatus in *facrificiorum* inftitutione, in quibus remiffio peccatorum acceptari debuit, Levit. 4. v. 20. 29. &c. Quod utiq; nifi per *fidem in Meffiam* pro falute noftra mactandum, fieri haud potuit. (2.) Falfum eft, *Deum in mente refervaffe modum juftificandi per fidem* id enim Deum facit injuftum. (3.) Abfurdus eft infuper Smalcius, quafi *mani opinione, aut extraordinariâ ratione* falvari præfumfiffent Sancti veteres, aut quafi ignorantes modum verum, tamen fecundum illum modum Iuftificati fuiffent. Franz. in vindic. difpp. Theol. in A. C. difp. 5. th. 50. feqq. *Thumm.* In Imp. Phot. p. 513.

VII. *Non folum opera liberi arbitrij, fed etiam opera pietatis a renatis facta, ab actu juftificationis excludi*, adeòq; *non dari fecundam quandam ex operibus juftificationem* (qua quis ex jufto juftior fieret) conftat ex exemplo *Abrahæ*, qui in medio bonorum operum curfu, non ex *operibus* fed *fide* juftificatus fuit.

Bellarminus l. 4. de juftif. cap. 18. regerit, *verba Hebræa, fi diligenter infpiciantur, hunc habere fenfum, quod actus ille credendi fuerit opus juftum & meritorium & pro tali fit â Deo judicatum & acceptum, ut hac fide Abraham non fit factus juftus ex impio, fed juftior ex jufto.*

℞. (1.) Hæc interpretatio difertiffimè repugnant Paulo, is ex hoc dicto Genefeos infert, *Abrahamum juftificatum fide, non ex operibus*, Rom. 4. v. 2. & 3. at Bellarminus ex eodem vult elicere, *Abrahamum juftificatum effe opere quodam jufto & meritorio.* Apoftolus ex dicto illo infert. *credenti, non operanti, imputari fidem ad juftitiam*, verf. 5. Bellarminus ex eodem vult elicere, *actum credendi fuiffe opus juftum & meritorium.* 2. verba *Hebræa* quod attinet, non concedimus Bellarmino, quòd Hebrææ linguæ magis fuerit gnarus, quàm Apoftolus, quippe qui illa ita interpretatur, videlicet, quòd Abraham fide, promiffionem benedicti feminis refpiciente & apprehendente, fuerit coram DEO juftus, quia *fides & credere* in dicto Mofaico atq; Apoftolico accipiuntur *relativè*, quatenus refpiciunt CHRISTVM, qui eft jehovah juftitia noftra *Ierem.* 23. verf. 6. (3.) Iuftificatio hominis coram Deo non *recipit magis aut minùs* quia non confideratur refpectu *operum, virtutum & donorum in nobis* ut auctis & diminutis illis, ipfa quoq; crefcat & decrefcat; fed fpectatur in ea *Dei reconciliari gratia*, quæ talem majoris & minoris inæqualitatem refpuit: fpectatur *meritum CHRISTI*, quod infinitum cum fit, fimiliter magis & minùs non recipit: fpectatur *fides*, quæ tametfi *in fe* confiderata, magis & minus recipit: tamen, quia fuæ vel firmitatis vel infirmitatis refpectu, non ingreditur illud juftificationis forum fed tantùm *ratione correlati*, quòd æquabile femper manet, idcirco planum evadit, *juftificationem* nec intendi nec remitti. *Hunn.* tom. 3. oper Lat. p. 1548. & feq. *Gerhard.* tom. 4. LL. CC. loc. 20. de Bon. oper. §. 85. m. 4.

VIII. *Piftorius* Apoftata, in Hodeg. p. 181. contendit, *hominem coram Deo juftum effe in fe, non extra fe*: affertq; exemplum *Abrahami, cujus fidem* negat *refpexiffe CHRISTI paffionem & mortem*; & *eam* dicit â *Deo imputatam, quòd Deus eam dignatus fuerit ita acceptare, ut Abraham in fefe verè* *fuerit juftus, non extra fe.*

℞. (1). De *Abrahami fide & juftificatione* tam apertè D. Apoftolus differuit cap. 4. Rom. ut effrontem effe oporteat, qui cum Piftorio talibus fomniis indulgeat. Annòn enim Abrahamo promiffum fuit benedictũ femẽ, Gal. 3. v. 16. Annòn Abrahamus

eá

eâ fide in CHRISTUM juſtificatus eſt, non *operando* ſed *credendo*. Rom. 4. v. 5.7. Annòn Abrahami fides reſpicit *mortem & reſurrectionem Chriſti*, verſ. ult. (2.) Apoſtata ſibi contradicit: nam p. 224. diſertè fatetur, *supremis fidem debere oportere in CHRISTI mortem & reſurrectionem*: quod antea negârat, p. 223. *extare in Scripturis*. Menzer. contr. Piſtor. diſp. 5. thes. 96. & 180.

XI. *Schvvenckfeldius* docuit, *verbum Dei ſcriptum & externum non eſſe efficax medium conferendi fidem*, quòd *Abraham crediderit ante ſcriptum Dei verbum*.

℞. 1. *In genere*. Verbo externo, *per ſe & in ſe* cōſiderato, non ineſt vis vivifica, ſed ex *Dei diſpoſitione*, qui voluit fidem eſſe ex auditu verbi, *Rom.* 10. v. 17. (2.) *In ſpecie*. Quòd Abrahamus credidit ante ſcriptum verbum, inde non efficitur, quòd *ſimpliciter ante omne Dei verbum crediderit*; ſi enim non habuit verbum *ſcriptum*, habuit tameo verbum Dei *revelatum*, cui credidit. Hebr 11. v. 8. *Gravver* par. 5. Præl. in A. C. p. 70. 74. & 104.

Verſ. 10. *Diviſit ea per medium, & utraſq; partes contra ſe altrinſecus, &c.*

I. Moſes utitur hîc (1.) *Hebraiſmo*: nam איש, *vir*, regens ſubſtantivum in genitivo caſu, ברת, *partes ſua*, ſignificat, unumquemq; (2.) *Enallage numeri ſingularis* pro plurali, *avem* pro *aves*. Ariæm. iu Bibl. ad h. l. p. 12. *Vatabl.* in Annot. ad eund loc. p. 31.

II. *Photiniani* negant, *ſacrificia V. T. fuiſſe typos ſatisfactoria CHRISTI mortis*, quibus favere videtur locus iſte, quippe *diverſum* ab aliis ſacrificiis modum proponens: Abeſt hic altare, non fit diviſio uſitata in alijs ſacrificijs, ignis non accendit diviſiones ſed tantum tranſit.

℞. Non agitur h. loc. de *ſacrificio*, ſed de *confirmatione initi pacti per certificationem ceremoniarum*, de non *Chaldæis* uſitatarum, qui, ùt *Cyrillus* l. 6. c. 10. ait, ad ſtabilienda juramenta tranſibant per medias tales diviſiones cum execratione, ut ita dividat Deus fallentem juramenta; qualis etiam ſimilis ceremonia extat, 1. *Sam.* 11. v. 7. Jerem. 34. v. 18. Tranſit igitur furnus fumans, & lampas ignea inter diviſiones, tandemq; concluditur his verbis, *Die ipſo pepigit Iehovah fœdus cum Abraham, dicendo: Semini tuo dabo terram*. Franz. in Schol. Sacrif. diſp. 13. theſ. 22. 24.

Verſ. 13. *Scito prænoſcens, quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubijcient eos ſervituti, & affligent quadringentis annis,*

I. Offert ſe hoc loco (1) *Hebraiſmus*, ידע תדע *ſciendo ſcies*, i. e. *certò ſcias*, ſeu *hoc tibi perſuaſiſſimum ſit*. (2.) *Enallage numeri* i nomini e- nim collectivo, זרע, *ſemen*, reſpondit prooomen plurale, אתם *eos*. (3.) *Synecdoche* partis: nam *ſemen* ſignificat *poſteros*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 31. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 17. m. 2. p. 206. ſeq. & lib. 5. tract. 1. cap. 1. p. 21.

II. *Deus habet omnium rerum prænotionem*: *prædicit* enim *Abrahamo poſterorum ſuorum preſſuram & ſervitutem in Ægypto, quadringentis annis duraturam; unde tandem magna cum ſubſtantia exire debuêre.*

Socinus in prælect. Theol. c. 9. excipit, *Deum benè potuiſſe prædicere ſervitutem Iſraelitarum in Ægypto, quia ſic ipſe decreverat.*

℞. (1.) Non de actionibus *neceſſario decretis*, ſed *voluntariis* ibi agi, pæna oſtendit, quæ non, niſi ob culpam, *voluntariè* contractam, immittitur (2.) Etſi verò paſſiones illæ non contigerunt Iſraëlitis *extra providentia divina ſapientiſſimam moderationem*; tamen inde non ſequitur, quòd vexationes iſtas *decreverit* DEUS ſuper Iſraëlitas *primariò & principaliter*. Primariò enim & *principaliter* decrevit differre, ſanctis de cauſis, ipſam completionem promiſſionis; *ſecundariò & minùs principaliter* decrevit guberoare & determinare iſtas tribulationes, quæ *principaliter* per Satanam & Ægyptios populum Dei excruciabunt; unde tamē, Deo dirigeote, liberabuntur. Et quia nominatim Abrahamo promiſit Deus, ſeſe ita velle multiplicare ſemen ſuum, ſicut cœli ſtellas, ut numerari nequeat; an ille verſ. 13. contra Abrahamum ſtatim alterum decretum putabitur intra ſeſe concinnaſſe, quòd velit in Ægypto mirâ ſervitute imminuere genus Abrahæ? Utiq; hæc planè contradictoria ſunt, nec de Deo cogitanda, nedum dicenda. *Franz.* par. 2. diſp. 12. in A. C. theſ. 28. 29. & ſeqq. & in vindic. diſp. ult ſect. 2. *Stegm.* in Antiphot. diſp. 13. q. 4.

III. *Socinus* in prælect. c. 10. p. 33. probare allaborat, *Deum decernere & velle aliqua peccata, quatenus aliorum peccatorum pæna ſunt*; cum Deus *prædicat peccata Ægyptiorum, quia decreverit ob antecedentem malitiam per ipſos hæc mala opera perficere.*

℞. Quæ prædicuntur de afflictione Iſraëlitarum, in Ægypto futurâ, ea pertinent ad peccata Ægyptiorum, à Deo *præviſa*, non autem *decreta*, tùt ipſe per malos mala opera efficeret tùm quia ſi Deus foret *cauſa peccati*; qui enim efficit per alium actionem *per ſe* malam, is eſt author & cauſa iſtius actionis per ſe malæ: tum quia Deus longè aliâ viâ punire potuiſſet Ægyptiorum idololatriam, quàm ut ipſos ad afflictiones Iſraelitis inferendas inſtigaret. *Franz.* par. 2. diſp. 12. in A. C. thes. 34. *Thumm.* in Imp. Photin. pag. 315. 316. 317.

IV. Moſes ſibi *hîc* contradicere videtur. 1. enim de poſteris Abrahæ commemorat, quòd Ægyptii eos afflicturi ſint 400. *annis*, cùm tamen certò conſtet ex ætate Patrum in Ægypto, Iſraëlitas 215. *annos*, non ampliùs, ibi exulâſſe. 2. Idem *Exod.* 12. verſ 40. addit, *habitâſſe Iſraelitas in Ægypto* 430. *annis*, quod & Stephanus repetit *Act.* 7. verſ. 6.

℞. Incipienda eſt ſupputatio annorum 400. nequaquam *ab ingreſſu Iſraelitarum in Ægyptum*, ſed ab eo tempore, *quo Abraham vocatus eſt ex Ur Chaldæorum*; inde enim usque ad deſcenſum in Ægyptum præcisè fluxerunt anni 215. Jam cum manſio Iſraëlitarum in Ægypto fuerit 215. annorum, anni hi omnes *ſimul juncti* exactiſſimè producunt 430. annos, qui diſertè numerantur, Exod. 12. verſ. 40. Galat. 3. v. 17. Conferantur *Joſephus* l. 2. Antiq. Judaic. cap. 6. & *Euſebius* l. 9. de Præpar. Evangel. c. 4. Quod autem Geneſ. 15. v. 13. ut & *Actor.* 7. v. 6. duntaxat 400. annorum fit mentio, ſciendum eſt, ibi non *accuratè* inſtitui Chronologiam, id eſt, tempus *præcisè* non ſupputari; ſed tanquam in vaticinio ἐν πλάτει notari terminum ſervitutis, & ſolùm ſignificari, *circiter quadringentos annos* populum exulaturum: ita enim ſolemus aliquando *definitè*, aliquando *indefinitè* quidpiam numerare, quomodo *brevitatis* cauſa interdum dicimus, CHRISTUM eſſe natū & paſſum ante *mille quingentos annos*, nec ſemper addimus reſiduos, qui non conſtituunt integram centuriam ſive ſeculum. *Hunn.* tom. 3. oper. Lat. p. 1550. *Rung.* comm. in Exod. pag. 447. ſeqq. *Walther.* in harm. Script. p. 132. ſeqq. ſed ſcrupulum alicui injicere poſſet iſta ſupputatio, quòd à tempore egreſſûs Abrahamitici, per annos 25. Abraham *ſterilis* permanſerit: quomodo ergo ſemen illius tot annos exulare potuit?

℞. Cùm evocaretur Abraham ex Ur Chaldæorum, *jam tùm* declarabatur pater iſtius populi, & quod ad promiſſionem attinebat, jam erat pater, etſi adhuc ſterilis eſſet. Sic Apoſtolus Hebr. 7. verſ. 9. dicit, Levi decimatum à Melchiſedech, cum adhuc eſſet *in lumbis Abrahæ*: Abraham enim, qui per promiſſionem erat pater hujus populi, cum ſolus decimaretur, decimabatur tota ejus poſteritas, quæ adhuc in lumbis erat abſcondita. Pari modo exulante Abrahamo, exulat ejus poſteritas, afflicta poſteritate Abrahæ affligitur etiam ipſe Abraham, *Luther.* in Comment. ſup. h. l.

V. *Judæi*, ut eludant loca Scripturæ Deuter. 4. v. 29. ſeqq. *Jerem.* 3. v. 12. ſeqq. *Pſalm.* 81. v. 14. & ſeqq. in quibus Deus ipſis promittit *reductionem in terram chanaan*, modò pœnitentiam agant, (quam verò ipſos non egiſſe, inde conſtat, quod reductionem eam intra annos 1500. & amplius nō præſtitit,) obvertunt, *executionem illarum promiſſionum interdum aliquam multos annos protractam fuiſſe olim etiam Iſraelitis piis & pœnitentibus, ut ducentos & quindecim annos, dum exularunt in Ægypto.*

℞. (1.) Peregrinatio in Ægypto multis annis *anteceſſit* promiſſiones illas, ex *Deuter. Jerem.* & *Pſalm.* allegatas; itaque his illa opponi non poteſt. (2.) Promiſſio verò, quæ edita erat ante peregrinationem in Ægypto, nunquam aliter condixerat, quàm Iſraelitas eo ipſo anno liberatum iri ex exilio, in quo liberatio poſtmodum contigit, ut ex h. l. patet. Quòd ſi ergò illam pollicitationem exactè implevit Deus, non minus reliquas etiam, modò ex Deuter. Jerem. & Pſalm. citatas: executurus fuiſſet, ſi Judæi conditionem illam in pollicitationibus iſtis nominatam, ſervaſſent. (3.) In Ægypto mittebat Deus illis in ſolatium *præluſtres viros*, Joſephum, Moſen & Aaronem, adjungebat multa inſignia & ſtupenda miracula: nunc annis 1500. nullum talem præluſtrem conſolatorem vel miraculum viderunt, quibus animi eorum vel minimum ſublevari ac ſuſtentari in exilio potuiſſent. (4.) In Ægypto exactè conſtabat Judæis de *cauſa peregrinationis*: nunc ne ullum quidem peccatum nominare nôrunt, ob quod hodie in tam diuturna calamitate detineatur, niſi ob *blaſphemationem doctrinæ Chriſtianæ*, quam verò pro peccato haud agnoſcunt. *Gibel.* tract. de ætern. Chr. divin. ex Jerem. 33. v. 26. p. 206. & ſeqq.

Verſ. 14. *Et etiam gentem, cui ſervient, judicans ego, ac poſtea egredientur in ſubſtantia magna.*

IN hoc textu habetur (1.) *Enallage*, tum quia nomini collectivo, *ſemen*, reſpondet verbum plurale, *ſervient* & *egredientur*; tum quia præſens, *judicans*, ponitur pro futuro, *judicaturus ſum*. (2.) *Metonymia cauſæ pro effectu*: nam verbum, *judicare*, conſequentem actionem denotat, nimir. *punire*. (3.) *Synecdoche* generis pro ſpecie: *ſubſtantia* enim pro *opibus* eſt. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 31. & *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 1. p. 19.

Verſicul. 15. *Tu autem ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute tuâ.*

GAlatinus l. 6. de Arcan. Cathol. verit. cap. 8. pro *limbo Patrum* urget locum hunc, in quo *Abraham dicitur iturus ad patres ſuos*, qui, cùm *idololatræ fuerint*, utique in *inferno* fuerint; ad quos in *infernum* deſcenſurus eſſet, nî pius & fidelis fuiſſet: proinde ille deſcenderit in *limbum*, ubi nec igne inferni, nec à diabolo infeſtandus erat, ideo dictus ſit ad patres ſuos in pace iturus.

℞. (1.) Hac ratione poſſet concludi, Abrahamum in *ipſum locum damnatorum*, in quem patres idololatræ deſcenderant, fuiſſe detruſū: neq; enim Galatinus dixerit idololatrias profectos in limbum. At ſi hi in inferno, ille in limbo; & longè diſtet limbus ab inferno: tam certè tam abſurdè dicitur, Abrahamum profectum ad idololatras in limbum, quàm idololatras profectos ad pios patres in Gehennam. (2.) Reſpectus habetur non ad *propinquiores*, ſed ad *remotiores* patres, qui veræ Eccleſiæ membra fuerunt, ut Enos, Noe, Sem, alii quidam, ad quos Abraham profecturus fuit. Nam profectò iis verbis Deus non minatur ipſi *malum*, ſed *proſpera* quæque: quod genus autem proſperitatis in pœnis damni, quibus nullæ pænæ ſunt æquales? (3.) *Ire ad patres*, ſignificabat Hebræis, *mori*: quia ſcilicet patres intelliguntur, qui ante nos fuerunt, ideoque mortui. Rectè proinde Vatablus: *Hebraiſmus, ibis ad patres tuos, pro morieris, ut majores tui.* Sicut in aliis locis, 2. Samuel. 7. v. 17. 1. Reg. 11. v. 43. c. 14, 20. & alibi, ut appareat, *proverbialem* fuiſſe apud Hebræos phraſin, quæ mortem deſcriberet cujusque, ſive pii ſive impii. (4.) *Galatinus* ipſe paulò pòſt de Saule ſubjungit; *Ajunt quidam ex noſtris, & rectè quidem, quòd cum mortuus, tunc vivo mortem prænunciaret, verbum illud, cras mecum eris, ad parem non loci, ſed mortis conditionem refertur.* Atqui ſi *mortis* tantum non autem *loci* parem conditionem exprimit hæc Samuelis phraſis, *cras mecum eris*, quidni etiam nobis integrum erit reſpondere, parem *mortis*, non autem *loci* conditionem in phraſi illa, *ibis ad patres tuos*, exprimi. (5.) Abraham poſt mortem non deſcendit in *limbum*,

ut

ut oftenfum: fed fubvectus fuit in *cœlum*, Luc. 16. verf. 22. quod ipfum etiam ex hac phrafi colligitur, quando Abraham dicitur *iturus ad patres cum pace*, id eft, perfruiturus cum ipfis omni *felicitate*, eam enim vox Hebræa שלום denotat. *Gerhard.* tom. 8. LL. CC. loc. 29. de Mort. §. 179. *Cham.* tom. 5. Panftr. l. 25. c. 7. nu. 1.

Verf. 16. *Nec dum enim completa iniquitas Amorhæi usq; ad præsens tempus.*

I. MOfes ufurpat hic (1.) *Metonymiam causa pro effecto*, dum עון, *iniquitatem*, ponit pro *punitione*, ceu pœna iniquitatis. (2.) *Ellipsin* verbi fubftantivi: *Nondum completa*, fcil. *est* (3.) *Enallagen numeri*, fingularis *Amorrhæi*, pro plurali. *Amorrhæorum*. (4.) *Synecdochen*, *Amorrhæum* enim nominat, & *cæteras omnes Gentes* intelligit, quas infra v. 19. feqq. enumerat. *Arsam.* in Bibl. p. 12. *Vatab.* in Annot. ad h. l. p. 31. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 24. *Glaff.* lib. 5. Philol. facr. tract. 1. cap. 1 p. 11.

II. *Turrianus* lib. adverf. Verger. nugatur, *domum B. Mariæ, Deiparæ ideo demum ante 300. annos Nazarethâ ab infidelibus Turcis occupatâ in sylvam Loretanam ab angelis fuisse deportatam*: Uti enim *Amorrhæi ideo tardius ejecti ex terra Chanaan, quia nondum fuerint completæ iniquitates eorum usq; ad præsens: Ita etiam hic nondum completas fuisse infidelium illorum, qui Mariæ domum penes se habebant, iniquitates.*

℞. Magna eft in exemplis diverfitas: tum quia Amorrhæi ob iniquitates *proprias* in exilium ejecti funt; illa verò domus ob *aliorum* incredulitatem, non ejecta, fed Mariæ fponte ablata fingitur: tum etiam, quia Amorrhæorum ejectio certa eft, & facris literis teftata, domus autem illius translatio nullô teftimoniô certô firmari poteft. *Berneck.* in demolit. Idol. Lauret. p. 62.

Verf. 17. *Cum ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis, transiens inter divisiones illas.*

FEvardentius l. 11. Theomach. c. 10. n. 16. ex h. l. probare nititur *Purgatorium animarum post hanc vitam*, quippe quod per *illum clibanum fumantem, ignemq; transeuntem*, præfiguratum fit.

℞. (1.) Argumentum hoc eft *allegoricum*, itaq; nullum. (2.) *Augustinus* l. 16. de C. D. c. 24. *sæculum* hanc *anagogicè* exponit *de die extremi judicii*, & *igne conflagrationis mundi*, qui diremturus fit electos & reprobos; ubi nihil habet de *Purgatorio Papistico*, quippe quod in die extremi judicij definet, juxta illius patronos. *Glossa ordinaria* in h. l. ait, meritò acceffiffe ignem, ut portenderet *impiis conflagrationem*, piis *illuminationem* præberet. Atqui nec *illuminatio piorum*, nec *conflagratio impiorum* ad ignem Purgatorium referri poteft. (4.) *Pererius* in allegori ca hujus textus explicatione nullam *Purgatorii* facit mentionem. *Significabat*, inquit in c. 15. Gen. difp. 5. n. 67. *Clibanus fumans durissimam servitutem Hebræorum in Ægypto: solet enim scriptura eam appellare fornacem ferream. Significabat item gravissimum laborem eorum in coquendis lateribus, Exod. 1. & 5. Lampas transiens inter partes animalium divisas, repræsentabat DEUM, fœdus cum Abrahamo pangentem, juxta priscum morem ineuntium & firmantium pacta. Vel significabat præsentiam Dei, certam ferentis opem & liberationem afflictis.* Gerhard Confeff. Cathol. l. 2. fpec. par. 2. art 9. p. 472. *Cham.* tom 3. Panftr. l. 26. c. 5. n. 11. 12. 13. 14.

Verf. 18. *In illo die pepigit Dominus fœdus cum Abram, dicens: semini tuo dedi terram hanc à flumine Ægypti, usq; ad flumen magnum, flumen Euphratis.*

I. OBferva hoc loco (1.) *Synecdochen*: nam *semen* eft pro *posteritate* (2.) *Enallagen* temporis, *dedi*, pro *dabo*. (3.) *Hebraismum*: Siquidem pro *appositionis* fyntaxi ftatus *regiminis* ponitur, נהר פרת, *fluctus Euphratis*, h. l. *fluvius Euphrates*, Glaff. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 4. p. 15. & lib. 5. tract. 1. p. 21.

II. *Smalcius* contr. Franz. fol. 276. negat, *pars amoris ardore Deum in V. T. ad ecclesiam convocâsse alias gentes, quæ non erant ex prosapia Abrahæ: quoniam alios elegerit, & fœdus, quo ab aliis differrent, cum illis pepigerit, putà cum Abrahamo & ejus posteris; alios verò repudiaverit, vel saltem neglexerit.*

℞. *Fœdus* Dei, cum Abrahamo initum, duplex fuit: (1.) *proprium*, ut Abrahæ pofteri terram Chanaan poffiderent, h. l. nec ex aliorum hominum & populorum terræ, fed ex folius Abrahami progenie nafceretur Meffias. (2.) *Commune*, ut non nifi ex gratia Dei falvaretur Abrahami una cum cæteris omnibus gentibus, *Gal.* 3. v. 8. Quoad *primum*, non par fuit omnium ratio, nec Deus taliter fecit omni nationi: quoad *secundum*, Deus voluit laudari ab omnibus gentibus, & ita falvari omnes gentes, *Psalm.* 117. v. 1. & 2. ita *Franz.* in vindic. difp. in A. C. difp. 9. thes. 31. & 33.

III. Controverfiam do *promissione Messiæ conditionali* vid. in vindic. *Gen.* 13. v. 14. decifam.

Verf. 19. *Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos, & Hethæos, & Pherezæos, Raphaim quoq;, & Amorrhæos, & Chananæos, & Gergesæos & Iebusæos.*

DEus & *sibi* & *Josue* cum *Apostolo* contradicere videtur: hîc enim *decem* recenfet gentes, quas expellendas & fuperandas femini Abrahæ promittit; cum tamen *Deut.* 7. v. 1. & 2. *saltem septem* promittat delendas, & *Josu.* 24. v. 11. fimiliter *Act.* 13. v. 19. identidem *septem tantùm* in manus populi Ifraëlitici tradidiffe referatur.

℞. Gentes, quæ hic nominantur, & alibi omittuntur, vel fuerunt *extinctæ* aliovè *translatæ*, antequam Ifraëlitæ in terram benedictam funt ingreffi; vel *situm adhuc fuerunt*, fub *cæteris gentibus* propter obfcuritatem imminutamq; potentiâ funt numeratæ, adeò ut *septem* duntaxat, five etiam alibi *sex* ut *Exod.* 3. v. 17. c. 33. v. 2. ponantur, quòd hæ aut *numerô* aut *robore* aut *ditione* & *potentiâ* præftarent, cæterarumq; minorum fub poteftatem redactarum, effent principes. *Walther.* in Harmon. fcript. S. p. 136.

CAP. XVI. Vers. 1. *Et Sarai, uxor Abram, non pepererat ei, & et ancilla Ægyptia, & nomen ejus Hagar.*

Ellipsis hic est (1.) nominis: *Non pepererat*, scil. *liberos*. (2.) Verbi: *Et ei*, videl. *erat*. Ariæm. in Bibl. p. 12. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 24.

Vers. 2. *Et dixit Sarai ad Abram: Ecce nunc conclusit me Dominus à pariendo, ingredere nunc ad ancillam meam forte ædificabor ab ea. &c.*

In textu hoc occurrit (1.) *Synedoche totius pro parte*: conclusit *me*, i.e. *uterum meum* (2.) *Metaphora*: בָּנָה enim, *ædificavit*, notat, *liberos procreavit*; siquidem ex *liberis* familia, instar *domûs*, ædificatur, instauratur, & conservatur. *Jun.* in Not. ad h.l. p. 24. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 378.

Vers. 3. *Et tulit Sarai uxor Abram Hagar Ægyptiam, ancillam suam à fine decem annorum, quibus habitavit Abram in terra Chanaam, & dedet eam Abram viro suo ipsi in uxorem.*

I. OChinus lib. 2. de conjug. dial. 21. opinatur, *polygamiam Christianis adhuc dum licitam esse*, quia *conformis sit exemplo sanctissimi Patriarchæ Abrahami, qui Saræ conjugi aliam superinduxerit, nempe Agar.*

℞. N. C. nam (1.) non statim licitum est, cujus *exemplum Sancti* alicujus prostat, quia non *exemplis*, sed *legibus* judicandum est. (2.) In N. T. voce Filij Dei ad *primævam institutionem conjugij* revocati sumus, ut in una carne tantùm duo sint, *Matth.* 19. v. 4. *Marc.* 20. v. 6. (3.) *Peccavit* Abraham polygamiam; contrahendo, non ex malitia, quòd mandato Dei malitiosè & protervè voluerit refragari (sicut Lamech id fecerat, Gen. 4. vers. 19.) sed ex *infirmitate*, ita persuasus ab uxore Sara, ut aliam uxorem sibi adjungat, an ex ea semen promissum prodire velit. Huic obtemperat Abraham *bonâ quidem intentione, sed citra Dei mandatum*; unde nec Deus hanc Abrahæ digamiam probavit, etsi eam toleravit. Id enim ostendit *pœna*, quæ sequitur, quòd turbatur œconomia, quòd lites feruntur inter Dominam & ancillam, *Gen.* 16. v. 5. & 6. quòd filius secundùm carnem persequitur filium promissionis, Gal. 4. v. 28. *Matth. Dumars*, l. 1. System. Polit. p. 32. *Gerhard.* tom. 7. LL. CC. loc. 28. de conjug. §. 224. *Lyser*, per. 3. Comm. in Gen. p. 183. seq.

II. *Ocham* circa A. C. 1320. in l. 2. sentent. q. 19 statuit *Deum posse dispensare in lege naturæ*, cum ipse dispensarit olim cum Abrahamo *in digamia*.

℞. In hoc exemplo non est ulla *dispensatio* in lege naturæ sed ut dixi, *toleratio facti*: tolerat sanè Deus in sanctis multa, quæ tamen non probat. Unde Apostolus Actor. 13. v. 18. pulcerrimâ voce exprimit divinam tolerantiam, qua Deus erga populum Israëliticum usus est: ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς inquit, ibidem *Lyser.* & *Gerhard.* ll. cc. vide *Becanum* par 2. tom. 1. Theol. Schol. tract. 3. cap. 3. q. 4. n. 9. aliter respondentem.

III. *Celsus* apud Origenem lib. 4. contr. eund. p. 196. quem secuti *Manichæi* ex *errato Abrahami*, quasi cum pellice volutatus fuerit, *divinam V. T. autoritatem* convellere ac evertere statuerunt.

℞. Dementia est, ob hoc sacras literas temeritatis reprehendere. Nam (1.) *narravit* istud Deus, non *probavit*. (2.) Gen 2. v. 24. invenitur peccatum illud *digamiæ*, divinô præceptô apertissimè probiberi. (3.) *Cavendum* admonuit Deus, non *imitandum* proposuit, *August.* l. 22. contr. Faust Manich. c. 44. *Lal.* de verbo Dei p. 136. seq.

IV. *Bellarminus* l. 2. de V. D. c. 15. probare nititur, *Laicis non esse permittendam scripturarum lectionem*, quòd locus iste contineat eam materiam, quæ *malarum cogitationum occasionem* præbitura videatur. *Quid enim* (addit *Bulengerus* contr. Pless. c. 6. l. 2. de Eucharist.) *idiota discit*, *cùm Saram leges viro permittere, ut ad ancillam eat.* unde ille provocaretur, vel ad hujusmodi *imitandum*, vel ad Patriarcham *contemnendum*.

℞. (1.) Scriptura sacra in V. T. liberè ab *omnibus* legi licitè potuit, neq; id castitati autium fidelium officit. (2.) etiam *Clericis* malæ cogitationes in illius lectione possunt suboriri, quibus tamen ea non prohibetur. (3.) mala *exempla* ex bonis *legibus* sunt judicanda, quas quicunq; ex scriptura discet, is profectò exemplis non facilè dimovebitur à recto statu: & Patriarcham inde Abrahamum *non contemnet* quidem, sed tamen *hominem fuisse* cognoscet *Cham.* tom. 1. Panstr. l. 10. c. 7. n. 1. seqq, & c. 10. nu. 11. seq.

V. Moses Paulo *contradicere* videtur: *Ille* enim recenset, Abrahamum anno ætatis suæ 86. genuisse Ismaelem filium ex Agar; *hic* verò scribit, Abrahamum tum temporis habuisse corpus effectum seu ad generationem filiorum inhabile.

℞. (1.) Corpus Abrahæ non *simpliciter* effœtum dicitur, sed *κατά τι*, nempe respectu *vetulæ Saræ*, non autem respectu *juvenculæ Agar*. (2.) Licèt Abraham *antea* corpus haberet effœtum, tamen Dominus *post repetitam promissionem* de multiplicatione seminis, Gen 15. v. 5. veres ejus, velut aquilæ juventam. Psalm. 103. vers. 5. vires ejus, velut aquilæ juventam, Psalm. 103. v. 5. sic instauravit, ut ex Agar Ismaelem susciperet, *Hunn.* tom. 3. oper. Lat. p. 1554.

Vers. 5. *Et dixit Sarai ad Abram: Iniquitas mea super te: Ego dedi ancillam meam in sinu tuo, & vidit, quod concepit, & vilui in oculis ejus: judicet Dominus inter me & inter te.*

NOta hoc loco (1.) *Metonymiam causæ pro effecto* חֲמָסִי enim *iniquitas*, pro *punitione* sumitur. (2.) Propositionem, עַל, denotare *causam*, & reddendam esse IN: עָלֶיךָ, *in te*, h. e. *pœna*, quam patior, *in causa es* quòd videl. insolentiam ancillæ non satis corrigis, LXX. ἀδικοῦμαι ἐκ σοῦ, *injuriam patior ex te*. (3.) *Ellipsin* verbi: *In te* scil. *recidet*: (4.) *Metaphoram*, tum quia, *in sinum dare*, notat *conjugalem amplexum*; tum quia, *videre*, est pro, *cognoscere*. (5.) *Hebraismum*: *Vilui in oculis ejus*. h. e. *contemtui me habet* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 32. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 6, can. 12. m. 10, p. 552.

Vers. 6. *Et dixit Abram ad Sarai: Ecce ancilla tua in manu tua facei, quod bonum in oculis tuis & afflixit eam Sarai, & fugit à facie ejus.*

ET hîc (1.) *Metaphora* in voce *manus* : In *manu tua*, i.e. in *poteſtate tua* (2.) *Ellipſis Ancilla tua*, ſcil. *eſt*;. *&* *quod bonum*, ſcil. *videtur*.. (3.) *Hebraiſmus*: Quod *bonum in oculis tuis*. pro, Quod *tibi bonum videtur*, h. e. utere eâ, ut lubet, *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 32.

Verſ. 7. *Et invenit eam Angelus Domini ſuper fontem aquarum in deſerto, ſuper fontem in via Schur.*

ATtende in textu hoc. (1.) propoſitionem עַל *ſuper* notare, *juxta* : עַד עַל, *juxta tandem*. (2) *Ellipſin*, *In via Sur*, i. e *Quæ eſt ſchurem verſus*, nempe *Ægyptum* unde Hagar oriunda erat. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 24. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. ſacr. tr. 6. can. 12. m. 2. p. 548.

Verſ 8. *Et dixit Hagar, ancilla Sarai, ubi? unde veniſti, & quò ibis? Et dixit: A facie Sarai dominæ meæ ego fugiens.*

OCcurrit in hoc verſu (1) *Ellipſis* : *ubi*, ſcil. *eſt locus, a quo veniſti?* (2) *Enallage*, tum verbi: *Vnde veniſti, & quò ibis*, i. e. *unde venis, & quò vadis?* tum participii, *fugiens* pro *fugio*, Ariæm. in Bibl. p. 12. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 32.

Verſ. 9. *Dixit Hagari Angelus Domini: Revertere ad dominam tuam &c.*

DEus ſibi *repugnare* videtur : hic enim iubet *Hagarem ad dominam ſuam reverti* at *Gen.* 21. *verſ.* 12. præcipit Abrahamo, ut *expellat eandem è domo ſua.*

℞. Ibi Hagar fugerat *ipſa*, hic ejicitur *in viſa*: idq; propter profundum *myſterium*, quod Paulus exponit *Gal.* 4. verſ. 21. ſeqq. *Walther* in Harm. Script. S. p. 138.

Verſ. 10. *Et dixit ei Angelus Domini; Multiplicando multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ multitudine.*

MOſes utitur hic (1.) *Hebraiſmo*: *multiplicando multiplicabo*, h. e. *valdè multiplicabo.* (2.) *Synecdoche* nam *ſemen* eſt pro *poſteris*. (3.) *Enallage*: verbum enim יִסָּפֵר, *numerabitur*, quod *actionem* notat, de *poteſtate agendi* intelligitur : *Non numerabitur*, i. e. *non poterit numerari*. Iun. in Not. ad h. l. p. 24. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tr. 3. can. 5. p. 244.

Verſ. 11. *Et dixit ei Angelus Domini: Ecce tu prægnans, & paries filium, & vocabis nomen ejus Iſchmaël, quia audivit Dominus ad afflictionem tuam.*

IN textu hoc nota (1.) *Ellipſin* verbi ſubſtantivi *Ecce tu*, ſcil. *es*. (2.) *Paronomaſian* in nomine proprio, יִשְׁמָעֵאל, i. e. *audivit Deus fortis*, addita voce conjugata, שָׁמַע, *audivit* (3.) Ἀνθρωποπάθεια : *auditus* enim *Deo* tributus, notat Dei *benevolentiam in ſatisfaciendo precibus Hagaris afflictæ* Ariæm. in Bibl. p. 12. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 24. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 140.

Verſ. 12. *Hic erit ferus homo, manus ejus contra omnes &c.*

I. IN hoc loco adhibetur (1.) *Metaphora* tum quia Iſmaël dicitur פֶּרֶא *onager*, ſeu aſinus Sylveſter, i. e. homo *immitis*, *&* *bellis intentus*, Gen. 21. v. 20. tum quia *manus* ſumitur pro *viribus & robore*. (2) *Ellipſis* : nam comparandi particula in oratione hac deeſt פֶּרֶא, hoc eſt כְּפֶרֶא, *ut onager*. (3.) *Metonymia cauſæ* pro *effecto* : Manus *ejus* contra omnes, &c. i. e. *poſteritas ejus* bellum movebit omnibus, & bellô viciſſim ab omnibus petetur, *Iun*, in Not. ad h. l. p. 24. *Glaſſe* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 5. can 31. m. 1. p. 514. & lib. 5. tract. 1. cap. 11. p. 317.

II. Hæc Angeli verba *contradictionem* quandam in ſe continere videtur : nam feritatem illam & truculentiam Iſmaelis recenſet locô *benedictionis* cum tamen maledictionis potius locô eadẽ habenda ſit.

℞. Duo continet ſermo Angeli: *Prius* habet vim *benedictionis*, quando populoſiſſimam gentem ex Agar prodituram ait: *poſterius* autem de feritate Iſmaelis nõ ad *benedictionem* tantùm complectitur, quâ de ſtudiis Iſmaelis & poſterorum eius vaticinatur, ſine approbatione truculentiæ ipſius. *Hunn.* l. c. p. 1555.

Verſ. 13. *Vocavit autem Agar nomen Domini, qui loquebatur ad eam: Tu Deus, qui vidiſti me; dixit enim: Profectò hic, &c.*

I. VSurpatur hic (1). *Enallage* nam participium רֹאִי, *videns* me, eſt pro indicativo, *vides*. (2.) *Metonymia adjuncti* pro *ſubjecto*: *Nonne etiam jam video poſt videntem me*, h. e. *Lucem hanc adſpicio & vivo*, cujus *ſignum* certum & effectus eſt *viſus*. Miratur Hagar, ſe poſt Dei viſionem vivere: quia à conſpectu *Dei* aut *Angeli*, mortem ſequi putabant, ut ex *Gen.* 32. v. 30. *Iudic.* 13. v. 22. &c. patet. *Ariam.* in Bibl. p. 12. *Glaſſ.* lib. 5. philol. Sacr. tract. 1. cap. 4. p. 71.

II. *Enjedinus* in cap. 16. Gen. v. 13. p. 25. putat nomen JOHOVAH *non eſſe unius & ſolius Dei proprium nomen*, id enim hic *Angelo* quoq; tribui

℞. *Angelus*, qui hic Agar ancillæ apparuiſſe fertur, non fuit *gregarius & creatus* quiſpiam Angelus ex militia cœleſti : (1.) enim diſertè ait: *Ego multiplicabo ſemen tuum*, v. 10. at verò *multiplicare homines* non eſt *Angelorum*. (2.) Scribit Moſes, ancillam vocaſſe nomen *Iehovah*, qui loquebatur ad èam : *Tu Deus videns me*. Ergo eſt hic Angelus *increatus*. h. e. *ipſiſſimus Dei Filius*, nimirum Angelus ille *magni conſilii*, Angelus *faciei Domini*, Eſa. 64. v. 9. Angelus *fœderis*, Malat. 3. v. 1. Inde regula : *Quoties Angelus in ſcriptura nominatur Iehovah, toties intelligendus eſt non Angelus aliquis creatus, ſed ipſiſſimus Dei Filius*, qui ſe hominibus manifeſtavit, quiq; geſtiit ab initio converſari & quaſi ludere cum hominibus, Prov. 8. v. 31.

Regerit ille, Angelum hunc vocari Angelum *Domini*, proinde non eſſe *ipſum Dominum*.

℞. N. C. dicitur enim *Iehovah*, v. 13. & *Angelus Iehova*. v. 20. quia à Iehova Patre *hypoſtaticè*

eſt

eſt diſtinctus; quemadmodum etiam eſt *Patris Angelus* ſive nuncius ad genus humanum. *Hunn.* ibid. & *Brochm.* par. 1. Syſtem Theol. p. 111

Verſ. 14. *Idcirco vocavit puteum, puteum viventis, videntis me: ecce inter Cades, & inter Bered.*

Obſerva in hoc textu (1.) *Hebraiſmum*: nam activū קָרָא, *vocavit* paſſivi ſignificationem aſſumit: *vocavit puteum iſtum*, h. e. *vocabitur puteus iſte* Man hieß ihn. (2.) *Ellipſin* verbi ſubſtantivi: *Ecce*, ſcil. *eſt*, Iun. in Not. ad h. l. p. 24. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. c. 23. m. 1. p. 301.

Verſ. 16. *Et Abram filius octoginta annorum & ſex annorum, in pariendo Hagar Iſmaelem ipſi Abrā.*

In verſu hoc recurrit (1.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Et Abram*, ſcil. *erat*. (2.) *Hebraiſmus*: nam בֵּן, *filius*, nomini temporis, שָׁנָה *anni*, appoſitus, idem eſt ac *Natus*. (3.) *Pleonaſmus*: vox enim, *annorum*, repetitur. (4.) *Enallage*: antecedens namq; ponitur pro relativo: cum pareret Hagar Iſmaelem *Abramo*, h. e. cum pareret *ipſi*. Ariæm. in Bibl. p. 12. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 13. p. 198.

Cap. XVII. verſ. 1. *Et fuit Abram filius nonaginta annorum & novem annorum: & viſus eſt Dominus ad Abram, & dixit ad eum: Ego Deus omnipotens, ambula coram me, & eſto perfectus.*

I. Habetur hic (1.) *Hebraiſmus*: vox enim בֵּן, *filius*, nomini temporis שָׁנָה *anni* addita, per, *natū eſſe*, exponitur. (2.) *Pleonaſmus*: nam vocabulum *anni* repetitur. (3.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Ego* ſcil. *ſum* Deus, & (4.) *Metaphora*: ſiquidem *ambulare* de *vita*, *actionibus*, *inſtitutis* uſurpatur: *Iun.* in Not. ad h. l. p. 25. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can 36. m. 3. p. 133. & lib. 5, tract. 1. cap. 12. p. 376.

II. Nomen אֱלֹהִים, in Scripturis *Deo vero* non tribuitur *honoris causa*: nam in hac Dei benedictione, Abrahamo factâ, oſtenditur *majeſtas Iehovæ*, nempè quòd ſit *Deus*, ipſe ſit *omnipotens*, &c. ſed ἁπλῶς in *numero ſingulari*, *Rabbini* regerunt, *Deum hic ſeparari à multitudine fictitiorum numinum, quo circa non potuiſſe uſurpari nomen plurale.*

℞. Separatio illa *propriè* fit in verbis Iehovæ (*Ego Deus omnipotens*) non in enarratione ejus, quod factum fuit (*Et apparuit Iehova Abramo*) Æquè enim & quidem admodum convenienter, ibi Moſes dicere potuiſſet: *Et apparuit Elohim Abramo*; ſi per numerum demonſtranda eſſet majeſtas Dei, ſicut Gen 35. verſ. 11. dicit: *Et dixit ei Elohim*. Ubi hoc pactum & hæc promiſſio Iacobo, non oratione purè *ſingulari*, ſed inſeritur nomen *plurale* ELOHIM. *Iac. Mart.* l. 1. de trib. Eloh. c. 3. n. 17. & 18.

III. *Celſus* apud Origenem l. 3. adverſ. Cels. pag. 156. contendit. *Deum poſſe injuſtè agere: quia omnipotens dicitur.*

℞. *Poſſe injuſtè agere*, nō eſt *omnipotentia*, quoniam hoc repugnat alicui perfectioni *ſimpliciter*: qui enim injuſtè agit, non poteſt eſſe ſumma iuſtitia. Proinde *omnipotentia* eſt potentia faciendi omnia, quæ nec in ſuo eſſe aut fieri contradictionem, nec in agente imperfectionem important. *Stahl* in diſp. Metaph. 6. theſ. 28. & 29.

IV. *Socinus* l. de Servat. cap. 11. part. 4. fol. 388. probare nititur, *fidei juſtificantis formam eſſe obedientiam, præceptis divinis præſtitam*; quòd *Abrahæ fides fuerit obedientia*: *Abrahæ enim dictæ fuerunt promiſſiones, ſed hac conditione, ut ambularet coram Deo, & eſſet perfectus, h. e. ipſi Deo, parere non recuſaret.*

℞. (1.) Fidem *juſtificantem* Abrahæ fuiſſe *obedientiam*, talem ſcilicet, *quâ certò ſtatuit, tum ſe, tum omnes homines alios in ſemine CHRISTO benedictum iri*, Gal. 3. verſ. 16. & 17. ultrò largimur; verùm *ſanctam Abrahæ vitam, eamq; mandatis divinis conformem, ipſam Abrahæ fidem juſtificantem fuiſſe*, non concedimus. (2.) Quanquam fidelis Abraham verè *teſtatus* eſt ſuam in DEUM obediendiam, ſanctimonia vitæ; attamen *hæc vitæ ſanctimonia* non eſt *forma* ſed *effectus* fidei, qua Abraham juſtificatus eſt coram Deo, *Rom.* 4. verſ. 1. & ſeqq. (3.) Verba hæc non continent *promiſſionem*, ſed *correctionem* qua Deus Abraham taxat, quod ex Agar juvencula ſemen gignere præſumeret, propterea quòd videbat effœtam eſſe Saram. Ipſum ergo ex viis Ethnicis in viam mandati ſui revocat, ut ambulet coram ſe, & ſit perfectus, h. e. ut in inchoata *fide* ne unquam vacillet, ex ſe & Sara omninò proditurum ſemen, utq; in *vitæ* ſanctioris moribus, tanquam veræ fidei in Deum & Meſſiam indubitatis *indiciis* proficiat.

Smalcius contr. Franz. f. 214. ſeq. regerit: *Si Deus Abrahamum his verbis reprehendit, cur peccatum Abrahamus prius non eſt confeſſus, quam Deus cum eo fœdus novum pangeret?*

℞. (1.) Nec peccatum ſuum priùs confeſſus eſt *Adam* & tamen vocatus (ùt hoc loco Abraham) taxatur & poſtea fœdere novo à Deo recipitur (2.) Abraham f. h. *ignorantia* hic peccavit, à Sara de multiplicatione Seminis ſeductus; ideòq; & procul dubio oravit: *Ab occultis munda me Domine*, Pſalm 19. verſ. 13. *Franz.* par 1. diſp. 7. in A. C. theſ. 21. ſeqq. & in Vindic diſp. 8. th. 6. *Brochm.* tom. 2. Syſt. Theol. p. 456. ſeqq. & 5088.

V. *Bellarminus* l. 4. de juſtif. c. 11. docet, *legem Dei in hac vita ab homine perfectè impleri poſſe*, eò quòd homo in hac vita poſſit eſſe *perfectus*, ceu h. l. *Abraham*.

℞. (1.) Teſtimonium hoc eſt Dei *præceptum*; *à præcepto* autem ad *poſſe* N. V. C. teſte ipſo *Bellarmino* l. 2. de lib. arb. c. 9. *in præceptione cognoſce, quid debeas habere*, Auguſt, in lib. de corrept. & grat. c. 3. (2.) Præcipitur etiam *non renatis*, ut ſeſe convertant, & legem Dei perfectè impleant; ſed hinc ad *poſſibilitatem Pontificiam* argumentari non licet, cùm dicta legalia non ideo proponatur in Scriptura, quaſi lex juſtificare aut vivificare poſſit hominem, *Gal.* 3. v. 21. quod omnino faceret, ſi perfectè adimpleretur. (3.) Etſiamſi renati ſummô conatu ad ſumam perfectionem *contendant*, non tamen eam in hac vita *aſſequuntur*, teſte *Apoſtolo*, Philipp. 2. v. 12. (4.) *Perfectio* accipitur biſariam: interdum opponitur obedientiæ *particulari*, & denotat omnimodum cunctisq; numeris abſolutam atq; conſumatam perfectionem; ut in verbis legis. Interdum opponitur obedientiæ *ſimulatæ*, notaq; cordis ſinceritatem, & ſerium ſtudium Deo obſequendi, ab omni hypochriſi alienum; quomodo CHRISTUS à diſcipulis ſuis requirit, ut ſint perfecti, *Matth.* 5. v. 45. *Illam* expectamus in ſeculo altero, 1. Corinth. 13. v. 10. *hanc* DEUS injungit Abrahamo. *Hunn.* tom. 3. oper. Lat. p. 1558. *Rung.* comm. in Geneſ. p. 479. & 483. *Giſen.* de Pap. diſp. 61. theſ. 48. ſeq. *Thumm.* Exerc. Theol. diſp. 7. p. 21 & 22.

VI. *Anonymus ille judaizans*, cujus memini in vindic. Geſt. 12 v. 3. probare allaborat, *Meſſiam Abrahæ promiſſum eſſe ſub conditione pietatis*, quæ h. l. extet.

℞. Iſta Dei oratio non eſt *conditionalis*; neq; enim dicit: *ſi ambulaveris coram me, & fueris perfectus, ponam pactum meum*, &c. ſed eſt *imperativa* non eſt *conditionalis*. Nam numeratur

tiva: Ambula coram me, &c. Oratio autem *imperativa* non est *conditionalis*. Nam numeratur προςτακτικὸς λόγος inter παθητικὰς affectum exprimentes quæ sunt orationes *non-enunciativa* & *non-logica*, conditionales verò ad Logicam pertinent *Iac. Mart.* l. 3. de trib. Elocut. c. 77. p. 384.

Vers. 2. *Ponamq; fœdus meum inter me & te.* &c.

I. *Martyr*, class. 1. l. L. Theol. loc. 16. §. 2. & seqq. contendit *unum tantum esse Testamentum, quoad substantiam*; quoniam non cum Israelitis primum, sed *cum Abrahamo jam antè fœdus suum DEUS iniit.*

℞. *Fœdus quod Deus iniit cum Abrahamo*, duas continet partes: *Prior* complectitur promissionem de multiplicatione posteritatis Abrahæ, & possessione terræ Chanaan; ad *hanc* referenda est solennis promulgatio decalogi, institutio Levitici Sacerdotij & legum forensium decreta: siquidem ubi est populi multitudo, & regionis inhabitatio, ibi necessaria est doctrina morum, constitutio politicæ & cultus divini. *Posterior* pars complectitur promissionem de semine illo benedicto, in quo benedicendæ sunt omnes gentes terræ, h. e. de Messia, ex posteritate Abrahæ nascituro; atq; *hæc* est *præcipua ac potior pars fœderis*, cum Abrahamo initi, quippe ad quam prior refertur: ideo enim promittitur multiplicatio seminis, & inhabitatio terræ Chanaan, ut certum esset Messiæ docentis, miracula edentis, & redemptionis opus perficientis hospitium Porrò *utraq; fœderis pars* Considerari potest dupliciter (1.) ratione *promulgationis*, (2.) ratione *impletionis*. Si consideraveris *tempus promulgationis*, illud fatemur esse *unum*, Gen. 12. vers. 1. seqq. Sin verò *tempus impletionis* consideraveris, manifestum est, *priorem partem* de multiplicatione posteritatis, & inhabitatione terræ Chanaan, impletam esse annis 430. post datam Abrahæ promissionem; cum Israelitæ multiplicarentur in Ægypto, & exactis 40. annis terram Chanaan postea occuparent: *Posterior pars* impleta est annis post editam promissionem 1938. post liberationem ex Ægypto & legis promulgationem 1508. (juxta Funccij computationem) nimirum CHRISTO in plenitudine temporis ex virgine nato, Gal 4. vers. 4. *Gerhard.* tom. 3. LL. CC. loc. 17. de Evang. §. 124.

II. Hebraismum quendam hic usurpatum, vide enodatum in vindic. Gen. 17. vers. 6.

Vers. 4. *Dixitq; et Deus: Ego ecce pactum meum tecum, erisq; in patrem multarum gentium.*

I. In textu hoc est (1.) *Ellipsis* verbi, אֶתְּנָה, *dabo*, ex versu 2. repetendi. *Ego ecce*, scil. *dabo* seu *ponam* 2. *Hebraismus*: nam verbum substantivum, הָיִיתָ, *eris* locô posterioris nominativi eleganter regit nomen cum præpositione לְ, in לְאַב *in patrem* h. e. *pater*, Rom. 4. vers. 17. (3.) *Enallage*: substantivum enim, הֲמוֹן, *multitudinis*, ponitur pro adjectivo *multarum* scil. *gentium*, Rom. 4. v. 18. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 8. p. 28. & tract. 3. can. 42. m. 2. p. 356.

Bellarminus l. 2. de Sacram. c. 16. probare nititur, *Sacramenta V. T. non fuisse instituta ad justificandum*, cùm promissiones illis annexæ, fuerit impletæ, etiamsi homines non crederent; exemplô *circumcisionis*, ut Abraham fieret pater multarum gentium.

℞. *Promissiones* possunt variè considerari: aliàs *proximè*, alias *remote*. *Proximè*, ea quæ pertinet ad ipsum proprie accipientem Sacramentum; ut in circumcisione non tantum justitia fidei, *Rom.* 4. v. 11. sed etiam Abraham respectu, multiplicatio seminis. *Remotè* autem ex quæ latius parent, & fundamenta sunt illarum; ut in omnibus promissi venturi Christi. Dico igitur, illas *prioris* ordinis non impleri sine fide: itaq; propterea in circumcisione nominatur disertè justitia fidei. Paulus autem docet, Abrahamum credidisse promissioni de semine, & quidem excellenter. *Reliquas* fateor impleri sine fide ejus, qui Sacramentum accipiat: sed quid tum? nam supersunt aliæ, quibus satisfieri queat argumento. Non enim verum, omnium promissionum implementum exigere fidem suscipientis signum; sed tantùm earum, quæ in ipso *suscipiente* debent impleri. *Cham.* tom. 4. Panstr. l. 3. c. 6. nu. 45. & 47.

Vers. 5. *Tu vocaberis Abraham: quia patrem multarum gentium constituit.*

I. Nota hic (1.) Etymologiam vocis, אַבְרָהָם, quæ componitur ex אָב *pater* רָם *excelsus*, & הָמוֹן, *multitudo*; quod etymon Deus ipso hoc loco tradit (2.) *Enallagen* tum substantivi, *multitudinis*, pro adjectivo, *multarum*; tum præteriti, נְתַתִּי, *dedi*, pro futuro, *dabo* seu *constituam* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 33. *Glass.* lib 3. Philol. Sacr. 1. can. 8. p. 28. & lib. 4. tract. 3. observ. 2. p. 762.

II. *Stapletonus* autumat, verba Christi, *Matth.* 16. vers. 18. *Et super hanc petram* referri ad priora, *Tu es Petrus*, rationemq; reddere, cur *Simon* vocatus sit *Petrus*; quomodo cum dixisset Deus, *Tu vocaberis Abraham*, causam subjungat: *quia patrem multarum gentium constitui te*; quæ verba *posteriora* respondeant *prioribus*.

℞. Exemplum hoc est *dissimile*: quia in eo disertè exprimitur pronomen Te quod in *illo Matthæi loco* abest. *Cham.* tom. 2. Panstr. l. 11. c. 3. §. 14. p. 195. & 196.

Vers. 6. *Et fructificari faciam te in valde valde, & dabo te in gentes, & Reges ex te egredientur.*

Hebraismus in hoc versu est: nam 1. adverbium, מְאֹד, *valde*, secum ipso conjunctum, *superlativum* notat: & priori voci *pleonasticè* additur præpositio בְּ, *in* בִּמְאֹד מְאֹד *valde valde*, h. e. *copiosissimè* quam plurimum. (2.) *Dabo te in gentes*, est pro, *Faciam, ut ex te multæ gentes nascantur*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 33. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 5. can. 2. m. 1. p. 433.

Vers. 7. *Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno; ut sim Deus tuus & seminis tui post te.*

I. *Beza* volum. 1. fol. 333. negat, *per Baptismū fieri primum ingressum in fœdus Dei & Ecclesiam*, quoniam *nec per circumcisionem Abraham cum posteris suis in fœdus Dei ingressus sit: iniit enim Dominus fœdus cum Abrahamo & tota ejus familia, priusquam circumcideretur.*

℞. (1) Beza ignorat elenchum: quæstio enim non est de *adultis*, sed de *infantibus*. Etenim *adulti* CHRISTO & Ecclesiæ primò inseruntur per *fidem*, ex auditu verbi conceptam, & hinc baptizantur, Rom. 10. v. 17. Act. 8. v. 36. & 37. At *infantibus* Baptismus est primus in fœdus Dei & Ecclesiam ingressus, quandoquidem per Baptismum primò Christum induunt, Gal. 3. vers. 27. (2.) Abrahamo quippe *adulto*, circumcisio non fuit primus in fœdus Dei & in Ecclesiam ingressus, sed σφραγὶς δικαιοσύνης, Rom. 4. v. 10. & 11. At circumcisio *posteritati tenellæ* Abrahami fuit primus in fœdus Dei & in Ecclesiam ingressus. Gen. 17. v. 7. & 14. (3.) Distinguendum est inter *jus rei promissæ*, & ejusdem

jusdem *applicationem efficacem*. Equidem infantes fidelium *jus* habent ad promiſſionem illam Dei, quòd licet illis inſcribi fœderi, nec aditu ejus prohiberi debent: inſcribuntur autem fœderi *per Sacramentum initiationis*, uti fit promiſſionis illius divinæ efficax applicatio. Act. 2. v. 38. & 39. *Hunn.* tom. 3. oper. Lat. p. 1559. *Eckhard.* in Faſc. controv. Calviniſt. c. 19. q. 13. *Brochm.* tom. 2. Syſtem. Theol. p. 2054. ſ. q.

II. *Zvvinglius* in Reſp. ad lib. Balth. Hubmejer. fol. 109. tom. 2. contendit. *infantes fidelium parentum ab utero matris ſanctos eſſe*, cùm Deus promiſerit, *ſe fore ſeminis etiam fidelium parentum Deum.* Exinde colligunt Anabaptiſtæ, *non indigere parvulos baptiſmo* Beza par 2. Quæſt & Reſp. p. 74 infert, *eosdem per baptiſmum non regenerari*: *Urſinus* vol. 1. oper. Theol. fol. 610. concludit, *infantes licet non habeant fidem, placere Deo propter fœdus Dei, cui incluſi ſint.*

℞. (1). Hæc fœderis forma non accipienda eſt *abſolutè*, ſequeretur enim etiam *impios Iſmaelitas*, omnesq; cæteros piorum Patriarcharum poſteros eſſe ſanctos, & Deo placere, propter illam fœderis formulam, quod abſurdum, ſed *determinate*, cum conditione *circumciſionis*, v. 10. & 14. & *fidei*, Gal. 3. v. 7. Genuinus ergo promiſſionis hujus uſus, atq; ſenſus, quô etiam à Chriſto Marc. 16. v. 16. accommodatur, eſt hic: 1. quòd per illam pateat acceſſus ad media, per quæ fiat inſitio in fœdus Dei; 2. quòd fructus illius promiſſionis poſſideatur, ſi propria fides obtineatur. (2.) Liberi ſanctorum non naſcuntur ſanctitati videlicet *ſanctitate*, quæ in interiori cordis munditie conſiſtat; nam in peccatis concipiuntur, *Pſal.* 51. v. 7. & natura ſunt filii iræ, *Epheſ.* 2. verſ. 3. ſed ſancti, *ubi circumciſi fuerunt*, non tam circumciſione *externa* corporis, quam circumciſione *cordis in ſpiritu*, Rom. 2. verſ. 28. & 29. (3.) Anabaptiſtas quod attinet, fortius illi hoc dicto urgentur, quam nos urgeant. Nam 1. Anabaptiſtæ in poſteris Abrahæ requirunt *abſolutum* cum Deo pactum ſine Sacramento: Deus autem loquitur de pacto, quod *Sacramento eſt annexũ*, v. 10. 2. Anabaptiſtæ *liberum* non modò, ſed & *inutile* & *damnoſum* contendunt Sacramentum pacto annexum, in infantibus: Deus verò *ſeparationem à pacto* in parvulis, *damnabilem* facit, v. 14. (4.) Beza & Urſinus contradicunt Apoſtolo, qui *Tit.* 3. v. 5. baptiſmum dicit eſſe *lavacrum regenerationis*: & Hebr. 11. v. 6. pronunciat, *impoſſibile eſſe, Deo placere ſine fide*. (5.) Aliud eſt, *pertinere ad fœdus DEI*, & aliud, *eſſe in fœdere*. Fidelium liberi ante Baptiſmum pertinent quidem *ad fœdus* Dei, ſed nō ſunt *in ipſo*; patent ipſis gratiæ & regni CHRISTI fores, ſed nondum per eas ſunt ingreſſi. *Giſen.* tom. 6. diſp. Gieſſ. 23. theſ. 60. & 61. *Grawer.* in Abſurd. Calvin. c. 4. p. 209. n. 54. *Eckard.* in faſc. controv. Calv. c. 19. q. 12. ad I. *Oſiand.* in Ench. Controv. Anabaptiſt. c. 2. q. 3. v. 35. ſeq. *Brochm.* tom 1. Syſt. Theol. p. 459. & tom. 2. pag 440.

III. *Sacramenta V. T fuiſſe inſtrumenta gratiæ divinæ & ſalutis æternæ* patet ex exemplo *circumciſionis*, in cujus inſtitutione Deus promiſit *ſe fore Deum eorum*, qui Sacramentum illud ſuſceperint: at phraſis illa, *Deum eſſe alicujus Deum*, denotat *peculiarem Dei amorem*, Matth. 22. v. 32. & Epheſ. 2. verſ. 12. Non poteſt autem tantus amor Dei non inferre remiſſionem peccatorum & ſalutem æternam.

Bellarminus l. 2. de Effect. Sacram. c. 17. excipit I. verbis illis *nec remiſſionem peccatorum, nec vitam æternam* promitti, ſed tantùm quandã *peculiarem protectionem*, qualis debetur populo peculiari.

℞. *Vaſquez.* in part. 3. Thom. diſp. 149. cap. 2. n. 15. Bellarmino diſerte contradicit, dum ait, *eo loco non tantum Deum promiſiſſe peculiarem curam & protectionem terrenæ felicitatis Abrahæ & ſeminis ejus ſed remiſſionem etiam peccatorum & vitam æternam*: idq; diducit ex *Hebr.* 11. v. 16. Nec hoc aliter eſſe poteſt: quia in Sacramento circumciſionis fuit verbum *juſtificatricis gratiæ & clementiæ divinæ* quod eſt potentia Dei ad ſalutem omni credenti, *Rom.* 1. verſ. 16. Quicunq; igitur *Circumciſioni* detrahunt virtutem *juſtificandi*, illi verbo *divinæ gratiæ* eandem impiè adimunt. Ac ſanè nimis malignè beneficia Dei reſtringet qui nihil niſi *temporalem* protectionem ſomniat. Nam certe Abraham primus in eo fœdere comprehenditur: Huic autem nihil niſi *temporale* promiſſum, quis credat? Imò negat Paulus, qui hanc circumciſionem ei fuiſſe *ſignaculum juſtitiæ fidei* denunciat, Rom. 4. verſ. 11.

2. *Ratione protectionis peculiaris Deum fuiſſe Deum & bonorum & malorum, modo eſſent de populo Iſrael; at ſi ſignificaretur remiſſio peccatorum, ipſum non fuiſſe Deum niſi juſtorum.*

℞. (1.) Deum *æque* futurum fuiſſe Deum bonum & malorum, falſum eſſe. *Paulus* enim negavit omnes natos ex Abrahamo, fuiſſe filios Abrahami *Rom.* 9. verſ. 7. (2) Protectio peculiaris redundat quidem aliqua ex parte in *malos*, qui ſunt intra Eccleſiam; ſed *amplius* aliquid in iſta promiſſione contineri, palam eſt, *Jerem.* 24. verſ. 7. c. 31. verſ. 33. & c. 32. verſ. 38. Ubi omnia illa, quæ ſpectant ad novum fœdus, eadem phraſi ſummatim explicantur. Deus enim eſt *Deus noſter* communicando nobis bonitatem beatificam: & nos ſumus *populus Dei*, fidem & obedientiam congruam ipſi præſtando. (3.) Non videt Sophiſta, poſſe idem incommodum obiici *Baptiſmo*, cujus tamen efficaciam non negat comprehendere & remiſſionem peccatorum & gratiæ collationem. Nam certè Deus non omnium baptizatorum æquè Deus eſt, quod in figura ſatis docet Paulus, 1. *Corinth.* 10. v. 5. certè, ſi non omnes baptizati æquè placent Deo; nec tamen *baptiſmi* effectus deſinit eſſe gratia: nihil obſtat, quò minus idem de *circumciſione* verum ſit, etſi etiamſi in circumciſis ſint quidam, ſint multi alieni à gratia Dei.

3. *Hæc verba non tam ſonare promiſſionem Dei, quam obligationem populi: idem enim eſſe: Ero Deus tuus & ſemini tuo; ac ſi dictum: Non habebis alium Deum quam me.*

℞. (1.) Verba fœderis continere *obligationem populi* potius, quàm *promiſſionem Dei* apertiſſime falſum; nam fœdus utrumq; comprehendit, & ut Deus ſit Iſraelitis Deus & Iſraelitæ ſint populus Dei. Et ita ſolet nominari in ſcripturis fœdus Dei, cum Deus ipſe quaſi obligat ſe hominibus, ut *Gen.* 9. verſ. 9. *Exod.* 6. v. 4. *Deut.* 4. v. 31. ſiquidem obligatio *reciproca* promiſſa continet. (2.) Etſi verba illa *propriè* ſignificarent *obligationem populi*, ut non haberet alium Deum; tamen hanc ipſam promiſſionem eo ipſo complecterentur: ut ex dictis conſtat. *Gerhard.* tom. 2. LL. CC. loc. 21. de ſacram §. 68. *Fevverb.* faſc. 2. Diſſert. Theol. diſp. 6. theſ. 49. 50. 51. p. 235. ſeq. *Cham.* tom. 4. Panſtr. l. 3. c. 3. nu. 5. qq. *Ameſ.* tom. 3. Bellarm. enerv. l. 1. c. 4. n. 9.

IV. *Remedium pro peccato originali in fœmellis V. T. & in infantibus, ante octavam diem mortuis*

pro

pro peccato originali fuit promissio fœderalis: *Ero Deus tuus & seminis tui post te:* sub hoc enim semine tam *fœmellæ* quam *infantes* comprehensi fuerunt, quorum Deus voluit esse Deus, ut æternum viverent, ceu *Christus* explicat, *Matth.* 22. v. 32. *Gretserus* in Coll. Rat. sess. 1. p. 43. 45. 47. regerit, *sine signo externo non fuisse emundatos infantes & fœmellas, promissionem autem illam ad medium restringit.*

℞. (1.) Promissio illa fœderalis *omnes* Abrahæ posteros attinet, hoc tamen discrimine, ut promissionis *applicatio*, boniq; promissi *collatio*, non nisi *mediata* sit quoad eos, qui *Sacramenti Circumcisionis potuerunt esse participes*, ut pueri octavum diem attingentes, Gen. 17. v. 12. *immediata* autem quoad reliquos, qui vel *necessitatis causa* ut puerulli ante octavam diem mortui, à Sacramento illo excluduntur; vel *nulla lege* ad id à Deo adstringuntur, ut fœmellæ. (2.) Deus in *necessitatis* casu, *immediata* sua virtute in puerulis & fœmellis operatus est regenerationem: & Sacramentis suam gratiam non ita alligavit, ut extra ulla non possit aut velit ferre opem, in casu *necessitatis*, nulla hominum negligentia accersitæ, sed divinitus immissæ. Exemplum hujus rei habemus in *filiolo Davidis* 2. Sam. 12. v. 18. & 23. itemq; *latrone in cruce*, Luc. 23. v. 43. quorum *ille* sine circumcisione, *hic* absq; baptismo est salvatus. Et quid de his, qui vixerunt *ante* datam Circumcisionem? illi enim non habuerunt *Sacramentum* aliquod, quo fuerint emundati à peccato Originis, nisi promissionem de semine mulieris, caput serpentis contrituro, *Gen.* 3. v. 15. Pari ratione post institutam Circumcisionem pueri, ante octavam diem morientes, & fœmelæ, ante annos discretionis hinc discedentes, nullum habuerunt *externum* remedium aliud, præter promissionem illam fœderalem, *merito CHRISTI suffultam* aliàs enim *vestigium* saltem extaret, sive in sacra scriptura, sive in Thalmud, vel aliis libris Orthodoxæ vetustatis. Itaq; *Vasques* in 3. Thom. q. 61. art. 1. contendit *solâ parentum fide* fuisse tum temporis servatos *infantes*. non ullô institutô remediô. (3.) Licet aliud aliquod *remedium* fœmellæ V. T. habuissent, ignorari tamen illud à nobis citra ullum fidei & salutis dispendium potest. *Wigand.* de Sacram. p. 56. *Hunn.* in colloq. Ratisb. sess. 1. p. 42. seqq. & sess. 2. p. 50. *Meisner.* in Anthrop. sacr. dec. 1. disp. 7. q. 1. thes. 15. *Eckard.* in Pandect. controv. Papist. par. 1. c. 1. q. 14. ad t. p. 96. *Fevverborn* fasc. 2. disp. 7. thes. 55. & 56.

Vers. 8. *Daboq; tibi & semini tuo terram peregrinationis tuæ, & omnem terram Chanaan in possessionem sempiternam.*

I. *Synecdoche* hîc est: tum quia *semen* pro *posteris* sumitur; tum quia עוֹלָם, *perpetuum*, notat *tempus bene longum*, nim. quamdiu politia Mosaica futura est, ad adventum usq; Messiæ, *Gen.* 49. v. 10. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 16. p. 458.

II. Trinam contradictionem *apparentem*, circa h. l. occurrentem. vid. in Vind. *Gen.* 13. v. 15. conciliatam.

III. *Bellarminus* l. 2. de Sacram. c. 16. negat *Circumcisioni fuisse annexam promissionem de remissione peccatorum, & vita æterna, adeoq; institutam esse ad justificandum*; cum Deus promiserit Abrahamo, quando illi injunxit Circumcisionem, *terrena tantum*, terrâm Palæstinæ possidendam.

℞. *Solam* promissionem *terrenam*, in Circumcisionis institutione, Abrahæ ejusq; posteris datam esse, falsum est. Nam (1.) promissio *terræ Chanaan* figura erat promissæ *æternæ patriæ in cœlis*; sic itaq; hæc *corporalis* promissio suô modo *spirituale* bonum pollicebatur. (2.) Circumcisio maximè omnium annexam habet promissionem principalem illam de *Gratuito Dei favore: Ero* DEUS tuus & seminis tui post te, v. 7. eamq; hoc loco, a Deo repetitam: *Eroq; Deus eorum*. (3.) Legimus apud Apostolum Paulum, *Galat.* 3. vers. 8. benedictionem illam, quæ promittebatur Abrahamo, fuisse planè eandem cum illa, quâ jam fideles ex Gentibus justificarentur. *Hunn.* tom. 1. oper. Lat. p. 985. *Ames.* tom. 3. Bellarm. enerv. l. 1. c. 4. n. 9.

Vers. 10. *Hoc est pactum meum, quod observabitis inter me & vos, & semen tuum post te: Circumcidetur ex vobis omne Masculinum.*

I. *Tossanus* in Notis Biblicis ad h. l. docet, *copulam EST in verbis Cœnæ metonymicè accipi pro significat*, cùm in hac locutione Sacramentali V. T. *Circumcisio est fœdus sive pactum*, τὸ EST accipiatur quoq; pro τῷ SIGNIFICAT.

℞. (1) Vox *pacti* seu *fœderis* hic non μετωνυμικῶς pro *signo pacti* usurpatur, sed *propriè*, pro tota actione Sacramentali: *verè* enim Circumcisio erat pactum: quod Abraham & posteritas ejus observare tenebantur ex sua parte, sicut verba Domini expressè habent. Proinde culpam *hic accipi* oportet ὑπερβολικῶς, eò quòd masculus, Circumcisionem negligens, *ipsum fœdus Dei* neglexisse & contemtui habuisse dicitur, v. 14. (2.) Ut maximè *fœdus* hic acciperetur pro *signo fœderis*; non tamen sequitur, propterea in S. cœna eandem rationem esse, ut *corpus* pro *signo corporis*, vel juxta Zvvinglium, EST pro SIGNIFICAT, sit accipiendum. *Paræus* libr. de sent. liter. & verb. Cœnæ p. 141. excipit I. nihilominus manere saltem respectu *Ceremoniæ*, Circumcisionem esse fœdus *sacramentaliter*. nam à *Ceremonia externa* totam *Circumcisionem* denominari.

℞. (1.) Adversarius petit principium siquidem de *sola ceremonia externa* fœdus prædicari nequit. (2.) Quod verò addit, à *Ceremonia externa totam Circumcisionem denominari*, nihil ad rem facit: nihilominus enim vox, *Circumcisio*, totam Sacramenti actionem, videlicet *amputationem pelliculæ mandatum & promissionem Dei adjunctam* significare potest in *subjecto*, de qua actione *propriè* fœdus, tanquam *genus de specie* prædicatur.

2. *Circumcisionem* hoc loco non *complexè* intelligi, quia Deus *expresse* loquatur de *externa ceremonia amputandi præputii*, de qua fœdus prædicetur, non certè *propriè*, sed *figuratè*.

℞. (1.) Nego hîc *solam amputationem præputii* notari quandoquidem *mandatum Dei*, *promissionem ejusdem includens*, & *amputatio pelliculæ* conjunguntur, tanquam *partes essentiales Circumcisionis*. (2.) Ut largiar, quòd Deus hoc v. 10. *expressè* de *externa ceremonia amputandi præputii* loquatur, nondum tamen sequitur, quòd *tantùm* de illa loquatur, & non *simul* mandatum & institutionẽ hujus Sacramenti notat. Quæ enim ratio consequentiæ: Loquitur, de *externa ceremonia expresse*, ergo *tantùm* de ea? Nulla. (3.) Si maximè concederem, voce *Circumcisionis* hic notari *solam externam pelliculæ amputationem*, non tamen obtineret Paræus fictitiam suam *metonymicam* prædicationem: siquidem tropus non esset in *prædicato*, fœdus, sed in subjecto, Circumcisio; nempe Synecdoche partim pro *toto*, pars Sacramentalis actionis, nimirum *externa pelliculæ amputatio*, pro *tota Sacramentali actione*, quæ *non significat*, sed *est ipsum fœdus*; id quod clarius elucebit, si v. 7. 10. 11. & 13. inter se conferantur. *Hutter.* in LL. Theol. p. 702. seq. Eckhard. in fasc. controv. Calvin. cap. 10. q. 13. obj. 1. p. 524. seq. *Grawer.* in Propugnac. Anti-

Par. pag. 6-11. *Wincklem*. tom. 7. Giess. disp. 17. thes. 1. seq. p. 426.

II. *Socinians* contr. Franz. fol. 216. contendit, *in fœdere Circumci[...] non fuisse inclusum Messiam, fidemq; in eum, cùm nulla ipsius fiat mentio in illo fœdere.*

R. *Gen.* 12. vers. [...]c. 13. vers. 15. v. 5. fit *expressa* mentio *seminis*, in quo sint benedicendæ omnes; *Gen.* 17. v. 8. *implicita* Franz. in vind. disp. 8. th. 8.

III. Pontificii disputant, *quosdam non Baptizatos* (credentes tamen in CHRISTUM) *haud pertinere ad Ecclesiam Catholicam*; eò quòd *per Baptismum assumamur in Ecclesiam*, sicut *judæi per Circumcisio[...] fœdus Dei & in Ecclesiam fuerint assumti.*

R. *Abrahamus* fuit in Ecclesia, & justificatus est ante Circumcisionem tanquam *fidelium* justitiæ fidei. (2.) *Adulti* circumcidi non debuerant, nisi qui jam erant de Ecclesia, Gen 17. v. 12. *infantes* autem circumcidi debuerunt, ut fœderi Dei & Ecclesiæ inser[...]entur, v. 14. (3.) Circumcisio in adultis credentibus non *facit fœdus* cum De[...], sed *fœdus* [...]*gnat*. De *Baptismo* idem est judicium. *Alsted*. tom. 5. anstr Cham. l. 1. c. 7. n. 6.

Vers. 11. *Circumcidetis carnem præputii vestri, ut sit in signum fœderis inter me & vos.*

I. *Zvvinglius* in tract. de Bapt. fol. 63. negat, *Sacramentum conferre gratiam Dei, nec ipsas res exhibere, sed tantùm esse rerum signa*; quoniam *Circumcisio* dicatur *signum fœderis*. Ex hoc ulterius, in *subsid*. fol. 254. infert, *copulam EST in propositionibus Sacramentalibus posse sustinere tropum & metonymicè accipi pro SIGNIFICAT.*

R. Moses expressè hic agit de *parte solùm actionis Sacramentalis*, nempè de *externa pellicula amputatione*, quæ non est *ipsum fœdus* DEI, sed *signum fœderis* DEI; non quidem *metonymicè*, quasi *tantùm significet* fœdus DEI: neq; enim hic signi vox respondet *significationi*, sed *obsignationi*. Nam vox Hebræa [...], quæ hic ponitur, significat *testimonium & signaculum ipsius pacti divini* Ideoq; Paulus vocem [...] suspicione *metonymia* liberans, reddit per [...], appellans *signaculum* justitiæ fidei, [...] *[...]naculum* fœderis Dei Rom. 4. vers. 11. Eth[...] sensu *Circumcisio* dicitur *signum fœderis*, quia *efficaciter obsignat fœdus*; quo modo cætera etiam Sacramenta dici possunt *signa* Sed *inquiunt* nonnulli [...] Zvvinglii sectatoribus: *Atqui circumcisio multa significabat etiam, ut naturam humanam esse depravatam ìne Originis; significabat spiritualem cordis circumcisionem, &c.*

R. Ista non subl[...]vant dogma Sacramentari[...]m, quod omn[...] Sacramenta sint [...]*gnate*, & non, [...] ut verba Dei jacen[...] & sonant, intelligenda; & quòd *signum* pro *re signata*, & quidem non *præsente*, sed *absente* ponatur. Manet autem in Circumcisione hoc fixum & immotum, verba DEI, prout sonant, *plane & simpliciter* intelligenda. Deinde manet & hoc, unum aliquem *princ[...]lem* finem in qu[...]bet Sacramento esse, qu[...]m quidem Deus ipse n[...] s[...]or[...]ratio[...]exprimit; esse verò alios etiam, *subordinatos* fines, [...]*epal m* illum sequentes: verum illi nequaquam [...]vertere debent verba Sacramentorum de causa *materiali & formali*, in tropos, in figuras rerum absentium, contra manifestum [...]um ve borum Dei, quibus ea Sacrame[...] [...] sunt. [...] de Sacramentar. p. 8[...]. [...] at. p. 1121. *Grauver.* in Al[...] d. [...] c. [...] p. 144. & 145. *Eckard.* in [...] c. 18. q. 3. ad 1. & cap. 29. [...]

II. [...] cap. 20. disputat, *Sacramenta quædam* (velut Baptismum, Confirmationem, & Ordinem) *imprimere characterem in anima indelebilem*; & quidem id probare nititur de *Baptismo*, exemplò *Circumcisionis*, *quare liquerit in corpore quoddam cauterium, quo discernebantur judæi a non-judæis*: hoc autem *Cauterium* significasse *Characterem*, quem in anima gerant *Christiani*, quo discernerentur in æternum à non-Christianis.

R. (1.) *Biel*, l. 4. sent. dist. 6. q. 2. statuit, *Characterem illum* ex S. Scriptura probari non posse: qui igitur Bellarminus ipsum ex[...] probare conatur? (2.) *Bellarminus* l. 2. de sacram. cap. 19. negat, *Circumcisionem* vel ullum Sacramentum V. T. impressisse characterem in anim[...]: quô ergo sine *Circumcisionem*, ad characterem probandum, adducit? (3.) Idem circa finem cap. 20. d. l. dicit, multos cum charactere damnari, & viciſsim multos absq; charactere salvari: judicet ipse an character [...] Papisticus sit *vera & infallibilis* tessera, quâ Christiani à non-Christianis in æternum discernantur. Sequeretur enim, multos salvari, qui tamen verè [...] Christiani non sint. (4.) Probari non potest, *cauterium* illud significasse *characterem*, quem in anima gerant Christiani. (5.) Si cauterium illud figura fuit characteris, ergo sicut cauterium fuit in *corpore*, character etiam in *corpore* erit. (6.) Hoc certum est relictum esse *signum*, quo discernerentur judæi à Gentibus, non autem *characterem Sacramentalem*. (7.) Concedunt omnes, omnia, imò singula *Sacramenta* esse [...]s[...]res, quibus distinguantur Christiani a non-Christianis: cur non ergo satis sit, si dicamus, Circumcisionis illô cauteriô significatum, *Baptismo* distinctum iri Christianos à non-Christianis? Atqui hæc ad characterem imprimendum nihil faciunt. *Eckard*. in Pandect. controv. Papist. cap. 29. q. 6. ad 2. *Cham*. t. [...] m. 4. Panstr. l. 2. c. 13. n. 8. & seqq.

Vers. 12. *Et filius octo dierum circumcidetur vobis omnibus masculus in generationes vestras, natus domùs, & acquisitus argento, ab omni filio [...]gena, qui non de semine tuo ipse.*

In ve[...] hoc Moses utitur (1.) *Enallage*, tum quia adjectivum numerale, שְׁמֹנַת, *octonarius*, substantivi fere naturam adsumit, & *octo* vertitur; tum quia abstractum, מִקְנַת, *acquisitio*, ponitur pro concreto, *acquisitus* argento, (2.) *Hebraismo*: *In generationes vestras*, h. e. *temporibus vestris*. (3) *Synecdoche*: *semen* enim est pro *posteritate*. (4.) *Ellipsi* verbi substantivi: *Qui non ipse*, scil. *est* vel *erit*. Arıæm. in Bibl. p. 13. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 34. *Jun.* 3. in Not. ad eund. loc. p. 25. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 33. p. 121.

Vers. 13. *Circumcidendo circumcidetur natus domûs tuæ, & acquisitus argenti tui, & erit fœdus meum in carne vestra in pactum seculi.*

I. Recurrit jam (1.) *Hebraismus*: *Circumcidendo* circumcidetur, h. e. omnino circumcidetur. (2.) *Enallage* abstracti pro concreto: *Acquisitio argenti*, i. e. *acquisitus* sive *emptus argento*. (3.) *Synecdoche*: caro enim pro *pube* est, & עוֹלָם *perpetuum*, *tempus* bene *longum* notat. *Ariam.* Bibl. p. 13. *Jun.* in Bibl. ad h. l. p. 25. *Glass.* lib. 1. Philol. Sacr. tract. 3. sect. 8. p. 307. & lib. 5. tract. 1. cap. 16. p. 458. & cap. 17. p. 460.

II. *Judæi* [...]utumant *Circumcisionem etiamnum hodie durare oportere*, cum *fœdus* sit *æternum*.

R. Hoc potest dupliciter intelligi: (1.) de *ipso gratiæ fœdere*, in Circumcisione initô; atq; id nunquam in æternum fit irritum: (2.) de *Circumcisionis tessera* atq; sic ea in *æternum*, [...] e. *tempore diuturno*, durare debuit, quamdiu scil. *Vetus T. stamentum*

mentum duraturum erat. Nam Deus ipse Iudæis novum promisit fœdus, *Ierem.* 31. vers. 31. dicendo autem novum antiquavit prius, *Heb.* 8. v. 13. Ita V. G. Levit. 23. vers. 14. c. 24. v. 3. de *sacrificiis Leviticis* habetur ritum illorum debere observari *in æternum*: ac nihilominus *Ierem.* 3. v. 16. & *Daniel* 9. v. 27. eadem CHRISTI tempore abrogatum iri, clarissimè testantur. Nequaquam igitur vox *æternitatis* illic posita *infinitam Circumcisionis in populo Dei durationem* denotat: aliàs in *alterius quoq; vitæ seculo* circumcidendi forent homines, quod absurdissimum est. *Hunn.* tom. 5. oper. Lat. p. 307. n. 4. & seqq. *Rung.* in Comm. Gen. p. 491. seq.

Vers. 14. *Masculus, cujus præputii caro circumcisa non fuerit, & delebitur anima illa de populo suo, pactum meum irritum fecit.*

I. Reperitur hic (1.) *Pleonasmus*: nam Et ante verbum, *delebitur*, redundat, nisi conjunctionem illam per *utiq;* exponas. (2.) *Synecdoche* partis pro toto *anima* enim pro *homine* est. (3.) *Ellipsis* conjunctionis causalis כי, *Quia* delebitur, quia pactum, &c. *Arias* in Bibl. p. 13. *Vatabl.* in annot. ad h. l. p. 34. *Glass.* lib. 3. Philol Sacr. tract. 1. c. 17. p. 459.

II. Moses *contradicere* videtur I. concilio Apostolico: *ille* enim docet, Circumcisionem esse observandam; *hoc* verò pronunciat, Circumcisionem non esse observandam, Act. 15. v. 24. & 28.

℞. CHRISTUS se arbitrum constituit, & pugnantes Scripturæ allatæ locos concordat, *Matth.* 11. v. 13. *Lex & prophetæ usq; ad Iohannem.* Igitur Circumcisio valuit in V. T. abrogata autem fuit in N. T. Et hic obtinet regula Augustini: *Distingue tempora, & concordabit* scriptura *Gerhard.* tom. 1. LL. CC. loc. 2. de Interpr. Script. §. 189. *Dannhavv.* in Ide. bon. disput. sect. 2. c. 1. art. 7. §. 23 p. 181.

2. Exemplo *infantum Israëlitarum*, decursu 40. annorum sine Circumcisione permanentium, citra tamen animæ periculum, *Iosu.* 5. vers. 6. & 7.

℞. *Connivere* potuit Dominus ad intermissionem Sacramenti, donec peregrinationis & exilii illius esset finis: continuæ enim profectiones id impediebant, quas circumcisio, quæ magnum adferebat dolorem & corporis languorem retardasset. *Walther.* in harm. script. §. 157. p. 217.

III. *Augustinus* lib. 16. de Civit. Dei, cap. 27. & *Beda* in c. 2. Luc. pro *salvifico Circumcisionis remedio*, argumentum ducunt ex divina comminatione contemtui hujus Sacramenti opposita: *Quod si namq; Circumcisionis contemtores à consortio Ecclesiæ & spe salutis æternæ excluduntur: necesse est, ut illa sit medium, per quod in communionem Sanctorum & hæreditatem vitæ æternæ circumcisi asciscantur.* *Bellarminus* l. 2. de Effect. Sacram. c. 17. excipit: I. cōminationē illam de *adultis solū* intelligendā esse.

℞. *Suarez.* de Sacram. sect. 1. disp. 5. art 3. q. 61. docet, non tantum de *adulto* sermonem de prædictis verbis, sed & de *infante octo dierum*; tum quia verba scripturæ *indefinita* sunt, & æquivalent *universali* locutioni: tum quia contrarium asserit v. 12.

Infantes octo dierum circumcidetur in vobis; & v. 14. *Masculus* (qui præceptus erat circumcidi, sive infans, sive adultus) *si non circumcidatur*, &c. *idem masculus periturus dicitur*; &c.

2. *Non magis sequi, circumcisionem justificare, quam quodcunq; legis præceptum, cum millies Deus minetur mortem non servantibus præcepta.*

℞. DEUS æquè gravem addidit cōminationem neglectæ *Circumcisionis* quàm *Baptismo* contemto, *Iohann.* 3. v. 5. Ergo uti de Baptismo N. T. negari non potest cum esse medium receptionis in fœdus Dei & æternæ salutis; ita nec de Circumcisione id. ipsum inficiari licet.

3. *Circumcisionem fuisse solummodo præceptum quoddam Ceremoniale id quod vero haud justificet.*

℞. Imò vero Circumcisio fuit *Sacramentum*, à reliquis *figuris legalibus* distinctum; quod testatur promissio ei addita, *Gen.* 17. v. 7. Repetimus ergò denuò collationem *Circumcisionis*, & *Baptismi*: Quemadmodum cōminatio, addita *Baptismo*, non evincit Baptismum esse præceptum quoddam legale *propriè* dictum; ita comminatio, *Circumcisioni* addita, ibidem non evincit, Circumcisionem esse præceptum quoddam legale.

4. Ab iis verbis: *Quia pactum meum irritum fecit*; peccatum *actuale* significari: non autem *Originale* in transgressione hujus præcepti de circumcisione, cujus soli *adulti* sint capaces.

℞. (1.) Peccatū *actuale* designari nō verò *originale*, nō videtur rectè dici: quia utrumq; complectendū fuit; nā circumcidebantur & infantes & adulti. (2.) Potius ipse *defectus* Circumcisionis designatur, nimirum, quia hoc ipso, quòd non circumcisa sit caro præputii, violatum sit hoc pactum. Neq; enim necesse est, phrasin Hebræam reddi *active*, sed *passivè*, alioquin sulca futura oratione. Nam in toto illo contextu ne verbū quidem de *circumcidente*, id est, eô, qui præputium altori, sive infanti sive adulto, præcideret; sed semper *passivè*, de *circumciso*. Facilis sanè sensus, *eum periturum, qui non sit circumcisus*: quandoquidem *pactum illud Circumcisionis factū sit irritum*; nempe quo Deus admittebat singulos peccatores, sive tantùm *originaliter*, sive etiam *actualiter* tales, in suum populum.

5. verba hæc: *Delebitur anima illa de populo suo*; non significare mortem *æternam* aut *Gehennam*, sed pœnam aliquam *temporalem*, sive mortem *corporalē* sive quandā quasi *excommunicationem*. Non enim dictum absolutè: *Peribit*; sed additum: *De populo suo*; quam pœnam poni passim contra omnes, qui aliquam *ceremoniam* omisissent.

℞. (1.) Deletio hæc animæ de populo complectitur *æternam* pœnam: nam transgressoribus pacti divini & contemtoribus Sacramentorum non *temporalis* solùm, sed & *æterna* pœna constituta est. Quasi verò *exclusio ex populo Dei* non simul inferat & connotet exclusionem à *salute æterna*: extra Ecclesiam enim non est salus. Quare sensus est, illum exterminandum de populo suo, ut nulla pars esset ejus populi, qui pertinebat ad Deum. (2.) Si genus quoddam *excommunicationis* deletione illa denotatur, ergo non tantum mors *corporalis*, nisi insanè abutatur Sophista vocabulo *excommunicationis*: nam qui excomunicatur ab ecclesia Christiana, *æternum* privatur omnibus privilegiis, (3.) Denunciari eandem pœnam aliis, alias *ceremonias* omittentibus, non est quòd quisquam neget. Verum, quid inde conficitur? neq; enim Bellarminus negare potest, in iis ceremoniis omittendis peccatum esse adversus Deum, ac proinde meritū æternæ damnationis. Ergo si circumcisio, ex ipsius hypothesi est præceptum ceremoniale; Utiq; etiam cōminatio illi addita *æternam* pœnam continebit. Hinc propter Sacramenti hujus carentiam, Ethnici & illorum liberi à Testamento Dei alieni esse dicuntur, *Ephes.* 2. v. 12. *Gerhard.* tom. 4. LL. CC. loc. 21. de Sacram. §. 65. & 66. *Thumm.* in Disquis. Theol. de Sacram. in gen. p. 30. seq. *Fevverborn.* fasc. 2. disp. 7. thes. 61. *Cham.* tom. 4. Panstr. l. 3. c. 3. n. 17. seqq.

IV. Pro *necessitate Baptismi* adstruenda urgemus *necessitatem Circumcisionis*, quæ tanta fuit, ut qui nō circumcidebatur, è populo Dei exscinderetur, iuxta hanc Dei comminationem.

Scharpius in Curs. Theol. p. 125 regerit: I.

Spiritum Dei loqui de *non circumciſis octavo die per neglectum vel contemtum Circumciſionis*, non autem de *infantibus morientibus ante octavum diem.*

℞. Hæc reſponſio dupliciter non ſine ἀπροσδιόνυσον eſt: *uno*, quia damus ipſi, non *abſolute* abſentiã ſeu *contemtum* Baptiſmi damnare; *alterò*, quia circumciſio illos non obligabat infantes, qui *nondum nati erant dies octo*: quarè qui ante diem octavum obibant non circumciſi, his non poterat obeſſe circumciſionis carentia; nam ubi nulla lex, ibi nulla prævaricatio, *Rom.* 4. verſ. 15.

2. Phraſi Moſaica, *exſcindi è populo Dei*: non ſignificari *damnationem*. ℞. Quam fallatur ſuâ interpretatione adverſarius, diximus & docuimus memb. præced. 2. except. 5. *Brochm.* tom. 2. Syſtem. Theol. p. 2051.

V. *Alphonſus de Caſtro*, loc. de Baptiſm. hæreſ. 9. negat, *parvulum judæum, ante octavum diem mortuum, potuiſſe ſalvari*: quia *non-circumciſus fuerit delendus à populo Dei*, hoc eſt, *in libro viventium non ſcribendus, nec connumerandus in populo Dei.*

℞. (1.) *Biel.* in 4. Sent. diſtinct. 1. q. 4. art. 2. concluſ. 1. ſcribit Circumciſionem fuiſſe maſculis de domo Abrahæ neceſſariam ad ſalutem, *niſi excuſaret impoſſibilitas*, aut *diſpenſatio Dei ſpecialis*. (2.) Illa legis pars: *Maſculus cujus præputii caro*, &c. intelligenda eſt ex *tota* lege. Erat autem prius dictũ: *Infans octo dierum circumcidetur in vobis.* Itaq; ſubintelligenda eadem temporis circumſtantia, repetita ex ſuperioribus. Quarè *privatio* Circumciſionis non potuit eſſe fraudi infantibus ante octavum diem mortuis, quia aliàs periiſſent infantes *Iſraelitici*, à Pharaone ante octavum diem in profluentem conjecti. *Exod.* 1. v. 22. periiſſent infantes, qui *in deſerto*, decurſu 40. iſtorum annorum nati fuerant & denati, *Joſu* 5. v. 5. & 7. periiſſent infantes *ab Antiocho* ante ſuſceptam Circumciſionem occiſi. 1. *Maccab.* 1. v. 51. & 64. periiſſent infantes *Bethlehemitici*, à Satellitibus Herodis, nondum accepta circumciſione, crudeliter obtruncati, *Matth.* 2. v. 16. quæ abſurda ſunt. (3.) Regula hæc eſt, quæ *extra neceſſitatis caſum* non erat negligenda. Itaq; ſi quis propriam ſuam circumciſionem *ex contemtu ordinationis divinæ* prætermiſiſſet, citra controverſiam ad eum pertinuiſſet comminatio illa divina; haud aliter ac *Baptiſmi contemtus proprius* ſempiterni exitii pœnam trahit comitem. At qui aliqua *neceſſitate* ſunc arcebantur, excuſati erant: ſiquidem prætermiſſio illa Sacramenti non ex *contemtu* oriebatur, ſed ex *inevitabili neceſſitate*, *Hunn.* tom. 1. oper. Lat. p. 987. *Chem.* tom 4. Panſtr. l. 5. c. 10. n. 29. 30. 31. *Brochm.* tom. 2. Syſt. Theol. p. 1082.

VI. *Puccius* in lib. de Chriſti Servat. efficacit. in omn. & ſingul. homin. &c. contendit, *neminem dãnatum iri, niſi qui ſua malitia ſibi pœnas æternas attrahat*: tum quod *nemo niſi fœdifragus è populo Dei deleri debuerit*; tum quòd *fœdifragi prius in fœdere Dei fuerint ſcripti.*

℞. (1.) Non *ſimpliciter* negamus, neminem dãnatum iri, niſi qui ſua *malitia*, i. e. *incredulitate*, ſibi pœnas æternas attrahat. (2.) Cum verò Autor ille ex circumciſionis in fœdifragas inſtituto *excluſive* infert neminem niſi hunc periturum: tam inſcite facit, quam ſi ex eo, quod homicidæ damnantur morte, concluderet, non ergo legitimè damnari adulteros, & id genus alia. At hominem illum ſcire oportuit, irritam a *ſpecie* una ad *alteram* eſſe argumentationem. (3.) Falſum eſt, quod dicantur contemtores Circumciſionis *delendi* è libro. *Exſcindetur*, inquit Deus, homo ille è populis ſuis. Aliud autem eſt è libro *delere*, aliud *exſcindi*: … tamen Ratio. … hic … *delendi* verbo … …

fuiſſe in eo ſcriptos, ſervata nimirum propria ſignificatione verbi, *delendi*, & intellecto *libro vitæ.* Non omnes enim, qui ſcripti ſunt in *libro communi populi Dei*, iisdem ſcripti ſunt in libro *ſingulari vitæ æternæ*. *Jun.* tom. 2. oper. Theol. p. 325. ſeq.

Verſ. 15. *Et dixit Deus ad Abraham Sarai uxoris tuæ non vocabis nomen ejus Sarai, quia nomen ejus Sarah.*

Nota hic (1.) Ὀνοματοθεσίαν: nomen enim *Sarai* in *Sarah* mutatur, addita eadem litera ה, quæ nomini *Abrahami* acceſſit, ut idem eſſet utrobiq; earundem promiſſionum ſymbolum. 2. *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Nomen ejus* ſcil. *eſt* Ariæm. in Bibl. p. 13. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 25. *Glaſſ.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 3 obſerv. 14. m. 1. p. 833.

Verſ. 16. *Et benedicam ei, & etiam dabo ex ea tibi filium, & benedicam ei & erit in gentes*, &c.

Hebraiſmus huc redit: *Erit in gentes*, h. e. *erit mater multarum gentium* vel *ex ea naſcentur gentes multæ*. Vatabl in Annot. ad h. l. p. 34.

Verſ. 17. *Abraham riſit in corde ſuo, dicens: Putas-ne, filio centenario naſcetur? & Sarah filia nonagenaria pariet?*

I. In Hebræo eſt (1.) *Metonymia* adjuncti pro ſubjecto. *videre* enim ponitur pro *lætari*, cujus ſignum *riſus* eſt; unde *Onkelos* illud verbum, *riſit*, interpretatur, *gaviſus eſt*. (2.) *Idiotiſmus*: nam nomen, בן & בת, nomini temporis additum, per *natum eſſe*, exponitur *Filius centum annorum*, i. e natus centũ annos; & *filia nonaginta annorum*, h. e. *nata nonaginta annos*. (3.) *Ellipſis*, tum quia poſt verbum, *naſcetur*, ſubintelligitur *proles*; tum quia verbo, *pariet*, ſimiliter ſubdi debet vox, *prolem*, Gen. 3. v. 16. *Ariam.* in Bibl. p. 13. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 25. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 4. p. 70.

II. Moſes Paulo *contradicere* videtur: *ille* enim recenſet, *Abrahamum hæſitaſſe per diffidentiam*, dum riſit Deum, promittentem filium Iſaacum ex Sara generandum; hic verò teſtatur: *Abrahamum non dubitaſſe propter emortuum ſuum & Saræ corpus*, &c. Rom. 4. v. 19. … 21.

℞. Hæc Abrahæ verba non ſunt *hæſitantis* aut *dubitantis*, ſed *admirantis* & *exultantis*: ſiquidem promiſſæ rei inſolitæ magnitudine quaſi attonitus, & in ſtuporem raptus, in ſpiritu admiratur, ſibi centenario, ſuæq; Saræ nonagenariæ, adhuc Deo benedicente, poſſe naſci filium. Itaq; interrogatio eſt Abrahæ, *divinam potentiam cum ſua & uxoris impotentia comparantis*, admirantis, & ſuſpicientis ut *Rom.* 4. v. 17. Apoſt. docet. *Hunn.* tom. Oper Lat. p. 1565. *Glaſſ.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 1. obſerv. 1. m. 3. p. 644.

Verſ. 18. *Dixitq; ad Deum: Utinam Iſmael vivat coram te.*

Moſes denuò Apoſtolo *repugnare* videtur: nam *dubitatio Abrahæ* in hoc apparet, quòd Deo promittenti Iſaacum ex Sara, reſpondet Abraham: *Utinam coram te vivat Iſmael!*

℞. Neq; hæc ex *hæſitatione* aliqua ſunt profecta, ſed ex *naturali affectu*, quo Abraham proſequebatur Iſmaelem ſuum: precatur pro illo, ut quoniam is non ſit talis, ad quem inſignes illæ promiſſiones ſpectant: Deus nihilominus ipſum ſibi quoq; velit habere commendatum, ut quantumvis de illo primogenituræ gradu dejectus, nihilominus in aliqua parte familiæ Dei hæreat. … hanc eſſe mentem verborum Abrahæ, oſtendit Deus ipſe, quando v. 20. ſubijcit, ſe votum illud Abrahæ *precantis* pro Iſmaele clementer exaudiviſſe. *Hunn. ibid.*

Verſ. 19. *Et ait Deus ad Abraham: Sara uxor tua pariens tibi filiũ vocabiſq; nomen ejus Iſaac*, &c.

I. In verſu hoc eſt (1.) *Enallage* … nam partici… …ariæ…

pariens, ponitur pro futuro, *pariet*. (2.) *Ellipsis* conjunctionis copulativæ ו, ET ו *Cum eo, semine ejus*, h.e. *& cũ semine ejus*. (3.) *Synecdoche*: *semen* enim eſt pro *posteritate* tota. *Ariam*. in Bibl. p.13. *Glaſſ*. lib.5. Phil. ſacr. tr.1. cap.1. p.21.

II. Minùs rectè videtur Deus filio Abrahâ dediſſe nomẽ *Iſaac*, à riſu, eò quòd nimis id *mũdanũ* eſſe appareat.

℞. Non à *mundano* illo ex *profano* gaudio atq; riſu, Deus jubet filium Abrahæ denominari *Iſaac*; ſed potiùs à *riſu & lætitia*, quæ oboriunda fuit tum *parentibus* ex læto ſobolis aſpectu, *Gen*.21.v.6. tum *aliis quamplurimis*, ſiquidem ex Iſaac Meſſias ipſe naſciturus erat, *Gen*.22.v.18. *Hunn*. tom.3. Oper. Lat. p.1599.

Verſ.20. *Et ad Iſmael audivi te: Ecce benedixi &c.*

Obſerva hîc (1.) *Enallagen*, quia ſimplex, *audivi*, pro compoſito, *exaudivi*; & præteritũ, *benedixi*, pro futuro, *benedicam*, ponitur. (2.) *Hebraiſmũ* geminũ, quẽ enodatũ vide in Vind. *Gẽ*.17.6. *Vatabl*. in Añot. ad h.l. p.34.

Verſ.22. *Et abſolvit ad loquendum cum eo &c.*

In hoc textu adhibetur (1.) *Hebraiſmus*: nam *abſolvit ad loquendum*, eſt pro, *finiit loqui*. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: Deo enim tribuitur *aſcendere*, quia in forma aſpectabili aſcendens diſparuit. *Ariam*. in Bibl. p.13. *Jun*. in Not. ad h.l. p.26.

Verſ. 23. *Et tulit Abraham filiũ ſuum Iſmaelem, &c.*

I. Redit huc (1.) *Enallage* abſtracti pro concreto: *Acquiſitio argenti*, h.e. *acquiſitus argentò*. (2.) *Hebraiſmus*: antecedens enim, *Abraham*, ponitur pro relativo, *ſua*. (3.) *Pleonaſmus*: nam *corpus* redundare videtur: *In corpore ipſius diei*, h.e. *in ipſomet die*, ſtatim ipſo die. *Ariam*. in Bibl. p.13. *Vatabl*. in Annot. Bibl. p.34.

II. *Anabaptiſtæ* contra argumentationem noſtram de *domibus integris*, h.e. omnibus ex cujuscunq; ætatis domeſticis, *baptizatis*, Act.16.v.15. & 34. 1.Cor.1.v.6. contendit, vocabulô *domûs* non *omnes & ſingulas familiæ alicujus perſonas* intelligi, cùm hîc *tota Abrahæ domus* dicatur circumciſa, neque tamen illâ appellatione *fœmellas* fuiſſe contentas.

℞. (1.) Committunt *Anabaptiſtæ* crimen falſi: nam nõ *ſimpliciter* dicit Moſes, *integram & omnem domum Abrahæ* circumciſam, ſive, non utitur vocabulô *domûs* abſolutè, ſed *determinatè*; ſic enim verba illa ſonant: *Tulit Abraham Iſmael, &c. & cunctes mares domûs ſuæ*. Quemadmodum & ipſum Circumciſionis mandatum expreſsè ſolos *mares* reſpiciebat, v.10. & 12. (2.) Magna eſt differentia, cum dicimus, domum aliquam *circumciſam*, & domũ aliquam eſſe *baptiſatam*, propter ipſorum Sacramentorum diverſam rationem. Nam quia ſolos ſpectabat *mares* Circumciſio, tota *marium* domus circumciſa, non autem *fœminarum*, intelligitur: Baptiſmus verò non habet ullam determinationem ad ullum vel *ſexum*, vel *gentem, nationem* aut *ætatem*; ſed quod in Circumciſione de ſolis *maſculis*, id univerſaliſſimô vocabulô (*omnium gentium*) à Chriſto pronunciatur, *Matth*.28.v.19. Ad quos igitur ſpectat *mandatum*, certè, hi omnes etiam excludi non poſſunt, quando *integra aliqua domus* baptiſata dicitur. *Oſiand*. in Enchir. controv. Anabaptiſt. c.2. q.1. p.21.

III. *Bellarminus* l.3. de Eccleſ. milit. c.12. diſputat, *Eccleſiam veram & catholicam fuiſſe viſibilem in V. T.* & quidem tempore *Abrahami, in ipſius familia*, quæ in carne ſua portabat *viſibile* ſignum Circumciſionis, eaq; ad Eccleſiam Dei pertinebat.

℞. (1.) Reſpectu *externæ adminiſtrationis Circumciſionis* Eccleſia V.T. fuit viſibilis; eſt enim hoc ſignum *externum*, quod monſtrat Eccleſiam; ſed hoc non eſt in Controverſia. (2.) Circumciſio nõ fuit *infallibile* ſignũ Eccleſiæ Catholicæ, h.e. *verè credentium*, quia non ſolùm Iſaac & Jacob fuerunt circumciſi, ſed & Iſmaël ex Eſau. (3.) Ὁμωνυμία eſt in vocabulo *Circumciſionis*, quę vel ſumitur pro *externa carnis circumciſione*, quæ fit in manifeſto, Rom.2.v.28. & ſic omnes Judæi, qui circumcidebantur, erant *viſibilia* membra *viſibilis* Eccleſiæ: vel accipitur pro *circumciſione cordis*, quæ eſt in occulto, v.29. & facit membra vera ac viva Eccleſię, quę non eſt in manifeſto. De qua certè concludi non poterat, omnem Judæum *in aperto* circumciſum eſſe etiã Judæum *in occulto*, & corde circumciſum, nec omnes, qui ex Circumciſione ſunt Iſrael, eos eſſe Iſraelitas. *Rom*.9.v.7. Qua de cauſa Eccleſiam reſpectu *hominum* etiam in V.T. fuiſſe *inviſibilem*, pronunciamus: quoniã *videri* nõ poterat, quinam *verè ſit Judæus*, h.e. lege Dei ex corde obedientiam præſtans, & in Chriſtum exhibendũ, venturumq; Meſſiã verè credẽs. *Gerlach*. tom.2. diſp.23. th.53. ſeqq. *Cham*. tom.5. Pãſtr. l.1. c.4. n.7. & 8.

Verſ.24. *Abraham nonaginta & novem erat &c.*

I. Eſt in Hebræo (1.) *Idiotiſmus*: *filius nonaginta novem annorum*, i.e. *natus nonaginta novem annos*. (2.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi, היה, *erat*, nempe *Abrahã natus erat*, &c. (3.) *Enallage* infinitivi pro indicativo: In *circũcidi* illi carnem, h.e. quando *circumcidebatur* illi caro. *Ariam*. in Bibl. p.13. *Vatabl*. in Annot. ad h.l. p.35.

II. *Thermopedius* quidam A.C.1598. deliravit, *finem mundi anno ſequenti fore*, quòd *Abraham* 99. *ætatis annò circumciſus fuerit*.

℞. Elumbis eſt hæc ratio. Quid enim *Circumciſio Abrahæ*, ætatis annô 99. facta, commune habet cum *fine mundi*, A.C.1599. futuro? *Meelführ*. dec.1. Vind. Evang. diſp.2. theſ.48.

Verſ.27. *Et omnes viri domûs ejus, natus domûs, &c.*

Nota hîc (1.) Hebraiſmum: *Viri domûs*, i.e. *domeſtici*; & *filius alienigenæ*, h.e. *alienigena* ſive extraneus. (2.) *Enallagen* numeri ſingularis pro plurali, *natus domûs* & *acquiſitio* argenti, i.e. *nati domûs*, & *acquiſitiones* argenti, ſive *vernaculi* & *empti argentô*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.35. *Jun*. ibid. p.26.

CAP. XVIII. Verſ. 2. *Apparuerunt tres viri &c.*

I. In Hebræo eſt (1) *Enallage*: participium enim *ſtantes*, ponitur pro indicativo, *ſtabant*, & על, *ſuper*, notat, *juxta*. (2.) *Metonymia ſigni* pro *ſignato*: nam *incurvare ſe in terram*, ſignum eſt *adorationis*. Ariam. in Bibl. p.13. *Vatabl*. In Annot. ad h.l. p.35.

II. *Athanaſius* in dial.3. de Trin. p.100. edit. Genev. ſentit, *tres illos viros fuiſſe tres divinitatis perſonas, ſub forma Angelorum ab Abrahamo viſas, quem viſitaverit unus Deus, in tribus ὑποστάσεσι repræſentatus*.

Enjedinus in Explic. locor. V. & N. T. p.29. regerit, ſequi inde, *verum Deum totum eſſe incarnatum, Filiũq; ante matrem hominem fuiſſe*.

℞. Negatur id ſequi: nam diſtinguendum eſt inter *unionem naturæ cum corporibus ad tempus* ἐργατικὴν & καθ' ὑπουργίαν, & inter *unionem perpetuam* ὑποστατικὴν. Unio hîc tantùm fuit *ad tempus* ἐργατικὴ & καθ' ὑπουργίαν, minimè ὑποστατικὴ. Per talẽ igitur apparitionẽ totus Deus nõ fuit *incarnatus*, nec Filius *ante* matrẽ homo fuit.

2. *Immenſum & incomprehenſibile Numen certo alicui termino fuiſſe incluſum*.

℞. Nec hoc ſequitur: Non enim ſpecies & forma finita & aſſumta ſtatim Deum facit finitum, cùm illa potiùs ſit *in Deo*, quàm Deus *in illa*. Ita *Spiritus Sanctus* certo in loco, nempe apud Jordanem, in *ſpecie columbæ*, ſe revelabat; & nihilominus ubique præſens erat, Pſ.139.v.7. pari modo *tota Trinitas* potuit ſe Abrahamo in uno loco, ſpecie virorũ aſſumptâ, revelare; & tamẽ ratione *generalis* præſentiæ, cœlũ ſimul & terrã implere.

3. *Deum eſſe diviſibilem, cùm iſti tres & corporibus & locis à ſe invicem fuerint ſeparati*.

℞. Et hæc ſequela vacillat: diſtinguendum enim eſt inter *revelationem per corpora aſſumta*, & *internam exiſtentiam*. *Corpora*, per quæ Deus ſe revelaverit, fuerunt quidem reipſa ſeparata, & locô diſtincta; non autem neceſſe eſt, ut *perſonæ* ita ſeparatæ & loco diſtinctæ exiſtant: quandoquidem Athanaſius nõ voluit, tres iſtas ſpecies *propriè fuiſſe ipſam Trinitatem*, ſed duntaxat per

illas ipsam *revelatam & repræsentatam* fuisse. Atq; hæc dispntare placuit, non quòd statuamus; *tres illos viros fuisse tres divinitatis personas*; sed nt Athanasium ab ejusmodi absurdis, quorũ ab adversa parte insimulatur, vindicem9. *Jac. Mart.* l.1. de trib. eloh. c.13. n.162. seqq.

III. *Filium Dei esse verum Deum*, inde constat, quòd sit *Jehovah, qui Abrahamo apparuerit; duosq; comites atq; pedissequos habuerit Angelos* ceu probè concludũt *Tertullianus* lib. de Trin. *Theodoretus* q. 68. in Gen. *Constantinus* apud *Eusebium* l.3. vitæ suæ, c.50. & 51.

Excipiunt 1. *Judæi*, v.1. quidem θεοφάνειαν, at v.2. saltem ἀγγελοφανίαν describi; nihil ideoque hic agi de Deo, aut *Dei Filio*.

℞. (1.) Non *duæ* apparitiones, sed *una*, eaque *divina*, describitur: tum quia is, qui Abrahamo filium ex Sarà promittit, & excidium Sodomæ annunciat, eo ipso sacratissimo nomine *Jehova* infra v.13. & 20. quo etiam ab initio capitis, nimirum v.1. nuncupatur: tum quia alioquin inanis esset propositio ista, quâ Moses dicit, *Deum Abrahæ apparuisse*, nisi, *quo pacto*, & *quam ob causam* id factum esset, declararet. (2.) Inter hos viros unũ fuisse *Dei Filium* inde patet, quòd vocatnr *Angelus*: at *soli Filio*, non patri aut Spiritui Sancto hoc nomen tribuitur in Scriptura.

2. *Photiniani*, unum quidem vocari Jehovam, eundem verò, *ut legatum*, nomen & personam *legantis* sustinere, ideoq; in hac historia *permixtim* nũc Deo, nũc Angelis sermonem & actionem tribui. *Enjed.* l.c.

℞. (1.) Verum quidem est, *legatos nomen legantium sustinere*, nimirum in casu *obliquo*, nõ in casu *recto*. Sic dicimus, *Legatos Electoris Saxoniæ rescripsisse, &c.* (2.) *Immediata* ipsius Dei præsentis revelatio & conversatio describitur, quia verbum נִרְאָה *visus est*, conjungitur cũ voce יְהוָה; id quoties fit, semper Deum *præsentem*, seq; *per seipsum* revelare significat. (3.) Falsum est, in hac historia *permixtim* nunc Deo, nunc Angelis sermonẽ & actionẽ tribui: quãdoquidẽ in toto hoc capite & historia, ubi *Jehovah dicitur apparuisse*; versatus & locutus esse cum Abrahamo, ne semel quidem vox *Angeli* invenitur. *Jac. Mart.* ibid. c.15. 16. 17.

IV. *Origenes* περὶ ἀρχ. c.2.3.8. censet, *Angelos esse corporeos*, quod Abrahamo apparuerint *habitu corporeo*.

℞. (1.) Quidam putant, quòd Moses Angelos vocet *viros*, non quòd tales essent, sed quòd tales esse *viderẽtur*. Sed illi nondum in scirpo quærunt: nã Gen.19. v.1. 15. Moses docet, eos, quos prius *viros* vocavit, *Angelos fuisse*. (2.) Angeli in *veris* corporibus apparuerunt Abrahamo, verùm non in corporib9 *propriis*, sed in corporibus *assumtis*; sicut *Diabolus* Gen.3. v.1. legitur apparuisse in corpore naturalis serpentis. Unde consequens est, corpora *naturaliter & per se* illis non unita esse, sic enim *natura sua* cõditione corporei essent, sed *per accidens* duntaxat, & *ad tempus*, at quidem tùm *Abrahæ* causâ, ut cum eo conversari potuerint. *Gravver.* cẽt.1. illustr. qq. Theol. disp.8. q.7. n.2. *Scheibl.* l.2. oper. Metaphys. c.4. n.31. *Brochm.* tom.1. System. Theol. loc. de Angel. c.2. q.2. p.235.

V. *Manichæi* contra *veritatem humanæ Christi naturæ* argumentum duxerunt ab *Angelorum apparitione*, qui in corporibus humanis apparuerunt Abrahamo, nec tamen *veri homines* fuerunt, nihilominus verò in phantasmate corporis humani sua ministeria expedierunt: proinde & Christũ ajunt *potuisse opus redemtionis perficere in specie putativa*, sine *assumtione veræ humanæ naturæ*, quomodo & *Abrahæ* ipsũ *hic apparuisse*:

℞. (1.) Non debemus disputare, quid *filius Dei absolutâ suâ potentia potuerit facere, in opere redemtionis perficiendo*; sed quid *verbum Dei de eo pronunciet?* pronũciat autem *Gal.*4. v.4. in plenitudine temporis Deum misisse *Filium suum, factum ex muliere, ut eos, qui sub lege erant, redimeret.* (2.) Aliud est *Filii Dei in carne manifestatio*, quæ definitur per σάρκωσιν, *Hebr.*2. v.16. & per ἐνανθρώπησιν, *Joh.*1. v.14. aliud verò, *Angelorum in formâ humana apparitio*, quæ definitur per φαντασίαν. *Angeli corpora illa assumta neqnaquã personaliter sibi univere*, sicut ὁ λόγος *assumtam naturã humanã*; sed ratione *ministerii ad tempus duntaxat corpora adhibuerunt*, quorũ fuere *forma* non *informantes*, sed *assistentes*. Verè igitur Christus *Luc.*24. v.39. ait: *Spiritus carnem & ossa nõ habet, sicut me videtis habere*; docens, *se non esse spectrum vel spiritum*, sed *verè habere carnẽ & ossa*. De nullo autẽ *Angelorũ* dictum est, quòd *factus sit caro*, quòd *assumserit semen Abrahæ*, &c. sicut de *Filio Dei* dictum. Proinde rectè *Tertull.* lib. de carn. Christ. p.18. dixit: *Comparentur causæ tam Christi, quàm Angelorum, ob quas in carnem venerit; & manifesta evadet differẽtia inter apparitionẽ Angelorum in specie humana, & inter incarnationẽ Christi.* Chemnit. l. de Explic. vocabulor. essentiæ, &c. p.10. seq. *Selnecc.* par.1. oper. Latin p.647. seq. *Gerhard.* in Exeg. loc.4. de pers. & offic. Christ. §.85:

VI. *Pazmannus* in Hodeg. arguatur, si *panis appareat, nec tamen sit, non esse fraudem in Sacramento*, sicut *non fuerit fraus, quando Angeli in forma virorũ apparuerũt.*

℞. In exemplo allato verè nulla fuit deceptio, quia *forma viri fuit aliquid reale*, cum quo Angeli *solo modò* ad tempus fuerunt uniti: *species* verò *panis reale* nihil est, quia *panis* in *aliã substantiã transiisse*, & *non amplius adesse* fingitur, & tamen sub *speciebus visibilibus* ostenditur. *Baldun.* Phosph. ver. Catholicism. l.11. c.6. p.1009.

VII. *Bellarminus* l.1. de beat. Sanctor. c.13. probare conatur, *Angelis deberi cultũ religiosum*, quòd *eos Abrahã adoraverit*. Et ex eodem fundamento *Salmeron* disp.7. in 1. Tim.2. tom.15. p.464. concludit; *Sanctos defunctos esse invocandos*.

℞. (1.) Nomen *adorationis* duplicẽ in Scripturis obtinet significationem: *Propriã*, quando accipitur pro *cultu religioso, interno ac divino*, quo Deũ ipsum, omnis boni autorẽ, veneramur, ut *Gen.*24. v.26. *Exod.*24. v.1. Et *impropriã*, quando accipitur pro *externa reverẽtia*, quâ viros honoratos nobis præsentes & cõspicuos honoramus, ut *Gen.*23. v.7. & 12. c.33. v.3. Abraham nõ *adoravit propriè ipsos Angelos*, quippe qnibus *propriè sic dicta adoratio* nõ convenit, *Matth.*4. v.10. quin potiùs eam ipsi respuunt, *Apoc.*19. v.19. sed *impropriè* eosdem adoravit, *incurvando se*; quod *reverentiæ* Symbolum in comuni usu fuit apud Orientales. Neq; n. Abraham agnovit *viros duos* esse *Angelos*, sed *homines* putavit initiò: quia cupit ipsos reficere, tanquam ex itineris labore defatigatos; cupit adornare cõvivium, ad refocillandos illos, tanquam famelicos & sitibundos. At verò si statim animadvertisset, eos esse *Angelos*, facilè judicâsset, nihil fore illis opus vel ejusmodi requie, cùm non defatigentur; vel apparatu convivii, cùm nec cibo nec potu indigeant. (2.) In *Hebræo* radix est שָׁחָה, quæ significat *vehementer procidere, incurvare*; quomodo sic redditur. *Arias Montanus & Vatablus*. Unde *Bellarminus* l.c. ait, posse responderi, *Abrahamũ Angelos civiliter tantùm adorâsse*: Hinc ergo non statim, ubicunque fit mentio *adorationis* in Scripturis, Pàpicolis licet subsumere: E. *est adoratio religiosa*; potest enim esse *politica*. (3.) Hanc verò posteriorem duntaxat *adorationis* speciem, sanctis in Papatu exhibendam, concedit Costerus in Enchi. p.398. quo ipse contradicit praxi, in Papatu publicè receptæ, quâ Sancti *religiosè adorantur & invocantur*, ut *opitulatores, & beneficiorum spiritualium largitores*. Certè *religiosè, suppliciter ac fiducialiter adorarè sanctos*, plus est, quàm *civilem & humanum honorem illis tribuere*; aliàs consequens foret, etiam *Reges* à subditis, *parentes* à filiis, *præceptores* à discipulis *suppliciter ac fiducialiter invocari*, quando *externum ac civilem illum honorem* ipsis exhibeat. (4.) Abrahæ apparuit *Filius Dei*, duobus Angelis comitatus, ut ex suprà dictis constat: quibus *omnibus verò unũ & æqualem honorem* à Patriarcha exhibitum fuisse, ne-

mo di xe-

mo dixerit.(5.) *Hilarius* l.4. de Trin. docet, Abrahamum adoráſſe Deum, virum licèt conſpectum. Unde etiam Eccleſia Latina canit: *Abraham tres vidit, & unum adoravit.* Hac autem ratione *adoratio Abrahami* non *Angelos creatos*, ſed *Angelum magni conſilii*, nimirum *Filium Dei*, reſpiceret, eáque non *humanus*, ſed *divinus honor* eſt. *Hunn.* tom.3. Oper. Lat. p.1570. *Franz.* par.2. in A.C. diſp.11. thes.88. & 89. *Gerhard.* tom.8. LL.CC. loc.29. de mort. §.437. *Himmel.* in tr. de invoc. relig. par.2. Claſſ.3. c.3. m.1. §. 1. p.428. ſeqq.

Verſ. 3. *Et dixit:* אֲדֹנָי *Domine mi, ſi inveni gratiam in oculis tuis* &c.

I. Occurrit hìc (1.) *Hebraiſmus: ſi inveni gratiam in oculis tuis*, i.e. *ſi quicquam valeam gratiâ apud te.* (2.) *Ἀνθρωποπάθεια:* quod enim *oculi* Domino tribuuntur, *humanitus* dictum. (3.) *Metonymia ſubjecti* pro *adjuncto*, dum *poſſeſſor* pro *re poſſeſſa* ponitur: Ne tranſeas à *ſervo tuo*, hoc eſt, ne tranſeas *domum ſive tentorium ſervi tui*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.35.

II. *Enjedinus* ad c.22. Matth. p.108. côntendit, você ADONAI non *naturam*, ſed *dignitatem* ſignificare, quó vocabulô homines ſoleant alios homines ſibi quoad naturam ſimiles, appellare; ut *Abraham tres viros ſibi apparentes*.

℞. *Filius Dei*, duobus comitibus ſtipatus, divertit ad Abrahamum, neque illius rei ignarum fuiſſe Abrahamum, colligimus ex familiari Dei apparitione, Gen. 17. v.1. *Viſus eſt Dominus Abrahæ dicens: Ego ſum El Schaddai.* Unde etiam Abraham ſermonem ſuum, ſic informat, ut eum unum alloquatur magno illo nomine Adonai, & in ſingulari dicat: ſi inveni gratiam in óculis *tuis*, ne tranſeas à ſervo *tuo*. Poſtea demum de reliquis comitibus dicitur: *Tollatur parum aquæ, & lavate pedes veſtros.* Exiſtimavit enim, Filium Dei ſibi apparentem ſecum adducere duos pauperes exules; quibus beneficentiam exhibere voluit. Nam (1.) *Jehovah* dicitur apparuiſſe, v.1. atis Abrahæ ex variis apparitionibus erat notus. (2.) De novo ipſi poſtea revelatum, non poteſt ex textu elici. (3.) In tota Scriptura *Adonai* eum - eſt *ſolius Dei* nomen, niſi ſit plurale per cauſam mutatum. (4.) *Plurale* non eſſe, oſtendit conſtructio. *Gerhard.* in Exeg. loc.2. de nat. Dei, §.50.

Verſ. 4. *Afferam pauxillum aquæ, & laventur pedes veſtri*, &c.

I. *Origenis* ſectatores ſtatuerunt, *Angelos eſſe corporeos*, quia *ipſis Abraham laverit pedes*.

℞. Concedo *Angelos apparuiſſe Abrahæ veris corporibus*: nam Moſes diſertè memorat, lotos ipſis eſſe pedes; id quod munus ſine veris corporibus verè obiri non poteſt. Hinc tamen nullâ veriſimilitudine exſculpi poteſt, *Angelos naturâ ſua conditione corporeos eſſe*; ita enim *ſpiritus* ſunt, *Hebr.* 1. v.14. Spiritus autem in ſe corporeitatis expers eſt. *Brochm.* tom.1. Syſt. Th. p.235.

II. *Enjedinus* in Explic. V. & N.T. ad argumentum, *Gen.* 18. v.2. m.2. propoſitum, excipit; *Abrahàmum ne ullum quidem inter tres illos viros pro DEO habuiſſe & agnoviſſe*, aliàs *ipſum ad lavandum pedes, & ad quieſcendum non invitâſſet, cum non ita fatuus fuerit, ut crederet, DEUM quiete & ablutione*, tanquã ſordidũ, egere.

℞. Non potuit ignorare Abraham, quando ſeorſim cum *tertio* loquitur, ſe cum *vero DEO* verbo communicare: id enim oſtendunt verba Dei, v.17. 19. & 21. quæ profectò non poſſunt eſſe *Angeli* verba; & verba *Abrahæ*, v.25. 27. 30. ſeqq. *Jac. Mart.* l.1. de trib. Eloh. c. 16. m.3. & c.17. ad 3.

Verſ. 7. *Et ad bovem cucurrit &c.*

Nota hoc loco (1.) *Enallagen numeri ſingularis* pro plurali: *bos* enim eſt pro *bobus*. (2.) *Hebraiſmum*: nam *filius bovis* ponitur pro *vitulo*. (3.) *Synecdochen generis* pro *ſpecie*: *facere* namque eſt pro *parare in cibum*. *Ariam.* in *Bibl.* p.13. *Vatabl.* in Annot. p.35. *Glaſſ.* lib.5. Philol. Sacr. tract. 1. cap.14. p.446.

Verſ. 8. *Et tulit butyrum, &c.*

I. Eſt hìc (1.) *Ellipſis*: Poſuit ante eos, ſcil. *ad comedendum*. (2.) *Enallage*, quia *ſtans* eſt pro *ſtabat*, & עַל notat *juxta*. (3.) Aliquid aliud, quod enucleatum vide in Vindic. Gen. 18. v.7. m.2. & 3.

II. *Origeniſtæ* pró *Angelorum corporeitate* urſerunt, quòd ipſi *cibum ceperint*, i.e. *comederint*; quæ ſanè actio & proprietas eſt corporum.

℞. (1.) Aliqui cenſent, *Angelos viſos fuiſſe Abrahamo comedere, reverâ tamen non comediſſe.* At nuſpiam in contextu Moſaico ſcriptum invenio, *τὸ comedere* hoc ſenſu de *Angelis* uſurpatum eſſe, quòd *comedere viſi* ſint: quo circa veluti *Angeli verè venerunt ad Abrahamum, verè ſub arbore conſederunt*: ita citra tropum dictum eſt, *Angelos comediſſe.* (2.) *Comeſtio* accipitur dupliciter: *formaliter*, in quantum notat cibi diviſionem, comminutionem, & in interiorem partem trajectionem, ubi cibus conſumitur; & *hæc Angelis in aſſumtis corporibus convenit*, adeò ut coram Abrahamo *cibum dentibus verè fregerint*, & divinâ virtute, nobis ignotâ, conſumpſerint: Et *cum ſuper additione nutritionis*, in quantum cibus, à comedente deglutitur, in ventriculo concoquitur, & in ſuccum ſanguinemque vertitur: & *hæc Angelis in aſſumtis corporibus* non convenit. Neq; hoc ad veram comeſtionem neceſſarium eſſe, teſtis locuples eſt CHRISTUS, Luc.24. v.41. 42. 43. qui poſt reſurrectionem, ad confirmandam illius ſuæ reſurrectionis veritatem, coram diſcipulis ſuis *comedit*, utut cibus in nutrimentum non ſit converſus: hoc enim corporis glorificati natura non permittebat, *Luc.* 20. v.36. (3.) *Angeli comederunt*, non ex *naturæ neceſſitate*, ſed per *οἰκονομίαν*, quâ corporibus induti *ad tempus* uſi ſunt, ut partes ſuas tum apud Abrahamum, tum apud Lothum peragerent. *Thom. de Aquin.* in l.2. Sent. diſt.8. q. un. ar.3. ad 1. *Hunn.* tom.3. oper. Lat. p.1570. *Rung.* in Gen. p.508. *Brochm* l.c. p.235. ſeq.

Verſ. 10. *Et dixit: Revertendo* &c.

I. Utitur hìc Moſes (1.) *Ellipſi*: *Et dixit*, ſcil. *Jehovah*; item, *Ecce filius*, ſcil. *erit*. (2.) Hebraiſmô, *Revertendo revertar* h.e. *certiſſimè revertar*. (3.) *Enallage*: חַיָּה enim pro adjectivo nomine accipit, ut ſit epithethon temporis, *per proſopœiam* ſeu *metaphoram* ipſi tributum, hoc ſenſu: *Vivente*, h.e. *vigente hoc tempore*. *Ariam.* ibid. p. 13. *Glaſſ.* lib.4. Philol. Sacr. tract.1. obſerv.3. p.651. *Vatabl.* in Annot. p.36. *Jun.* in Not. ad h.l. p.26.

II. Moſes *Paulo* contradicere videtur: *ille* enim narrat, Deum *ὑποθετικῶς* & *conditionaliter* dixiſſe, *ſi vixero*; *hic* verò 1. *Tim.* 6. v.16. docet, *Deum eſſe immortalem*, h.e. *non poſſe non vivere*.

℞. (1.) Verba illa, *ſi vixero*, n[illegible]li ſecundum *ἀνθρωποπάθειαν* dicta eſſe arbitrantur, quia *homines ſic in futurum ſe quippiam* facturos affirmant: *ſi vivo, revertar ad te.* Sed quia Filius DEI *jam tum natus erat*, Abrahamo, non erat neceſſe; tectô illo ſermone uti. (2.) in Hebræo eſt, *ſecundum tempus vitæ*; quæ verba Ariæmontanus ad *fœtum Saræ* refert: Tempore, quo fœtus vitalis erit. *Junius* ad tempus: *Vivente* hoc *tempore*, i.e. *cum vigebit* hoc ipſum tempus, uti in v.14. exponitur. R. *Salomo* ad *vitam Abrahæ & Saræ*; quibus certa promittitur vita, ſicut Chaldæus Paraphraſtes vertit: *Secundum tempus, quo vos vivetis.* Quaſi dicat: *certè revertar ad vos, teq; cum conjuge ſalvum & valentem, ac ſimul filiô auctum, inveniam.* *Rung.* in Gen. p. 513. & *Glaſſ.* l.c.

Verſ. 11. *Et Abraham & Sarah* &c.

In textu hoc eſt (1.) *Ellipſis* tum verbi ſubſtantivi, *Progreſſi*, ſc: *erant*; tum nominis adjectivi, *Progreſſi in dies*, ſcil. רַבִּים *multos*, h.e. *vergentes ætate, provectiore ætate erant*, Luc.2. v.36. (2.) *Syntheſis*; nam כ præfixum eſt tranſpoſitum, אֹרַח כַּנָּשִׁים *viâ ſecundum mulieres*, pro כְּאֹרַח נָשִׁים *ſecundum viam mulierum.* (3.) *Metaphora*: *via* enim eſt pro *conſuetudine*, quâ notantur menſes, qui

ſes, qui mulieribus fluunt; una autem cum fluxu menſtruo deſinit concipiendi facultas. *Ariam.* in Bibl. p. 14. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 36. *Glaſſ.* lib. 3. Phil. Sacr. tract. 1. can. 11. p. 46. & lib. 4. tract. 2. obſerv. 24. m. 1. p. 747.

Verſ. 12. *Sara riſit occultè, dicens &c.*

Moſes denuò Apoſtolo repugnare *videtur: ille* enim ſcribit, *Saram riſiſſe* quæ de *procreatione ſobolis à Deo* dicebantur; *hic* autem *Hebr.* 11 v. 11. aſſerit, *per fidem Saram vim ad concipiendum & retinendum ſemen accepiſſe, & fidelem judicâſſe eum, qui promiſerat.*

℞. *Initiò* quidem Sarah non mediocriter ambigebat de *rei*, quæ promittebatur, *veritate*, mota videlicet argumentis rationis ſuæ: reprehenſa autem, & *plenius hic informata* à Domino, diffidentiam illam carnis excutit, & jam credit, & juxta tenorem Apoſtoli l. c. fidelem judicat eum, qui promiſit. Ideo enim hic apparet Dominus, & repetit promiſſiones illas, non *potiſſimùm* ob *Abrahamum*, ſed *principaliter* ob *Saram*, quæ hactenus adduci nondum poterat, ut crederet ſe concepturam & parituram filium; quamvis maritum id aſſeverantem audiſſet. *Hunn.* tom. 3 oper. Lat. p. 1572.

Verſ. 13. *Dixit autem Dominus &c.*

I. In Hebræo eſt *Pleonaſmus*: nam demonſtrativum pronomen זה, *iſtud*, interrogativo למה, *ad quid*, pleonaſticè additur, & indicat ſimul velut indignationem quandam. *Ad quid hoc riſit Sarah?* i. e. *quid hoc eſt, quod riſit?* Glaſſ. lib. 3 Philol. Sacr. tract. 2. can. 6. p. 185.

II. *Vorſtius* in diſp. de Deo, th. 19. putat, non ſemper ex nomine *Jehovah* ad *ipſam eſſentiam divinam* firmiter concludi poſſe, quippe cùm nomen id *Angelis* hic tribuatur, quibus tamen *Deitas* non competat.

℞. Is, *qui cum Abrahamo & Sara loquitur*, non eſt *Angelus aliquis creatus*, ſed *verus Deus*. Nam (1.) *ipſi nullum verbum eſt impoſſibile*, v. 14. (2.) *Ipſe fuit principalis Judex in condemnatione ac ſubverſione Sodomorũ, & in univerſa terra*, v. 17. ſeqq. (3.) Item pollicitus eſt, & *virtute ſua* ratam dedit promiſſionem Abrahamo, de *venturo benedicto ſemine*, v. 19. Neq; enim de alio *Jehova* in ea hiſtoria ſermo eſt, quàm qui inibi cum Abrahamo ſermocinatur; ejuſmodi autem epitheta nulli *Angelo creato*, ſed *ſoli Deo* competunt. *Gibel.* in Explicat. dict. Jerem. 23. v. 16. p. 152. ſeq.

Verſ. 14. *An erit difficile à Domino &c.*

I. Occurrit hîc (1.) Hebraiſmus: *verbum* enim apud Hebræos pro *re ipſa* ponitur, An erit difficilis *rei?* (2.) *Enallage*: nam חיה, *vita*, pro adjectivo, *vivas*, accipitur. (3.) *Metaphora*, dum *vita* ſeu *vivens tempori* attribuitur; *vivere*; h. e. *vigente hoc tempore*. (4.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Et ipſi Sara*, ſcil. *erit*. Glaſſ. lib. 3. Philo. ſac. tr. 3. con. 16. m. [illegible] 178 & lib. 4. tract. 1. obſ. 3. p. 651.

II. Sententia quorundam eſt, *Deum poſſe facere ea, quæ ratione noſtra ſunt contradictoria*, h. e. *quæ implicant cõtradictionẽ in noſtra Logica*: cũ ipſi nihil ſit impoſſibile

℞. (1.) Quæſtio eſt de *logica, abſolutè* conſiderata; nõ *concretivè*, de *hujus* vel *illius hominis cerebro, cogitatione & opere*. (2.) De *vera contradictione* hic loquimur, quæ vel affirmatio, & negatio ejuſdem de eodem, obſervatis conditionibus, quas Ariſt. lib. 1. Elench. Sophiſt. c. 5. requirit, ut nempe oppoſitio fiat ὡσαύτως, κατὰ τὸ αὐτὸ, πρὸς τὸ αὐτὸ, & ἐν αὐτῷ χρόνῳ, non autem de *apparente contradictione*, quâ aliqua impoſſibilia & cõtradictoria videantur, reverâ antẽ contradictoria non ſint. (3.) Ut negetur, *aliquid à Deo fieri poſſe*, nõ ſufficit, quòd *ratione tua id comprehendere non poſſis*, cum Deus poſſit plura facere ultra ea, quæ nos intelligimus, Eph. 3. v. 20. ſed requiritur, ut *luce meridiana clarius ſit*, contradictionẽ illud involvere. (4.) Locus allatus loquitur de omni *re* ſive *ente*, quod Deũ omnino poſſe, extra controverſiã eſt: certè cum Deus dicit, *nihil ſibi impoſſibile eſſe*, dicit, *nullum ens ſibi eſſe impoſſibile*; *nihil* enim *non ens* vel *nullum ens* eſt: non autẽ loquitur de *non ente*, quale eſt cõtradictio vera. Aut n. *omnia*, quæ contradictionem involvunt; à Deo fieri poſſunt, aut non. Si *omnia*, ergo fieri poteſt, *Deum eſſe & non eſſe, eſſe veracem & nõ veracem*, &c. quæ omnia à ſanô judicio, & ab omni pietate ſunt alieniſſima. Si *non omnia*, ergo nec *aliqua* fieri poſſunt, quia *omniũ contradicentium* eadem eſt ratio & æqualitas. Semper enim unũ negat alterum *ſimpliciter*; quemadmodum *non homo* hominẽ æquè negat, atque *non Deus* Deum, tantâq; eſt in horũ uno pugna, quanta in altero. Ita *Vedel.* in Rational. Th. l. 3. c. 8. Stahl. in diſp. Phil. de contradict. Jenæ, A. C. 1630. habitâ, th. 10. & 14.

III. Contradictionem de *vita DEI conditionate aſſertâ*, vid. in Vindic. *Gen.* 18. v 10. conciliatam.

Verſ. 16. *Cum ergo ſurrexiſſent &c.*

I. In Hebræo redit *Enallage*: participium enim הלך *ambulans*, ponitur pro indicativo, *ambulabat* ſeu *ibat*. Ariæm in Bibl. p. 14.

II. *Scotiſtæ* Angelis tribuunt *motum phyſicum*, ut refert Pererius l. 1. de Philoſ. nat. c. 2. quib9 favere videtur præſens locus, qui ipſis adſcribit *motũ proceſſivũ de uno loco in alterum*, nimirum *à convalle Mamre verſus Sodomam*.

℞. Angeli *per ſe* non moventur, *motu locali*; ſed ferè in momento eſſe queunt modò hic, modò ibi, licèt in corporibus aſſumtis, atq; ſic *per accidens*, locali motu moveri, non negaverim, in iiſdem de uno loco in alterũ procedendo, ut h. l. *Th. Aquin.* part. 1. Sum. Th q 51. a. 3. ad. 3. *Gravver.* cent. 1. qq. illuſtr. Th. diſp. 8. q. 7. thes. 5.

Verſ. 17. *Dixitque Dominus: num &c.*

I. In Hebræo textu iteratur (1.) *Enallage*: tum quia participia, *celans* & *faciens*, uſurpantur pro indicativo, *celo* & *facio*; tum quia præſens pro futuro ponitur, *celabo* & *faciam*. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: nam humanitus dictum, *numquid celabo?* Quaſi de *re dubia* conſultat Deus in hominum gratiam: quid enim facturus erat, jam ante decreverat. *Jun.* ad h. l. p. 27. *Ariam.* in Bibl. p. 14. *Vatab.* in Annot. ad h. l. p. 36.

II. *Patmannus* in Hodeg. probare vult, *revelationem divinam rerum humanarum factam ſanctis cœlitibus*: *Deus enim* (ait) *p'erumq; revelavit ſervis ſuis fidelibus in his terris res longe intervallo diſſitas, vel poſt longum tempus ſub-ſecuturas*, ſicut *Abrahamo revelavit interitum Sodomorum*: Ergo multò magis *ſanctis in cœlo aliquid de arcanis ſuis communicabit.*

℞. Quod Deus *ſervis* & *Prophetis* ſuis imprimis, arcana quædam & futura revelârit, *dum adhuc officia ſua fungerentur in terris*, hoc ex ſcriptura notum eſt, cujus generalis hæc eſt ſententia, *Amos.* 3. v. 7. *non faciet Deus verbum, niſi revelaverit ſecretum ſuum ſervis ſuis Prophetis*. Sed quòd *ſanctis cœlitibus arcana ſua revelat*, nihil habet ſcriptura, ſine cujus teſtimonio religio ſit, in re tanti momenti aliquid aſſerere. *Balduin.* in Phoſph. Cathol. l. 13. c. 3. p. 1174. ſeq.

Verſ. 18. *Et Abraham eſſendo erit &c.*

I. Moſes utitur hîc (1.) *Enallage*: nam conjunctio copulativa ו, *Et*, ponitur pro cauſali, כי, *quoniam*, quippe hæc eſt ratio, quòd Deus horribilis ſuæ in Sodomitas vindictæ conſcium facere velit ſervum ſuum Abrahamum (2.) *Hebraiſmò*: *eſſendo erit*: h. e. *prorſus futurus eſt*; & *erit in gentem magnam & fortem*, i. e. *erit pater magnæ ac potentis gentis*. Vatabl. in Not. ad h. l. p. 36. *Jun.* ibid. p. 27.

II. Cætera huc pertinentia, vide enodata in *Vindic.* Gen. 12. v 3.

Verſ. 19. *Scio enim, quòd præcepturus &c.*

I. Nota hoc loco (1.) *Metonymiam ſubjecti* pro *adjuncto*: *Domus* enim eſt pro *familia* (2.) *Metaphoram*: nam *via* notat *vivendi rationem*, quam Deus homini præſcribit, ut in ea ambulet. (3.) Ut more Scripturæ *conſequentiam* magis notare, quàm *cauſam*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 36. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 27.

II. *Deum omnium rerum, antequam fiunt, prænotionem habere*, ex textu noſtro patet; quia *ipſe ſcit*,

r.shamũ præcepturum eſſe poſteris ... obedientiam ... a Deum.

Socinus in prælect. Theol.c.9. excipit, ſenſum eſſe. *Abrahamum juſtum & pium, nequaquam erga celabo eum, ut præcipiat filiis ſuis, &c.*

℞. Non hoc vult textus, quaſi *ideo & eum in finem Deus revelet arcana ſua Abrahamo ut præcipiat*; ſed *reddit cauſam, quare non celet eum*, propterea quòd præcipiet, ut eſt in fontibus: prædicit ergo Deus Abrahamum præcepturum *Stegmann.* in Antiphotin.diſp.13.q 4.ad 3.

III. *Anonymus ille Judaizans*, cujus mentionem feci in vindic. Gen.12.v.3.m. contendit, *Meſſiam Abrahamo ... ſub conditione obedientiæ ſiuæ poſterorum promiſſum eſſe a Deo.* cum hic addatur *finis*, nempe *poſteros Abrahæ debere vias Domini ſervare, ut Deus venire faciat ſuper Abrahamı progeniem, quæ promiſit.*

℞. *Quæ Deus Abrahæ promiſit*, non ſunt unius generis: Quædam enim *ſine omni conditione promiſſa ſunt*; ut *ſemen benedictum*, quod naſciturum erat, ſive pii eſſent poſteri Abrahæ, ſive non: item quòd *populus Iſraeliticus in terram promiſſam introducendus erat*, id quod ſimaliter non pendebat ex obediẽtia, juſtitiave Iſraelitarum ... enim *Deut.* 9. v. 5. apertè negatur, ſed ex *libera & gratuita Dei promiſſione, quam fecit Abraham.* Ut autem terram ſic occupatam retinerent, & in illa perfruerentur benedictionibus tum corporalibus, tum ſpiritualibus, Abrahamo dictis id demum promiſſum erat *cum conditione obſequii Deut.* 28.v.15. ſeqq. & viciſſim illis denunciata ex terra ejectio, omnisque generis mala ſi voci Domini non obtemperarent. *Hunn.* tom.3. oper.Lat.p.1572.

Verſ. 20. *Et dixit Dominus: Clamor Sodomæ & Gomorrhæ quia multiplicatus eſt, & peccatum quia aggravatum eſt valde.*

In textu hoc concurrit (1.) Metalepſis: *clamor* enim ponitur, & notatur *antecedentis clamoris cauſa*, ſcelera, (2.) Synecdoche: nominatur enim *Sodom & Gomorrha*, ſimul autem *aliarum urbium plurities* includitur. *Iun.* in Not.ad h.l.p.27.

Verſ.21. *Deſcendam nunc & videbo, an ſecundùm clamorem ejus, qui venit ad me, fecerint conſumtionem, & ſi non, ſciam.*

I. Eſt hic (1.) Ἀνθρωποπάθεια: tum quia deſcenſus Deo attributus, notat *propoſitum Dei apparentis, & ſingulare opus inter homines effecturi*, idq; in *malum* reſpectu *iræ & pœnæ*: tum quia *ſcire*, de Deo *humanitùs* dictum, nim.loquatur Jehovah de ſe more *hominum*, qui ut rem ſciant & cognoſcant, ad locum, ubi facta eſt, ſe conferunt, & αὐτοψίᾳ, aliisque mediis certi de ea fiunt. (2.) *Ellipſis*, partim quia deeſt nomen, מַעֲשֵׂה, *facta* ex verbo conjungato עָשׂוּ: *fecerint*, in quo latet, eruendum: *Fecerint facta conſumtionis*, ſeu *conſumtione digna*, Pſ.106.v.33. partim quia ex verbis immediatè præcedentibus repetendum eſt, *fecerint conſumtionem*, hoc ſenſu: *ſi non, ſc. fecerint conſumtionem.* Glaſſ.lib.4.tract.2.obſerv.5. p.71.& lib.5.tract.1.c.7.p.171.& 243.

II. *Anthropomorphitæ* docuerunt, *Deum non ſpiritum eſſe, ſed corpus habere*, cum *ipſi* competat *motus a termino ad terminum*, quia *deſcenſus de cœlo in terram Sodomorum*: omnem autem *motum a termino ad terminum eſſe in corporibus.*

℞. ... *Deſcendere Deus* dicitur *de cœlo*, non *propriè*, deſcenſu & *actu locali*; nec enim eſt Deus *de longè* ... quin potius cœlum & terram implet, *Jer.*23.v.23. ... *metaphoricè*, quando ſingulari quodam modo ... præ... manifeſtam reddit in Sodomorũ ... *ipſo facto* probat, quòd non procul ab ipſis abſit, ſed ſit Deus judex & vindex. *Lyſer.* par.3. in Gen. p.317. *Balduin.* in Colleg.de Trinit. diſp.5. thes.22. & 23.

III. *Vorſtius* in lib.de Deo & attrib.divin. p.271. diſputat, *Deum non omnia ſimplici notitia ſimul intueri, ſed unum ex alio per diſcurſum colligere*; cui locus hic patrocinari videtur: quia *Deus videre vult, an Sodomitæ compleverint iniquitates ſuas, nec ne, ut ipſũ ſciat, ideoq; non omnia per ſe novit ſine exploratione, inquiſitione & examine.*

℞. Deus *humano more* de ſe ita loquitur & tunc *videre peccata hominum* dicitur, quando *ipſo facto*, pœnarum ſcil. irrogatione, oſtendit, ſe peccata nec ignorare nec approbare. Quòd enim non fuerint Sodomitarum ſcelera Deo ignota, patet ex eo, quod in colloquio cum Abrahamo inito indicat ne quidem decem juſtos in illis urbibus ſupereſſe, verſ.32. *Hunn.* tom.3. oper. Lat. p. 1572. *Gerhard.* in Exeg. loc.2. de nat.& attrib.div.§.252.

Verſ.22. *Converteruntq; ſe inde, & abierunt Sodomam; Abrahã vero adhuc ſtabat corã Domino.*

I. Controverſiam, de *motu Angelorum* hic agitatam, vide in vindic. *Gen.*18.v.16. deciſam.

II. *Galatinus* lib.1.de Arcan.Cathol.verit.cap.8. contendit, fontes ſcripturæ ſacræ eſſe corruptas, idque à *Judæis* factum pronuntiat in hoc loco, ubi nunc habemus: *Abraham adhuc ſtabat coram Domino*, olim fuiſſe mutatum.

℞. Locus hic quemadmodum eſt in Hebræo nõ tantùm cum *vulgata verſione latina* correſpondet, ſed etiam cum translatione LXX. interpretum: *Ἀβραὰμ δ' ἦν ἑστηκὼς ἔναντι Κυρίου.* Sed nec ulla ſuberat cauſa mutandi, ſi maximè in primis Hebraicis Bibliis lectum fuiſſet: *Dominus ſtetit coram Abraham.* Nam eadem verba habent Moſes Gen.19. v.27. & Chaldæus interpres, quæ *Gen.* 18. v. 22. extant. Ita & hic à ſcribis facta mutatio? minimè verò. *Hunn.* tom.2. oper.Lat.p.129.ſeq. *Glaſſ.* l.1.Philol.Sacr.tract.1.par.2.ſect.1.art.1.obj.1.p.46.ſeq.

Verſ.23. *Et appropinquans ait: numquid perdes juſtum cum impio?*

I. Copulativa אַף, *etiam* hîc *augendæ & intendendæ ſententiæ*, non ſimpliciter *copulandæ* gratiâ ponitur. Chaldæus vertit הַבְרֻגְזָךְ, *an in ira?* accepit pro nomine אַף *ira* Glaſſ.l.3. Philol.ſacr.tract.7.can.4.n.1. p.590.ſeq.

II. *Salmeron* diſp.7. in 1.Tim. 2. tom.15.p.464. probare nititur, *ſanctos defunctos eſſe invocandos*, eò quòd *Abraham Angelos ſibi Apparentes invocaverit, quippe quos oraverit pro liberatione Sodomæ.*

℞. (1.) *Eccius* in ſuo Enchiridio diſertè fatetur, *in V. T. non fuiſſe traditam invocationem Sanctorum*, eamque ideò, quia populus Iſraeliticus alioquin propenſus fuerit in idololatriam. Si verò *Sanctorũ invocatio* in V.T. tradita non eſt, ergo nec ex hoc teſtimonio probari poteſt. (2.) Teſtimonium illud expreſsè loquitur de *oratione vivi alicujus Sancti in hac vita* cujus habemus exemplum; de eo autem Sancto, qui ex hac vita diſceſſit, nullum habemus exemplum in Scriptura Canonica. (3.) Concedimus pias eſſe cogitationes, *Beatos in cœlis orare pro Eccleſia militante in genere*, ſed non in *ſpecie*; id enim in ſcriptura traditum non eſt: inde vero non ſequitur, *Sanctos religiosè eſſe invocandos.* (4.) Abraham apud *Dei filium* pro Sodomitis intercedit, non autem apud *angelos*. Cum enim Angeli comites fuiſſent digreſſi, & Sodomam verſus abiiſſent; Abraham adhuc ſtabat coram Domino, v.22. quem vocavit *Judicem univerſæ terræ* v.25, quod encomium nulli *Angelo*, ſed ſoli *Filio Dei* competit, Actor.17.v.31. *Chemnit.* in exam. Concil. Trident.

per.

per 3. p. 620. m. 12. *Gerhard.* tom. 8. LL. loc. 29. de mort. §. 460.

Vers. 24. *Si forte fuerint quinquaginta justi in medio civitatis, nunquid etiam perdes & non parces loco propter quinquaginta justos, qui intra eã.*

Nota hoc loco (1.) *Pleonasmum*: nam תוך, *medium*, redundare videtur; *In medio civitatis*, h. e. in *civitate*. (2.) causalem conjunctionem למען, *ut*, significare PROPTER, & cum nomine הצדיקם, *justos*, constructum, efficientem & promoventem causam notare, hæc sensu: An non quinquaginta isti justi precibus suis efficere, & te permovere poterunt, ut toti illi loco clementer parcas? 3. *Ellipsin* verbi substantivi: *Qui intra eam*, scil. *sunt*. Ariæm. in Bibl. p. 14. & *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 7. can. 20. m. 1. pag. 625.

Vers. 25. *Absit tibi à faciendo secundùm verbum hoc ad mortificandum justum cum impio, & sit sicut justus sicut impius; absit tibi. nunquid judex omnis terræ non facies judicium?*

I. Moses utitur hîc 1.) *Hebraismo*: nam *verbum* Hebræis notat *rem*, secundum *verbum hoc*, i. e. secũdùm *rem hanc*. (2.) *Pleonasmò*, quia כ in voce כצדיק, *redundare* videtur, *sicut* justus, h. e. *justus*. Quamquã *AbbenEzra* in hoc *ellipticũ* dicẽdi genus ponit, hoc sensu: *Et erit justus sicut impius, & impius sicut justus.* D. *Glassius* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 1. observ. 3. p. 651. docet, כ, quando *geminatur*, significare *rerum inter se ex æquo comparationem, & absolutam utrinque similitudinem*, ita ut priùs *ἀπόδοσιν*, posteriùs verò *ἀνταπόδοσιν* similitudinis denotet: *Et erit sicut justus, ita impius*, (3.) *Metonymia subjecti* pro *adjuncto*: *terra* enim est pro *omnibus* terræ incolis. *Ariam.* in Bibl. p. 14. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 3. p. 41.

II. Moses Ezechieli contradicere videtur; *ille* enim recenset, *Abrahamum negâsse, Deum occidere justum cum impio*; *hic* verò cap. 21. v. 3. pronunciat, *Deum occisurum esse in Israel justum & impium.*

℞. Patriarcha intelligit *interitum sempiternum*; Deus autem *corporalem*. Walther. in harm. Script. 5. pag. 136.

Vers. 27. *Et respondit Abraham, & dixit: Ecce cæpi nunc loqui ad Dominum meum, & ego pulvis & cinis.*

In textu hoc est (1.) *Enallage temporis*: præteritum enim, *cæpi*, ponitur pro præsenti, *gestio, volo, cupio.* (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Et ego*, scil. *sum*. ([illegible] *Paronomasia*: nam Abraham de se dicit, quod sit עפר ואפר, *pulvis & cinis*. (4. *Metonymia materiæ* pro *materiato*, nimir. *pulvis & cinis* pro *homine, qui ex pulvere & cinere terræ factus est*. (5.) *Synecdoche totius* pro *parte*: *Ego* sum i. e. *corpus* meum, ut ita ad primam hominis creationem ex terra alludatur: (6.) *Μείωσις*: *Ego sum pulvis & cinis*, h. e. *homo vilissimus & creatura abjectissima*. Ita extenuat sese Abraham obtinendæ *veniæ* causâ. Ariæm. in Bibl. p. 14. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 1. p. 21. c. 19. p. 477. tract. 2. c. 2. p. 522.

Vers. 28. *Si forsitan defuerint quinquaginta justis quinq; ; nunquid disperdes in quinq; totam civitatem? & dixit, non disperdã, si invenero ibi, &c.*

Occurrit hîc (1. *Ellipsis* tum præpositionis, *de* quinquaginta justis; tum nominis *Non disperdam*, scil. *civitatem*. [illegible]) *Enallage*: nam ב, aliàs IN, significat, *propter* בחמשה, *propter quinq;*, scil. *deficientes* ex quinquaginta. *Ariam.* in Bibl. p. 14. *Glass.* lib. 4. Phil. sacr. tract. 1. observ. 5. m. 6. p. 668.

Vers. 29. *Et addit ultra loqui ad eum; & dixit: Si forte invenientur ibi quadraginta; & dixit: Non faciam propter quadraginta.*

In versu isthoc habetur (1.) Hebraismus: *Addit ultra loqui*, h. e. *ultra locutus est*. 2.) *Ellipsis* nominis, *non faciam*, subintellige, *consumtionẽ*, Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 37.

Vers. 30. *Et dixit ne nunc succendatur Domini, &c.*

Ellipsis hîc est nominis חרון, *ira*, ex verbo conjugato יחר *accendatur*, eruendi: *Ne accendatur*, scil. *ira*. Vatabl. ibid. *Glass.* l. 4. Philol. Sacr. tract. 2. observ. 5. p. 711.

Vers. 32. *Et dixit Dominus: Non delebo Sodomam propter decem.*

I. *Peltanus* tract. de Satisf. sect. 9. contendit, *posse quemq; aliunde satisfactiones pro peccatis suis emendicare non suas; cum paratum se Deus declaraverit, ob decem justos, si fortè tot reperti fuissent, omnibus Sodomitis & Gomorrhæis, eorumq; vicinis parcere.*

℞. (1.) Exemplum hoc non est ullius *satisfactionis pro aliis*: nusquam enim legas, *pro Sodomitis decem istos satis [illegible]ecisse*. [illegible]) Quòd ille factum fuisse dicit *ob sanctimoniam decem justorum*, factum nusquã Scriptura testatur; nempe, intentos semper habent oculos Papistæ in *merita*, quæ nulla potest agnoscere catholicus, qui contra audit à Petro, Actor. 3. v. 12. *Quid intentos oculos in nos habetis, quasi propria vi aut pietate effecerimus, ut hic ambularet?* Neque dubitat, *eandem esse omnium sanctorum conscientiam*. ( )Negamus ergo consequentiam: *Si propter decem justos Deus paratus fuit facere Sodomitis, &c.* ergo *satisfacere posse alios pro aliis*. Cur non, inquit Peltanus? Quasi non *ipse* potiùs debebat ostendere, cur fiat, quàm *nos*, cur non fiat. Et tamen audit: quia perinde est, ac si diceret: *Si illi non satisfecerunt*, ergo *alii satisfacere possunt*; quó quid quisquam potuit dicere absurdius? *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 24. c. 9. n. 10. seqq.

II. *Fanianus* lib. con verger. dicit, ideò diutius *illam Mariæ domum in Turcia restitisse*, quid *decem etiam justi ibi superfuerint, impiorum gratiam Deus eandem permanere diutiùs siverit*; quemadmodum *Abrahæ promisit, se Sodomam non esse subversuram, si vel decem in ea justi superfuerint.*

℞. *Diversa* est in e[illegible]mplis ratio: nam ex Scriptura certum est, *decem justos Sodomæ non fuisse*, eãq; esse eversam: Jesuita autem demonstrare non potest, *decem etiam justos tum in Turcia fuisse*, in quorũ gratiam, Mariæ domum tamdiù sibi reliquerit Dominus: quemadmodum demonstrare non potest, *in Turcia tum haud fuisse decem justos, cum illam Angeli deportaverint aliorsum*: neq; credo Thurrianum suis ipsum digitis eos computasse. *Bernegg.* in demol. Idol. Laurent. p. 63.

Vers. 33. *Abiitq; Dominus, postquam cessavit loqui cum Abrahamo.*

Thummius in Ταπεινογραφ. p. 289. Disput, *Deũ nudâ sua adessentia sine ulla efficaci operatione, impios terrere*; seu *Sodomitas*, quibus *appropinquaverit*.

℞. Locus hic non facit ad intentum probandum: neque enim de *adessentia apud impios*, sed de *abitu*, in *forma* scil. *illa visibili*, quam ad tempus Filius Dei assumserat, ibi agitur. *Osiand.* Comm. in Gen. tom. 1. fol. 30. *Theologi Saxonici* in Apolog. contr. admon. Theologor. Mittelberg. sect. 3. c. 4. p. 488.

CAP. XIX. Vers. 1. *Veneruntq; Angeli duo Sodomam, sedente Lotho in foribus civitatis: qui cum vidisset eos, surrexit & ivit obviam eis, adoravitq; pronus in terram.*

I. In Hebræo est (1.) *Enallage*: participium enim ישב, *sedens*, ponitur pro indicativo, *sedebat*. (2. *Metonymia signi* pro *signato*: nam *incurvare se in terram*, signum erat *adorationis*. Ariæm. in Bibl. p. 14.

II. *Enjedinus* in explic. loc. V. & N. ad argumen-

tum *Athanasii* pro trinitate ex *Gen.* 18, 2. deductum excipit, *tres illos viros, Abrahæ visos non repræsentasse tres personas Divinitatis*, sed *nudos fuisse Angelos*, cum h.l. expressè *Angeli* vocentur.

R. Argumentum hoc contra nos nihil concludit: nam in hoc versu agitur tantum de *duobus Angelis*, qui ab Abrahamo digressi, Sodomã venerunt, eos verò *Angelos*, & non *personas Trinitatis* fuisse, largimur. *Jac. Mart.* l.1. de trib. Eloh. c.16.m.1.

III. *Smalcius* in Refutat. l.1. de error. Arianm. p. 142. fentit. *Angelos in* V.T. *religioso adorationis & invocationis cultu a piis honorari potuisse*, & *honoratos fuisse*. *Bellarminus* l. 1. de beat. Sanct. c.13. addit, *Angelos non minus hodie, quam tempore* V.T. *religiose colendos esse*. urgent verò, *Lot inm adorasse Angelos*.

R. *Lothum adorasse Angelos*, non nego, sed *adoratione civili*, quæ in *externa reverentia & genuflexione* consistit. *Gen.* 42.v.23. non autem *religiosâ*, quæ consistit in interno cordis cultu, salutis petendæ causâ, Deut. 6,13. Nam (1.) verbum Hebræum שחה & Latinum *adoravit*, est commune Deo & creaturis attributum; fatente *Bellarmino* l.1. de Sanctor. beat. c.12. nihil ergò promovet, qui his utitur ad *cultus religiosi* stabilitionem. Non enim sequitur: *Adoravit*; Ergo *religiose*. Alioqin quis absolvat *Iacobum* adorantem fratrem suum, non solum φιλῶν ἀσπαζόμενον sed nec virum bonum? *Gen* 32.v.3. ... Lothus hospites illos suos non noverat esse *angelos*, cum eos tam honorifice exciperet; unde inscius Angelos excepisse scribitur, *Heb.* 13.v.2. idque patet ex ipsomet textu. Nam Angeli si apparuerunt in *forma humana*, proinde & tanquam *homines ac hospites* sunt invitati ad lotionem pedum, v.2. & ad epulum, v.3. quorum neutrum fecisset Loth, si illos hospites pro *Angelis* agnovisset; quod & fatetur *Bellarminus* l.1. de beat. Sanctor. c.1. Quomodo igitur *adoratione quadam*, *media & plusquam humana*, i.e. *religiosa*, illos honorare potuit? *Hunn.* tom.3. oper. Lat. pag. 1577. *Franz.* in A.C. par.2 disp.11. thes. 88. seqq. *Cham.* tom.2. Panst. l.19. c.2.n.8.& 10. *Gerhard.* tom.8. LL. CC. loc.29 de mort. §.460. *Hümmel.* tract. de invoc. nat. par.2. c.1. ... c.3. n.4.5.1. p.451. seq. *Brochm.* tom.1. System. Theol. loc. de Angel. c.2.q.11. p.248.

Vers. 2. ... *dixit: Domini mei declinate in domum pueri vestri, & manete ibi; lavatos pedes vestros & mane proficiscemini in viam vestram, & dixerunt: nequaquam, quia in platea pernoctabimus.*

I. Nota hic (1. *Enallagen*; nam כִּי, *quia*, est pro, *sed*. (2.) *Ironiam*, nam verba enim Angelorum, *nequaquam, sed in platea pernoctabimus*, simulanter & ὑποκριτικῶς, seu cunctanter ad Lothum prolata sunt, ut ex v.12. seq. patet. Apud profanos hoc dissimulandi & recusandi genus, cui contraria voluntas subest *exaspasthai* vocatur. *Ariasm.* in Bibl. p.14. *Glass.* l.5. Philol. Sacr. tract.1. c.5. p.86.

II. Controversiæ, circa hunc locum occurrentes; videantur in vindic. *Gen.* 18. v. 4. diremtæ.

Vers. 3. *Ingressique domum illius, fecit convivium, & coxit azyma, & comederunt.*

I. *Iudæi* nugantur, *ad dictionem Lothi, & Sodoma eversionem circa festum Paschatis evenisse*: quia hic dicatur, *Lothus Angelis apposuisse azyma.*

R. Sed ineptiæ hæ sunt: siquidem Paschatis festum haud dum erat institutum. Quod autem, ante azymo utitur Lothus, non *religionis* ergò id facit, sed ex *suo quodam arbitrio*: siquidem & azymus seu infermentatus panis ... *liberè*, cum quidem in festo, longe post instituto azyma propter *mandatū* Dei necessariò usurpanda fuerint, nec toto illo Paschalis solennitatis tempore vesci liceret panibus azymis. *Hunn.* tom.3. oper. Latin. p 1577. seq.

II. Controversiam de *Angelorum comestione*, & consequenter de *eorundem corporeitate*, vide in Vindic. *Gen.* 18. v. 8. definitam.

Vers. 4. *Antequam cubassent & viri civitatis viri Sodoma, gyrarunt super domum à puero & usque ad senem, omnis populus ab extremo.*

In textu hoc occurrit (1.) *Pleonasmus*: nam copulativa, &, redundare videtur: *Et viri*, h. e. *viri civitatis*. (2.) *Hebraismus*: Viri Sodomæ, *incola Sodoma*, Sodomitæ. (3.) *Enallage*: על enim aliàs *super*, notat *juxta*. (4.) *Ellipsis*: ab *extremo*, scil. *urbis*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.38. *Ariasm.* in Bibl. p.14. *Glass.* l.3. *Philol* Sacr. tract.1. can.34 m.2.p.125.

Vers. 5. *Et vocaverunt ad Loth, & dixerunt ei Vbi viri, qui venerunt ad te hac nocte? Educ eos ad nos, & cognoscemus eos.*

Est in versu hoc (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *ubi*, scil. *sunt*? *Metonymia causa* pro *effectu*: nam *cognoscere* experimentalem *cum viris concubitum* notat, qui vulgo *Sodomia* dicitur. *Ariasm.* in Bibl. p.14. *Glass.* l.5. Philol. Sacr. tract.1. c.1. c.14.

Vers. 8. *Habeo duas filias, quæ necdum cognoverant virū, educā eas ad vos, & abutimini eis, &c.*

I. In Hebræo Moses utitur (1.) *Ellipsi* verbi substantivi: *nunc mihi*, scil. *sunt*; & *quod bonum*, nim. *est*. (2.) *Metonymiā causa* pro *effectu*: *cognoscere* enim *experimentalem thori concubitum* notat. (3.) *Idiotismo*: Hebræis namque phrasis hæc, *sicut bonum in oculis vestris*, est, *quemadmodum vobis placuerit*: & *verbum* notat *rem*, ne faciatis *verbum*, i.e. *rem* seu *quicquam*. (4.) *Synecdoche partis* pro *toto*; *tignum* enim pro *tecto*, & consequenter pro *domo* ponitur. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.38. *Ariasm.* in Bibl. p.14. *Glass.* lib.5. Philol. Sacr. tract.1. c.1. p.14. & c.17. m.2. p.464.

II. *Manichæi ex errato Lothi*, in scripturis alias laudati, labefactare voluerunt V. T. *authoritatē divinam*.

R. Peccavit sanè Loth, *filias suas prostituturus*: verum peccatum istud Deus nunquam *jussit* aut *approbavit*; *cavendum* non *imitandum* proposuit. Dementia ergo est, *sacras* V.T. *literas* ab hoc *temeritatis* reprehendere. *August.* l.22. contr. Faust. Manich. c.66. *Lel.* de verb. Dei. p.136. seq.

Vers. 9. *Et dixerunt: Accede ultra & dixerunt: unus venit ad peregrinandum, & judicavit judicando? nunc male faciemus tibi præ ipsis: & vim fecerunt in virum in Loth valde, &c.*

Hebraismus hic est: *judicavit judicando*, pro, *judicem indesinenter agit*, i. e. *perpetuus est censor morū & vita nostra, morosus & fastidiosus nobis*. 2. *Pet.* 2. v.8. Jun. in Not. ad. h.l. p.27.

Vers. 11. *Et viros, qui ostio domus, percusserunt in caecitatibus, à minimo & usque ad maximum, &c.*

Redit hic (1.) *Ellipsis* verbi substantivi, *qui ostio domus*, h.e. qui *erant* ad ostium domus. (2.) *Enallage numeri pluralis* pro *singulari*, ad denotandum *magnitudinem*: percusserunt Angeli בסנורים *caecitatibus*, i.e. *summa & densissima cæcitate*. Ariasm. in Bibl. p.15. *Glass.* l.3. Philol. Sacr. tract.1. can.24. p.88.

Vers. 13. *Delebimus enim locum istum, eo quod increverit clamor eorum coram Domino, qui misit nos, ut perdamus.* istam.

I. In Hebræo reperitur (1.) *Enallage*, quia participium משחתים, *disperdentes*, pro indicativo, *disperdimus*, & hoc præsens pro futuro, *disperdemus*, ponitur. (2.) *Idiotismus*, cum qua צעקה, *clamor*, pro *tumultuosa & impia vita* accipitur; unde appellatio *peccatorum in cœlum clamantium*: tum quia relativum ה, refert id, quod remotius distat, ... *ad perdendum istam*, scil. *civitatem*, quæ vox v. 12. memo-

memoratur. *Ariæm.* in Bibl. p. 15. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 10. p. 189. & tract. 3. can. 16. m. 4. p. 279. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 36.

II. *Enjedinus* in explicat. locor. V. & N. T. excipit 1. ad argumentum *Athanaſii*, pro *tribus perſonis divinis*, *Gen.* 18. v. 2. *per tres viros repræſentatis* adductum; *tres illos viros nudos fuiſſe Angelos*, *qui ſe à Deo miſſos eſſe* fatentur.

℞. Hoc nihil contra nos concludit: nam verſu hic agit tantùm de *duobus Angelis*, qui, ab Abrahamo digreſſi, Sodomam venerunt, ſeque profitentur miſſos eſſe ad Sodomam perdendum: eos verò *Angelos*, & non *perſonas fuiſſe Trinitatis*, largimur. *Jac. Mart.* l. 1. de trib. Eloh. c. 16. m. 1. & c. 17. ad 1.

2. Ad argumentum pro *pluralitate perſonarum divinarum*, ex *Gen.* 11. v. 7. deſumtum; quòd *Deus poſuerit confuſionem illam linguarum per Angelum unum vel plures facere*, ita ut tàm *Angelus*, quàm *Deus operati ſint*; nec tamen inde ſequatur, *Angelum & Deum ejusdem eſſe naturæ*, vel *pariter utrumq; operatum eſſe*: quemadmodum *everſionem Sodomorum Deus per duos Angelos perfecerit*.

℞. Diverſa eſt in exemplis ratio. Nam (1.) ex *Gen.* 11. v. 5. & 8. conſtat *Deum ipſum*, adeóque *immediatè confudiſſe linguas*; at ex hoc v. 13. *Gen.* 19. patet, everſionem Sodomorum *mediate*, nimirum mediantibus *duobus angelis* à Deo profectam eſſe. (2.) Everſio Sodomorum facta fuit à *Deo*, tanquam à *cauſa principali*, v. 24. qui, ut *ſupremus judex*, totum illud negocium efficaciter gubernavit; per *Angelos* verò, tanquam *cauſas inſtrumentales*, & *divinæ illius ſeveritatis adminiſtros*: probetur autem, *Deum per Angelos confudiſſe linguas hominum*. Hunn. l. c. p. 1580. & *Jac. Mart.* d. l. n. 113. & 114.

3. Ad argumentum pro *dualitate perſonarum divinarum* ex *Gen.* 19. v. 24. per *Jehovam, qui pluerit à Jehovah*, intelligi *Angelum unum* vel *alterum*, ad Sodomam perdendam à Deo miſſum, idque ex hoc *Angelorum* ipſorum teſtimonio probare vult.

℞. Iterum diſtinguat adverſarius inter *cauſam miniſtram*, & *principalem*: *illam* conſtituerunt *Angeli*, *hanc* Jehovah, nempe *Filius Dei*, pluens à *Jehovah*, ſed *Jehovam à Jehovah* pluiſſe. *Jac. Mart.* ibid. c. 13. n. 157. ſeq.

Verſ. 14. *Egreſſus itaq; Loth locutus eſt ad generos ſuos, qui accepturi erant filias ejus, & dixit: ſurgite, egredimini de loco iſto, quia delebit Dominus civitatem hanc, & viſus eſt eis, quaſi ludens loqui.*

I. In Hebræo eſt (1.) Enallage: *nam participia* לֹקְחֵי *accipientes* pro futuris, *accepturi*, & מַשְׁחִית *diſperdens*, pro *diſperdet*, ponuntur. (2.) *Idiotiſmus*: fuit *ſicut ludens in oculis generorum ſuorum* h. e. *viſus eſt illis jocari*. Ariæm. in Bibl. p. 15. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 39.

II. *Anabaptiſtæ* probare volunt, *ſibi jus & fas eſſe deſerere conjuges ſuas*, *quando iſtæ in Anabaptiſmum conſentire nolunt*: nam cum *generi Loth filias ſuas ſequi nollent ex Sodoma*, *diſceſſerunt tamen filiæ Loth*, & *poſtea ab illis jus ſponſis liberæ habitæ fuerunt*.

℞. (1.) Aderat *expreſſum divinum mandatum ex Sodoma egrediendi*: acceſſerant enim Angeli, qui ſe ad educendum Loth cum conjuge, & filiabus miſſos ſignificabant, v. 12. (2.) conjugium inter filias Lothi & generos ſuos *nondum erat conſummatum*: nec dū enim cognoverunt virum, inquit Loth ipſe, v. 8. (3.) Facilè liberæ dici potuerunt, poſt incendium Sodomæorum filiæ Loth; quia in illo incendio omnes incolas periiſſe, & inter hos quoq; *generos Loth*, certò conſtabat, v. 25. quarè *morte* dirempta fuerunt illa ſponſalia. Sed quid hoc ad *Anabaptiſtas*? qui (1.) carent *ſpeciali Dei mandatô*, (2.) deſerunt conjuges, non *poſt ſponſalia*, ſed poſt *conſummatum matrimonium*; & (3.) *ſuperſtites* deſerunt, & à *viventibus* (à quibus certè per mortis interventum nondum liberi facti) divelluntur. Non eſt igitur unus in hoc argumento terminus, qui ad Anabaptiſtas referri poſſit, niſi ſorte ſub termino *generorum Lothi* delitecant, eò quòd illi à piis ſuis conjugibus deſertis ſæpiùs rogati, ut è ſecta Anabaptiſtica, æterno ſulphure digna, egrediantur, tamen hæc omnia falsò deriſerint & conjuges ipſorum illis videntur ludentes loqui. *Oſiand.* in Enchir. controv. Anabapt. c. 8. ad 5. p. 172. ſeq.

Verſ. 15. *Et cùm ipſa aurora adſcendiſſet, & vim faciebant Angeli in Loth, dicendo: Surge, cape, uxorem tuam, & tuas filias inventas, ne fortè conſummeris in iniquitate civitatis.*

Moſes utitur hìc (1.) *Pleonaſmo*: ו enim redundare videtur, & *vim*, &c. (2.) *Metonymia cauſæ*, pro *effecto*: nam עָוֺן, *iniquitas*, pro *pœna iniquitatis* ponitur. Ariæm. in Bibl. p. 15. Glaſſ. l. 5. Phil. Sacr. tract. 1. c. 1. p. 16.

Verſ. 17. *Eduxeruntq; eum, & poſuerunt extra civitatem; ibiq; locuti ſunt ad eum, & dixit, Salva animam tuam, noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circa regione, ſed in monte te ſalvum fac, ne & tu ſimul pereas.*

I. In verſu hoc recurrit (1.) *Ellipſis* nominis יְהוָה, ex v. 16. repetendi: *Et dixit*, nimirum *Dominus*. (2.) *Metonymia cauſæ* pro *effectu*: *Anima* enim pro *vita* eſt. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 28.

II. *Platus* l. 1. de bono ſtatus religioſi c. 7. pro *ſtatu Monaſtico* textum hunc profert, inquiens, *Sodomam eſſe ſeculum hoc*, *variis libidinibus & deſideriis inflammatum*, *à cujus periculis*, *laqueis & inſidiis fugiendum ſit*: *montem eſſe culmen perfectionis*, nimirum, *ſtatum religioſum*, & quidem *monaſticum*, in quo ſolus eſt tantum.

℞. Hoc argumentum non concludit: eſt enim *allegoricum*; Theologia autem *allegorica* non eſt argumentativa, fatente *Thoma Aquinate*: οὐ γὰρ πάντα ἀλληγορίας δεῖται, inquit *Epiphanius*, ἀλλ' ὡς κεῖται. Nō omnia indigent, allegoriâ, ſed ut poſita ſunt. Malè igitur τὸ αὐτὸν ſumitur *figurate* & dere licto ſenſu *literali* myſticus quæritur. *Cham.* tom. 2. Panſt. l. 16. c. 10. n. 3. & 4. p. 339.

Verſ. 18. *Dixitq; Loth ad eos*: אֲדֹנָי *ne quaſo Domini mi.*

I. *Ellipſis* huc redit: *Ne quaſo*, ſubaudi, *ita fiet*, nim. *ut cogar continuo curſu ad montem illum remotū difficilemq; contendere*. Jun. in Not. ad h. l. c. 28. Vatabl. in Annot. ad eund. loc. p. 39.

II. *Galatinus* l. 2. de Arcan. Cathol. venit c. 10. & *Enjedinus* ad c. 22. Matth. p. 108. ſtatuunt vocem, ADONAI, non *naturam*, ſed *dignitatem ſignificare*; quo vocabulo Loth *Angelos* appellet.

℞. (1.) Ad *ſolum Jehovam* convertitur hæc Lothi oratio, ut ex collatione v. 17. & 19. patet; itaque vel conſtituenda eſt *numeri Enallage*, quam præcedentium & ſequentium connexio oſtendit; vel referendus eſt uſus pluralis numeri ad ſignificandum myſterium *pluralitatis perſonarum*. quod poſtea explicatur; *Jehovah pluit à Jehova*, v. 24. (2.) Si omnino ad *Angelos* referendum, dicendum fuerit, non eſſe *camez nativum*, ſed ex *patah*, per pauſam *Silluk* mutatum. *Jun.* l. c. *Gerhard.* in Exeg. loc. 2. de not. Dei. §. 50. m. 1.

Verſ. 19. *Ecce nunc invenit ſervus tuus gratiam in oculis tuis, & magnificâſti miſericordiam tuam, quam feciſti mecum, ad vivificandum animam meam, &c.*

In

In verſu hoc attende (1.) *Hebraiſmum. invenit ſervus tuus gratiam in oculis tuis*, h.e. *video me gratum tibi fuiſſe & acceptum*, & *vivificare* Hebræis eſt *incolumem ſervare, cum interficere quis poterat.* (3.) *Metonymia cauſæ* pro *effectu*, nim. *anima* ponitur pro *vita*. Vatabl. in Annot. ad h. l p.39. Jun. ibid. p.28.

Verſ. 20. *Eſt civitas hic juxta, ad quam poſſum fugere, parva, & ſalvabor in ea: nunquid non modica eſt & vivet, &c.*

Salmeron. diſp. 7. in 1. Tim. 2. tom. 15. p. 464. probare conatur, uti *Angelos*, ita quoque *Sanctos defunctos licitè poſſe invocari*; cùm *Lothus illos precatus fuerit pro civitate parvula Segor*.

℞. (1.) Aliud eſt *Angelorum præſentium, & inviſibilis formæ apparentium compellatio*; aliud verò, *religioſa Sanctorum defunctorum, à nobis abſentium invocatio*, quam in V. T. nondum fuiſſe uſitatam, quidam ex ipſis Pontificiis concedunt. (2.) *Filium Dei*, duobus Angelis comitatum, in precibus ſuis compellavit Lothus; quia poſtquam Dominus ceſſaverat loqui ad Abraham, abiit, puta Sodomam, quò Angeli comites jam abierant, *Gen.* 18. v. 33. c. 19. v. 1. unde *preces Lothi ſe ſuſcepiſſe* dicit, ut non ſubvertat urbem Segor, v. 21. Quis autem fuerit, qui Sodomam & Gomorrham ſubvertit, ac parvæ illi civitati ob preces Lothi pepercerit, exponitur v. 24. & 25. Gerhard. tom. 8. LL. CC. loc. 29. de mort. §. 460.

Verſ. 21. *Dixitq́, ad eum: Ecce etiam in hoc verbo ſuſcepi faciem tuam, ut non ſubvertam urbem, pro qua locutus es.*

In hoc textu eſt (1.) *Synecdoche partis* pro *toto*: *facies* enim pro *homine* ponitur. (2.) *Hebraiſmus*: Nam, *ſuſcepi faciem tuam*, eſt, *acquieſco precibus tuis*; & *verbum* notat *rem*, in verbo hoc eſſe in *hac re*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p.40. *Jun.* ibid. pag. 28. *Glaſſ.* l. 5. Phil. ſacr. tract. 1. cap. 17. p. 461.

II. Moſes Salomoni contradicere videtur: *Ille* enim narrat, quòd *Zoar ſervata ſit ad interceſſionem Lothi*; Sic autem, Sapient. 10. v. 6. refert. 5. *civitates cæleſti incendio vaſtatas eſſe.*

℞. (1.) *Hunnius* tom. 3. oper. Lat. p. 1582. cenſet, fieri potuiſſe, ut Zoar *tum* quidem, *cum Lothus in eam diverteret*, ſervata ſit: ſed eum ne ſic quidem exemplô tantô ac tam horribili emendaretur, ipſa quoque tandem ſubverſa ſit: (2.) *Rungius* ſtatuit, *tùm non fuiſſe civitatem illam everſam, cum Lothus ex ea exiret.* Cum enim hoc loco diſerta extet promiſſio de ejus conſervatione, cumque *Eſa.* 15. v. 5. fiat illius mentio, quòd Moabitæ ab Aſſyrio victi, ad oppidulum *Zoar* ſint fugituri; neceſſe eſt, eo tempore adhuc fuiſſe in illa vicinia tale oppidum. Facit quoque illius mentionem *Joſephus* l. 5. de bell. Judaic. c. 5. quòd *Zoar* fuerit Arabiæ vicina. Et l. 1. Antiq. c. 17. diſertè dixit, id ſuo tempore adhuc ſupereſſe & *Zoar* vacari. (3.) In libro quidem Sapientiæ dicitur *ignis deſcendiſſe ſuper Pentapolin*; ſed non diſertè additur, utrū *ſimul omnes perierint.* Fuit ſanè *Zoar* in communi periculo cum reliquis, & haud dubiè *aliquot fulmina* iſtuc quoque ad incutiendum terrorem immiſſa: verùm ex certis Scripturæ ſacræ documentis probari nequit, quintam quoque civitatem, *Zoar*, vel ſimul cum aliis, vel paulò pòſt everſam eſſe. Rung. in Comm. Gen. p. 552.

Verſ. 22. *Feſtina, erue te illuc, quia non potero facere verbum, uſq́, ad ingredi tuum illuc, idcirco vocavit nomen civitatis Zoar.*

I. Moſes utitur hîc (1.) Ἀνθρωποπαθείᾳ, cum humanitus *impotentiam efficiendi aliquid* Deo tribuit, & hoc dicere vult: *Cùm certa & immutabilis ſit Dei, benevolè reſpicientis, ſententia, de vobis ex incendio & perditione eripiendis, igitur antequam in tuto ſitis collocati, executio incendii Sodomitici haudquaquam fieri poterit.* (2.) *Hebraiſmô*: *verbum* enim Hebræis notat *rem*: Non potero facere *verbum*, i. e. *quicquam*. (3.) *Enallage*: nam infinitivus, *ingredi*, ponitur pro nomine, *ingreſſus*. (4.) *Ellipſi* nominativi cujuſdam: *Vocavit*, ſcil. *quiſq́*, vel *is, qui nomen ei indidit*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p 40. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 28. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. ſacr. tract. 1. cap. 7. p. 146.

II. Locus hic videtur repugnare Dei tum *libertati*, tum *omnipotentiæ*: quomodo enim *Deus eſt agens liberrimum, ſi non poteſt non agere?* & quomodo eſt *omnipotens, ſi non omnia poteſt?*

℞. Non intelligendus eſt hic textus de potentia Dei *abſoluta*, quippe quam nulla creatura retardare aut inhibere poteſt, *Eſa.* 14. v. 27. *Dan.* 4. v. 32. ſed de *potentia Dei ordinata*, prout illa paternæ in Lothum miſericordiæ favore tincta & temperata erat, atque ad ipſius utilitatem ſic accommodata, ut non quicquam facere poſſet & vellet, quod ejuſdem ſaluti officere videretur. Quo reſpectu Deum tenere poſſunt fideles fide & precibus, exemplô Moſis, Exod. 32. v. 10. Jacobi, Oſe. 12. v. 4. Ephraimi, Jer. 31. v. 20. Hinc Auguſtinus l. 2. contr. Gaudent. Epiſt. c. 22. p. 351. Non poſſe ſe, dixit Dominus, quod ſine dubio poterat per potentiam; ſed non poterat per juſtitiam. Hunn. tom. 3. oper. Lat. pag. 1581. Rung. in Gen. p. 544. Gerhard. tom. 1. LL. CC. loc. 3. de natur. Dei. §. 169. p. 339. ſeq.

Verſ. 24. *Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem a Domino de cælo.*

I. In textu hoc occurrit (1.) *Synecdoche*: nominantur enim *Sodoma* & *Gomorrha*, reliquis civitatibus non excluſis. (2.) *Hendiadis*: *ſulphur & ignem*, h.e. *ſulphur igniitum*, vel *ſulphureum ignem.* Jun. in Annot. ad h. l. p. 28. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. ſacr. tract. 2. can. 6. p. 24.

II. Moſes *ſibi* & *Oſeæ* contradicere videtur; nam h. l. tantum *duarum civitatum*, Sodomæ videlicet & Gomorrhæ, meminit, quæ incendiô ſulphuris & ignis everſæ ſunt; at *Deut.* 29. v. 23. & *Oſe.* 11. v. 8. mentio quoque fit *Adama* & *Zeboim*, quas ſubvertit Dominus in ira & furore ſuo.

℞. (1.) Moſes ideo tantùm *Sodomæ* & *Gomorrhæ* meminit, quia hæ *præcipuæ & primariæ* erant inter quinque illas urbes. (2.) Neque verò, quia hæ duæ tantùm nominantur, excluduntur cæteræ: nam interdum etiam ſola nominatur *Sodoma*, quando hujus hiſtoriæ fit mentio. Deinde Moſes præter duas illas urbes primarias notat ſimul locum, nempe omnem planitiem, quæ circa Jordanum erat. *Hunn.* tom. 3. oper. Lat. p. 1581. & *Walther.* in harm. ſcript. p. 139. ſeq.

III. Moſes ad myſterium *Trinitatis* digitum hîc intendit, ſubindicans, *Jehovam*, Filium Dei, qui Abrahæ priùs apparuerat, *pluiſſe à Jehovah*, patre ſuo, ſulphur & ignem, ſuper Sodomam & Gomorrham; ita exponentibus *Irenæo* lib. 3. c. 5. *Juſtino* in Dial. cū Tryph. p. 215. *Synodo Syrmienſi* adverſ. Photin. can. 16. ut *Socrates* refert l. 2. hiſt. Eccleſ. c. 30. *Auguſtino* l. 1. quæſtion. in Gen. q. 59. &c.

Enjedinus in Explic. locor. V. & N. T. excipit 1. locum hunc eſſe *reciprocè* exponendum, nomenq́ue *Jehovah* repetitum vicem *relativi* ſuſtinere, Hebræo more, ita ut ſenſus ſit: *Jehovah pluit à Jehovah*, h.e. à *ſeipſo*. Cui aſſenſum præbent *Judæi*: Sic enim R. *Salomo* exponit, nuncupans conſuetu-

dinem Scripturæ. & R. *Abraham* vocat elegantiam linguæ.

℞. *Reciprocatio* hîc locum non habet. Nam (1.) *Jehovah* introducitur ut *agens aliquid à Jehovah*, adeò ut alia perſona ſit, *quæ pluit*; alia, *à qua pluit*: non ſecùs ac *Eſa.* 48. v. 16. & Zachar. 2. v. 8. alia introducitur perſona divina *mittens*; alia *quæ mittitur*. At *illæ duæ perſonæ ſunt Jehovah*, adeoque *verus DEus*; cum nemo ſit *Jehovah*, niſi *verus Deus creator cœli & terræ*. (2.) In Hæbræo voci *Jehovah* præfigitur vox מֵאֵת, ubi אֵת non eſt *articulus*, Accuſativum caſum notans, ſed *præpoſitio* ſignificans *cum*, quæ præpoſitioni מְ addita, ſignificationem intendit, *Pſal.* 118. v. 23. Ad verbum igitur emphaticè ſonat: *Pluit Dominus de cum Jehovah*. (3.) Paraphraſtes *Chaldæus* manifeſtò diſtinguit *Jehovam à verbò Jehova*, de quo dicit; quod ab *illo* ſulphur & ignem demiſerit: Itaque relativo pronomine hîc nihil quicquam opus eſt (quid enim opus fuit dicere *Jehovam à ſeipſo pluiſſe?*) unde nec pro *relativo* antecedens poſitum eſſe, dici poteſt.

2. Vocem, DEUS, eſſe *Ἐπίταυλον*, quæ *intenſionem & magnitudinem* ſignificet, hoc ſenſu: *Jehovah pluit ſulphur & ignem à Jehovah*, h. e. *magnum & vehementiſſimum*.

℞. (1.) Pugnat *hæc* exceptio cum *prima*: vehementior enim *Dei effectus* non eſt *ipſe verus Deus*. (2.) Speciem aliquam haberet hæc exceptio, ſi *ignis & ſulphur* dicerentur *ignis Dei ſulphur Dei*; ſicut alibi dicuntur *cedri Dei, montis Dei*. At Moſes longè aliter loquitur: *Pluit Jehovah à Jehovah ignem & ſulphur*; ubi non ad *nomen*, ſed ad verbum, *pluit*, vox iſthæc, *à Jehovah* refertur. (3.) Phraſis, מֵאֵת יְהוָה, *à Jehovah* à voce, *ſulphur & ignis*, per diſtinctivum accentum *Athnach* ſejungitur; quod non fieret, ſi *epitheti* rationem obtineret. (4.) Non poteſt produci exemplum, in quo nomen DEI, additum alicui rei, *nudam ejus qualitatem* vel *magnitudinem* notet, & non ſimul ac *primariò ipſum Jehovam* efficaciter agentem deſignet. Quantò igitur minùs id fieri dicendum eſt in hoc loco, quo res non DEI dicitur, ſed *à Deo* facta vel immiſſa eſſe.

3. Priori loco *Jehovam* vocari *Angelum illum*, quem DEus miſerit ad perdendum Sodomam, qui *Jehovæ perſonam* ſuſtinebat, qui ab *ipſo vero DEO*, cujus erat legatus, ignem deduxit & ſulphur.

℞. (1.) Hæc exceptio ibidem pugnat cum *prima*: *Angelus* enim *creatus* non eſt *ipſe verus Deus*, (2.) Nomen *Jehova* eſt ſolius *veri Dei* proprium, Eſa. 42. v. 8. (3.) Juxta hanc hypotheſin nomen *Jehovah* in una eademque periodo diverſiſſimam obtineret ſignificationem. (4.) *Socinus* in defenſ. animadv. p. 304. agnoſcit, *ipſum Jehovam*, non *Angelos*, ſulphure & igne, cælitus depluto, Sodomam evertiſſe. (5.) De *duobus Angelis*, Sodomam miſſis, Moſes nunquam in *ſingulari*, ſed ſemper in *plurali* loquitur, Gen. 19. v. 1. & ſeqq. ac Lothus à v. 19. uſque ad 23. non ampliùs cum *duobus Angelis*, Filii Dei comitibus, ſed *immediatè* cum *ipſo DEI Filio*, qui colloquio cum Angelis, ſupervenerat, agit, ut omnes circumſtantiæ oſtendunt. Invocat enim eum, impetrat, ut oppido Zoar parcatur, &c. Is ergo eſt *Jehovah ille*, qui à *Jehovah* pluit.

4. Quomodo *Filius à Patre de cœlo pluerit*, cùm ſuprà dictum fuerit, *omnes tres perſonas in terris ſub forma Angelorum fuiſſe*, & *ab Abrahamo viſas eſſe?*

℞. (1.) Nulla hîc eſt repugnantia; ſicut enim non ſequitur: In baptiſmo Chriſti, Matth. 3. v. 17. Pater erat in cœlo, & clamabat de cœlo: *Hic eſt Filius meus dilectus*, &c. Ergo *Pater* ſive *Jehovah non fuit ſimul in terra*; contrarium enim ipſe teſtatur, *Jerem.* 23. v. 23. Ita quoque non ſequitur: *Filius pluit à Patre de cœlo*; Ergo *tùm non fuit Pater in terra*. (2.) Diſtinguendum eſt inter *apparitionem Dei*, in qua ſe accommodat ad intellectum & captum noſtrum, & inter *exiſtentiam realem ac propriam*. DEus poteſt ſeſe uno in loco hominibus in certa forma ac ſpecie revelare, cum illis loqui; quâ non *apparet* vel *loquitur* in cæteris: inde tamen non ſequitur, quòd in cæteris non *exiſtat*. Applicatio enim Dei ad unum locum, *exiſtentiam* infinitam non tollit: ſiquidem exiſtentia infinita facit, ut cœlum & terram ſemper ſine intermiſſione repleat Deus. *Hunn.* tom. 3. oper. Latin. p. 1581. *Helvic.* tom. 4. diſp. Gieſſ. 10. Claſſ. 4. p. 243. *Gerhard.* in Exeg. loc. 3. de Trinit. §. 155. & 156. *Jacob. Mart.* l. 1. de trib. Eloh. l. 1. t. 13. 14. 22. 23. 24. 34. n. 373. *Glaſſ.* l. 3. Philolog. ſacr. tract. 2. can. 13. p. 199.

Verſ. 25. *Subvertit civitates has, & omnem circa regionem, univerſos habitatores urbium, &c.*

Donteloktus in Reſponſ. ad Anonym. pro *abſoluto reprobationis decreto*, urget *horrendum judicium*, quod *Deus exercuit in liberos Sodomitarum & Gomorrhæorum*, quos ob ſolum ſive *impiorum parentũ*, ſive *originale peccatum*, numero *reproborum* annumerari contendit.

℞. Hoc exemplô parùm proficit Calviniſta: nam agit tantùm de *pœna temporaria*; quæſtio autem eſt de *mortis æternæ ſupplicio*, quod Sodomitarum liberos tenellos ſubiiſſe, ex hiſtoria Moſaica ſolidè probari non poteſt. Quinimò illi ipſi immunes fuerunt abhorrendo ipſo flagitio, ob quid pœnis temporariis & æternis in Sodomitas animadvertebat Deus, *Gen.* 19. v. 4. & 5. *Brochm.* tom. 1. Syſtem. Theol. loc. de Prædeſtin. c. 3. q. 6. p. 676.

Verſ. 26. *Reſpiciensq́; uxor ejus poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis.*

I. Eſt hîc (1.) *Synecdoche generis pro ſpecie*: nomine enim *ſalis* intelligitur *ſal metallicum*, qui nullo imbre liqueſcit, teſte *Plinio* lib. 31. Hiſtor. natur. cap. 7. & in hujus materiam uxor Lothi mutata eſt. (2.) *Metaphora*: ſale namque indicatur *firmitas & durabilitas*; ſalita enim diutiùs durant, unde *pactum ſalis*, dicitur, quod *diuturnum & perpetuum* eſt, *Num.* 18. v. 19. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 40. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 28.

II. Nonnulli ſentiunt, *Magos & Sagos ex hominibus, mirâ quidem verâ tamen metamorphoſi, in alias creaturas migrare poſſe*, Et verè ejuſmodi transmutationem eveniſſe, in argumentum trahunt exemplum *uxoris Lothi, in ſtatuam ſalis converſæ*.

℞. Exemplum hoc pro *Dæmoniacis converſionibus* momentum planè nullum habet: quia ex *divina virtute, & ſingulari DEI potentia*; iſta converſio uxoris Lothi in ſtatuam ſalis facta eſt. At quæſtio eſt de potentia *magorum & ſagarum*, an unam creaturam in alteram, veluti hominem in beſtiam qualemcunque transmutare queant? hoc eſt, quod nego! eſt enim opus, naturæ potentiam *ſimpliciter* excedens, ac proinde nec à *Diabolo*, nec ab ulla *creatura* alia effici poteſt ejuſmodi transmutatio. *Thumm.* in tract. Theol. de Sagar. impiet. p. 46.

III. *Flaciani* ſtatuerunt, *peccatum originis eſſe ipſam hominis ſubſtantiam*, quippe *quæ* in *illud fuerit mutata*, in lapſu Adami; non ſecus ut *Lothi uxor transverſa ſit in ſtatuam ſalis*.

℞. Simile hoc planè eſt diſſimile. Nam (1.) corpus uxoris Lothi verſum eſt in *ſubſtantiam, ſpecie planè diverſam*; at verò Adamus per lapſum ſuum nequaquam verſus eſt in *ſubſtantiam aliam ſpecie diverſam*,

verſam, ſed ut priùs fuit *homo κατ' ἰοίαν*, ſic manſit *homo*, corpusque & animam, quantumvis vel maximè corruptum, retinuit. (2.) Non *anima*, ſed *corpus* iſtius fœminæ ſic erat conditum, ut per hoc miraculum, in ſalis ſtatuam poſſet converti; jam verò *depravatio Adami* potiſſimùm circa *animam* ſpectatur, quæ condita eſt, ut ſit & maneat in æternum *ſpiritus incorruptibilis*, idcirco talis *ſubſtantialis de anima Adami deſtructio* fingenda non eſt. (3.) mutatio iſthæc uxoris *ſingulare quoddam* infinitæ potentiæ DEI fuit opus: at Satanas eſſentiam *hominis*, præſertim *animæ* incorruptibilis, in aliam eſſentiam transformare non valet; quia aliàs tribueretur ei *vis infinita* ſubſtantiam unam in alteram ſubitò convertendi. (4.) *Salis ſtatuam* pro *ſuo opere* agnoſcit DEus; ſed *peccati originalis* creator non eſt: quòd ſi *ſubſtantia* eſſet, ſuo etiam creatore non careret. *Hunn.* tom. 3. oper. Lat. p. 1582. ſeq. *Reinecc.* tom. 3. Panopl. Theol. p. 138.

Verſ. 29. *Cum enim ſubverteret Deus civitates regionis illius, recordatus eſt DEus Abrahæ, & liberavit Loth de ſubverſione urbium, in quibus habitaverat.*

I. Redit hoc (1.) *Pleonaſmus*: nam vox DEUS, altera vice repetita, redundare videtur. (2.) Ellipſis diſtributivi אַחַת, *una*; In evertendo urbes, in *quibus* habitat Loth, h. e. in *quarum una*. Glaſſ. lib. 3. Philol. ſacr. tract. 1. can 27. p. 95.

II. *Peltanus* de ſatisfact. ſect. 9. diſputat, *ſatisfacere poſſe alios pro aliis*, cum Deus; ob *inſignem Abrahami pietatem & intercesſionem pepererit Loth*; eumque de ſubverſione urbium liberaverit.

℞. Exemplum hoc non eſt *ſatisfactionis alienæ*. Nam (1.) nuſquam legas; *Abrahamum ſatisfeciſſe pro Lotho*: (2.) quod ille *factum* dicit *ob inſignem Abrahami pietatem*, factum Scriptura nuſquam teſtatur: etſi teſtatur, *Abrahamum inſigni fuiſſe pietate*. Cham. tom. 3. Panſtr. l. 24. c. 9. n. 10. 11. 12.

III. Rationem Vorſtianam, pro *ſucceſſiva DEI motione & duratione*, vide confutatam in Vindic. *Geneſ.* 8. v. 1.

Verſ. 31. *Et dixit primogenita ad minorem: Pater noſter ſenex, & vir non eſt in terra ad veniendum ſuper nos, ſecundùm viam omnis terræ.*

Obſerva hoc loco (1.) *Ellipſin* verbi ſubſtantivi: *Pater noſter ſenex*, ſcil. *eſt*. (2.) *Metaphoram*: *via* enim eſt pro *conſuetudine*: (3.) *Metonymiam ſubjecti pro adjuncto*: *terra* namque ponitur pro *hominibus*, terræ incolis. *Ariam.* in Bibl. p. 14. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. ſacr. tract. 1. cap. 3. p. 41. & cap. 12. p. 376.

Verſ. 32. *Veni, propinemus patri noſtro vinum, & cubemus cum eo, & vivificemus de patre noſtro, ſemen.*

Uſurpatum in hoc textu (1.) *Enallage*: Imperativus enim, *Veni*, eſt pro adverbio, *Eja, age*. (2.) *Hebraiſmus*: nam *vivificare* idem eſt ac *ſervare*; (3.) *Metonymia materiæ pro materiato*: *ſemen* ſiquidem pro *liberis* eſt. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 40.

Verſ. 33. *Dederuntque itaque patri ſuo bibere vinum nocte illa: Et ingreſſa eſt major filia, dormivitque cum patre: at ille non ſenſit; nec quando accubuit filia, nec quando ſurrexit, &c.*

I. *Tatianus* & Encratitæ à *vino*, tanquam à re *mala*, abſtinuerunt; quòd *Loth ebrius*, cum filiabus ſe commiſcuerit. *Hiſtor. Magd.* Cent. 2. c. 5. p. 101. lin. 20. ſeqq.

℞. Quod per *accidens rei* obtingit, non poteſt nec debet *proprium ejuſdem uſum* impedire. Quòd igitur Loth *vinô inebriatus*, cum filiabus ſe commiſcuit, *vino* prorſus *accidentarium* fuit.

II. *Hardingus* contra Ivellum art. 15. ſect. 5. contendit, *Laicos à Scripturarum Lectione eſſe arcendos*, eò quòd *illæ materiam præberent malarum cogitationum, ſi fœminæ eaſdem legerent*, v. g. *inceſtum Lothi cum filiabus ſuis*.

℞. (1.) Ante Eſdræ tempora Iſraëlitæ Scripturas in lingua vernacula legere potuerunt, atque revera etiam legerunt: ſcribit enim Bellarminus l. 2. de Verb. Dei c. 15. §. 4. à temporibus Eſdræ deſiiſſe in populo DEI linguam Hebraicam eſſe vulgarem. Quòd ſi ergo damnum illud metuendum, ſi Scripturæ Laicis legendæ concedantur; utique etiam metuendum fuiſſet *ante Eſdræ tempora*. (2.) *Epiphanius* hæred. 69. p. 342. ſcribit, Scripturam ſacram vitalem eſſe; & nihil offendiculi habere fidelibus. Quòd ſi igitur ex Scripturæ lectione alicui incommodum aliquod oboritur, eſt prorſus *accidentarium*. (3.) Cum *Scripturarum lectione* vox *Eccleſiæ Doctorum* conjungi debet, qui ubi dubium aliquod apparuerit, genuinum ſenſum ex ipſis Scripturis oſtendant, *Deut.* 17. v. 11. *Malach.* 2. v. 7. (4.) *Scriptura lapſum Lothi proponit*, non ad *imitationem*, ſed ad *emendationem*, Rom. 15. v. 4. Inde Sixtus Senenſis l. 8. Biblioth. ſanct. p. 621. multis oſtendit, *vitiorum à Sanctis commiſſorum, conſiderationem, ad timorem, ſpem*, &c. in nobis augendam facere: *Gerhard.* Exeg. L. 1. de Script. S. §. 492. & *Eckhard.* in Pandect. contro. Pontif. c. 8. 7. & ad 2. object.

III. *Non fieri, ut homo renatus in hac vita planè non labatur*; patet exemplô *Lothi*, qui, *renatus licèt, vinô tamen inebriatus, inceſtum committit cum filiabus ſuis*.

Auctor Problem. Theol. part. 18. excipit, *Lothum tùm potuiſſe non peccare*, cum *peccavit*; *renatum* igitur *poſſe non peccare*.

℞. Potuiſſet utique Loth *grave iſtud delictum cavere*, ſed *incitanti carni & vino indulſit*, atque ſic ab uno peccatô in aliud prolapſus fuit. Quia autem non habemus, qui non peccaviſſe dicatur, 1. Reg. 8. v. 46. & 1. Joh. 1. v. 8. ſalva theſis noſtra eſt; *renatos etiam labi, & interdum gravibus obrui delictis*. Thumm. in Imp. Phot. p. 326. 328. 329.

IV. *Pontificii* autumant; non minùs *piorum*, quàm impiorum, *peccata in extremo die publicanda eſſe*: ideo enim *lapſum Lothi*, aliorumque piorum peccata, annotari in codice ſacro, quòd in extremo die ſint publicanda.

℞. Ut *Lapſus Lothi*, ſic aliorum piorum *peccata annotantur* in Scripturis, ut *ſerviant aliorum converſioni*; cui non eſt locus in extremo die, *Matt.* 25. v. 10. *Brochm.* tom. 2. Syſt. Theol. loc. de Extrem. judic. c. 3. caſ. conſc. 3. p. 7029. ad 4.

Verſ. 38. *Et minor etiam ipſa peperit filium; & vocavit nomen ejus Benammi; ipſe pater filiorum Ammon usque ad diem hanc.*

Ellipſis hîc eſt: tum quia omiſſa priori parte nominis compoſiti *Benammi*, puta בֶּן; pars ſolùm poſterior extat; עַמִּי: tum quia poſt pronomen; *ipſe*, ſubintelligendum *eſt*. Ariæm. in Bibl. p. 14. *Glaſſ.* lib. 4. Philol. ſacr. tract. 3. obſerv. 3. m. 2. pag. 764. ſeq.

CAP. XX. Verſ. 2. *Dixitque Abraham de Sara uxore ſua: Soror mea ipſa. Miſit ergo Abimelech. Rex Geraræ, & tulit eam.*

I. Demonſtrativum pronomen; הִוא, *ipſa*, nomini, אֲחֹתִי, *ſoror mea*, ſubjunctum, ponitur loco verbi ſubſtantivi: *Soror mea ipſa*, i. e. *ſoror mea eſt*; quo

de vide D. *Glaff.* lib. 3. Philol. facr. tract. 2. can. 7. p. 186.

II. Controverfiam de *lapfibus Sanctorum* vid. in Vindic. *Genef.* 12. v. 13. decifam.

III. *Fauftus* Manichæus, *divinam* V. T. *authoritatem* convellere conatus, *Abrahamum, a Deo, v. 7. laudatum, infamiffimum matrimonii fui nundinatorem* pronunciavit, apud *Auguftin.* l. 22. contr. eund. Fauft. c. 33. Qua de re vide Vindic. *Gen.* 12. v. 19.

IV. *Porphyrius* Mofen infimulavit, quafi *fabulas fcripferit*: effe enim impoffibile, ut *vetula nonagenaria* tam *præftantis & elegantis forma fuerit*, ut Rex quispiam ejus ambierit nuptias: Potuiffe autem tum temporis *Saram effe formofam*, vide Vindic, *Gen.* 12. v. 11. & *Lyfer.* par. 3. in Gen. p. 388.

Verf. 3. *Venit autem DEus ad Abimelech per fomnium noctis, & ait illi: En morieris propter mulierem, quam tulifti: habet enim virum.*

I. In verfu hoc nota (1.) *Enallagen* tum fubftantivi, *noctis*, pro adjectivo, *nocturnum*; tum præteriti, *mortuus es*, pro futuro, *illicò morituru es.* (2.) *Ellipfin* verbi fubftantivi: *Ecce tu*, fcil. *es*; & *Ipfa* nim. *eft.* (3.) Hebraismum: *Marito maritata eft*, h. e. *marito juncta eft.* Arizm. in Bibl. p. 14. feq. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 29.

II. *DEus injuftè videtur Regi mortem minari*, qui tamen non ex *propofito*, fed ex *ignorantia* deliquit, v. 5. & 6.

℞. *Non injuftè DEus Abimelecho minatur mortem*: quia fi quis ex *ignorantia* ducat eam, quæ eft uxor alterius, adulterium certè committit. Quanquam peccatum, ex *tali probabili ignorantia* admiffum, non eft coram Deo tam enorme, ut quod ex *propofito* defignatur: atque fic *ignorantia* excufat à *tanto*, non autem à *toto.* Hunn. tom. 3. Oper. Lat. pag. 1592.

III. DEus fibi contradicere videtur: hîc enim dicit, *fe occifurum Abimelechum*; *cui tamen parcit*, v. 17.

℞. Quando DEus ait, *illum effe mortuum*, fignificat, quamvis probabili ignorantiâ peccârit, tamen fi rigidè cum ipfo agere velit, *dignum enim effe morte*: parcit autem deinde, quia *Rex fe humiliat, pœnamq́; deprecatur.* Id. Ibid.

IIII. *Bellarminus* l. 1. de Miff. c. 6. contendit, verba *Genef.* 14. v. 18. *Erat enim Sacerdos*, &c. exponenda effe *caufativè*, & *copulativam* ו ibi fum; *caufaliter*, quemadmodum & *hoc loco.*

℞. (1.) Omnes Grammatici Hebræi literam ו ex *natura fua copulare* afferunt. (2.) Allegatum dictum *Pagninus* & *Arias Montanus* non *caufativè* per ENIM, fed *copulativè* reddiderunt per, ET. *Meifner.* par. 2. Philol. foler. fect. 1. c. 3. q. 5. m. 2. pag. 418.

Verf. 5. *Nunquid non ipfe dixit mihi: Soror mea ipfa? & ipfa etiam ipfa dixit: Frater meus ipfe? In perfectione cordis mei, & in munditia manuum mearum feci hoc.*

I. Mofes adhibet hîc (1.) *Enallagen*: fiquidem pronomen demonftrativum, *Ipfa* & *Ipfe*, nominibus fubjunctum, ponit locô verbi fubftantivi: Soror mea *ipfa*, h. e. foror mea *eft*; & frater meus *ipfe*, i. e. frater meus *eft.* (2.) *Hebraismum*: In *perfectione cordis mei*, &c. h. e. *fimplici animo feci*, nihil mali mihi confcius. (3.) *Synecdochen*: nam factum *manibus* tribuit, cum fit *totius hominis.* Arizm. in Bibl. p. 16. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 41. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 29.

II. Mofes *Salomoni* repugnare videtur: *Ille* enim recenfet gloriationem Abimelechi de perfectione cordis fui, & munditia manuum fuarum; *Sic* autem negat, quempiam dicere poffe, fe corde mundum effe a peccato, *Prov.* 20. v. 9.

℞. Abimelechus non *univerfam vitam fuam* ab omni labe impuritatis dicit alienam; hoc enim neminem hominum dicere poffe, Salomon. l. c. fatetur; fed in *fpecie* fe purgat à *facto*, cujus arguebatur à Deo, nempe à *raptu Saræ*: ubi bona cum confcientia gloriari poterat, fe ab *illo facto* eatenus effe purum, quòd non *fciens* & *volens*, fed infcius & ignarus conditionis Saræ, illam fibi curârit adducendum. Verba igitur Abimelechi & ipfius Dei, v. 6. funt intelligenda fecundùm *fubjectam materiam.* Hunn. tom. 3. oper. Lat. p. 1592.

Verf. 6. *Et dixit ad eum Deus in fomnio: Ego etiam novi, quod in perfectione cordis tui fecifti hoc, & prohibui etiam ego te à peccando mihi, idcirco non dedi te ad tangendum ad eam.*

Repetit hoc loco DEus *Hebraismum*: In *perfectione cordis*, h. e. *fimplici animò*; & verbum נָתַן, *dedit*, pro *conceffione facta* ufurpat: Non *dedi*, h. e. non *conceffi*, fed potiùs *cohibui te*, ut in hoc ipfo textu fit explicatio. *Glaff.* lib. 3. Philol. facr. tract. 3. can. 11. not. 1 p. 258.

V. 7. *Et nunc fac reverti uxorem viri, quia Propheta ipfe, & exorabit pro te, & vive; & fi tu non reverti facies, fcito, quòd moriendo morieris tu, & omne; quod tibi.*

I. In verfu hoc attende (1.) *Enallagen*, partim *casûs*, fiquidem genitivus, *viri*, eft pro dativo, *viro*; partim imperativi, *vive*, pro futuro, *vives*; partim participii, *reverti faciens*, pro indicativo, *reverti facies.* (2.) *Ellipfin* verbi fubftantivi: *Quod tibi*, fcil. *eft.* (3.) *Hebraismum*, tum quia pronomen, הוּא, *ipfe*, nomini, נָבִיא, *Propheta*, fubjunctum, locô verbi fubftantivi ponitur: *Propheta ipfe*, i. e. *Propheta eft*; tum quia verbum finitum תָּמוּת, *morieris*, regit fuum infinitivum מוֹת, *moriendo*, ad *majorem certitudinem* exprimendam: *Moriendo morieris*, h. e. *omnino morieris.* Arizm. in Bibl. p. 16. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 45. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 29. *Glaff.* lib. 3. Philol. facr. tract. 3. can. 43. p. 357.

II. *Pontificii* locum hunc pro ftabilienda *Sanctorum invocatione* urgent, cùm *DEus ipfe velit intercefforem ad fe parare Abrahamum, ut propter ipfum exaudiat Abimelechum.*

℞. Teftimonium hoc loquitur expreſsè de *viri cujusdam fancti* oratione *in hac vita*, putà *Abrahami*, ut DEus exauditione orationis teftimonium præbuit acceptionis; fic iis verò fanctis, qui *exceſſerunt ex hac vita*, nullum habemus in Scriptura canonica *exemplum*, nullam *promiffionem* Chemnit. in Exam. Concil. Trident. p. 620. *Rung.* in Gen. p. 580. & feq.

III. *Becanus* in libell. de Invoc. Sanctor. p. 96. §. 4. difputat, *non repugnare officio Mediatoris* Chrifti, neque *fignum effe differentia de bonitate DEI in* CHRISTO, *fi alios & plures interceffores paremus, qui unà nobiscum DEUM pro noftris neceffitatibus invocent; Deumq; magis paratum effe, quando cum amicis ipfius illum accedimus*; id verò ex citato *Abraha* teftimonio probare allaborat.

℞. (1.) Jefuita *ignorat elenchum*: nam quæftio eft de *fanctis defunctis*, exemplum hoc eft *fancti tùm adhuc vivi*, videlicet *Abrahami*, pro Abimelecho apud Deum intercedentis. Fatemur autem, absq; ulla *injuria in Chrifti meritum*, & absque *ulla diffidentia de Dei bonitate*, unum pro altero in *hac vita* apud DEum intercedere poffe, juxta mandatum DEI, *Jac.* 5. v. 16. & exemplum allegatum. Nufquam

quam verò docet Scriptura, ut ad *ſanctos defunctos* confugiamus, & eorum opem atque interceſſionem imploremus, multò minùs ut illorum interceſſioni confidamus: eò enim derogatum merito Chriſti mediatoris, qui ſolus eſt à DEO Patre conſtitutus interceſſor pro ſingulis credentibus, Rom.8.v.34. 1.Joh.2.v.1. Sanctorum autem defunctorum animæ in cœlis, non nôrunt in ſpecie, quid nobis deſit, aut quid ſinguli mortalium deſiderent. (2.) Pontificios ideo *diffidentia*, circa *invocationem Sanctorum*, arguimus, quia opinantur, nos per nosmetipſos ſolos ad DEum vel CHRISTUM propter peccata non audere accedere imò DEUM votis noſtris non annuere, niſi intercedentibus divis, præſertim quando, Deo nimium offensô, Chriſtus agit rigidum & ſeverum judicem. Quâ ſanè opinione ſi quis etiam Sanctorum, in terris viventium, preces repeteret, animi ſui diffidentiam proderet. (3.) Paratior eſt DEus audire nos, quando nobiscum in terris alii pii & fideles precantur, non propter *ipſorum merita*; aut *diſpoſitionem precum*; ſed propter *promiſſionem ſuam*, omnibus fidelibus in nomine Chriſti vel pro ſe, vel pro aliis precantibus, factam. At *ſancti in cœlis ideo invocantur, ut eorum meritis & multitudine DEus ad miſericordiam erga nos flectatur*, quemadmodum *Coſterus* in Enchir. p.472. loquitur, id quod non tantùm diffidentiæ ſignum eſt, ſed & in meritum Chriſti, unici Mediatoris & interceſſoris noſtri in cœlis, injuria. *Chemnit.* l.c. p.621. *Rung.* d.l. p.581. *Garth.* de invoc. ſanct. p.226. 227. 228.

IV. *Pelſanus* de Satisfact. ſect.9. contendit, *alium pro alio ſatisfacere poſſe*, quòd *DEus ob inſignem Abrahami pietatem pepercerit Abimelecho.*

℞. (1.) Exemplum hoc non eſt *ſatisfactionis alienæ*: nusquam enim legas, *Abrahamum ſatisfeciſſe pro Abimelecho.* (2.) Quod ille *factum* dicit, ob *inſignem Abrahami pietatem*; factum nusquam Scriptura teſtatur; etſi teſtatur, *Abrahamum inſigni fuiſſe pietate.* Cham. tom.3. Panſtr. l.24. cap. 9. n.10. 11. 12.

V. *Bellarminus* l.5. de Pontif. Roman. c.9. probare nititur, *unum eandemq́; perſonam ſimul licitè fungi poſſe officiô Eccleſiaſticô & politicô*; exemplô *Abrahami*, qui ſuis præfuit, tam in iis, quæ ad religionem, quàm quæ ad vitam politicam pertinebant.

℞. Et hoc exemplum eſt ἀπροσδιόνυσον. Nam (1.) Abraham fecit officium boni *patrisfamiliâs*, quippe qui & piè inſtruit; & regit familiam ſuam; nos autem loquimur non de *privata & domeſtica cura*, ſed de *publica utriusq́; officii adminiſtratione.* (2.) *Miniſterii ratio* æſtimari debet non ex *exemplis veteribus*, ſed tantum ex *diſpoſitione* Chriſti, qui cùm dominatum politicum prohibuerit miniſtris ſuis, *Matth.*20.v.20. *Luc.*22. v.26. utique nulli concedi vel poteſt vel debet. *Meiſner.* in Diſſert. de Legib. l.4. ſect.2. art.2. q.7. p.609. 610. 611.

Verſ.9. *Et vocavit Abimelech Abraham, & dixit ei: Quid feciſti nobis? & quid peccavi tibi, quòd induxiſti ſuper me, & ſuper regnum meum peccatum magnum? Opera, quæ non fient, feciſti mecum.*

In textu hoc occurrit (1.) *Metonymia cauſa pro effecto*: nam חֲטָאָה, *peccatum* eſt pro *peccati pœna.* (2.) *Hebraiſmus*: verbum enim, יֵעָשׂוּ, *fient*, non *actum*, ſed *debitum* ſignificat: Quæ non *fient*, h.e. quæ *fieri non debent*, ſeu quæ *non ſunt facienda.* Glaſſ. lib.3. Philol. ſacr. tract.1. can.6. p.247.

Verſ. 10. *Et dixit Abimelech ad Abraham: quid vidiſti, quòd feciſti verbum hoc?*

Eſt hîc (1.) *Metaphora* in verbo, *vidiſti*, deſumpta à *ſenſu humano*: Quid *vidiſti?* h.e. quid *cogitâſti?* (2.) *Hebraiſmus*: דָּבָר enim, *verbum*, eſt pro *ipſa re*: Feciſti *verbum hoc*, i.e. *rem iſtam.* Ariæm. in Bibl. p.16. Glaſſ. lib.5. Philol. ſacr. tract.1. cap. 14. p.358.

Verſ. 11. *Et dixit Abraham: Quia dixit duntaxat non eſt reverentia DEI in loco iſto, & occident me ſuper verbum uxoris meæ.*

In hoc verſu uſurpatur (1.) μείωσις: neque enim Abraham id ſolùm voluit, nullam ibi eſſe *reverentiam numinis*, ſed etiam *puram putam impietatem* ibi eſſe, quam tamen per extenuationem quandam Abimelecho exponit. (2.) *Pleonaſmus*; nam præterquam quòd עַל, aliàs *ſuper*, nolet *propter*, verbum redundare videtur: Propter *verbum uxoris meæ*, h.e. propter *uxorem meam.* Ariæm. in Bibl p.16. *Glaſſ.* lib.5. Philol. ſacr. tract.1. cap.19. p.480.

Verſ. 12. *Aliàs autem & verè ſoror mea eſt, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in uxorem.*

Bellarminus l. de matrim. c.27. negat, *leges illas*, *Levit.* 18. & 20. de *prohibitis matrimonii gradibus* extantes, *eſſe juris naturæ, & adhuc omnes homines obligare*, cui favere videtur exemplum *Abrahæ*, qui *Saram ſororem ſuam duxit uxorem*; id quod tamen ibi prohibetur.

℞. (1.) *Lutherus* in c.20. Geneſ. cenſet. *Saram fuiſſe privignam Haran*, & poſt hujus mortem in domum Thare translatam, ibique educatam, atque hinc ejus filiam, & Abrahami ſororem appellari. Quorſum & reſpicit *Chryſoſt.* Comm. in S. (2.) Alii ſtatuunt, *Abrahamum verè uxorem ſororem ſuam agnatam*, i.e. ex *eodem patre*, ſed non ex *eadẽ matre*, ἀδελφὴν ὁμοπάτριον, ſeine Stiffſchweſter, quod quidem matrimonium Levit.18. ſit prohibitum, ſed recurrunt ad *divinam diſpenſationem*, ex poſt-facto ſecutam, quam ex eo colligunt, quòd *Abraham* non minùs quam filius *Iſaacus* & nepos *Jacobus* non ex *filiabus Chanaan*; ſed ex *cognatione ſua* uxorem ducere debuerit, *Gen.*24. v.3 & cap.28. v.2. Ex qua *ſpeciali diſpenſatione* generalem regulam de *non ducenda ſorore* nequaquam everti, nec *juris naturalis prohibitionem labefactari* reſpondent.

Bellarminus l. de matrim. c.27. §. Ex quo falſum. excipit: Quis credat, ex *illegitimo & inceſto conjugio voluiſſe DEUM excitare hæredem Abrahæ, ex quo Meſſias naſciturus erat, &c.*

℞. Num ipſi excidit *Judæ inceſtus cum nuru ſuâ Thamar*, Gen.38. v. 16. Matth.1. v.3. *Gerhard.* tom.7. LL.CC. loc.28. de Conjug. §.314. m.5.

Verſ. 13. *Poſtquam autem errare me fecerunt Elohim de domo patris mei, & dixi ei: Hæc miſericordia tua, quam facies mecum: Ad omnem locum, quò ingrediemur illuc, dic mihi: Frater meus ipſe.*

I. Moſes uſurpat hîc (1.) *Metonymiam* tum *ſubjecti* pro *adjuncto*; *domus* enim eſt pro *familia*: tum *cauſa* pro *effectu*, quia *miſericordia* pro *officio & beneficio, ex miſeratione perfectô*, ponitur. (2.) *Enallagen*: nam pro poſteriori relativo habet adverbium שָׁם, *illuc*: Quo *illuc*, i.e. *quo in eo*, ſeu *in quo.* (3.) *Hebraiſmum*: Frater meus *ipſe*, h.e. frater meus *eſt.* Ariæm. in Bibl. p.16. *Glaſſ.* lib.5. Philol. ſacr. tract. 1. cap.1. p.11. m.3.

II. *In una eſſentia divina plures eſſe perſonas*, ex hoc textu conſtat: num loquitur Abraham de *Elohim, ſe circumducentibus*, tanquam de *multis*, nimirum oratione, in qua ſubjectum & prædicatum *plurale* eſt; illi autem *Elohim* ſunt *verus & unus Deus*.

Enjedinus in Explic. locor. V. & N. T. excipit: 1. exinde hoc ſolùm colligi poſſe, *Deos eſſe plures*; id quod homini Chriſtiano ſtatuere abſurdiſſimum eſt.

℞. Nego pluralitatem *Deorum* inde ſequi. Nam (1.) vox ELOHIM non *ſimpliciter* idem dicit, quod vox *DEUS*; ſed *illa*, vero Deo tributa, *perſonalis*, *hac* verò *eſſentialis* vox eſt. (2.) *Pluralitas illa*, quam dicit *Elohim*, non eſt *ἁπλῶς pluralitas*, ſed tantùm *κατά τι*, & ſimpliciter fundata in *ſimpliciſſima divina eſſentia* ſive Dei *unitate*, eamque ſemper ſupponit, adeò ut *plures Elohim* ſint *unus DEus*, & *unus Deus* ſit *plures Elohim*: Ethnicorum verò pluralitas fingitur *ἁπλῶς* talis, ideoque plures *eſſentiâ, numerô, operationibus ſeparatos Deos* introducit; ut id ſuprà demonſtratum.

2. Nomen *Elohim* interpretari à Calvino de *Angelis*, quibus ipſum in Scriptura aliàs tribuatur.

℞. (1.) Ut nullâ *auctoritate humanâ* nititur Adverſarius, ita quoque nos *Calvini* authoritatem rejicimus, eique opponimus totum chorum interpretum, qui omnes, ipſimet contradicentes, hunc locum de *vero DEO* interpretantur. (2.) Intelligere autem hoc loco Abrahamum per vocem ELOHIM *verum & eſſentialem DEum Jehovam*, manifeſtum eſt inde, quòd Patriarcha hic reſpiciat ad eam hiſtoriam, quæ extat *Gen.* 12. v.1. ubi *Jehovah* Abrahamum his verbis alloquitur: *Abi è terrâ tua, & è cognatione tua, & è domo Patris tui, ad terram, quam oſtendam tibi*. Unde ſatis liquet, Abrahamum non *Angelorum*, ſed *veri Dei juſſu & mandato* ſuſcepiſſe peregrinationem ſuam.

3: Uſitatô Hebræorum more *plurale* hîc poni pro *ſingulari*; quòd nullus hæc verba auſus ſit de *vero DEO* in *plurali numero* interpretari.

℞. Utrumq; falſum eſt: nam Lutherus in Com. h. l. textum præſentem de *vero Deo* accipit, & in plurali interpretatur numero. Quòd autem non verterint Dei, ſed Deus, ideò fecerunt, quòd reliquæ linguæ præter Hebræam non habeant verbum, quod vim vocis exprimat. (2.) Si vel maximè verum eſſet, nullum hactenus locum hunc, quoad ſenſum, *pluraliter* interpretatum eſſe; inde tamen nondum expoſitio noſtra falſa arguenda eſſet: quandoquidem videndum hîc, non *quis* vel *quando* dixerit, ſed *quàm verè* dixerit, & an id, quod hodie & quaſi noviter dicitur, cum ſacra conſentiat ſcriptura, attendendum eſt. Scrutanda enim quotidie eſt Scriptura, quippe in qua divinæ ſapientiæ infinitus theſauros delitеſcit.

4. Abrahamum ſe accommodâſſe ad modum loquendi, *profanis gentibus* uſitatum, ut ſicut illi de *ſuis*, ita etiam ipſe de *ſuo Deo*, pluraliter loqueretur.

℞. (1.) Non eſt veriſimile, tantum Prophetam, in *idololatrarum* gratiam, ſuum DEum coram mundo abnegâſſe; proinde idipſum de eo haud cogitemur: charitas enim non cogitat malum, 1. *Corinth.* 13. v.4. (2.) Non opus fuit ejuſmodi *hypocriſi*. quandoquidem Rex & omnes ejus ſervi, DEum, etiam ante adventum Abrahami, colebant verum, uti circumſtantiæ textûs oſtendunt. *Jac. Mart.* l.1. de trib. Eloh. c.7. n.71. & c.11. per tot.

Verſ. 14. *Et cepit Abimelech pecudem & bovem, & ſervos & ancillas, & dedit Abraham, & reddidit ei Saram uxorem ejus.*

In verſu hoc eſt *Enallage numeri ſingularis pro plurali*: Moſes enim nominat *pecudem* ac *bovem*, & ſubintelligit *pecudes* ac *boves*, h.e. *greges* & *armenta*. Ariæm. in Bibl. p.16. *Jun.* in Not. ad h. l. p.29.

Verſ. 15. *Et dixit Abimelech: Ecce terra mea coram te, in bona in oculis tuis ſede.*

Obſerva hoc loco (1.) *Synecdochen*, tum *totius* pro parte, *terra* enim eſt pro *regione*; tum *ſpeciei* pro genere, *ſedere* namque ponitur pro *habitare*. (2.) *Ellipſin* tùm verbi, *coram te*, ſcil. *eſt*; tum nominis. *In bono*, ſubaudi, *loco*. (3.) Hebraiſmum: *In oculis tuis bono*, i. e. *delige tibi locum, qui videbitur tibi optimus, & maximè allubuerit*. Ariæm. in Bibl. ad h. l. p.16. *Vatabl.* in Annot. ad eund. loc. p.42. *Jun.* ibid. p.29.

Verſ. 16. *Et ad Saram dixit: Ecce dedi mille argenteos fratri tuo, ecce ipſe operimentum oculorum omnibus, qui tecum, & cum omnibus, & corripuit ſe.*

Occurrit hîc (1.) Metonymia *materiæ* pro *materiato*; כסף enim, *argentum*, cum nomine numerali, *ſiclum argenteum* ſignificat: *Mille ſiclos argenteos*. (2.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Ecce ipſe*, ſcil. *eſt*, &c. *Qui tecum*, ſcil. *ſunt*. (3.) *Periphraſis mariti*, qui dicitur *experimentum oculorum uxoris*. tum ab illius officio *eam protegendi*, Ruth. 3. v.9. tum ab officio *uxoris in virum, cui ipſa ſubjecta ſit*, 1. Cor. 11. v.5. *Ariæm.* in Bibl. p.16. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. ſacr. tract. 1. cap.1. p.20. & tract.2. cap.7. p.574.

Verſ. 17. *Et oravit Abraham ad DEum, & ſanavit DEus Abimelech, & uxorem ejus, & ancillas ejus, & pepererunt.*

In textu hoc notanda *Ellipſis* analogica: *Et pepererunt*, h. videlicet, ille enim non moriebatur, quod fuerat DEus interminatus, Gen. 20. v.3. Item, *pepererunt*, ſcil. *liberos*. Jun. in Not. ad h. l. p.29.

Verſ. 18. *Quia claudendo clauſerat Dominus ſuper omnem vulvam domus Abimelech, ſuper verbum Sara uxoris Abraham.*

In hoc verſu recurrit (1.) *Hebraiſmus*, quia infinitivus *claudendo*, verbo finito, *clauſerat*, additus, marem exprimit emphaſin: *claudendo clauſerat*, h.e. *planè occluſerat*. (2.) *Metonymia ſubjecti* pro *adjuncto*: *domus* enim eſt pro *familia*. (3.) *Pleonaſmus*: nam verbum redundare videtur. ſic tamen ut על nolet, *propter*: propter *verbum*, Saræ, i.e. propter *Saram*, ſive *cauſâ Sara*. Ariæm. in Bibl. p.16. Vatabl. in Annot. ad h. l. p.42. Jun. ibid. p.29.

CAP. XXI. Verſ. 1. *Et Dominus viſitavit Saram, quemadmodum dixit; & fecit Dominus ipſi Sara ſicut locutus eſt.*

Viſitare κατ' ἀνθρωποπάθειαν de DEO dicitur, & notat *realem exhibitionem gratiæ ac beneficii à Deo promiſſi*. Chaldæus Paraphraſtes: *Et recordatus eſt Dominus Sara*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p.43. Jun. ibid. p.29. Glaſſ. lib.5. Philol. ſacr. tract. 1. cap. 7. p.144.

Verſ. 6. *Et dixit Sarah: Riſum fecit mihi Deus, omnis audiens corridebit mihi.*

Eſt hic (1.) *Metonymia adjuncti* pro *ſubjecto*: *riſus* enim pro *lætitia* ponitur, *cujus ſignum riſus* eſt. (2.) *Ellipſis*: Omnis *audiens*, ſcil. *me peperiſſe*, *congaudebit mihi*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p.43. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. ſacr. tract. 1. cap. 4. m. 6. p.70.

Verſ. 7. *Quis fuiſſet dicturus Abrahamo: lactabit filios Sarah?*

Synecdoche & numeri pluralis, בנים, *filios*, pro ſingulari, בן, *filium*, ut ſtatim ſequitur. Glaſſ. l. 5. Phil. ſacr. tract. 1. cap. 14. m. 3. p.444.

Verſ.8. *Et crevit puer, & ablactatus eſt, & fecit Abraham convivium magnum in die ablactari Iſaac.*

Subſtantivum, בְּיוֹם, *in die*, hic poſt ſe regit verbum infinitivum הִגָּמֵל, *ablactari*, tanquam nomen genitivi nomen, *ablactionis*, ſeu *qua die ablactus eſt*. Ariæm.in Bibl.p.16.

Verſ.9. *Et vidit Sarah, filium Hagar Ægyptiæ, quem peperit ipſi Abraham, ſubſannantem.*

Subſannatione hac *Synecdochicè* notatur *maligna irriſio*, quæ *cum Iſaaci perſecutione* conjuncta eſſet, velut ex indignatione Saræ, v.10. & interpretatione Pauli, *Galat*.4.v.29.apparet. *Vatabl.* in Annot.ad h.l.p.43. *Jun*.ibid.p.30.

Verſ.10. *Non erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac.*

Socinus p.210.c.5.contr. Bellarm.putat, *Iſaacum propterea eſſe unigenitum Abrahæ filium*, quia *ſolus et in univerſa hæreditate ſucceſſurus erat*.

℞. Committit elenchũ *cauſæ: hæreditas* enim non eſt *cauſa filiationis*, ſiquidem *hæres eſſe* poteſt, qui *non eſt filius*; ſed *filiatio* eſt cauſa *hæreditatis*; quia enim quis *filius*, idcirco etiã *hæres*: Ut igitur malè concludo: *hæres* eſt, E. *filius* eſt; ipſa quoque non ſequitur: *Solus hæres* eſt, E. *unigenitus* eſt. Deinde Iſaacus non ideo fuit dictus *unigenitus* quòd *ſolus Abrahamo in hæreditate ſucceſſurus erat*, ſed potiùs, quia ex *Sara unigenitus*, vel ſaltem *unicus*, quia abdicatô Iſmaële, ſolus etiam hæres futurus erat. *Grauer.* in c.1. Hebr. p.38.

Verſ.11. *Et malum fuit verbum valde in oculis Abraham ſuper cauſas filij ſui.*

Hebraiſmus eſt: tum quia Hebræis, דָּבָר, *verbum*, notat *ipſam rem*; tum quia phraſis hæc, *Malum eſſe in oculis alicujus* ſignificat, *ægrè aliquid ferre*; tum quia, *ſuper cauſas filij* eſt, *propter filium*, ſeu in *cauſa filij*. Vatabl.in Annot.ad h.l.p.43. *Ariam.* in Bibl. p.16.

Verſ.12. *Et dixit Deus ad Abraham: Ne ſit malum in oculis tuis ſuper puerum & ſuper ancillam tuam: Omne quod dicet ad te Sarah, audi vocem ejus, quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen.*

I. Nota hoc loco (1.) *Hebraiſmum*, tum quia, *malum eſſe in oculis*, eſt, *diſplicere*; tum quia, *vocari*, eſt, *reputari*, Rom.9.v.8. (2.) *Enallagen temporis*: futurum enim, *dicet*, ponitur pro præterito, *dixit*. (3.) *Metonymiam materiæ* pro *materiato*, puta *ſemen* pro *poſteritate*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p.43.

II. DEUS ſibi *contradicere* videtur: nam hic *voluntatem viri ſubjicit fœminæ*; at *Gen*.3.v.16. *voluntatem fœminæ ſubjecit viro*.

℞. Verba illa DEI, *univerſaliter* poſita, intelligi debent *reſtrictè*, de *ſubjecta materia*, nimirum juxta *verbum promiſſionis*; quod Sara urget: videlicet Abrahamus Saræ obtemperare debuit in omnibus; quæ *hanc controverſiam inter Iſmaelem & Iſaacum*, inter *Saram & Hagaram* concernebant. Aliàs ſi poſtea Sara impedire voluiſſet, ne Abrahamus Iſaacum immolaret, ipſi non obtemperâſſet. *Lyſer*.par. 4.in Geneſ.p.27.& 28.

III. *Socinus* contr.Bellarm.p.210.contendit, *Iſaacum Geneſ*.22.v.2.propterea dici *Abrahami & unigenitum filium*, quòd ex *ſolo Iſaaco veri poſteri Abrahamo fuerint oriundi:*

℞. Committit elenchum *cauſæ*: Hæc enim non eſt *cauſa*, cur *Iſaac ſit filius unigenitus Abrahæ*; ſed *promiſſio DEI eſt*, Abrahæ facta, quòd videlicet *Meſſias ex ſemine Iſaaci fuerit oriundus*. Grauer. in Expoſ.l.1. Hebr.p.39.

Verſ.13. *Et etiam filium ancillæ in gentem ponam eum quia ſemen tuum ipſe.*

Eſt hic (1.) Hebraiſmus: *Ponam in gentem*, h.e. *efficiam, ut ex eo naſcantur populi multi*. (2.) *Pleonaſmus*: nam pronomen, *eum*, redundat. (3.) *Metonymiam materiæ*, *ſemen* pro *filio*. (4.) Ellipſis: *Ipſe*, ſcil. *eſt*, Ariæm.in h.l.p.16. *Vatabl*.ibid.p.43.

Verſ.14. *Surrexit itaque Abraham manè & tollens panem & utrem aquæ, impoſuit ſcapulæ Hagar, tradiditque puerum, & demiſit eam, & perrexit & erravit in deſerto Barſeba.*

I. Nota hoc loco (1.) *Synecdochen*: commemorantur enim tantùm *panis* & *uter aquæ*, ut quæ iter facientibus per loca deſerta ſunt neceſſaria: (2.) *Prolepſin*: nam deſertum illud Moſes per *anticipationem* nuncupavit *Beerſeba*, cujus rationem demum v.31. addit. *Jun*.in Not.ad h.l.p.30. *Vatabl*.in Annot.ad *Gen*.21.v.31.p.44. *Glaſſ*. lib.4. Philol. Sacr.tract.3. obſerv.10.m.2.p.801.

II. *Anabaptiſtæ* & *Libertini* negant, *repudiorum eſſe conſtituendum aliquem Judicem*, cum *Abraham privatô arbitriô, ſine judicis cognitione, ejecerit Hagaram*.

℞. Abraham non *privato auſu & arbitrio*, ſed *divino juſſu ac voluntate* dimiſit Hagaram, v.12.quod repetit Apoſtolus *Galat*. 4. v.30. Invertimus igitur argumentum: ſicut Abraham non niſi *intercedente juſſu ac voluntate DEI* conjugem Hagaram ejecit, ſic de *DEI voluntate* in divortio faciendo conſtare debet; ea verò colligitur ex Scriptura Sacra, quæ eſt vox DEI, & ex ſententia *legitimi judicis*, qui eſt DEI *vicarius in his terris*. Cum enim conjuges *divinitus* conjungantur, *Matth*.19.v.6. ideo æquum eſt, ut *Dei voce & conſenſu* disjungantur. Gerhard.tom.7. LL. CC. loc.28. de conjug.§. 694. Brochm.tom.2. Syſt. Theol. loc.de conjug.c. 4.q.1.p.5085.

Verſ.16. *Et abiit, & ſedit ſibi è regione, elongando ſe, ut jaculantes arcu, &c.*

In textu hoc habetur (1.) *Pleonaſmus*: pronomen enim, *ſibi*, redundat. (2.) *Enallage*; nam pro abſtracto ponitur concretum: Ut *jaculantes arcu*, h.e. ut eſt *jactus ſagittæ ex arcu*. Vatabl.in Annot. ad h.l. p.44. *Glaſſ*.lib.3. Philol.ſacr. tract.1.can.2. p.3. & tr. 2.can.6.p.184.

Verſ.17. *Et audivit DEUS vocem pueri, & clamavit Angelus DEI & Hagar de cœlis, & dixit ei: Quid tibi Hagar? Ne timeas, quia audivit DEUS vocem pueri, in quo ipſe ibi.*

Moſes utitur hic (1.) *Ἀνθρωποπάθεια*, dum Deo tribuit *auditum*, quo *ejus benevolentiam in ſatisfaciendo precibus Iſmaëlis* indicat. (2.) *Ellipſi* tum verbi ſubſtantivi: *Quid tibi*, ſcil. *eſt*; In quo *ipſe*, ſubaudi quoque, *eſt*: tum nominis etiam מָקוֹם, *locus* בַּאֲשֶׁר הוּא, *in quo ipſe ſibi*, pro בַּמָּקוֹם אשר, *in loco, quo ipſe eſt*, שָׁם redundante. *Ariam*.in Bibl.p.16. *Vatabl.* in Annot.ad h.l.p.44. *Glaſſ*.lib.3. Philol.Sacr.tract. 2.can.21.p.210.& lib.5.tract.1. cap.7.p.140.

Verſ. 18. *Surge, tolle puerum, & fortifica manum tuam in eo, quia in gentem magnam ponam eum.*

Hebraiſmus geminus huc redit: (1.) *Fortifica manum tuam in eo*, h.e. *ſuſtenta eum manu ſua*. (*eſt enim debilis pro languore*) (2.) *In gentem magnam ponam eum*, i.e. *efficiam, ut ex eo naſcantur populi multi*. Ariæm.in Bibl. p.16. ſeq. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.44.

Verſ.20. *Et fuit DEUS cum puero, & crevit, & ſedit in deſerto, & fuit jaculator arcitenens.*

In verſu hoc uſurpatur (1.) *Hebraiſmus*: Deus *fuit cum puero*, h.e. *favore ipſum proſequutus eſt*. (2.) *Synecdoche ſpeciei pro genere*: tum quia, *ſedit*, eſt pro, *habitavit*; tum quia, *jaculator arcitenẽs*, ponitur pro *bellicoſo*. Ariæm. in Bibl. p.17: *Jun.* in Not. ad h.l. p. 30.

Verſ.22. *Et fuit in tempore ipſo, & dixit Abimelech & Phicol, Princeps exercitus ejus, ad Abraham dicendo: DEUS tecum in omnibus, quæ tu faciens.*

Occurrit hic (1.) *Emphaſis*, dum pronomini הוא *ipſu*, præfigitur ה: ההוא, *eo ipſo*. (2.) Ellipſis: Deus *tecum*, ſcil. *eſt*. (3.) Hebraismus: *Deus tecum*, h.e. *tibi favet*. (4.) *Enallage participij*; *faciens* pro *facis*. Tré. h.l.p.30. Glaſſ.l.3. Phil.tr.2.can.7.p.186.

Verſ.23. *Et nunc jura mihi in Deo: Ecce ſi mentitus fueris mihi, & filio meo, & nepoti meo; juxta miſericordiam, quam feci tecum, facies mecum, & cum terra, qua peregrinatus es in eâ.*

Nota hoc loco (1.) *Apoſiopeſin*. Loquatio enim, *ſi mentieris mihi*, defectiva eſt, trita in formulis jurandi, quæ ſic ſupplenda: *DEUS eſto ultor*. (2.) *Synecdochen generis*, pro ſpecie: *Mentiri* enim eſt *perfide agere*, (3.) *Hebraiſmum*: nam *miſericordiam cum aliquo facere*, eſt, *clemẽter & benigne eum tractare*. (4.) *Pleonaſmum*: relativum namque, *ea*, redundat. *Quâ in ea*, h.e. *in qua*, Ariæm. in Bibl. p.17. *Vatabl.* in Annot. ad h.l.p.44. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 30:

Verſ.24. *Et dixit Abraham: Ego jurabo.*

Abrahamus videtur hic *renunciaſſe juri ſuo*, quod ad illam terram habebat, & *promiſſioni datâ*, Gen. 12.v.7.& c.15. v.7.& 18. cum juravit; ſe *illam ipſam regionem velle relinquere intactam.*

℞. Non renunciavit *juri ſuo*. Nam (1.) Abraham jurat pro *ſua perſona*, quòd *ipſe* per omnem vitam non vèlit nocere regioni illi, non etiam *nepotes ſuos* jure jurando devincit; tum quòd ipſe Abimelech juramenti formulam ad *ſuos filios ac nepotes*, non autem ad *Abrahamæos* extenderit, proinde his nihil juris præcipiebatur; tum quòd *demortuô Abrahamô, Rex Abimelech fœdus novum inierit cum Iſaaco*, quo non fuiſſet opus, ſi Abraham pro *poſteris* quoque ſuis jurâſſet. (2) Si vel maximè *Abraham* etiam pro *ſuis jurâſſet poſteris*, ii tamen avi ſui juramentô fuiſſent liberati, quiá ex parte *Philiſtinorum* fœdus initum violabatur & diſrumpebatur. *Hunn.* tom.3. oper. Lat. p.1602: *VValther.* in Sacr. Script. p.138.

Verſ.27. *Tulit itaque Abraham boves & oves, & dedit Abimelech percuſſeruntque ambo fœdus.*

Quâ conſcientiâ *Abraham potuit inire fœdus cum Abimelecho*, cum tamen DEUS, *Exod.*34. v.15. *prohibuerit fœdera cum hominibus illarum regionum?*

℞. Optimâ ſanè conſcientiâ hoc fœdus inire potuit. Nã (1.) ſumma fœderis erat, ut *neuter alteri noceret*, aut *rebus alterius damnum daret*; quod cùm per ſe æquiſſimum & juſtiſſimum ſit, potuit etiam Abrahamus id ſalvâ conſcientiâ ſuâ jurare. (2.) Lex illa de *fœderibus cum Chananæis non ineundis* haud dum erat lata: illaque non obſtringebat Abrahamum. (3.) Si maximè lex illa promulgata jam fuiſſet, tamen quia diſerta ibi cauſa additur; cur illarum gentium fœdera vitare debeant Iſraëlitæ, videlicet ne *ab illis ſeducantur*, manifeſtum evadit, quòd præſenti fœderi non fuiſſet ea contraria. Quandoquidem Abimelech Rex, ut ex præcedente capite cognovimus, non *fuit impius*, ſed *guſtum quendam veri religionis* habuit, reveritus eſt DEUM, & magnifecit ſervum ac Prophetam ipſius; Abrahamum. *Hunn.* ibid. *VValther.* l.c.p.139.

Verſ.31. *Idcirco vocavit locum iſtum Beerſeba, quia juraverant ibi ambo ipſi.*

Ellipſis eſt vocis, איש, *quisq;*, vel *is*, *quispiam nomen indidit*, ut vocaretur *puteus jurisjurandi*. Quanquam alii *Enallagen* ſtatuunt verbi activi, *vocavit*, pro paſſivo, *vocatus fuit*. Jun. in Not. p.30. *Vatabl.* in Annot. ad h.l.p.45.

Verſ.33. *Et plantavit arborem in Beerſeba, & invocavit ibi in nomine Domini DEI ſeculi.*

Attende hic (1.) *Enallagen numeri ſingularis* pro *plurali*: אשל enim. *arbor*, eſt pro plurali, *arbores*. (2.) Synecdochen: *cultus* namque Dei *invocationis* nomine deſignatur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p: 45:

CAP.XXII. Verſ.1. *Tentavit Deus Abraham & dixit ad eum &c.*

I. Obſerva hoc loco (1.) *Hebraiſmum*: Poſt verba iſta, h.e. *his rebus tranſactis*. (2.) *Ellipſin*: Ecce *ego*, ſcil. *adſum*. Vatabl. in Annot. ad h.l.p.45. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.31:

II. Moſes *Jacobo* contradicere videtur: *ille* enim narrat, Deum tentaſſe Abrahamum, *iſte* verò, Jacob.1.v.13. aſſerit, *neminem tentari à Deo.*

℞. Deus neminem tentat ad *malum*, eodem Apoſtolo ibidem interprete; quanquam tentatio ad *bonum* à Deo non ſit aliena; quâ Abrahami obedientiam voluit explorare, *Gen.*22.v.12. *VValther.* in Harm. Script. ſacr. §.186.p:373:

II. *Socinus* in libello; *quod Evangelici omnino deberent*, &c. p.35. diſputat, ex vocabulo UNIGENITI malè colligi *ſingularem Filij Dei ex patris eſſentia generationem*, quòd hic *illud* tribuatur *Iſaaco*, qui tamen non *ſolus ex Abrahamo fuit genitus*:

℞: (1.) Socinus ſibi contradicit: aſſerit enim, CHRISTUM nominaris, *Filium Dei unigenitum, ob peculiarem ortum & generationem à Deo*; vana ergo ejus aſſertio eſt; nomine *unigeniti* aliud quid ſignificari poſſe, quàm *filiationem omnino ſolam*: Si enim *genitus* non niſi à *generatione* dicitur, utique idem de *unigenito* erit affirmandum. (2.) Iſaacus non dicitur hic *filius unigenitus*; ſed *unicus*: ſiquidem in Hebræo eſt vocabulum יחיד quod *propriè* notat *unicum*, & verè tribuitur *Iſaaco*, non quòd *Iſmael non fuerit Abrahæ filius*, ſed quia *pro filio non ampliùs reputabâtur*. Nam ex mandato divino Abrahamus jam illum tanquam deriſorem ex familia abdicaverat, *Gen.*21.v.12. ut *Iſmael* inſtar *demortui* fuerit. (3.) Si maximè concedam; *Iſaacum* dici *unigenitum Abrahami filium*, nihil tamen lucri inde reportabit Socinus. Notum enim eſt, quòd *conjugium Abrahæ & Saræ fuerit principale conjugium*, ac *Sara* extiterit *vera hera*: *conjugium* autem *Abrahæ & Hagaræ* erat *ſecundarium*, unde & Hagar nihilominus in ipſo conjugio *ancilla* dicebatur. Iſaac igitur non *ſimpliciter*, ſed reſpectu *Saræ*; quæ *principalis* erat Abrahæ uxor & materfamiliâs; rectè *unigenitus* dicitur, quia *hunc ſolum Abraham ex principali ſua uxore Sara genuit*. (4.) *Iſaaci* exemplum retorqueo: *Quâ ratione Iſaac fuit filius unigenitus Abrahæ, ea etiam ratione CHRISTUS dicitur unigenitus Filius Dei Patris*; quia *Iſaac*, quà *unigenitus filius*, ex hypotheſi Adverſarii, fuit *typus* CHRISTI, qualis igitur conditio *typi*, qua *typi*, talis etiam *antitypi*. Atqui *Iſaac* dicitur *filius unigenitus*, quia *Abraham*

lium ipſum ſolum ex ſua ſubſtantia in conjugio primario genuit. Ergo etiam CHRISTUS dicetur *unigenitus Dei Filius*, quia *Deus ipſum ſolum ex ſua ſubſtantia genuit.*

Verſ. 2. *Et dixit: Cape nunc filium tuum, unigenitum tuum, quem dilexiſti, Iſaac, & vade tibi ad terram Moriah; & fac aſcendere eum ibi in holocauſtum ſuper unum montium, quem dicam ad te.*

In textu hoc habetur (1.) *Enallage temporis* præſentis, *dilexiſti*, pro præſenti, *diligis*. q.d. *quem unicè amas*. (2.) *Pleonaſmus*: pronomen enim, *tibi*, verbo, *vade*, additum, redundat. (3.) *Prolepſis*: nam terræ *Moriah* fit mentio, cum tamen nomen hoc poſtea demum ipſa adepta fuerit, v. 14. (4.) *Ironia*: quia hæc Dei verba εἰρωνικῶς & *ſimulanter* prolata ſunt, ut ex v. 1. & 12. conſtat. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 45. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 31. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sac. tract. 2. can. 6. m. 2. p. 184. lib. 4. tract. 3. obſerv. 10. m. 2. p. 801. lib. 5. tract. 1. cap. 5. p. 88. ſeq.

Excipit idem, p. 208. c. 5. claſſ. 3. arg. 1. contr. Bellarmin. *Iſaacum* propterea dici *unicum* vel *unigenitum*, quia *paternâ ergà ſe dilectione antecelluerit Iſmaëlem.*

℞. Nego. *Iſaacum propter dilectionis excellentiam* dici *unicum vel unigenitum*. Nam (1.) *dilectio* malè aſſignatur *cauſa filiationis*. Sicuti enim *dilectio* non facit *propriè filium genitum*; ſed *dilectum*: (nam amicus *diligit* amicum, collega collegam, &c. num autem hi omnes *dilecti* dici poſſunt *filii geniti*?) ita etiã *excellens dilectio* non facit *propriè filium unigenitum*; ſed *ſingulariter dilectum*. Unicè *amat* ſponſus ſuam ſponſam, maritus uxorem, &c. nam verò & hæ dici poſſunt μονογενεῖς & *unigenita*? Quin imò Abraham impensè etiam *dilexit Iſmaëlem*, Gen. 17. v. 18. c. 21 v. 11. num autem hinc ſequitur, & *illum* dici rectè *unigenitum Abrahæ*, nec minorem Iſaacô. (2.) Licet *Iſaac* magis fuerit dilectus, quàm *Iſmaël*, tamen propterea *unigenitus* dici non potuit: nam *magis & minus* non variant ſpeciem. Non enim, quia ex præcipuorum Philoſophorum ſententia, terra eſt frigidior aquâ, aquam ſuâ naturâ calidam eſſe ſequitur; ſed utraque dicitur frigida. (3.) Si *Iſaacus* dictus eſt filius unigenitus propter *excellentiam dilectionis*, ſequitur, quòd *Abraham Iſmaëlem non dilexerit*; ſed *oderit*: vox enim, *unigenitus*, excluſionem quandam importat, ita ut idipſum *unigenitus* habeat ſolus, propter quod *unigenitus* dicitur. Eadem eſt ratio, cum dicitur *filius unicus*: ſiquidem & vox, *unicus*, ſegregationem & excluſionem quandam ſignificat. (4.) Inducetur in textum ταυτολογία non neceſſaria, ſi vox יחיד exponas de *ſingulariter dilecto*. Hic enim prodibit ſenſus: *Tolle filium tuum ſingulariter dilectum, quem diligis.* Grauer. in c. 1. Epiſt. p. 32. ſeqq. *Meiſner.* in Conſid. Theol. Photin. c. 4. p. 408. ſeqq.

III. Errorem *Jephtæ* in *immolatione filiæ ſuæ*, quidam emollire conantur, & dicant, *ipſum* exemplô *Abrahami immolare volentis filium*, *perſuaſum fuiſſe.*

℞. *Abrahami* exemplum, quia *ſpeciali nititur mandato Dei*, non eſt ad *imitationem propoſitum*: generale autem præceptum erat, *ne immolarentur homines*, Deut. 21. v. 31. quod in *voto Jephtæ* meritò fuiſſet attendendum. *Baldvin.* de Caſ. Conſcient. l. 2. c. 8. caſ. 4. p. 293.

IV. *Chamus* in 2. ſent. q. 19. ſtatuit, *Deum poſſe diſpenſare in lege naturæ*, eò quòd *diſpenſaverit cum Abrahamo, ut poſſit occidere ſuum filium*, contra *quintum Decalogi præceptum*, Exod. 20. v. 13. *Non occides.*

℞. In hoc exemplo nulla eſt *diſpenſatio in lege naturali*: nam *lex naturalis*, quæ prohibet occaſionem hominis, conſiſtit in eo, ut non liceat occidere hominem *auſu privato*. In ea non diſpenſavit DEUS cum Abrahamo: non enim conceſſit illi, ut *privato ſuo auſu*, ſed ut *Dei authoritate* occideret & offerret filium. Itaque vita innocentis, quæ non fuit ſubjecta poteſtati Abrahami, ut *cauſa principali*; ſubjiciebatur ipſi, ut *inſtrumento domini & beneplaciti divini*. Unde in hoc exemplo non fuit *mutatio legis*, ſed *mutatio materiæ*, circa quam lex verſatur. *Amos.* de Conſcient. l. 5. c. 1. theſ. 8. & 9. p. 250. *Becan.* in Theol. Schol. par. 2. tom. 1. tr. 3. c. 3. q. 4. n. 6. & 7.

V. Deus ſibi contrariari videtur: hic enim immolationem Iſaaci *mandat*, quam v. 12. *vetat*.

℞. Deus immolationem præcipit, non ad *effectum rei*, ſed ad *probationem virtutis & obedientiæ Abrahami*: proinde licèt non voluerit *præceptum perfici*; voluit tamen ad id perficiendum *promtum & paratum eſſe* Abrahamum, ut id faceret, niſi ab ipſo Deo aliud ſibi mandaretur. In præceptis enim Dei ſemper voluntas ejus excepta eſt, ſemperque ſubintelligi debet: *Niſi contrarium ipſe mandaverit.* Walther. in harm. Script. p. 140.

VI. Nonnulli hinc probare ſategerunt, DEUM *verè ac propriè eſſe cauſam peccati*; cùm *præceperit Abrahæ, ut immolaret filium Iſaacum*; *mactationem* autem *hominis innocentis eſſe utiq; peccatum.*

℞. (1.) Deus mactationem filii *ſeriò* non præcepit, ſed *tentavit* eum, veluti Moſes disertè addit. v. 1. ideoque non permiſit Abrahæ, ut actu mactaret filium, v. 12. (2.) Si vel maximè *Iſaacus fuiſſet mactatus & immolatus*, tamen nec Deus nec Abraham peccâſſent. Non Deus, quippe qui poteſt tam de *morte* quàm de *vita*, ut *ſummus Dominus*, pro arbitrio diſpenſare. Non *Abraham*, quippe qui Deo præcipienti obedire debuit & voluit, non *odiô filii*, ſed *ſtudiô obediendi ex fide*. Schárp. in Conc. Theol. loc. de peccat. c. 3. object. 2. p. 397. *Gerhard.* tom. 1. LL. CC. loc. 9. de provid. §. 117. *Walther.* l. c.

VII. *Beza* in Actis Colloq. Mompel. par. 2. f. 174. contendit, Deum in puncto *ſalutis* nonnulla velle *voluntate revelata*, quæ revera nolit *voluntate occulta* ut quòd *Abrahæ mandaverit homicidium*, nec tamen *id* (voluntate arcanâ) *voluerit*.

℞. Exemplum *Abrahami* à *quæſtionis ſtatu* planè alienum eſt; & quidem (1.) ratione *objecti*: nam in allato exemplo agitur de *beneficio corporali*; at quæritur de *ſalute æterna hominum*, quam Deus ipſe nunquam & nuſquam in incerto, veluti *corporalia bona*, poſitam eſſe voluit. (2.) Ratione *modi*: quæritur enim, utrum id, quod Deus ſeriò ab omnibus fieri *palàm* vult, & edicit, *clam* poſſit averſari, & velle, ne fiat? Quod autem præceptum illud Dei de *immolando Iſaaco* non fuerit *ſerium*, ex n. 6. conſtat. Demonſtret autem Beza Deum quoque legem ſuam tuliſſe non *ſeriò*, ſed duntaxat *tentandi* gratiâ. (3.) Ratione *finis*: quandoquidem hic quædam μισανθρωπία *forinſecus* apparet, φιλανθρωπία autem *intus* occultatur, quæ δοκιμασίαν Abrahæ in bonum finẽ Deus convertit; *illic* (in Theologia Bezæ) φιλανθρωπία foris jactatur, μισανθρωπία autem & infernale odium *intus* reconditur, ita ut quos *extrinſecus* Deus videatur velle ſalvos, eos *ſimpliciter*, ſine ulla ſpe veniæ, aut miſerationis, æternæ damnationi adjudicârit. *Hutter.* in Explic. libr. Chriſtian. Concor.

art. 11.

art.11.c.2.q.1.p.1068.*Eckard.*in fafc. controv. Calvin.c.2.q.9.ad1.p.61.feq.*Meifner.* in Anthrop.facr. dec.2.difp.2.q.1.n.33.

V.5. *Expectate hic cum afino: ego & puer illuc usq́; properantes, pofteaquam adoraverimus, revertemur ad vos.*

I. In Hebræo eft (1.) *Synecdoche,* quia *federe*, pro, *manere*, fumitur, &c, *incurvare fe*, pro, *adorare*. (2.) *Pleonafmus*; pronomen enim, *vobis*, verbo, *fedete*, additum, redundat, *fedete vobis*, i.e. *fedete*. Vatabl. in Annot. ad h.l.p.45. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.31. *Glaff.* lib.3. Philol. Sacr. tract.2. can.6. m.2. p.184.

II. *Bellarminus* l.1. de Miff. c.11. cenfet, per *adorationem*, Johan.4.v.23. intelligi cultum, *qui perficitur cum facrificio*, cùm per eam talis cultus hic intelligatur.

℞. Non utrobique eadem eft ratio; hic enim vox *adorationis* fignificat facrificium; *illic* verò non, fed cultum N. T. qui abrogatis nunc ceremoniarum umbris & circumftantiis, quibus olim tempore levitiffimi devinctus erat, ubivis liberè perficitur, cùm *Propitiatorium* N.T. non fit uni certo loco adfixũ, ficut *propitiatorium* V.T. Eckhard. in Pandect. controv. Papift. par.2. c.31. q.10. ad7. *Reinecc.* tom.4. Panopl. Theol. p.268.

Verf.8. *Et dixit Abraham: Deus videbit fibi agnum in holocauftum fili mi.*

Nota hic (1.) Ἀνθρωποπάθειαν: *videre* enim Deus dicitur, cùm *providet de re aliqua*: Deus *videbit fibi*, h.e. *providebit de agno*; fiquidem curam de pecude holocaufti divinæ providentiæ Abraham committit. (2.) Cabalam. Nam ex harum dictionum literis initialibus יִרְאֶה־לּוֹ אֱלֹהִים, *Deus providebit fibi*, colligitur nomen *beftiæ*, quam Abrahamus locò Ifaaci Deo obtulit; ea verò אַיִל, *hircus* eft, v.13. *Glaff.* lib.2. Philol. Sacr. tract.2. par.1. fect.3. art.7. m.1. p.433. & lib.5. tract.1. cap.7. p.139.

Verf.10. *Extenditque manum, & arripuit gladium, ut immolaret filium fuum.*

Abraham non videtur *rectè inftituiffe immolationem filii fui*, gladiô jugulum ejus porrectum decollaturus, cum *cultrô acutô & appofitiffimô eum in frufta fecare debuerit*, more in *facrificiis* ufitatô.

℞. Non credendum eft; Abrahamum inftar *carnificis* filium genibus innixum, & jugulum porrigentem decollare voluiffe, fed *in frufta fcindere*, pro ufu *holocauftorum*. Nam vox Hebræa à themate מַאֲכֶלֶת fignificat *quodvis inftrumentum fcindens* aut *fecans*: & Sacerdotes ipfi in pecoribus, in holocauftum mactandis; itidem acuta & appofitiffima inftrumenta fecantia adhibere, & primùm à mactatione incboare neceffum habebant. *Franz.* in Schol. Sacrif. d.13. thef.64.

Verf.11. *Et clamavit ad eum Angelus Domini de cælis, & dixit: Abraham, Abraham, & dixit: Ecce ego.*

In textu hoc habetur (1.) *Anadiplofis*; quâ repetitur vox *Abraham*, & feftinatio in vocante oftenditur. (2.) *Ellipfis* verbi: *Ecce ego*, fcil. *adfum*. Sic enim folent refpondere Hebræi accerfentibus ipfos. *Jun.* in Not. ad h.l. p.31. *Vatabl.* in Annot. ad Gen.22.v.1.p.45.

Verf. 12. *Nunc cognovi, quòd timeas Dominum, & non peperciſti unigenito filio tuo propter me.*

I. Occurrit hic (1.) Ἀνθρωποπάθεια: nam humanitùs dictum, *Deum nunc cognofcere*; notatur verò *cognitio experimentalis*, & ea *fpecialis quodam novo actu acquifita*, q.d. *Nunc manifeftô & externô indiciô comperta eft cordis fui fiducia & obedientia*. (2.) *Hebraifmus*: Siquidem adjectivum participiale, יְרֵא, *timens*, regit genitivum, *Dei*, exponendum autem per accufativum, *Deum*: Timens *Dei*, h.e. *Deum*. Jun. in Not. ad h. l. p. 31. *Glaff.* lib.3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 33. m. 2. p. 120. & lib. 5. tract. 7. p. 121.

II. *Bellarminus* l.2. de juftif. c.11. ad exemplum *Abrahæ, de gratia Dei certiffimi*, Rom.4. v.21. excipit, *ipfum fortaffe peculiari revelatione certum fieri meruiffe de gratia, quam apud Dominum invenit*; cum certè ad *Abrahamum* dictum fit, quod nunc Deus ipfum agnôfcere fecerit; quòd verus fit cultor & amator DEI.

℞. (1.) Loquitur Bellarminus dubitanter, *fortaffe*, quod refutari poteft per *non fortaffe*: in contrarium enim eft Abrahæ πληροφορία, quam haufit non ex *peculiari revelatione*, fed ex *divina potentiæ & veritatis confideratione*, Rom.4.v.21. (2.) Falfum eft, *Abrahamum ante id tempus*: quô filium immolare voluit, *ignoràffe* vel *dubitàffe*, an *verus cultor & amator Dei effet*, idque *tum demum incepiffe cognôfcere*: nam ante immolationem Ifaaci; *plenam fiduciam habuerat*, cujus varia exempla Apoftolus commemorat *Hebr.*11. à v.5. usque ad v.17. (3.) Verbum illud non de *Abrahami*, fed *DEI cognitione* intelligendum effe, textus clarè oftendit: (4.) Si Abraham ex illo bono opere *infallibiliter cognovit gratiam Dei*, cur non & *alii fideles ex bonis operibus fuis* idem poffunt cognofcere? *Meifner.* in Anthrop. facr. Dec. 3. difp 9. q.1. n.43. *Thumm.* in Exerc. Theol. difp. 5. p. 3.

III. *Socinus* in Prælect. Theol. c.11. & *Smalcius* contr. Franz. fol.437. contendunt, DEUM *non omnia, quæ fiunt, fcire, antequam eveniant*: nam fi *tunc demum DEUS cognovit, Abrahamum fui timore effe præditum, cùm filium fuum chàriffimum fibi immolare non recufavit*; quomodo *antea fcivit neceffariò, Abrahamum ipfi ita obediturum*, ut obedivit?

℞. (1.) Hic locus à Photinianis illis perperàm allegatur, ftatuentibus quippe, verba hæc effe verba *Angeli cujusdam creati*; at quæftio eft de *vero Deo*. (2.) *Scientia Dei* juxta Hilarium; duplici ratione confideratur: aliàs ut *notitia futuri*, aliàs ut *probatio facti*. *Illô* modô *Deus omnia novit ab æterno*; Act. 15.v.18. *Pfal.*139.v.3. *hôc* quædam in tempore, dum rem, quam cognofcit, aperte approbat, eámque fibi probari luculenter declarat. Ita Deus ad Abrahamum ait: *Nunc agnovi*, i.e. *nunc reipfa & manifeftô operè probavi*, te Deum timere. Tentaverat enim DEUS Abrahamum, v.1. h.c. D. *Rung.* in Gen. p. 657. *Walther.* in harm. Script. p.141. *Stegmann.* in Antiphotin. difp.13. q.1. ad 2.

IV. Controverfiam de *unigenitura Ifaaci*, vid. c. 22. v.2. m.2. Vindic. decifam.

V. *Bellarminus* l.4. de Anima Chrifti, c.8. ad argumentum noftrum, pro *anima Chrifti dolore in Paffione ejus*, ex Rom.8.v.32. deductum, excipit, illud, *quòd DEUS proprio Filio non pepercerit*; non effe argumentum *iræ divinæ*: fiquidem etiam *Abraham filio fuo non pepercerit, fed eum, quem impensè dilexit, nihilominus occidere voluerit*.

℞. Jefuita committit Elenchum *non causæ ut causæ*: eft enim difparitas caufarum in modo *efficiendi*; quia *Abraham expreffum mandatum habuit*, propterea filium occidere voluit: *Deus pater* verò *Filium occidere voluit*, quia *fecit occurrere in ipfum omnium noftrûm iniquitates*, Efa.53.v.6. *Thumm.* de Majeft. Chrift. p.144.

Verf.13. *Et levavit Abraham oculos fuos, & vidit; & ecce aries poft detentus in perplexitate in cornibus*

nibus ſuis; & ivit Abraham, & cepit arietem, & aſcendere fecit eum &c.

Ellipſis hic eſt: *Poſt*, ſubaudi; *ſe*; &, *In perplexitate*, ſcil. *veprium*. Ariæm. in Bibl. p. 17: *Glaſſ.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 3. obſerv. 6. p. 783.

Verſ. 14. *Appellavitq́, nomen loci illius: Dominus videbit, quod dicitur hodie: In monte Domini videbitur.*

I. Offert ſeſe hoc loco (1.) *Ἀνθρωποπάθεια*: nam *videre* de DEO *humanitus* dicitur, & notat idem ac *proſpicere*. (2.) *Hebraiſmus*: Quod *dicitur*, h. e. *dici ſolet*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 46.

II. *Enjedinus* in Explic. locor. V. & N. T. diſputat, nomen JEHOVA *creaturis* attribui, ut h. l. *monti Moriah*.

℞. Nomen JEHOVAH hic non ponitur *abſolutè*, ſed *cum quadam adjectione*: non enim locus vocatur *Jehovah*, ſed, *Jehovah videbit*. Jam verò hæc duo plurimùm differre, demonſtramus, (1.) ex *ipſa Adverſarii confeſſione*: is enim ad locum *Matth.* 1. v. 23. p. 102. annotat, quòd Abraham Gen. 22. montem; in quo Iſaacum ſacrificare juſſus erat, appellet, *Jehovah videbit*; neque tamen quisquam montem illum vel Jehovam eſſe vel videre affirmârit. (2.) Ex *appellationis iſtius reſolutione*: quòd ſi enim evinci poſſet, nomen *Jehovah* loco illi ſacro *abſolutè* tribui, conſequens fuerit, *montem videre*; quâ enim ratione nomen *Jehovah* de illo prædicare ſtatuitur, eâdem etiam ratione *τὸ videre*. (3.) Ex *ſcopi Abrahamitici conſideratione*: quandoquidem in monte Morijah ad præcedens verbum Abrahæ, ſpei pleniſſimum (*Jehovah providebit*) DEUS mirabiliter ipſi proſpexerat de *ariete*, vice Iſaaci victimando; hinc adeò titulum illum ei loco indidit Abrahamus, non quòd *locum ipſum vocaret Jehovam*, ſed contrà, quod is titulus qui non *nuda appellatione Jehovæ*, ſed *integra ſententiæ complexu* conſtabat) *deberet eſſe perpetuum memoriale*, ſolum Jehovam eſſe univerſalem & loci illius & omnium creaturarum proviſorem, qui ibi Abrahamo ſingulari diſpoſitione de victima proſpexerit, quique dehinc etiam loco illi & incolis ejus & omnibus creaturis, & præſertim piis cultoribus, de cunctis neceſſariis poſſit & velit providere, in locis quoque, ab omni ope humana remotiſſimis. Hinc evidenter ſic argui poteſt: *Qui creaturis providere nequit, is ab Abrahamo non vocatur Jehovah*: Patriarcha enim in dicto titulo non loquitur de ullo alio *Jehovah*, quàm *qui creaturis providere poſſit*. At *locus in Morija nequit providere creaturis*. E. *locus in Morija ab Abrahamo non vocatur Jehovah*. Gerhard. in Exeg. loc. 2. de nat. Dei & attrib. divin. §. 45. *Jac. Martin.* lib. 1. de trib. Eloh. c. 20. n. 196. *Gibel.* in Explic. loci Jerem. 33. v. 16. p. 158. 159. 160.

Verſ. 16. *Quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me &c.*

I. In Hebræo eſt (1.) *Pleonaſmus*, in hyperbatis frequens: *Quia, propterea, quòd* feciſti, &c. (2.) *Idiotiſmus*: דָּבָר enim, *verbum*, Hebræis idem eſſe ac *res ipſa*: *Verbum hoc*, i. e. *res hæc*. Ariæm. in Bibl. p. 17. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 46. & *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 31.

II. *Anonymus ille Judaizans*, cujus memini in Vindic. *Gen.* 12. v. 3. contendit, *Meſſiam Abrahæ promiſſum eſſe ſub conditione pietatis ipſius & poſterorum*, urgetque *conditionem, ſub qua Deus promiſerit Abrahæ ſemen benedictum*, quia *ſcilicet Abraham non pepercerit filio ſuo, &c.*

℞. Locus hic non facit pro Adverſario. Nam (1.) *conditio*, quam urget, eſt de *tempore futuro*, ratio autem promiſſionis, quæ hoc loco exprimitur, eſt de *præterito*. Non enim dicitur: *Si mactaveris filium tuum, multiplicabo ſemen ejus, benedicam, &c.* atq; ſic propter *actum futurum*; ſed dicitur: *Quia feciſti hoc, & non pepercisti filio tuo unico, benedicendo benedicam tibi, &c.* (2.) DEUS in hac promiſſione tantùm reſpicit *Abrahæ fidelitatem*, non autem *ipſius poſterorum propriam pietatem*. Jac. Mart. l. 3. de trib. Eloh. c. 77. p. 387. ſeq.

III. *Socinus* in lib. de Servat. part. 4. c. 11. diſputat, *obedientiam, præceptis divinis præſtitam, eſſe formale juſtificationis*, quòd *Abrahamus propter obedientiam, in immolatione Iſaaci, fuerit juſtificatus*. Et quia id, quod ántea promiſſum fuit, nunc *operibus* Abrahami, locô *mercedis* attribui videtur, hinc *Papiſtæ* locum hunc pro ſtabiliendis *operum meritis*, & *juſtitiâ operum* adſtruendâ, allegant.

℞. (1.) Apoſtolus Rom. 4. v. 2. diſertè negat, *Abrahamum ex operibus coram DEO juſtificatum*; quod ipſum ex textu Moſaico evidenter comprobat, *Gen.* 15. v. 6. Hæc ergo dicuntur ad Abrahamum non *juſtificandum*, ſed *juſtificatum*. (2.) Promiſſio illa, Abrahamo repetita, duo complectitur: *multiplicationem ſeminis*, & *miſſionem* CHRISTI, *ex eo naſcendi*. *Promiſſio de Meſſia* fuit *planè gratuita*, Gal 3. v. 18. nec *data fuit propter obedientiam* vel *bona opera Abrahæ*; data enim erat, antequam Iſaacus naſceretur, *Gen.* 12. v. 3. & c. 18. v. 18. Non poteſt ergo ea, quæ antè fuit *gratuita*, nunc ſucceſſu temporis fieri *meritoria*. Poſtquam igitur promiſſionem ſpiritualem de Meſſia, ex ſemine ſuo naſcituro, Abrahamus fide accepit, & coram DEO juſtificatus eſt, accepit etiam hanc promiſſionem de *præmio bonorum operum*. (3.) *Obedientia Abrahæ* non fuit *cauſa juſtificationis*, multis namque annis *jam verè fuit juſtificatus*, ut ex *Rom.* 4. v. 2. patet, ſed eſt *effectum juſtificationis*. Quare ſicut non ſequitur: *quia hæc arbor bonos fructus affert, bona eſt*; ergò *fructus cauſa eſt bonitatis*, vel *ipſa formaliter bonitas*, ſed tanquam *effectus*, de *cauſa bonitate à poſteriori* teſtatur. Ita non ſequitur, *obedientiam eſſe cauſam*, ſed *effectum juſtificationis*. (4.) Vocula Hebræa יען non eſt particula *cauſalis*, ſed *ordinis* hoc loco, oſtendens non *quibus meritis* promiſſio gratiæ & benedictionis parta ſit, ſed *qua ratione* & *quo ordine* nunc repetita, nimirum *occaſione hujus tam inſignis obedientiæ Abrahami*. Selnecc. par. 3. Exam. Ordinand. p. 339. ſeq. *Rung.* in Gen. p. 661. *Gerhard.* tom. 4. LL. CC. loc. 20. de bon. oper. §. 132. m. 2. *Thumm.* in Inq. Phot. p. 391. & 392.

IV. Controverſias de *unigenitura Iſaaci*, & *dolore animæ* CHRISTI, tempore paſſionis ipſius, vide in Vindic. *Gen.* 22. v. 2. m. 2. & v. 12. m. 5. deciſas.

Verſ. 17. *Quòd benedicendo benedicam tibi, & multiplicando multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœlorum, & ſicut arenam, quæ ſuper labium maris, & hæreditabit ſemen tuum portam inimicorum tuorum.*

I. Eſt hîc (1.) *Ellipſis* verbi, *juro*, ex v. 16. repetendi, cui conjunctio: *Quòd*, ſubjungatur: *Juro*, inquam, *quòd benedicendo*, &c. aut redundat כי, *Quia*. (2.) Hebraiſmus: *Benedicendo benedicam*, h. e. *prolixè benedicam*; & *multiplicando multiplicabo*, i. e. *cumulatiſſimè multiplicabo*. (3.) *Metonymia materiæ* pro *materiato*: *ſemen* enim eſt pro *poſteritate*. (4.) *Metaphora*: *labium* namque notat *extremam fluminis oram*, putà *littus* ſeu *ripam*. (5.) *Enallage numeri* ſingularis, *portam*, pro plurali, *portas*. (6.) *Synecdoche partis* pro *toto*: nominatur *porta*, & intelligitur *urbs*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 46. *Jun.* in Not. ad eund.

eund.loc.p.31.D *Glass.*lib.5.Philol.Sacr. tract.1.cap. 1.p.21.cap 12.p.310.cap.17.m.2.p.464.

II. Apparentes contradictiones, unà cum controversia, circa hunc locum occurrentes, vide in Vindic.*Genes.*13.v.16.&c.15.v.5.enodatas.

Vers.18. *Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedivisti voci meæ.*

I. Nota hoc loco (1.) *Metonymiam materiæ* pro *materiato*: *Semen* enim *Abrahæ* sumitur pro *ejus filio* κατ' ἐξοχὴν, qui est *Christus*; Gal.3.v.16. (2.) Verbum in Hithpaël, וְהִתְבָּרְכוּ, esse *passivæ* significationis, *benedicentur*. (3.) Hebraismum: *Audivisti in vocem meam*, h.e. *obedivisti voci meæ*, Ariæm.in Bibl. p.18. *Glass.*lib.3. Philol.Sacr. tract. 3. can.29.m.2.p. 326.& in Append.disp.de Protevang. Gen.3.v.15.th. 30.p.896.

II. *Donatistæ* quidam, teste *Beda* in Psalm.54.dixerunt, *promissionem istam ad solam Africam pertinere: habent* enim *in Christo solam esse benedictam.*

℟. Non ad *solam Africam*, sed ad *universum terrarum orbem* promissio illa pertinet, testibus *Esaia*, c.49.v.6.& *Simeone*, Luc.2.v.31.& 32. *Histor. Magdeb.*Cent.8.cap.5.p.331.

III. Fundamentum *satisfactionis* CHRISTI suppeditat promissio hæc Evangelica de *semine Abrahæ, in quo benedicendæ essent omnes gentes terræ*; quæ *benedictio* è diametro est opposita *maledictioni illi legali*, ac proinde *per remissionem peccatorum & condonationem æternæ maledictionis* definiri debet. Atqui hæc *benedictio gentibus non nisi per* CHRIstum, & quidem, quatenus *ipse pendens in ligno, maledictum pro nobis factum, omnem maledictionem sustulit*, potest obtingere, *Gal.*3.v.13.seqq.

Smalcius contr.Franz.fol.97. regerit 1. Abrahamum tunc istam promissionem intellexisse non de *Messia*, sed de *semine suo carnali*, Isaaco.

℟. N. nam (1.) quomodo *Isaac* potuisset benedicere omnibus gentibus terræ? (2.) Quomodò Abraham non intellexit promissionem de *Messia*, quam multi alii, imò 12. tribus Israeliticæ, intellexerunt de ipsomet *Messia*, Luc.10.v.24. *Actor.* 26.v.6. & 7.

2. Per *terram* intelligi *Judæam*, ut sensus sit, *benedicendos esse omnes Israelitas, in ea habitantes.*

℟. N. nam Simeon, *Luc.*2.v.30.31.32. promissionem illam explicat de *Christo*, & de eo pronunciat, quòd futurus sit *salutare ante faciem omnium populorum*, quos in *gentiles*, & *Israelitas* ibi dispescit. *Hutter.* in LL. Theol.p.418. *Franz.* disp.5.vindic.dispp. in A.C.thes.42.& in Schol. Sacrific. disp.19.thes. 104. *Thumm.* in Impiet.Photin.p.513.

IV. *Messiam omnibus seculis fuisse prænunciatum, ut satisfactorem*, adeò ut doctrina de *remissione peccatorum per ipsum, omni etiam tempore* V.T. *fuerit nota*, *ex hac* DEI *promissione de semine Abrahæ* constat.

Excipit 1. *Smalcius* in lib. de divinit. Christ. c. 21 p.4. *Abrahamum fuisse primum, cui facta sit promissio Messiæ*, cùm ei dictum fuerit: *In semine tuo, &c.*

℟. (1.) Smalcius sibi contradicit: antea enim per *Semen Abrahæ* noluit intellectum *Messiam*; jam verò id concedit. (2.) Falsum est, *Abrahamo primùm promissum fuisse Messiam*: diversum namque patet ex *Gen.*3.v.15. neque enim aliud est *semen, quod contriturum erat caput serpentis*, & aliud *semen, quod benedictionem afferret gentibus.* Deinde falsum esset, quod Spiritus S. affirmat, *Jehovam locutum esse de Messia per os omnium Sanctorum Prophetarum, qui fuerunt à seculo*, Luc.1.v.70.& Act.3.v.21.

2. Idem contr.Franz.fol.192. *exemplum Abrahami esse unicum*; non autem *exemplis*; sed *promissis & legibus* agendum, cum Deus potuerit *uni atq; alteri* tale quid exhibere, quod *nemini alij* ad se pertrahere liceat, & nusquam appareat, Deum id *aliis* promisisse, quod de *Abrahamo uno* legatur.

℟. (1.) Exemplum non est *unicum*, ut ex *Hebr.* 11.per tot.constat. (2.) Etsi unicum hoc exemplum produceret scriptura, id sufficeret nobis: nam propter fidem in semen benedictum etiam in V.T. fuit pater omnium credentium, *Rom.*4.v.12. Quicunq; ergo sunt ex fide, benedicuntur cum fideli Abrahamo, *Gal.*3.v.9.

3. Alius ex cœtu Photinianorum, Deum saltem *promisisse gentibus, tempore Christi ex Maria nati, futuris*, benedictionem aliquam in Christo.

℟. N. nam contrarium inferunt loca, 2.Reg.7.v. 12.13.14.& 1.*Paralip.* 22.v.9.& 10. quæ semini Davidis illam promittunt. Et notandum hic, quòd *populus Israeliticus* consideratur dupliciter (1.) *communiter*, & sic promissiones de beneficiis Messiæ, ipsi cum reliquis gentibus sunt communes (2.) *Singulariter*, & sic quædam habet propria, quæ compendiosè proponuntur, *Rom.*9.v.4.& hæc gentibus cum ipso non sunt communia; hæc tamen propria illarum promissionum communitati nihil derogant. *Hutter.*l.c.p.421. *Thumm.*d.l.p.514. Stegm.in Antiphot.disp.20. q.3.ad 2.

V. Contra *Bellarminum*, l.4.de verb. DEI c.4. contẽdentem *in scriptura nil haberi de gentilium justificatione a peccato originali*, quorum tamen multos in V. T. Salvatos fuisse; urgemus istam DEI promissionem, quâ innuitur, *gentiles fuisse justificatos per fidem in venturum Messiam.* Cujus rei exemplum habemus in *Rahab*, quæ *fide salvata* dicitur *Hebr.*11.v.31.

Urget verò *remedium aliquod contra peccatum*, cujus non meminerit Scriptura. Idem in simili facit *Gretserus* in Colloq.Ratisb. sess.1.p.47.

℟. (1.) Jesuita *ignorat elenchum*: nos enim *scripturæ perfectionem* quærimus in *toto corpore*; V.T. est *pars duntaxat totius scripturæ.* (2.) *Remedium contra peccatum* intelligitur vel κυρίως, pro *ea efficacia*, quæ peccata delet, vel pro *ejus efficacia signo aliquo corporali.* Si *priori modo* Bellarminus remedium intelligat, dico hoc constare ex Scripturis pro gentilibus: nullum est enim aliud præter gratuitam ex misericordia Dei remissionem; hæc autem communis est omnibus, qui servantur, absque ulla exceptione, non minus in V. quàm in N.T. & continetur b. l. Sin posteriori notione remedium sumat, tum nego, ex institutione divina ullum fuisse pro non Judæis fidelibus institutum, aut ullum omnino usurpatum.

Nec sequitur tamen, quod Papistæ valdè metuere videntur, *non fuisse illis remissa peccata*: quia efficacia illa, quod est proprium remedium, non est alligata *signis visibilibus*, quò minus liberè agat Deus in quosvis etiam signis carentes, quemadmodum id diduxi in Vindic.Gen 17.v.7.m.4. *Eckh* Pand.par. 1.c.1.q.14.ad.3.p.96.seq. *Cham.* tom.1.Panstr.l.9.c. 8.n.2.4.5.6.

VI. Controversias, circa hunc locum aliàs etiam motas, vide in vindic. *Gen.* 12.v.3.& *Gen.* 22.v.16. diremtas.

Vers. 24. *Et concubina ejus, & nomen ejus Reumah.*

Hebraismus hic est: nam pro אֲשֶׁר שְׁמָהּ, *cujus nomen ejus*, h.e. *cujus nomen*. Glass.lib.3. Philol.Sac. tract.2.Can.26.not.3.p.223.

C.XXIII.

CAP. XXIII. Verſ. 1. *Et fuerunt vitæ Saræ centum anni, & viginti anni, & ſeptem anni: anni vitæ Saræ.*

In verſu hoc habetur (1.) *Enallage numeri*: nam pluralis, *fuerunt*, ponitur pro ſingulari, *vita fuit*. (2.) *Pleonaſmus*: vox enim *anni* bis repetitur. (3.) *Ellipſis*. hi *anni vitæ Saræ*, ſcil. *ſunt*. Ariæm. in Bibl. p.18. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.31.

Verſ. 3 *Cum ſurrexiſſet Abraham ab officio funeris locutus eſt ad filios Heth, &c.*

I. In Hebræo eſt (1.) *Pleonaſmus* פְּנֵי, enim, *facies*, redundat; *a facie mortui*, h. e. a *mortuo*. (2.) *Enallage generis*: nam maſculino Moſes utitur, מֵתוֹ *mortuo ſuo*, cum tamen de *mortua Sara* ſermo ſit, quia reſpicit ad גוּף, *corpus*. Glaſſ. lib. 3. tract. 1. can. 36. m. 1. p. 145.

II. Contra *purgatorii Pontificii* aſſertionem, fundamentum ſumimus ex *Scripturæ preteritione*: hic enim deſcribitur *funus Saræ*, *ab Abrahamo inſtructum*; ſed de *purgatorio*, *in quod anima ipſius deſcenderit*, altum ſilentium: nulla prorſus fit mentio *ſupplicationum*, *juſtorum ſeptenarialium trigeſimalium*, aut aliorum *ſuffragiorum*, in Papatu hodie uſitatorum.

Bellarminus l.1. de Purgator. c.15. excipit 1. non eſſe neceſſe, ut Scriptura *ubiq; omnia dicat*.

℞. Non quidem neceſſe eſt, ut Scriptura ubiq; omnia dicat, interim tamen neceſſe eſt, ut vel *ſemel* illud clarè & perſpicue dicat, quod fide Catholicâ ab omnibus credendum: certum enim eſt quodlibet fidei dogma habere propriam ſedem in certo & perſpicuo Scripturæ loco. Talem verò purgatorii ſedem nondum potuerunt Pontificii in Scripturis invenire.

2. In *geneſi* non fuiſſe occaſionem ponendi doctrinam de *Purgatorio*, cum *geneſis* non ſit *liber dogmaticus*, ſed *hiſtoria quædam Patriarcharum* (velut hic Abrahami) ac doctrina eo tempore non *Scripturâ*, ſed *traditione* fuerit conſervata; alioqui dicendum fuerit, *ante Abrahæ tempora neminem fuiſſe juſtificatum*, quia Scriptura non tradit, *quomodo juſtificarentur homines tempore Adæ, Noæ, Enoch.*

℞. (1.) Imò verò *optima fuiſſet occaſio ponendi doctrinam de purgatorio* in deſcriptione *exequiarũ*, quas pii defunctis ſuis cognatis (ut h. l. Abraham Saræ) inſtituerunt. (2.) Nec *geneſis* eſt duntaxat *hiſtoricum*, ſed etiam *dogmaticum* ſcriptum, ut oſtendunt *promiſſiones de Meſſia*, in quibus nucleus Evangelii continetur. (3.) Quamvis verò *ante ſcripturam Moſaicam* doctrina cœleſtis vivâ voce ſine ſcripto fuerit conſervata, tamen poſtquam Geneſis cum reliquis libris Moſaicis divino juſſu fuit exarata, Iſraelitæ à *traditionibus* ad *ſcriptum Dei verbum* fuere revocati, ac disertô mandato juſſi, nihil quicquam addere vel demere, *Deut.* 4. v.2. c.12. v. ult. (4.) *Modum juſtificationis in Abrahæ exemplo omnium primò deſcribi*, pernegamus. quia protevangelium de *ſemine mulieris contrituro caput ſerpentis*, primis parentibus & Patriarchis ante Abrahamum fuit notum ac revelatum, quod illi verâ fide amplexi ſunt, cujus exercitia fuerunt quotidiana ſacrificia. Unde Apoſtolus Hebr.11. v. 4. ſeqq. *fides* exempla non ſolum in *Abrahamo*, ſed etiam in *Abelo, Enocho, & Noacho* nobis proponit, atque ex Scripturis Moſaicis eruit.

3. *Implicitè* in *Geneſi* contineri mentionem *purgatorii*: quando enim dicitur Abraham *plãxiſſe Saram, & ſurrexiſſe ab officio funeris*, quis prohibet per illud *officium* intelligere non ſolùm *lachrymas*, ſed etiam *orationem* & *jejunium*?

℞. (1.) Perquàm ridiculum eſt, quòd Bellarminus, *officium funeris* legens, de *tali officio* ſtatim cogitat, quale in *Miſſalibus & Breviariis Pontificiis* deſcribitur, quo *juſta ſeptenarialia, trigeſimalia, anniverſaria* & alia *ſuffragiorum* genera defunctis præſtari jubentur, cum de *tali officio* altum in Scripturis tàm V. quàm N.T. ſit ſilentium. Neque in textu Hebræo vel unum jota occurrit, quòd *officii* ejuſmodi Papalis ſuſpicionem movere poſſit. Simpliciter enim dicitur: *Et ſurrexit Abraham à facie mortui ſui.* Vulgata autem verſio, quæ *officii funeralis* mentionem inſerit, hiſtoricæ narrationi prorſus repugnat: quia in ſequentibus demum *officium funeris conjugi præſtitum*, deſcribitur, poſtquam ſcil. locum ſepulturæ Abrahamus ab Hethæis impetraverat. Et ſenſus ſimplex eſt, quòd *plangere Abraham deſierit, & de Sepultura honeſta inierit cogitationes*, de qua ſequens textus memorat. (2.) Abraham defunctam Saram ſuam planxit, non ut *animam illius ex Purgatorio eriperet*, ſed ut *dolorem ſuper ejusdem obitu conceptum*, teſtaretur. (3.) Ob hoc ipſum jubet Paulus 1. Theſſ.4 v.13. *modum in plangendo adhibere*, quia defuncti in Chriſto, vivant in *quiete*, non in *cruciatu*; cum *Chriſto*, non cum *Satana*, &c. *Gerhard.* tom. 8. LL. loc.29. de mort. §.182 ſeq. p.329.330.331. *Oſiand.* in Enchir. controv. Papiſt. c.29. q.2. ad 2. p.231. *Glaſſ.* l. 3. Phil. ſacr. tract. 1. can. 38. p.145.

Verſ. 6. *Audi nos Domine mi: Princeps Dei tu in medio noſtri, in electione ſepulchrorum noſtrorum, &c.*

I. Eſt hic (1.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Tu*, ſcil. *es*. (2.) *Pleonaſmus*: nam תּוֹךְ *medium*, redundare videtur; *in medio noſtri*, h. e. *inter nos*. (3.) *Enallage abſtracti* pro concreto: *Electio ſepulcrorum*, i.e. *electa ſepulcra*. Ariæm. in Bibl. pag.18. *Jun.* in Not. ad h. l. p.32.

II. *Arias Montanus* in lib. de Idiotism. Hebraic. arbitratur, nomen *Dei*, hic adhiberi *epitheti* locô pro *excellenti*, adeò ut ſenſus ſit: *Te habemus pro præſtante & excellente Principe.*

℞. Epitaſis in hoc exemplo ſaltem *ſecundaria* eſt ſeu *conſequens*. Nam *princeps Dei* eſt, qui *à Deo ſingulariter beneficiis ornatur*; quæ explicatio ex cap. 21. v.22. patet: *conſequenter* autem *præſtantem* ſignificare Principem, per ſe patet. *Glaſſ.* l. 3. Philol. ſacr. tract. 1. can. 17. p.61. & 64.

Verſ. 7. *Surrexit Abraham, & adoravit populum terræ, filios videlicet Heth.*

I. A. C. 787. in Synodo Nicæn. II. *Iconolatræ* contenderunt, *imagines adorandas*, quòd *Abraham filios Heth adoraverit.*

℞. *Carolus M.* in lib. 1. cap. 9. contr. eand. Synodum Nicænam II. ait, *iſtam adorationem* tantum diſtare à *picta imaginis adoratione*, quantum *pictus ipſe homo à veri hominis ratione*; quantum enim *verus homo à picto*, tantùm procul dubio & *hujus adorationem ab illius adoratione* diſcerni. Item aliud eſſe, *hominem ſalutationis officiô, & humanitatis obſequio, adorando ſalutare*; aliud *picturam adorare*: *illud* Scripturarum doceri exemplis, *hoc* inhiberi. Et probat, Sanctos viros, imagines nuſquam adoraſſe. *Hiſtor. Magdaburg.* Centur. 8. cap.9. pag. 650. ad 37. argum.

II. *Pazmannus* in Hodeus diſputat, *adorandos eſſe Sanctos*, cum & *Abraham populum terræ adoraverit.*

R. Scopæ ſunt diſſolutæ. Nam (1.) phraſi Hebræâ deſcribitur ibi *externa ceremonia, & reverentia civilis*, quod magnis viris geniculatione aut inflexione corporis exhibetur; nobis verò ſermo eſt de *adoratione religioſa*, quâ genua cordis (ut Paulus loquitur) flectuntur in invocatione, quæque cum *cultu* & *fiducia* conjuncta eſt. (2.) Nec valet comparatio: *Poſſum adorare homines, & coram ipſis genua flectere*; ergo etiam *poſſum ſuo modò adorare Sanctos beatos, & coram iis genua flectere.* Antecedens enim de iis, qui ſunt *præſentes*; conſequens vero de iis, qui ſunt *abſentes*, loquitur. *Chemn.* in Exam. Concil. Trident. par. 3. p. 622. *Reinec.* tom. 4. Panopl. p. 45. *Oſiand.* in Enchir. Controv. Papiſt. c. 20. q. 2. p. 249. ad 16. argum. *Balduin.* in Phoſph. Cathol. 13. c. 1. p. 1158.

Verſ. 8. *Et locutus eſt cum eis dicendo: Si eſt cum anima veſtra, ad ſepeliendum mortuum meum a facie mea audite me, & intercedite mihi apud Ephron filium Seor.*

I. Moſes utitur hîc (1.) *Metonymia cauſæ pro effecto: anima* enim pro *ejus voluntate* eſt. *Si eſt cum anima veſtra*, i.e. *ſi vobis placet.* (2.) *Synecdoche totius* pro parte: *Mortuum meum*, h. e. *corpus ſeu cadaver uxoris meæ mortuæ.* (3.) *Pleonaſmo* pronomen ſiquidem, *mihi*, verbo, *intercedite* additum, redundat; niſi dixeris, *mihi*, idem eſſe, ac *pro me, meâ in cauſa, ad commodum meum.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 47. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. ſacr. tract. 2. can. 6. m. 2. pag. 148. & lib. 5. tract. 1. cap. 1. m. 1. p. 8.

II. Moſes *Stephano* repugnare videtur: nam venditorem illius loci Moſes facit *Ephronem*, filium Seor; Stephanus autem, *Actor.* 7. v. 17. emiſſe locum illum, ait, Abrahamum à *filiis Hemor*, (patris *Sichem.*

R. *Hieronymus* Epiſt. 101. de opt. gen. interpr ad Pammachium, *Gregorius* M. l. 7. Epiſt. 55. & *Lyra* ſuper cap. 7. Actor. quos ſequitur Oſiander in Not. Bibl. & Pererius in Geneſ. c. 23. diſp. 2. putant, *Ephronis patrem fuiſſe binominem* vocatum enim eſſe *Seor*, quo nomine appellavit eum Moſes; itemque dictum eſſe *Hemor*, quo eum vocavit Stephanus. Neque id in Scriptura eſt infrequens: unde mirum videri non debet, ſi Moſes Seoris patrem vel avum tacuerit, eum vero indigetaverit Stephanus, dicens: *Hemorem* (eundem nimirum, qui a Moſe dicitur Seor) fuiſſe filium Sichem. *Walther.* in harm. Script. p. 141. ſeqq.

Verſ. 9. *Et dabit mihi ſpeluncam duplicitatis, quæ [illegible] ne agri ſui, in argento pleno, in medio [illegible] det, &c.*

Eſt hoc loco (1.) *Enallage* abſtracti, *duplicitatis*, pro concreto, *duplicem.* (2.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Quæ eſt*, ſcil. *eſt.* (3.) *Metonymia materiæ* pro *materiato: argentum* enim eſt pro *nummo mate, ex argento facto*, & *plenum argentum* eſt *ſufficientis valoris moneta.* (4.) *Pleonaſmus*: *in medio veſtri*, h. e. *inter vos.* Ariæm. ad h. l. p. 18. *Jun.* ibid. p. 32. *Glaſſ.* l. 5. Philol. ſacr. tract. 1. cap. 1. p. 20.

Verſ. 10. *Et Ephron ſedens in medio filiorum Heth; & reſpondit Ephron Hethæus Abrahamo de auribus filiorum Heth, omnibus &c.*

In textu hoc nota (1.) *Enallagen:* participium enim ישב, *ſedens*, ponitur pro imperfecto, *ſedebat*, i.e. *unus erat ex illo cœtu*, apud quem agebat Abraham. (2.) Hebraiſmum: *In auribus filiorum Heth*, h. e. *audientibus Hethæis.* Ariam. in Bibl. p. 18. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 48. Jun. ibid. p. 32.

Verſ. 11. *Nequaquam, Domine mi, audi me; Agrum dedi tibi & ſpeluncam, quæ in eo, tibi dedi eam, in oculis filiorum, &c.*

Moſes uſurpat hîc (1.) *Ellipſin*: *nequaquam*, ſubintellige, *ita fiet, ſed potius audi me.* item, *quæ in eo*, ſc. *eſt.* (2.) *Enallagen*: nam præteritum, *dedi*, eſt pro præſenti, *do.* (3.) *Pleonaſmum*: pronomen enim, הָ, *eam*, redundare videtur. (4.) Hebraiſmum: *In oculis filiorum populi mei*, h. e. *præſentibus & videntibus popularibus meis.* Ariam. in Bibl. p. 18. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 32. *Vatabl.* in Annot. ad eund. loc. p. 48. *Glaſſ.* l. 3. Philol. ſacr. tract. 1. can. 36. m. 4. p. 175.

Verſ. 13. *Et locutus eſt ad Ephron in auribus populi terræ, dicendo: Sed ſi tu, quæſo audi me: Dedi argentum agri, cape a me, & ſepeliam mortuum meum ibi.*

Reliſt huc 1. Hebraiſmus: *In auribus populi terræ*, h. e. *audiente populo ipſius regionis.* (2.) *Enallage* tum [illegible] אם ſi, notat, *quandoquidem*: tum quia præteritum *dedi*, ponitur pro futuro, *dabo.* (3.) [illegible] *ipſis: Quandoquidem tu*, ſcil. *es Ephron.* Ante [illegible] facie non noverat Abraham Ephronem, neque adeſſe putabat; cum verò ipſiſmet loquentem audiviſſet v. 10. ſeq. jam ad cognitum ſic loquitur. (4.) *Metonymia*: *Argentum agri*, i.e. *pretium agri.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 48. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 32. *Glaſſ.* lib. 3. Phil. ſacr. tract. 7. can. 6. not. 3. p. 596.

Verſ. 16. *Et audivit Abraham ad Ephronem & appendit Abraham ipſi Ephroni argentum, quod locutus fuerat, in auribus filiorum Heth, quadringentos ſiclos argenti tranſeuntis ad mercatorem.*

In verſu hoc habetur (1.) *Metonymia materiæ* pro *materiato*: *argentum* enim ſumitur pro *pecunia, ex argento facta.* (2.) Hebraiſmus: *In auribus filiorum Heth*, i. e. *audientibus Hethæis.* (3.) *Proſopopæia*: *tranſire* namque tribuitur *argento.* Chaldæus: *quod accipitur in negotiatione in omnibus provinciis.* (4.) *Enallage* numeri: *Mercator* ſiquidem pro *mercatoribus.* *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 48. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. ſacr. tract. 1. [illegible] p. 20. & cap. 9. p. 204.

Verſ. 17. *Confirmatus q; eſt ager quondam Ephronis, in quo erat ſpelunca duplex, reſpiciens Mambre; tam ipſe quam ſpelunca, & omnes arbores ejus in cunctis terminis ejus per circuitum Abrahæ in poſſeſſionem.*

I. In Hebræo eſt (1.) Metaphora: קָם, *ſtetit*, pro *confirmatus eſt.* (2.) Ellipſis: *Qui*, ſcil. *erat*; &, *in duplicitate*, ſubaudi *ſpelunca.* (3.) *Enallage* numeri: *Omnis arbor*, h. e. *omnes arbores.* Ariæm. in Bibl. pag. 18. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. pag. 48.

II. Moſes *Stephano* contradicere videtur: *Ille* enim narrat, *Abrahamum accepiſſe in poſſeſſionem à filiis Heth, agrum Ephronis cum antro gemino quod in eo erat*; hic autem *Actor.* 7. v. 5. de eo dicit, *non dediſſe Deum ipſi hæreditatem in illa terra ne veſtigium quidem pedis.*

R. Abra-

Abrahamus agrum illum suo possi[illegible]t ex [illegible] adè nol[illegible]quit Stephanus [illegible]n jus[illegible] dat [illegible] pol[illegible] [illegible]pedi[illegible] jure emptioni pr[illegible] W[illegible] [illegible]tarin. Script. p. [illegible].

[illegible] Abraham Saram [illegible] spe[illegible] [illegible]plicitatis, [illegible] *Mambre Hac H[illegible]r*, &c.

[illegible] Syn[illegible] totius [illegible] p[illegible]te: [illegible] enim *Sarah* [illegible] & [illegible]itur c[illegible]us suu [illegible] [illegible] onere [illegible] Spec[illegible] [illegible] He[illegible]ais- [illegible] *Mambre*, h. [illegible] *Mamre*. [illegible] [illegible] verbi substantivi [illegible] *Hec* [illegible] Ariæm. in [illegible] pag. 18. Gl[illegible] l. 5. Phil[illegible] [illegible] c. [illegible] m. t. p. [illegible]

II. [illegible]ntur, qui [illegible] [illegible] ullos de- mortuo[illegible] [illegible] urbis poma[illegible] [illegible] que ex- emp[illegible] *Sara*, [illegible] *bero* [illegible] *sub d*[illegible] *b Abraha* mo[illegible].

R. Re[illegible] hæc est *falsa*: opponimus enim contraria exempla. Ita *Samuel in domo* [illegible] Ramæ sepultus est, [illegible] 5. [illegible] in urbe Hierosolym[illegible] [illegible] 1 Re[illegible] 2. v. 18. *Act.* 2. v. 29. Quid ergo impedit, quo minus viri honorati in [illegible] urbiū templ[illegible] sepeliantur: quod et[illegible] P[illegible] [illegible] factum [illegible] memorat *Evagrius* in Hist. Eccles. l. 4[illegible] 1. *Broch*[illegible] tom. 2. Systen. Theo[illegible] de mort. cap. 3. [illegible] p. 669.

III. [illegible] repugna[illegible] videtur: *Ille* [illegible] loc. juxta in [illegible] Hebron, [illegible] [illegible] Actor. 7. v. 7.

R. V[illegible] pulcrum Abrahæ [illegible] juxta Hebron, no[illegible] [illegible], ut ecte narrat Moses. At verò [illegible] Stephanus dicit, Jacobum & fi[illegible] translato[illegible] esse in *S[illegible]hem*, & positos in sepulcro Abrahæ; [illegible] *Sichem* [illegible] *juncte* [illegible] *ad* [illegible] [illegible] translati [illegible] in sepulcrum Abrahæ, qu[illegible] erat [illegible] Gen. 50. v. 13. sed solum ad [illegible] *Jacobi*, [illegible] *Josephum*, quem in *S*[illegible] esse *sepultum*, patet ex *Josua*. 24. v. 32. Walther. l. c.

CAP. XXIV. Vers. 1. *Et Abraham senex veneratus dies & Dominus benedixit Abraham in omnibus*,

Est hic [illegible] Hebraismus *veneratus dies*, h. e. *provectæ erat ætatis*. (2.) *Enallage*: Antecedens enim *Abraham*, ponitur pro relativo, *eum*. (3.) *Ellipsis* in omnibus, scil. r[illegible], *prole*, *opibus*, *gloria*, &c. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 49. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 32. *Glass.* lib. 3. Philol. sacr. tract. 2. [illegible] 3. p. 198.

Vers. 2. *Et dixit Abraham ad servum suum* [illegible] *dominantem in omnibus*, [illegible], &c.

Nota hoc loco 1.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: *dom[illegible]* enim pro *familia* est. (2.) *Ellipsin* [illegible] *Quæ es*, scil. *erant*; Ariæm. in [illegible] p. 18. D. *Glass.* lib. 3. Philol. [illegible] tract. [illegible] c. 3. [illegible]

[illegible] 3. *Et jurare faciam te in Domino De*[illegible] *Deo terra*, *quod non accipies uxorem filio* [illegible] *filiabus Chananæis*, *cujus ego sedens* [illegible] *ejus*

M[illegible] [illegible]itur (1.) *Hebraismo* in verbo [illegible], [illegible] *jurare*, h[illegible] *jure-jurando obstrinxit*. (2.) *Enallage* tum *numeri singularis* pro *plurali*: De filiabus *Cananæi*, i. e. *C[illegible]næorum*; tum [illegible] [illegible]o verbi indicativo [illegible]. [illegible] *specits* pro generi [illegible] (4.) *Pleonasmo* partim non[illegible] in [illegible] *me*[illegible], [illegible] pono[illegible] in 5, 8, [illegible] *medi*[illegible] *jus*, h. e. [illegible] *ter quem*. Ariæm. [illegible] p. 18. *Jun.* in Not. ad h. l. p. [illegible]2. *Glass.* l. 3. Philol. [illegible] t. 3. can 28. p. 324.

Vers. 4. *A*[illegible] *terram meam & ad cognitionem meam pro*[illegible] *caris*, [illegible] *inde accipias uxorem filio meo Isaaco.*

Abraham sibi contrariari [illegible] detur [illegible] oam *Mesopotamiam* (ubi ipsius debebat cognati[illegible], ad quam & Eliezar proficisc[illegible]batur, ad uxorem Isaaco accipiendum) vocat [illegible]m & patriam suam, cum tamen natus fuerit in [illegible] *Chaldæorum*, Ge[illegible] 11 v. 28. & 21.

R. Abraham regionem, quæ trans flu[illegible] Euphratem est, compr[illegible]hendent[illegible] *Mesop*[illegible] & *Chaldæam*, appellavi[illegible] *neratim* terram [illegible] quod tota illa regio transfluviatis dicer[illegible] respe[illegible] *Palæstina*. Walth[illegible] in harm Script. pag. 145. seq.

Vers. 5. *[illegible] non volet mulie*[illegible] *re post me* [illegible] *num quid* [illegible] *terram, qua egressus es inde?*

In texto hoc adhibentur *Hebraismi*: [illegible] *venire post me*. h. e. [illegible] *qui me*. (2.) *Reducendo reducam*, i. e. *omnino reducam*. 3. *Qua mac.* h. e. *ex qua*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 49. *Jun.* in Not. ad eund. loc. [illegible]32.

Vers. 6. *Cave, ne quando reducas* [illegible] *um meum ad locum, e quo egressus sum.*

Abraham deinde sibi contradicere videtur: prohibet enim servo suo, [illegible] filium suum [illegible] in Mesopotamiam, cum [illegible] per omnem vitam suam ibi nunquam [illegible] jubetur educi.

R. Abraham patria egressus est cum omnibus suis posteris, qui tum erant in lumbis suis: itaque Isaacum in Mesopotamiam reduci po[illegible] Scriptura innuit, quatenus in lumbis patris [illegible] existens, olim ea egressus est. Walther. ibd. p. 14[illegible]

Vers. 8. *Et si non voluerit mulier venire post* [illegible], *&* *mundus eris a juramento meo isto*, [illegible], &c.

Redit huc Hebraismus *venire post* [illegible], h. [illegible] & *mundus eris a juramento*, i. e. *absolutus eris* [illegible] *mento isto*, mihi a te præstito. Vatabl. in An[illegible] ad h. l. p. 49.

Vers. 9. *Posuit servus manum sub femure Abrahami dominorum suorum*, &c.

I. In Hebræo est (1) *Enallage numeri* pluralis; *dominorum suorum*, pro singulari *Domini sui*. (2.) *Idiotismus*; [illegible] enim *verbum*, hebraïs notat *rem i*[illegible], *psam*. super *verbum istud*, i. e. super *hac re*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 49. *Jun.* in Not. ad eund. loc. pag. 32. *Glass.* lib. 3. Philol. sacr. tract. 1. can. 25. p. 9[illegible].

II. *Bellarminus* l. 2. de Christ. c. 6. dispu[illegible] nomine אלהים, *Gen.* [illegible] *Personarum in di*[illegible] *pluralitatem* demonstrari non posse, quia vide[illegible] ait, in Scriptura hoc idem fieri quando est termo de hominibus velut h. l. de *Abrahamo*) quare si quid myst[illegible]rii ibi lateret, non ita passim nomina pluralia cum verbis numeri singularis conjungerentur.

ꝶ. Fit hoc *impropriè*, adeoque *reverentia civilis* cauſa numerus *pluralis* hic adhibetur: in phraſibus autem de Deo, hujuſmodi *Schema politicum* locum non habet. Deinde exemplum huic modo loquendi Moſaico, Gen. 1. v. 1. exactè non reſpondet, cum ibi ſermo ſit de Deo *trino*, hic verò de *creatura*, videlicet *Abrahamo*. Denique אדון, eſt nomen appellativum, & ſignificatione ſua formali Dominium notat, non item אלהים. Meiſner. par. 2. Phil. ſobr. ſect. 1. c. 3. q. 6. p. 378. & 382. Glaſſ. l. 3. Phil. ſac. tract. 1. can. 25. p. 91.

Verſ. 10. *Et cepit ſervus decem camelos è camelis domini ſui, & ivit, & omne bonum domini ſui in manu ſua, &c.*

In verſu hoc videre licet (1. *Enallagen numeri ſingularis* pro plurali, *bonum* pro *bonis*. (2.) *Synecdoche generis* pro ſpecie: *omne bonum*, i. e. *omnis generis bona*, ſeu *de pretioſiſſimis quibusdam*. (3. *Hebraiſmum*: *cepit in manu ſua*, h. e. *ſecum deferebat*. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 49. *Glaſſ.* l. 5. Phil. ſacr. tract. 1. cap. 14. p. 437.

Verſ. 11. *Et flectere genu fecit camelos extra civitatem ad puteum aquæ, ad tempus veſperæ, ad tempus exeundi hauſtrices.*

Eſt hic (1.) Hebraiſmus. *fecit genu flectere*, i. e. *cubare, vel requieſcere*, pro natura *Arabicorum camelorum*, quæ ſolent flectere genua, dum requieſcere volunt. (2.) *Ellipſis* nominis, *hauſtrices*, [illegible] *aquæ*, v. 11. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 49. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 32.

Verſ. 13. *Ecce ego ſtans ſuper fontem aquæ, & filiæ virorum civitatis egredientes ad hauriendum aquam.*

Nota (1.) *Enallagen*: partic[i]pia enim, *ſtans* & *egredientes*, ſunt pro ipſis verbis *ſto* & *egrediuntur*, itē על, *ſuper*, notat *juxta*. (2.) Hebraismum: *viri civitatis*, οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως, l XX. *inhabitantes urbem*, h. e. *incolæ*. Ariæm. ad h. l. p. 19. Glaſſ. l. 3. Phil. tract. 1. can. 34. m. 2. p. 125.

Verſ. 14. *[illegible] puella, cui ego dixero, inclina hydriam tuam, ut bibam, &c.*

I. *Anonymus ille Judæ[illegible]* in peculiari manuſcripto de [illegible] undam. relig. Chriſt. in contractatus illius membro poſteriore, ad locum *Eſa.* 7. v. 14. de *Matre Meſſiæ vir[g]initate*, excipit, vocem עלמה non ſigni[fi]care *virginem*, ſed eſſe vocem *gener[is]* [illegible] ſexum fœmininum denotet, atque ideo & *virgini* & *ei, quæ non eſt amplius virgo*, trib[u]atur [illegible] ut h. l. [illegible] ponatur pro [illegible] נערה quæ reperiatur *Gen.* 24. v. 43. Nonergo [illegible] qui dicitur [illegible], & appellata eſt עלמה, ergo [illegible] cat *virginem*; cum non neceſſe ſit, ut *virginem* [illegible] per appellem *virginem*, [illegible] quòd poſſim etiam [illegible] *erali* aliqua voce uti, quæ *ſexum fœmineum* de[no]tat.

ꝶ. Primum concedo [illegible] quod Eliazer utatur hîc voce נערה, quæ i[illegible] ſignificat atque latina vox, *femella, puella*, [illegible] *ut pur[illegible]* ſive ſi [illegible] *rum*. Deinde [illegible] quod idem [illegible] v. 43. pro נערה [illegible] verum hoc non concedo, quod pro[illegible] *voces plane eandem habeant* [illegible] נערה *genera uter* ſignificat *ſexum* [illegible] עלמה *ſpecialiter* ſexum femi[nineum] [illegible] notat. V[illegible] tur etiam v. 5. & 8. אשה: nunquid propterea עלמה idem eſt, quod אשה credat, qui v[illegible] Qui bet ergo in-

telligit, ſervum [illegible] orantem [illegible] fuit *generaliore voce* נערה, ut [illegible] ein Weibesperſon / ein Weibsbild [illegible] poſtmodum, præſ[entibus] [illegible] patentibu[s] [illegible] in *ſpeciem* muta[illegible] עלמה, ut nos [illegible] Jungfrau: idque [illegible] dubius ſit [illegible] ſpon[ſ]am [illegible] *em, an viduam*, ut ita [illegible] בתולה [illegible] נערה longe [illegible] hanc uſurpari pro [illegible] J[illegible] Matt. l. 3. de [illegible] c. 1 [illegible] p. 5 [illegible] ſeq.

II. *Munſter* teſte Sch[illegible] lib. 5. [illegible] *bere Chr[illegible]* [illegible] *num peculia[illegible]* [illegible] *ti*; ui [illegible] *empl[illegible]* [illegible] *gnum petiit a[illegible]* [illegible] *erſona, Isaaco* [illegible].

ꝶ. Lex [illegible] eſt. *Deum non eſſe tentandū*, ne quis ipſi *modum* [illegible] *larem* [illegible] *ſtationis præſcribendum*. Deut. 4. [illegible] 3. M[a]tth. 4. v. 7. Servum Abrahæ [illegible], is vel *ex ſingulari inſtinctu Spiritus Sancti* [illegible] *ſaltem tale internæ* [illegible] *cepit. Rur.* in Ge[n.] pag [illegible].

Verſ. 16. *Rebecca puella decora nimis, virgo, [pu]lcerrima & n. cognita viro, &c.*

I. *Euphemiſmus* [e]ſt: nam εὐφήμως λογῶ & verecundè concub[itum] [illegible] exprim[it] per *cognoſ*[cere], [ei]que *experimentale*. G[laſſ.] lib. [illegible] Phil. ſacr. tra[ct.] [illegible] cap. 1. m. [illegible] p. 14.

II. A[illegible] tus, cujus jam in [illegible] v 1. c. 24. Gen. factæ [illegible] ſpon[illegible] exc[e]pit, neu[illegible] neque נערה neque איש in ha[illegible] [illegible] *Rebe cam fuiſſe vi[rginem]*, [illegible] dunt ixet voce בתולה quam ad [illegible] Rebeccæ [illegible] hic adh[illegible].

ꝶ. Vocem בתולה [illegible] g[illegible] eam vero [illegible] *ſemper* [illegible] menda uſurpa[illegible] omni[illegible] neque ex hoc loc[o] [illegible] Qu[illegible] ha[illegible] ce בתולה utitur [illegible] non [illegible] utu[illegible] ſed *limitationem* [illegible] *non cognovi* [illegible] ſane de[ſc]ription [illegible] opus non fuiſſet, ſi בתולה ubique *puellam vi*[*rginem*] ſignificaret [illegible] ceu probè notat *Drus*[*ius*] [illegible] qua[illegible] Epiſt. 21. [illegible] *Mart.* l. 3. de [illegible] pag. 579. & ſqq.

Verſ. 17. *Et cucurrit ſervus in occurſum ejus, & dixit: Fac me bibere nunc parum aquæ ex hydria tua.*

Verbo [illegible] in Hiphil הגמיאיני *fac biber[e]* [illegible] directa [illegible] notatur, quæ ei [illegible] *cere, ut aliquid bibere p[oſſit]*, quod [illegible] *facultate ex*[illegible], *ſed interna animæ*, ſcil. *hominis* [illegible] ſed *conceſſio materiæ bibitionis* [intel]ligitur q. d. *concede mihi, ut aquam bibam ex vaſe tuo, da mihi bibendum*. Glaſſ. l. 3. Philol. ſacr. tract. 3. can. 28. m. 3. p. 322.

Verſ. 18. *Et dixit: Bibe, domine mi, & feſtinavit & deſcenderefe[cit] hydriam ſuam ſuper manum &c.*

Hebraiſmus hîc eſt: nam verbum ותמהר, *feſtinavit*, verbo ותרד *demiſit* præcedens, per adverbium Latinis exprimitur. *Feſtinavit & demiſit*, h. e. *feſtinanter demiſit*. Glaſſ. lib. 3. Philol. ſac. tract. 3. can. 35. pag. 346.

Verſ.

Verſ. 20. *Et feſtinavit & evacuavit hydriam ſuam in canale, & excurrit ad puteum, &c.*

Idem recurrit jam Hebraismus: *Feſtinavit & evacuavit, i.e. feſtinanter evacuavit,* Glaſſ. l.c.

Verſ. 22. & 23. *Poſtquam autem biberunt cameli protulit vir inaurem auri, &c. Dixitq́; ad eam: cujus filia tu.*

I. Obſerva hoc loco (1.) *Ellipſin*: tum quia deſit, *Et impoſuit ſupra naſum ejus*, ſuppletur autem v.47. tum quia poſt vocem, *dimidium*, ſubaudiendum nomen *ſicli*, & poſt voces, *decem auri*, ſubintelligendum, *ſiclorum*. (2.) Metonymiam *materiæ pro materiato*: *aurum* enim ſumitur, pro *nummis, ex auro confectis*. (3.) *Enallagen*, partim numeri: *Decem auri*, h.e. decem aureorum; partim pronominis pro verbo ſubſtantivo: *cujus filia tu*, h.e. *Cujus filia es?* Ariæm. in Bibl. p.19. *Iun.* in h.l. p.33. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. ſacr. tract. 5. cap. 1. pag. 20.

II. Moſes verò Abrahæ contradicere videtur: nam Moſes narrat h.l. *donatum fuiſſe muneribus à ſervo Rebeccam*, deinde *interrogatam de parentibus*; invertit hoc ſervus v.47. & memorat, *ſe prius interrogâſſe Rebeccam, & poſt dediſſe munera.*

R. Hic *Moſen* potius quam *ſervum* ſequamur: *ille* namque rem narrat, ut geſta eſt, nec cauſam inmutandi habuit; ſervus autem ordinem non nihil immutat, & quidem non ſine ratione. Nam ſi cognati Rebeccæ audiiſſent, munera eſſe data, antequam conſtaret ſervo de cognatione putâſſent id factum non *ipſorum gratiâ*, ſed ob *puellæ humanitatem vel pulchritudinem*. Audientes autem, ſervum poſt cognitos cognatos obtuliſſe munera, exiſtimabant id *ſuâ cauſâ* factum, adeoque ſe à ſervo valdè honoratos eſſe. Proinde, præponere *interrogationem de parentibus & cognatis Rebeccæ*, donationi munerum, conducebat multum ad *demerendos cognatorum Rebeccæ animos*, & ad conciliandam eorundem benevolentiam, quo ſcilicet propenſiori voluntate, lubentiorique animô Rebeccam darent & mitterêt uxorem Iſaaco domino ſuo. *Meiſner.* par. 2. Phil. ſobr. ſect. 2. c.2. q.12. can. 4. p. 4. ſeq. *Walther.* in harm. ſcript. pag. 76. §. 109.

Verſ. 27. *Et dixit: Benedictus Dominus DEus domini mei Abraham, qui non dereliquit miſericordiam ſuam, & veritatem ſuam, à Domino meo; ego in via, duxit me Dominus domum fraternam Domini mei.*

Eſt hîc (1.) *Ellipſis* tum verbi ſubſtantivi; *Benedictus*, ſcil. *ſit*: tum phraſeos, *Ego in via*, ſubaudi, *cùm eſſem*. (2.) *Synecdoche ſpeciei* pro genere: *fratres* enim ſunt *agnati*. *Iun.* in Not. ad h.l. p.33.

Verſ. 28. *Et excurrit puella, & nuntiavit domui matris ſuæ ſecundùm verba hæc.*

In textu hoc habetur (1.) *Metonymia ſubjecti*, *domus*, pro adjuncto, *familia*. (2) *Hebraiſmus*: ſecundum *verba hæc*, i.e. *quæcunq́; audierat*, vel *quæcunq́; geſta erant ad fontem*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.51. *Glaſſ.* l.5. Phil. ſacr. tract. 1. c.3.

Verſ. 29. *Et ipſi Rebeccæ frater; & nomen ejus Laban; & excurrit Laban ad virum foras ad fontem.*

Moſes hoc loco uſurpat (1) *Ellipſin* verbi ſubſtantivi: *Et ipſi Rebecca*, ſcil. *erat*. (2.) *Hebraiſmum*: antecedens enim, *Laban*, eſt pro relativo, *Ipſe*. Ariæm. in Bibl. pag. 19. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.51.

Verſ. 31. *Et dixit ingredere benedicte Domini, &c.*

In verſu hoc occurrit (1.) *Ellipſis* nominis *Laban* ex v.29. repetendi: *Et dixit*, ſubaudi, *Laban*. (2.) *Hebraiſmum*, *benedicte Domini*, h.e. *à Domino*. *Iun.* in Not. ad h.l. p.33. *Glaſſ.* lib. 3. Phil. ſacr. tract. 1. can. 33. p. 120.

Verſ. 36. *Et peperit Sarah uxor Domini mei filium Domino meo poſt ſenectutem ſuam, & dedit ei omnia, quæ ipſi.*

Eſt hîc (1.) Hebraiſmus: *poſt ſenectutem ſuam*, i.e. *poſtquam ſenuit ipſa*. (2.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Quæ ipſi*, ſcil. *ſunt*. Ariæm. in Bibl. p.19. *Iun.* in Not. ad h. l. p.33.

Verſ. 38. *Si non ad domum patris mei abis, & ad familiam meam, & capies uxorem filio meo.*

In hac *jurandi* formula, particula אִם לֹא, *Si non* ſenſum habet *affirmativum*, & ſignificat, *utiq́;*: utique proficiſceris eò: quanquam Chaldæus, LXX. & *Latinus* verterunt, *Sed*; Junius verò ſignificationem propriam retinet, & ſtatuit Ellipſin: *Dira tibi imprecans*, niſi ad domum, &c. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p.51. *Glaſſ.* l.3. Phil. ſacr. tract. 7. can 6. not. 1. p.596.

Verſ. 48. *Et inclinavi me, & incurvavi me Domino, Et benedixi Domino Deo domini mei Abraham, qui duxit me in via veritatis ad capiendum filiam fratris Domini mei filio ejus.*

In textu hoc occurrit (1.) Hebraiſmum: *benedicere cum Domino*, eſt, *ei gratias agere*. (2.) *Enallage abſtracti* pro concreto: *In via veritatis*, h.e. *per viam veram & rectam*, quæ recto me itinere perduxit. (3.) *Synecdoche ſpeciei* pro *genere*: nam Rebecca filia *patris Abrahami* ducitur, i.e. *Nachoris*, cum eſſet filia *Bethuelis*, & *Nachoris* neptis. ergo *filia* pro *nepte* ponitur. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.52. *Glaſſ.* l.5. Phil. ſacr. tract. 1. c.15. m.1. p. 447.

Verſ. 50. *Et reſpondit Laban & Bethuel & dixerunt: A Domino exiit verbum, non poterimus loqui ad te bonum vel malum.*

Nota hoc loco (1.) *filium* in aſſenſu præbendò præponi *patri*, quia familiam paternam gubernabat. (2.) *Hebraiſmum*, quia *verbum* notat *negotium*, & *poſſe* idem ſignificat, ac *licere* ſeu *debere*. Itaq; ſenſus eſt: cùm divina diſpoſitione totum hoc negotium geri intelligamus, conſilio illo divino refragari, nullo modo licitum eſt, non debemus illi contradicere, ſed ſpontè acquieſcimus. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p 52. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p.34. *Glaſſ.* l. 3. Phil. ſacr. tract. 3. can. 12. p. 259.

Verſ. 57. *Et dixerunt: vocemus puellam, & interrogemus os ejus.*

Metaphora hîc eſt in voce *oris*, quæ *animum & voluntatem hominis* ipſi ſermoni connotat: Interrogemus os ejus; h.e. *quid animi aut voluntatis ipſi ſit*. Chaldæus: *inquiramus ejus voluntatem*. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p.53. *Glaſſ.* l.5. Phil. ſac. tr. 1. c. 12. p.341.

Verſ. 58. *Et vocaverunt Rebeccam, & dixerunt ad eam; nunquid ibis cum viro iſto? Et dixit: ibo!*

Verbum *ibis* & *ibo*, quòd aliàs *actum* notat, de *voluntate eundi*, hîc intelligendum, & per *vis* & *volo* exponendum eſt: *Num ibis?* i.e. *vis ne ire*: *ibo*: hoc eſt, *volo* ire. *Glaſſ.* l. 3. Philol. ſacr. tract. 3. can. 7. pag. 248.

M 3 Verſ. 60.

Verſ. 60. *Soror noſtra es, creſcas in mille millia, & poſſideat ſemen tuum portas inimicorum ſuorum.*

I. In hoc textu obſerva (1.) *Synecdochen ſpeciei* pro genere: *Soror* enim pro *conſanguinea* eſt. (2.) *Hebraiſmum: tu ſis in mille decem millium:* h.e. *mater eſto in decem myriadum.* Cætera vide in Vind. *Gen.* 22. v. 17: Jun. in Not. ad h.l. p. 34.

II. *Anonymus ille judaicans* (cujus memini in Vindic. Gen. 24. v. 14. m. 1.) l.c. ad noſtrum argumentum, ex *Eſa.* 7. v. 14. pro *matris Meſſiæ virginitate*, deductum, excipit, Etſi concederet Chriſtianis, vocem עַלְמָה *virginem* ſignificare, eos tamen non obtinere, *puerum illum*, de quo loquitur Eſaias, *ſine viri ſemine debuiſſe naſci*; idque probare nititur à ſimili phraſi: Nam hic, ait, conſanguinei dicunt Rebeccæ, quod adhuc *virgo* erat (*poſſideat ſemen tuum portam inimicorum ſuorum*) non tamen inde ſequebatur, *Rebeccam ſine congreſſu viri habituram ſemen* ſeu liberos.

℞. Exemplum *Rebeccæ* nihil ad rem facit, quippe cui gratulantur de *novo conjugio* cõnſanguinei, invocantque nomen Jehovæ, ut illud ſit fœcundum, ſit felix, ſit beatum. Non ergo conſanguinei hi de *virgine Rebecca, ut virgine*, agunt; ſed tanquam de *nova ſponſa*, quæ jamjam a viro cognoſcenda ſit, proindeque de ejus *mox futuro conjugio*, indeque proventura ſobole ſunt ſolliciti. Aliud ergo eſt dicere: *virgo concipiet miraculosè, & pariet filium*, &c. Et aliud: *Conjugium Rebeccæ novæ ſponſæ ſit felix, ſit fœcundum, inde ꝗ progn ati liberi ſint felices*, fortunati, victores hoſtium. Manifeſto igitur hic *conjugium & ordo naturalis* intenditur, nempe: ſoror noſtra es, ſis in millia millium, poſſideatque ſemen tuum, nempe *quod ex conjugio*, ad quod conſummandum abis, proveniet, portam inimicorum ſuorum. Tale quid in ablegato loco Eſaiæ nunquam monſtrabit Anonymus. *Jac. Mart.* l. 3. de trib. Elohim, c. 202. p. 584. ſeq.

Verſ. 63. *Iſaac egreſſus fuerat ad meditandum in agro, inclinato jam die.*

Fevartentius l. 11. Theomach. cap. 10. n. 18. pro *purgatorio* locum hũc allegat, quaſi *Iſaac in agro meditatus, oraverit pro anima defunctæ ſuæ matris, ex purgatorio liberandâ.*

℞. (1.) Similis eſt argumentatio: *Marc.* 1. v. 35. *Chriſtus abiit in deſertum locum, & illic precabatur*; ergo *dicebat horas virginis Mariæ.* (2.) *Pererius* fuſiſſimè hunc locum enarrans, *nullam facit Purgatorii mentionem.* (3.) *Pagninus* vocem שׂוּחַ ex Rabbi David *Kimchi* explicat per *deambulare*. (4.) *Franciſcus Georgius* ſect. 3. Problem. 169. ait, Iſaacum tùm oráſſe in *arduo matrimonii feliciter ineundi negotio.* (5.) Nemo ſanus Iſaacum dixerit *immemorem piæ matris*; ſed *commendáſſe eam DEO ſuis precibus*, hoc verò non divinandum erat, ſed probandum. Nos, quâ pietate in matre fuiſſe credimus, eâdem perſuaſum fuiſſe ſcimus, *in ſumma beatitudine tunc fuiſſe animam parentis juſtificatæ per fidem*, ac proinde *in Deo quieſcentis*, Sapient. 3. v. 1. & 4. *Cham.* tom. 3. Panſtr. l. 26. c. 15. n. 3. ſeqq. *Gerhard.* l. 2. ſpec. par. 2. Confeſſ. Cathol. artic. 9. p. 473.

Verſ. 64. *Et elevavit Rebecca oculos ſuos, & vidit Iſaac, & cecidit de Camelo, & dixit ad ſervum, &c.*

Videtur hìc eſſe Synchyſis: neque enim Rebecca de camelo deſcendiſſet, priusquam edocta fuiſſet à ſervo, virum illud fuiſſe Iſaacum, quo cognitô memum deſcendit, & accepto peplô operuit ſe; niſi ſtatuas וַתֹּאמֶר, vertendum eſſe, *dixerat* enim ad ſervum, v. 65. *Vatabl.* Annot. ad h.l. 53. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 34.

Verſ. 66. *Et narravit ſervus ipſi Iſaac omnia verba, quæ fecerat.*

Hebraiſmus eſt: Narravit omnia *verba*, h.e. omnes *res, quas fecerat*, Jun. in Not. ad h.l. p. 34.

Verſ. 67. *Et introduxit eam Iſaac in tabernaculum Saræ matris ſuæ, & accepit Rebeccam, & fuit ei in uxorem & dilexit eam, & conſolatus eſt ſe Iſaac poſt matrem ſuam.*

Moſes hoc loco adhibet (1.) *Ellipſin*: In tabernaculum, *quod fuerat* Saræ. (2.) *Hebraiſmum* Synecdochicum: *accepit Rebeccam*, &c. pro, *duxit eam in uxorem.* (3.) *Metonymiam ſubjecti* pro *adjuncto*: Poſt *matrem ſuam*, h. e poſt *obitum matris ſuæ.* Chaldæus: *poſtquam mortua eſt mater ſua.* Vatabl. in Annot. ad h.l. p. 53. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 34.

CAP. XXV. Verſ. 1. *Et addidit Abraham, & accepit uxorem, & nomen ejus Chethura.*

Verbum וַיֹּסֶף *& addidit*, hoc loco adverbiaſcit, junctum quippe cum verbo ejuſdem temporis וַיִּקַּח, *& accepit*, ut ſenſus ſit: *iterum* vel *denuò accepit uxorem.* Glaſſ. l. 3. Philol. ſacr. tract. 3. can. 35. p. 346.

Verſ. 3. *Filii Dedan fuerunt Aſſurim, & Lethuſim, & Leummim.*

Nomina hæc non ſunt *certorum populorum*, ſed nomina *propria ſingularium hominum*, velut ex v. 6. patet, ubi hos Abrahæ, ex Kethura pronepotes Donis inſtructos, vivo adhuc Abrahamo, fuiſſe ad regionem Orientalem incolendam dimiſſos, narratur. Glaſſ. l. 4. Phil. ſacr. tract. 3. obſerv. 1. p. 758.

Verſ. 6. *Et filiis concubinarum, quæ ipſi Abraham, dedit Abraham dona, & emiſit eos ab Iſaac filio ſuo, in adhuc vivente ipſo, ad orientem ad terram orientis.*

I. Moſes utitur hìc (1.) *Synecdoche*: Hagarem n. & Chethuram vocat *concubinas Abrahæ*, cùm tamen *ſola Hagar* fuerit *Abrahami concubina*, *Kethura* verò *legitima ejus uxor*, v. 1. dicitur verò *concubina*, eò quòd non fuerit *domina in domo*, ſicut *Sarah*; ſed tantum ad *legitimam prolis generationem aſſumta.* (2.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Quæ* ſc. *erant.* (3.) *Pleonaſmo*, nam ב IN, ante vocem, *adhuc*, redundat. (4.) *Enallagè ſubſtantivi* pro adjectivo: *Orient* n. eſt pro *orientali*, quo ipſo declarat, quod dixerat, *ad orientem.* D. Oſiand. par. 1. Paraphr. Bibl. p. 140. *Arиам.* in Bibl. p. 26. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p. 54. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 54.

II. *Anabaptiſtæ* pro *concubinatu* allegant exemplum *Abrahæ*, qui *concubinas habuit.*

℞. (1.) *Permiſit* DEus Abrahamo *concubinatum*, non verò *approbavit.* (2.) *Concubinæ*, quarum Spiritus S. hic meminit, non erant *impura ſcorta*, ſed *uxores ſecundariæ*, quæ affectu quidem *maritali*, ſed *ſine legalibus inſtrumentis privatim ducebantur*, ac natos ex illis liberos *certis legatis contentos* eſſe oportebat, hæreditate ad uxoris primariæ liberoa devolutâ, v. 6. h. c & *Iudic.* 11. v. 2. (3.) *Concubinatum patrum* V. T. tempore frequentatum, Chriſtus in N. T. ſuſtulit, *Matth.* 19. v. 9. *Gerhard.* tom. 7. LL. CC. loc. 28. de conjug. §. 555. *Brochm.* tom. 2. Syſtem. Theol. art. de Leg. c. 12. ſect. 2. q. 1. p. 144.

Verſ. 7. *Et iſti dies annorum vitæ Abraham, quos vixit: centum anni, & ſeptuaginta anni & quinquaginta.*

In textu hoc habetur (1.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Et iſti*, ſcil. *ſunt.* (2.) *Synecdoche partis* pro

toto:

tore: nim. *dies* pro *temporibus*. (3.) *Pleonasmus*: nam vox *anni* bis poſita redundat : *centum ſeptuaginta quinque anni*. Ariæm. in Bibl. p. 20. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 34. *Glaſſ.* l. 5. Phil. Sacr. tract. 1. cap. 17. n. 3. p. 464.

Verſ. 8. *Et expiravit, & mortuus eſt Abraham in ſenectute bona, ſenex & ſatur, & congregatus eſt ad populos ſuos.*

Eſt hic (1.) *Ellipſis*: Et *ſatur*, ſubintellige *dierum*; perfecta n. loquatio legitur, Gen. 35. v. 29. & 1. Paral. 23. v. 1. (2.) Hebraiſmus: *Congregatus eſt ad populos ſuos*, i. e. *reliquis ante ipſum mortuis adjunctus*. *Vatabl.* in Annot. p. 54. Jun. ibid.

Verſ. 11. *Poſt obitum Abrahæ benedixit Deus Iſaac filio ejus.*

Occurrit apparens ἀντιλογία: recenſet n. Moſes, *poſt obitum patris Deum benedixiſſe filio Iſaac, eiq́; dediſſe ex Rebecca gemellos*; hoc autem factum eſt *Abrahamo adhuc in vivis exiſtente*. Nati n. ſunt gemelli Iſaaco 15. annis ante mortem patris, ſicut oſtendit collatio temporum v. 7. & 26. Nam Iſaac naſcitur anno ætatis Abrahæ 100. annis 40. poſt ducit uxorem, poſt 20. annos naſcuntur *Eſau* & *Jacob*, anno nimirum ætatis Abrahami 160. qui vixit annos 175. *Gen.* 25. v. 7.

℞. Occurrit in hoc textu ὕστερον πρότερον, quo utitur Moſes propter *continuationem hiſtoriæ*, quam in Abrahamo ſupra interrumpere noluit. Itaque verba iſta textus: (*poſt obitum patris Deus benedixit filio Iſaac*) non de *nativitate liberorum* ſunt accipienda, ſed de *eorundem felici incremento, totius rei familiaris benedictione*, & inprimis de *promiſſionis ſpiritualis repetitione & applicatione ad Iſaacum*, quam c. 26. v. 5. recenſet. *Rung.* in Gen. p. 744. ſeq.

Verſ. 22. *Et colliſiebant ſe filii in medio ejus, & dixit: Si ita, ut quid hoc ego? Et ivit ad interrogandum Dominum.*

I. Obſerva hoc loco (1.) *Pleonaſmum*; tum quia בְּקִרְבָּהּ *medium*, redundare videtur: *in medio ejus* h. e. *in ea*; tum quia זֶּה, *hoc*, interrogativo, לָמָּה *ad quid*, pleonaſticè additur, & ſimul indicat velut indignationem quandam: *Ut quid ego?* (2.) *Apoſiopeſin*: ſi *ita, ut quid ego?* i. e. *ſi gravida ſum, uti perſuaſum hactenus & marito & mihi fuit; cur jam hoc mihi evenit*, ut ſcil. intus ita concutiar? nam hæc mihi potius malè habentis uteri, quàm fœtum geſtantis videntur eſſe. *Glaſſ.* lib. 3. Phil. Sacr. tract. 2. can. 6. not. 2. p. 185. & l. 5. tract. 2. cap. 4. m. 3. p. 539.

II. Beza volum. 3. fol. 418 autumat, nominibus *Jacob* & *Eſau*, Malach. 1. v. 2. & Rom. 9. v. 11. non *duas gentes* notari, ſed *duas perſonas*; quod *duo pueri*, non *duæ gentes*. mutuò ſeſe in Utero matris colliderent.

℞. Adverſarius opponit *ſubordinata*: utrumque n. dicit Spiritus Sanctus, nempe *duas gentes fuiſſe in utero Rebeccæ*, v. 23. *& duos pueros mutuo ſe invicem in utero ejuſdem colliſiſſe*, v. 22. itaque non ſequitur, *Malach.* 1. v. 2. & *Rom.* 9. v. 11. per *Jacob & Eſau* ſaltem *perſonas*, non autem *poſteros* notari. *Balduin.* in comm. *Malach.* 1. p. 910. ſeq.

Verſ. 23. *Et dixit Dominus ei. Duæ gentes in utero tuo & duo populi à viſceribus tuis ſeparabunt, & populus præ populo fortior erit, & major ſerviet minori.*

I. Eſt hic (1.) *Metonymia effecti* pro *cauſa*: Duæ *gentes*, & duo *populi*, h. e. duarum gentium & duorum populorum *autores*, inter ſe diſſidentes, quorum diſſidium in *poſteris* ipſorum continuabitur. (2.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Duæ gentes*, ſcil. *ſunt*. (3.) *Synecdoche partis* pro toto: *viſcera* n. pro *homine* ſunt: ex *viſceribus tuis*, i. e. *ex te*. Ariæm. in Bibl. p. 21. *Glaſſ.* l. 5. Phil. Sacr. tract. 1. cap. 2. m. 1. p. 24.

II. Vaticinium hoc Dei non videtur *reſpondiſſe eventui*: nam *major* (Eſavus) *prædicitur Serviturus minori* (Jacob) cùm tamen infrà c. 32. v. 4. & 5. per *nuncios ſuos Jacobus* Eſavo intimari curet: Sic loquimini *Domino meo Eſau*, hæc dicit *Servus tuus Jacob*.

℞. Oraculum divinum non concernit *perſona Jacobi & Eſavi*, ſed *horum poſteros*, velut textus clarè indicat. Quæ promiſſio completa fuit, quando *Idumæa* ſubjiciebatur *Judæis*, ſub *Daniele*. Walth. in harmon. Script. p 146.

Verſ. 26. *Et poſtea egreſſus eſt frater ejus, & manus ejus apprehendens in calcaneo Eſau, & vocavit nomen Jahacob. Et Iſaac filius ſexaginta annorum in pariendo eos.*

In textu hoc habetur (1.) Enallage: participium n. אֹחֶזֶת, *apprehendens* pro verbo, *apprehendebat*, ponitur. (2.) *Pleonaſmus*: nam propoſitio בּ IN, redundat, *in calcaneo*, ſc. *calcaneum*. 3. *Ellipſis* nominis אִישׁ *vir*: vocavit ſcil. *quiſq́;*, vel *is qui nomen ei indidit*. (4.) *Paronomaſia*: ſiquidem יַעֲקֹב dicitur ab עָקֵב, & יָד, quia naſcendo manus ejus tenebat calcaneum fratris Eſavi, (5.) Hebraiſmus: *Filius ſexaginta annorum*, i. e. *natus ſexaginta annos*. Ariæm. in Bibl. p. 21. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 55. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 35. *Glaſſ.* lib. 4. Phil. Sacr. tract. 3. obſerv. 9. n. 2. p. 794.

Verſ. 27. *Et fuit Eſau vir ſciens venationem, vir agri; Jacob autem vir ſimplex habitans tentoriis.*

I. Eſt hic (1.) Hebraiſmus: *vir agri*, i. e. *qui multum in agris & ſylvis verſatur*. Chaldæus. *Vir* (crebrò) *egrediens in agrũ*. (2.) *Ellipſis prapoſitionis* בּ IN: *Habitans tentoriis*, i. e. habitans *in* tentoriis. Ariæm. in Bibl p. 21. Glaſſ. l. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 34. m. 2. p. 124.

II. *Piſcator* ad Elench. Buſcher. cap. 3. ſtatuit, *tropum eſſe poſſe in tota propoſitione Sacramentali*, urgetque orationem hanc, *habitare in tentoriis*, in qua exiſtimat ſcopum hærere in *conjunctis*, non *ſingulis vocibus*, idemque ſignificare ac *paſtorem eſſe* ſive *rem pecuariam exercere*.

℞. Singula vocabula & tota oratio *propriè* accipitur, ſaltem unum ex alio concluditur, & ſic non eſt *modificatio Rethorica*, ſed *collectio* aut *periphraſis logica*: Ex habitatione n. in tentoriis *propriè* acceptâ, concludi poteſt *vita paſtoralis*, quia *paſtores in tentoriis* plerumque habitare conſueverunt. Quamvis Interpretes *habitationem iſtam Jacobi* non tam de *vita paſtorali*, quàm *ſcholarum frequentatione* & *domeſticis officiis* intelligant. *Meiſner.* par. 1. Philoſ. Sobr. in qq. Rhetor. q. 1 p. 415. ſeq.

Verſ. 28. *Et dilexit Iſaac Eſau, quia venatio in ore ejus, & Rebecca diligens Jacob.*

In verſu hoc reperitur (1.) *Metonymia cauſa* pro *effecto*: nam *venatio* pro *carne ferina venando captâ*, ponitur. (2.) *Ellipſis* verbi: *venatio in ore ejus*. ſcil. נָעַם, *dulcis* vel *grata erat*. (3.) Enallage: participium n. *Diligens*, eſt pro verbo, *diligebat*. Ariæm. in Bibl. p. 21. *Glaſſ.* l. 4. Phil. Sacr. tract. 2. obſervat. 2. m. 1. p. 702. & lib. 5. tract 1. cap. 1. m. 3. p. 12.

Verſ. 30. *Et dixit Eſau: Fac me comedere nunc de rufo rufo iſto, quia laſſus ego: idcirco vocavit nomen ejus Edom.*

Nota hic (1.) verbum in Hiphil הַלְעִיטֵנִי, *fac comedere me*, non *directam efficientiam*, ſed *conceſſionem* importare: *concede mihi ut comedam*. (2.) *Anadiploſin*,

sin, quæ locô superlativi eſt הָאָדֹם הָאָדֹם *rufo rufô*, h. e. *admodum rufo*, ſeu *rufiſſimo*, ſi ita loqui liceat. (3.) *Ellipſin* tum *nominis*. quia poſt pronomen הַזֶּה *iſto*, ſubintelligitur הַבָּשָׁר, *edulio*; tum verbi, *Laſſus ego*, ſcil. *ſum*. (4.) *Enallagen*: activum n. *vocavit*, ſumitur pro paſſivo, *vocatum fuit*. Ariæm. in Bibl. p. 21. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 56. *Glaſſ.* l. 3. Phil. ſacr. tract. 1. can. 12. p. 48. can. 16. m. 1. p. 54. & tract. 3. can. 28. m. 1. p. 322.

Verſ. 32. *Et dixit Eſau: Ecce ego vadens ad moriendum, & ad quid hoc mihi primogenitura?*

In textu hoc eſt (1.) *Enallage*: nam participium *vadens*, eſt pro verbo, *vado*. (2.) *Pleonaſmus*: זֶה, n. *hoc* redundat: *ad quid hoc*, i. e. *ut quid*. (3.) *Ellipſis* verbi: *ut quid mihi*, ſcil. *conducat primogenitura*? Ariæm. in Bibl. p. 21.

Verſ. 33. *Et dixit Jacob: jura mihi ſicut hodie, & juravit ei. Et vendidit primogenituram ſuam ipſi Jacob.*

I. Redit huc *Pleonaſmus*: כ enim redundare videtur: כַּיּוֹם, *ſicut* hodie, eſtque *hoc* ſimpliciter pro *hodie*. Glaſſ. lib. 3. Phil. Sacr. tract. 5. can. 28. p. 506.

II. A. C. 34. Simon Magus ſtatuit, *bona ſpiritualia vendi ac emi poſſe*, ut ex *Act.* 8. v. 18. 19. 20. patet; a quo poſtmodum hæreſis illa dicta fuit Simonia; cui favere videtur exemplum *Jacobi, jus primogenituræ ab Eſavo ementis.*

℞. Jacobus, *propriè* loquendo, non tam *jus primogenituræ* hic emit, utpote quod ipſius jam erat ex ſententia DEI; quàm *veram* (ut loquuntur) *ab Eſavo redemit*, ne in poſterum de hoc jure ipſum ampliùs interpellet. Nam Jacobo debebatur primogenitura de *jure divino*, Eſavo autem de *jure humano*. Ut ergo impoſterum pacificè eam Jacobus poſſideat, cum Eſavo hic contrahit civiliter, ut is cedat de ſuo jure, quod & facit: & dicit Lutherus, perinde hoc eſſe, ac ſi quis hodie pontifici vel Epiſcopis Pontificiis certam pecuniæ ſummam numeret, ut ſinceram Evangelii prædicationem, cum puro Sacramentorum uſu, ipſi concedant. Hic non committeret *Simoniam*, quia non *emeret ſpiritualia bona*, quæ Deus jam ante ipſi conceſſerat; ſed tantùm *objiceret offam famelico fraterculo Eſavo*, ut pacificè illis donis, à Deo conceſſis, frueretur. *Lyſer.* Comm. in Gen. 25. par. 4. p. 355. ſeqq.

CAP. XXVI. Verſ. 2. *Ne deſcendas in Ægyptum, ſed quieſce in terra, quam dixero tibi.*

DEUS ſibi contradicere videtur: hic n. *jubet Iſaacum in terra chanaan quieſcere* at v. 3. *jubet ipſum in ea peregrinari*, quæ duo ſibi invicem repugnant.

℞. Utrumque ſimul conſiſtere poteſt & conciliari, ſi dicamus, *Iſaacum debuiſſe manere in terra Chanaan, nec alio concedere*, & tamen *manere*, ut *advenam*. Apparet n. ob annonæ difficultatem, ipſi fuiſſe conſtitutum proficiſci in Ægyptum, fœcunditate celebrem. Hoc fieri vetat Dominus, ut illius infirmitati conſulat, ne fortè delinitus commoditate iſtius regionis, omnino in ea ſubſiſteret. Jubet autem eum manentem in *terra Chanaan* peregrinari: quandoquidem tempus ejus, pure dominii poſſidendæ, nondum affulſerat. *VValth.* in Harm. Script. S. p. 147.

Verſ. 3. *Tibi n. & ſemini tuo dabo univerſas regiones has &c.*

Ἐναντιοφανὲς, quod h. l. occurrit, vide in vindic. Gen. 13. v. 15. conciliatum.

Verſ. 4. *Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas.*

Controverſiam cum apparenti contradictione &c. circa locum hunc occurrentem vide in Vindic. *Gen.* 15. v. 5. enodatum.

Verſ. eodem *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ.*

Controverſias circa textum hunc notas, vide partim in Vindic. *Gen.* 12. v. 3. partim in Vindic. *Gen.* 22. v. 18. diremtas.

Verſ. 5. *Eò quòd obedierit Abraham voci meæ, & cuſtodierit cuſtodiam meam, mandata mea, & ceremonias legesq; ſervaverit.*

I. *Hebraiſmus* eſt: *cuſtodiit cuſtodiam meam*, h. e. *mandata mea, quæ mandavi cuſtodienda*; hæc namq; *poſteriora* verba explicant iſta *priora*. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 56.

II. Lites circa locum hũc occurrẽtes, vide in vindic. *Gen.* 22. v. 16. deciſas.

Verſ. 7. *Cùm Iſaac interrogaretur à viris loci illius ſuper uxore ſua, reſpondit: Soror mea ipſa; timuerat n. confiteri &c.*

I. In Hebræo eſt (1.) *Ellipſis* tum verbi ſubſtantivi: *uxor mea*, ſcil. *eſt*: tum participii: *Ne occidant me*, ſubaudi, *inquiens*. (2.) *Enallage*: nam pronomen הוא, *ipſa*, pro, *eſt*, ponitur: *ſoror mea ipſa*, h. e. *Soror mea eſt*: &, *bona aſpectu ipſa*, i. e. *pulcra aſpectu eſt*. Ariæm. in Bibl. p. 21. *Glaſſ.* l. 3. Phil. ſac. tract. 2. can. 7. p. 186. m. 1.

II. Controverſiam, circa textum hunc agitatam vide in vindic. *Gen.* 12. v. 13. compoſitam.

Verſ. 10. *Et dixit Abimelech: Quid hoc feciſti nobis? Ut parum potuit unus populi cum uxore tua, & venire feciſſes ſuper nos delictum.*

Redit huc (1.) Ellipſis: *Quid hoc*, ſcil. *eſt*, quod feciſti; &, *ut parum*, nũ. *abfuit quin unus* &c. (2.) Hebraiſmus. *venire feciſſes ſuper nos delictum*, h. e. *Feciſſes nos graviſſime peccare ac delinquere, & pœnam delicti in nos derivaſſes*. Hebræa enim vox אָשָׁם, utrumque ſignificat, nempe *delictum*, & *delicti pœnam*. Ariæm. in Bibl. p. 22. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 57. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 36.

Verſ. 11. *Et præcepit Abimelech omni populo, dicendo: Tangens in virum iſtum, & uxorem ejus, moriendo morietur.*

Eſt hic (1.) Μείωσις: *tangere* n. eſt *lædere*, aut *quacunque ratione injuriam inferre*. (2.) *Pleonaſmus*: nam ב, IN, redundare videtur, *in virum*, h. e. *virum*. (3.) *Enallage*: ſiquidem ו pro *aut* poſitum, *virum & uxorem*, i. e. *virum aut uxorem*. (4.) Hebraiſmus; *moriendo morietur*, h. e. *omnino* morietur, ſeu *confeſtim occidetur*. Ariæm. in Bibl. p. 22. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 57. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 36.

Verſ. 13. *Et crevit vir, & ivit eundo, & creſcendo, usq; quo crevit valdè.*

I. In textu hoc occurrit (1.) *Ellipſis*: Et *crevit*, ſubintellige, *magnis opibus*. (2.) *Hebraiſmus*: *Ivit eundo & creſcendo*, h. e. *indeſinenter creſcendo pergebat*, ac *ſubinde locupletior ficbat*. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 57.

II. Argumentum noſtrum contra *ordinem Monachorum mendicantium* ab exceptionibus *Bernhardinis* vindicatum vide in vindic. *Gen.* 12. v. 2.

℞. *Nullam fuiſſe diſpenſationis cauſam*, cur negat? Aut cur non potiùs, *occultam fuiſſe?* Neque enim Deum neceſſe eſt nihil agere, cujus cauſam nobis non revelet. Quanquam nos *cauſam idoneam* videmus, *miſericordiam Dei*, ex qua Jacobo, fide in promiſſum Meſſiam innixo, peccatum côdonavit. Hæc nobis ſatis ſuperque cauſa eſt, neque myſterii quicquam inquirimus ultra eam. *Ekhard.* part.2. Pandect. controv. Papiſt. c.32. q.10. ad 2. p.697. ſeq. *Gieſen.* de Papiſm. diſp.38. theſ.39. & 40. *Gerhard.* tom.7. LL. CC. loc.28. de conjug. §.311. p.456. ſeq. *Cham.* tom.3. Panſtr. l.18. cap.9. n.9. & ſeqq. *Brochm.* tom.2. Syſtem. Theol art. de conjug. c. 4. q.39. p.6007.

Verſ. 31. *Et vidit Dominus, quòd exoſa Leah, & aperuit vulvam ejus, & Rachel ſterilis.*

In

In textu hoc habetur (1.) Ἀ-ϑρωπο-πάϑεια: *videre* enim, Deo attributum, notat ejus *providam curam*. (2.) *Metonymia causæ* pro effecto; *odisse* namque est, *postponere* & *minùs curare*, seu *præ alio chariori negligere*: *Exosa*, h.e. *minùs amata*, *curâ & affectu à Jacobo post-posita*, v.30. (3.) Ellipsis verbi substantivi: *Quòd exosa*, scil. *esset*; Et *Rachel*, subaudi. *erat*. (4.) Hebraismus: *Aperuit vulvam ejus*, i.e. *reddidit eam fœcundam*. Ariæm. in Bibl. p.25. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.66. *Glass.* l.3. Phil. sacr. tract.3. can.19. p.284. & lib.5. tract.1. cap.1. p.16.

CAP. XXX. Vers. 1. *Et vidit Rachel, quòd non pareret ipsi Jacob, & vidit Rachel in sororem suam, & dixit ad Jacob: Da mihi filios, & si non, mortua ego.*

Vide-sis (1.) *Pleonasmum*: nam ב redundare videtur בַּאֲחֹתָהּ, *in sororem suam*, h.e. *sorori suæ*. (2.) *Ellipsin* verbi: *si non*, subintellige, *das*; & *mortua ego*, scil. *sum*. (3.) *Enallagen*: præteritum enim, *mortua sum*. est, pro futuro, *moriar*. Ariæm. in Bibl. p.25. & *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.66.

Vers. 2. *Et accensa est ira Jacob in Rachel, & dixit: Numquid pro Deo ego, qui perhibuit a te fructum ventris?*

Nota hic (1.) præpositionem תַּחַת, aliàs SUB, significare PRO seu VICE תַּחַת אֱלֹהִים, *pro* DEO seu *vice* Dei. (2.) *Ellipsin* verbi substantivi: *ego*, subaudi, *sum*. (3.) *Nunquid*, in hac interrogatione positum, *absolutè* negare: *Nunquid vice Dei ego sum?* q.d. *possemne ego mihi arrogare, quod solius Dei est?* (h.e. *non sum, non possum.*) ipse te sterilem reddidit, & solus fœcundare potest. *Ariam.* in Bibl. p.25. *Glass.* lib.3. Phil. sacr. tract.6. can.13. m.2. pag. 355. & lib.5. tract.2. cap.5. p.554.

Vers. 4. *Et dedit ei Bilha ancillam suam uxorem, & ingressus est ad eam Jacob.* Adde v.9.

Bellarminus l. de matrim. c.19. negat, *necessarium esse ad liberorum conjugium, parentum consensum*; cùm *Jacob duas ancillas duxerit uxores, parentibus omninò insciis*; nec tamen sanctissimus Patriarcha id fecisset; si credidisset, *necessarium esse parentum consensum*,

℞. Exemplum hoc non est ad rem. Nam (1.) quoad nuptias cum Lea & Rachele, non mansit postea in patris potestate, sed tùm proprii fuit juris, cùm præterea duas etiam ancillas sibi jungi passus est (2.) Id factum est non solùm *consensu*; sed etiam *impulsu utriusq; uxoris*, in quarum potestate corpus ipsius erat, secundùm verba Pauli 1. *Corinth.* 7. v.4. (3.) *Ancillæ*, quas sibi Jacob associaverat, fuerunt *uxores secundariæ*, quemadmodum *Lea & Rachel* primariæ. *Eckhard.* par.2. Pandect. c.32. q.3. ad 1. p.661. seq. *Gerhard.* tom.7. LL.CC. loc. 28. de Conjug. §.77. p.142. & 144. *Ames.* tom. 3. Bellarm. Enarr. l.7. c.3. q.1. thes.2.

Vers. 8. *Luctationibus Dei luctata sum cum sorore mea, & posui &c.*

Nota hîc (1.) verbum נִפְתַּלְתִּי *luctata sum*, eleganter regere nomen conjugatum נַפְתּוּלֵי *luctationibus*, & significati emphasin intendere: *vehementi lucta, sive Deo volente & dirigente*, colluctandum mihi fuit. (2.) *Synecdochen generis* pro *specie*: *posse* enim est pro, *prævalere*. Glass. l.3. Phil. sacr. tract.3. can.32. m.1. p.335. l.5. tract.1. cap.15. m.4 p.446.

Rabini autumant, nomen *Dei*, adhiberi hîc *epitheti* locô, pro *divino* & *vehementissimo*, ut *luctationes Dei*, h.e. *divina, vehementissima & gravissima*.

℞. *Luctationes Dei* sunt illæ, *quæ divinitus perficiuntur*, seu, *quibus Deus ipse interest & præest*. Agnoscit enim Rachel *divinam opem & benedictionem*, de qua Psal.127. v.3. Et sicut v.6. dixerat: *Judicavit me Deus & audivit vocem meam*; sic vers. 8. *luctam suam* cum sorore sua Lea itidem Deo uti & *victoriam*, adscribit Lutherus in Comm. h.l. bene ἀντιφράζων: *Facta est permutatio sive conversio, soror mea desiit parere, ego verò incipio & pergo, consequendo subolem*. non meo nutu aut voluntate, sed DEI gratiâ & dono, qui exaudivit preces meas. Glass. l.3. Phil. sacr. tract.1. can.17. p.65. seq.

Vers. 13. *Et dixit Leah? In felicitate mea, quia beatificârunt me filiæ; & vocavit nomen ejus Asher.*

In versu hoc est (1.) *Ellipsis*: In *felicitate mea*, subaudi, *res mihi cessit*. (2.) *Enallage temporis* præteriti, *beatificârunt*, pro futuro, *beatificabunt*. (3.) Hebräismus: *Beatificabunt*, h.e. *beatam prædicabunt*. (4.) *Synecdoche*: nam, *filiæ* ponuntur pro *mulieribus*, q.d. beatitudinis laudem inter mulieres consequar, jam sex filiorum mater facta, *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.67. *Jun.* in Not. p.40. *Glass.* l.3. Phil. sacr. tract. 3. can.15. p.266.

Vers. 14. *Egressus Ruben tempore messis triticeæ in agrum, reperit* דוּדָאִים, *& attulit eas ad Leah matrem.*

I. In Hebræo reperitur (1.) *Synecdoche*: *dies* nini ponuntur pro *temporibus*. (2.) *Enallage substantivi* pro *adjectivo*: Messis *triticorum*, i.e. *triticea*. (3.) *Metonymia causa* pro *effectu*: siquidem nominantur *mandragora*, & intelliguntur *earum fructus*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.67. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.40.

II. *Jesuitæ* contendunt, *Hebræâ editione non esse standum*, secus nullum fore finem contentionum; propterea quòd tanta sit vocum Hebræarum ambiguitas, ut vel istius linguæ peritissimi de *certa significatione* digladientur: proinde consultissimum esse, ut Ecclesiæ judicio nos submittamus; quæ tanquam *verus arbiter & judex*, pronunciare possit, cujus interpretis sententiâ acquiescendum sit. Proferunt autem inter alia, hoc exemplum vocis, *Dudaim*, quam alii reddiderunt *mandrogoras*, alii *lilia*, alii *violas*, alii *fructum selecti soporis & gustus*, tempore messis triticeæ maturum.

℞. Nego sequelam. Nam (1.) aliàs *nulla omninò esse posset Editio Bibliorum authentica*, i.e. ad quam recurrendum esset. Nulla enim est lingua, quæ non præbeat contentiosis multâ prolixè rixandi materiam: Quotusquisque enim nescit, multa & *Græcè* & *Latinè* dici ambigua? & quidem ita, ut nisi abundè lucem inseras, prorsus solvi non possint. Sic ipsi *Papistæ* negare non possunt, in latina sua, multa ambigua & obscura deprehendi, tamen eam pro authentica obtrudunt. (2.) Concedo reperiri voces in *Hebræo*, quæ propter quandam cognationem & similitudinem, plures significationes admittunt; inde autem Sophisticè infertur, *nullum fore finem contentionum in doctrina fidei, si Hebrææ standum sit editione*: neq; enim fides & religio Christiana periclitantur, etiamsi de isto, & id genus aliis vocabulis certent Grammatici, & adhuc sub judice lis sit, quænam significatio maximè sit amplectenda. Quid? quòd plerumque plures significationes illæ unius vocis non *contradictorias*, sed *cognatas*, & ad *subjectā materiam* pulchrè congruentes, pariunt sententias. Unde *Ariæmontanus* in præfatione Bibliis Hebræis præfixâ, probè ait: *Cum vox aliqua ambigua, quæ duo significat, in primæva illa lingua usurpatur, eâ Spiritum S. sine delectu aliquo usum non esse, nobis persuademus & utramq; significationem, suam interpretationem postulare, & hac de causa eas voces nobis, ut in utrāq; partē eas interpretemur, propositas esse credimus.*

 (3.) Neque

(3.) Neque propterea ad *Ecclesiæ judicium* est confugiendum, si de vocis alicujus significatione propria oriatur controversia, sed potius ad *Grammaticos & linguæ hujus peritissimos*, siquidem omni artifici in sua arte credendum est. (4.) Aut Ecclesiæ dirimet controversias hujusmodi, ex *prætoria quadam & absoluta potestate*, aut ex *certis principiis atque rationibus*: tertium enim dari non potest. Jam verò *talis potestas prætoria & absoluta* neque *Ecclesiæ competit*, neque etiam *dubitantium animis potest satisfacere*. Relinquitur ergo, si vel maximè ad *Ecclesiæ judicium* recurrendum sit, tamen illam de *versionis alicujus certitudine aut incertitudine* non pronunciare posse, nisi ex *propriis principiis*, h. e. *ex ipsis fontibus*; quod & ipsum nos asserimus. *Hutter.* in LL. CC. Theol. p. 41. *Cham.* tom. 1. Panstr. l. 12. c. 8. n. 3. & 5.

Vers. 15. *Et dixit ei: Num parum accipere te virum meum & ad accipiendum etiam mandragoras filii mei?*

Observa hîc loci (1.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Num parum*, scil. *est*. (2.) Vocem, *Num*, in hac interrogatione *simpliciter negare*: Num parum? h. e. *minimè parum* est. *Ariam.* in Bibl. p. 26.

Vers. 16. *Et venit Jacob ex agro in vespera, & egressa est Leah in occursum ejus, & dixit: ad me ingredieris, quia mercando mercatus sum te, &c.*

Vide-sis (1.) *Euphemismum*: Ad *me ingredieris*, h. e. *maritaliter mecum consuesces*. (2.) Epizeuxis: *mercando mercatus sum* te, i. e. *omnino mercede conduxi* te. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 67. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 40.

Vers. 20. *Et dixit Leah: dotavit me Deus dote bona, hac vice habitabit mecum vir meus, quia peperi, &c.*

In versu hoc invenitur (1) *Pleonasmus*: Emphaticè n. pronomen Me reperitur: *Dotavit me Deus, me inquam.* (2.) *Hebraismus*: nam verbum זְבָדַנִי, *dotavit me*, eleganter regit suum conjugatum זֶבֶד, *dote*. (3.) *Enallage*: quandoquidem *affixum* pronomen יִזְבְּלֵנִי. est pro *separato* יִזְבֹּל אוֹתִי, *habitabit mecum*, i. e. *cohabitabit mihi*. Vatabl. & *Jun.* ibid.

Vers. 22. *Et recordatus est Deus Rachel, & audivit ad eam Deus, & aperuit vulvam ejus, &c.*

Moses in hoc textu utitur (1.) Ἀνθρωποπαθείᾳ: nam *recordationem* Deo tribuit, eâ verò significat *benevolam Dei ἐνέργειαν & opitulationem erga Rachelem*, certô signô ostensam. (2.) *Hebraismô*: Aperuit vulvam ejus, i. e. *reddidit eam fœcundam*. (3.) ὑστερολογίᾳ: per *hysteresin* etiam *nativitatem Josephi* describit nunc, quæ tamen contigit *post nativitatem Naphtali*, sexti filii Jacobi, v. 8. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 67. *Glass.* l. 4. Philol. sacr. tract. 2. observ. 29. p. 754. & lib. 5. tract. 1. cap. 7. p. 123.

Vers. 27. *Et dixit ad eum Laban: Si nunc inveni gratiam in oculis tuis, experimentô didici, & benedixit mihi Dominus propter te.*

I. Occurrit hoc loco (1.) *Hebraismus*: Si *inveni gratiam in oculis tuis*, h. e. *si tibi charus sum*. (2.) *Ellipsis*; siquidem membrum orationis ἀνταποδοτὸν deest: *Si nunc inveni gratiam in oculis tuis*, subaudi, *maneas mecum, & porrò mihi servias*, sequitur ratio: *Experimentô didici, &c.* *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 68. *Glass.* l. 4. Phil. sacr. tract. 2. observ. 4. m. 2. p. 708.

II. *Bellarminus* l. 1. de Miss. c. 6. disputat, *copulativam* ו Gen. 14. v. 18. *Et erat Sacerdos*, &c. sumi *causabitur*, pro ENIM, cùm & h. l. idem fiat.

R. (1.) Omnes grammatici Hebræi literam ו ex *natura sua copulare* asserunt. (2.) Eandem Pagninus & Ariæmontanus non per ENIM, sed per ET hîc reddiderunt. (3.) Etiamsi per ENIM ipsa hîc esset reddenda, non tamen sequeretur, idem necessario fieri debere in loco *Gen.* 14. v. 18. *Meisner.* par. 2. Phil. sobr. sect. 1. c. 3. q. 5. m. 2. p. 418.

Vers. 30. *Quia pusillum, quod fuit tibi ad facies meas, & crevit in multitudinem, & benedixit Dominus ad pedem meum: & nunc quando faciam etiam ego domui meæ?*

Usurpatur hic (1.) *Ellipsis* verbi substantivi; *pusillum*, subaudi, *erat*. (2.) *Hebraismus*: ad *facies meas*, i. e. *ante adventum meum*; ut ita referatur ad tempus. (3.) *Metaphora*: nam Jacob dicit, multiplicationem ipsi Labani obtigisse ad *pedem suum*, h. e. *per curam, solicitudinem, conatum & diligentiã suam*, q. d. Durch mein lauffen und rennen. (4.) *Metonymia* tum *causa* pro effecto; *facere* n. est pro *acquirere & lucrari*: Quando *faciam*, i. e. *prospiciã acquirendo* seu *lucrãdo*: tum *subjecti* pro adjuncto; *domus* namq; ponitur pro *familia*: Quando faciam pro *domo mea*, h. e. *parabo divitias ad alendam familiam meam?* *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 68. *Glass.* l. 3. Phil. sacr. tract. 3. can. 46. m. 1. p. 369. & 5. tract. 1. cap. 1. m. 3. p. 18. cap. 3. p. 37. c. 12. p. 349.

Vers. 31. *Et dixit: Quid dabo tibi? Et dixit Jacob: Non dabis mihi quicquam, si feceris mihi rẽ hãc, revertar, pascam, pecudes tuas custodiã.*

Redit huc (1.) *Ellipsis* tum nominis, *Et dixit*, scil. *Laban*, v. 29. tum orationis, *Quid dabo tibi*, subintellige, *ut servias mihi adhuc*; tum conjunctionis, *Pascam, custodiam*, pro *pascam & custodiam*. (2.) *Hebraismus*: nam דָּבָר, *verbum*, Hebræis est *ipsa res*: Si feceris mihi *verbum hoc*, i. e. *rem hanc*. (3.) *Enallage*; verbum ctùm *revertar*, verbo, *pascam* conjunctum, adverbiascit: *Revertar pascam*, h. e. *iterum pascam*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p 68. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 45. *Glass.* lib. 3. Phil. sacr. tr. 3. can. 35. p. 346.

Vers. 33. *Et testificabitur in me justitia mea in die cras, cum venerit super mercedem meam coram te, omne, quod non ipsum punctatum & maculosum in capris & nigrum in agnis furtè ablatum ipsum mecum.*

In versu hoc offert sese (1.) *Prosopopœia*: nam *justitiæ* tribuitur *testificatio*, actio personæ propria, q. d. *futurus eventus declarabit Deum habere rationem justitiæ meæ.* (2.) *Enallage* adverbium enim מָחָר, *cras* additum substantivo יוֹם, *dies*, significationem induit adjectivi, *crastina*; & *cras* seu *crastina die*, pro *futuro tempore indeterminatè* sumitur, ita ut מָחָר, *cras*, idem sit ac *posthac*. (3.) *Ellipsis* verbi substantivi: *omne quod non ipsum*, subaudi, *erit*; similiter & post verba, *furto ablatum ipsum*, subintellige, *esto*. Ariæm. in Bibl. p. 26. *Glass.* lib. 3. Phil. sacr. tr. 1. can. 10. p. 44. tr. 5. can. 5. m. 5. p. 438. l. 5. tract. 1. cap. 9. p. 212.

Vers. 34. *Et dixit Laban: En, ò utinam, sit secundùm verbum suum.*

Vide sis Hebraismum: *En, ò utinam fit*, &c. h. e. *optârim fieri, ut dicis*; hoc enim esset mihi gratissimum. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 68.

Vers. 37. *Et tulit sibi Jacob virgam populi viridem, & coryli, & castanea & decorticavit in eis cortices albos, nudationem candoris, quæ super virgis.*

Est hîc (1.) *Pleonasmus*: nam SIBI redundat (2) *Enallage* tum substantivi, *populi, coryli, castanea*, pro adjectivo, *populeam, amygdalinam, castaneam*; tum *nume-*

numeri singularis pro plurali, *virga* pro *virgis*, *populeis*, &c. (3.) *Hebraismus*: verbum enim יְפַצֵּל *decorticavit*, eleganter regit suum conjugatum, פְּצָלוֹת, *cortices*, quod *actionis objectum* denotat. (4.) *Ellipsis verbi* substantivi, *quæ super virgis* scil. *erat*. Ariæm. in l. p. 26. *Vatabl.* in Annot. p. 69.

Vers. 38. *Posuit Jacob virgas in canalibus, ubi effundebatur aqua, ut cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earum conciperent.*

Celsus apud Originem l. 4. contr. Cels. p. 197. Carpit *Jacobi opes, apud Labanem quæsitas*, quasi *circumvenerit socerum suum*, ut *semper serotina Labani fierent*.

℞. Jacobus nil egit *callidè*, nil *injustè*: nam omnia hæc ex *monitu Dei* fecit, *Gen.* 31. v. 12. cujus voluntati totam actionem subjecit. Deus autem Jacobo media imperavit, quæ ipse bonâ fide secundùm Deum exequutus est, atque hoc modo à Deo opes suas accepit, v. 9. jam verò Deus potestatem habet à Domino avaro possessiones transferendi ad fidelem servum, quoniam omnium rerum Dominus est. Hinc Homerus etiam, præter Salomonem; Prov. 10. v. 22. & Syracidem c. 11. v. 1. *divitias Deorum donum esse* dixit. Quòd si quis verò exemplum illud Jacobi imitari vellet, utique in novum Decalogi præceptum peccaret, quia id facerit sine *speciali Dei mandato*, quippe quod Jacob tùm habuit. *Lyser.* in c. 30. Gen. par. 5. p. 99. seq. *Rung.* ibid. p. 911. *Finck.* in Syllog quæst. illustr. Theol. sect. 1. q. 8. p. 42. seqq. *Jun.* tom. 1. oper. Theol. in Analysi Genes. 30. c. p. 212.

Vers. 43. *Et crevit vir ille valde valde, & fuerunt ei &c.*

In versu hoc adverte (1.) *Metaphoram*: Crevit h. e. *locupletatus est*. (2.) *Emphasin* præfixi ה in nomine הָאִישׁ, *vir ille*, Jacob. (3.) *Hebraismum*: *valde valde*. i. e. *quàm plurimùm* seu *vehementissimè*: Ariæm. in Bibl. p. 27. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 69.

CAP. XXXI. v. 2. *Et vidit Jacob faciem Laban & Ecce non ipse secum, sicut heri nudiustertius.*

In præsenti textu habetur (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Non ipse*, scil. *erat*. (2.) *Synecdoche*; quâ pars proxima temporis pro toto sumitur: *Heri & nudiustertius*, i. e. *antea*. Ariæm. in Bibl. p. 27. *Glass.* l. 3. Phil. Sacr. tract. 5. can. 5. m. 1. p. 437. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 42.

Vers. 3. *Revertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum.*

Thummius in Tapinosigraph. p. 289. contendit, quòd *nudâ suâ adessentiâ sine ulla efficaci operatione, Deus suos solatus sit*: ut b. l. *Jacobum*: cui dixit: *Ero tecum*.

℞. Non *nuda Dei adessentia* hic Jacobo promittitur, sed *operosa*; adeò ut sensus sit: *Ero tecum, adjuvans te & protegens.* *Osiand.* tom. 1. Paraph. Bib. fol. 52. *Theologi Saxonici* in Apolog. contr. Theol. Wurtemb. amicam admonitionem: sect. 3. c. 4. p. 482. seq.

Vers. 7. *Et pater vester fefellit in me, & mutavit mercedem meam decade vicium, & non dedit ei Deus &c.*

Ecce (1.) *Pleonasmum* præpositionis ב IN: בִּי, *in me*, h. e. *me*. (2.) *Hebraismum*: *Decade vicium*, i. e. *decem vicibus*. (3.) *Synecdochen*: *decem vicibus*, i. e. *sæpiùs*. (4.) *Enallagen*: Non *dedit ei*, i. e. non *permisit* seu *concessit* ipsi hoc, sed potiùs fortiter eum impediit & abstraxit. (5.) *Hysterosin*: Jacob n. de *varia mercedis suæ mutatione, à socero Labane factâ*, nàrrat, *quæ in ipsa historia recensione Moses reticuit*. Ariæm. in Bibl. p. 27. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 42. *Glass.* l. 3. Phil. sac. tract. 1. can. 33. p. 121. & tract. 1. can. 11. not. 1. p. 258. l. 4. tract. 2. observat. 30. p. 756.

Vers. 13. *Ego Deus Bethel, quo unxisti ibi statuam, quo vovisti mihi ibi votum: nunc surge egredere &c.*

Moses hoc loco adhibet (1.) *Ellipsin* tum verbi substantivi, *Ego* scil. *sum*; tum phraseωs, *Deus Bethel* i. e. *qui in Bethel se manifestavit*, Gen. 28. v. 13. (2.) *Pleonasmum*: *Quo ibi*, h. e. ubi, itaque redundat אֲשֶׁר, *quo*. (3.) *Hebraismum*; verbum enim נָדַרְתָּ *vovisti*, eleganter regit suum conjugatum, נֶדֶר, *votum*, quò *actionis objectum* innuitur, *Ariæm.* in Bibl. p. 27. *Vatabl.* in Annot ad h. l. n. 70. *Glass.* l. 4. Phil. Sac. tract. 3. observ. 6. p. 779.

Vers. 15. *Nonne extraneæ reputatæ sumus ei, quia vendidit nos, & comedit etiam comedendo pecuniam nostram.*

Vide sis *Hebraismum*: *Comedendo comedit*: i. e. *indesinenter comedit*; cui emphasis accedit à copulativa גַּם, *etiam*, quæ *augendæ & intendendæ sententiæ* gratia ponitur pro *omnino*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 71. *Glass.* l. 3. Philol. sac. tract. 7. can. 4. p. 591.

Vers. 21. *Et fugit ipse, & omnia, quæ ei, & surrexit & transivit flumen, & posuit faciem suam montem Gilehat.*

Observa isthic (1.) *Ellipsin* tum verbi substantivi, *quæ ei*, subaudi; *erant*: tum præpositionis; *Posuit montem*, h. e. *ad* montem (2.) *Synecdochen generis* pro *specie*: *Euphrates* enim *flumen* dicitur κατ' ἐξοχὴν, ob *magnitudinem*. Ariæm. in Bibl. p. 27. *Glass.* lib. 5. Phil. sac. tract. 1. cap. 14. m. 2. p. 441.

Vers. 24. *Et venerat Deus ad Labanam Syrum in Somnio noctis & dixerat ei: Cave tibi, ne fortè loquaris, cum Jacob à bono usque ad malum.*

In versu hoc reperitur (1.) *Enallage substantivi* pro *adjectivo*: Somnio *noctis* h. e. *nocturno*. (2.) *Hebraismus*; præpositio enim מ cum sequente עַד posita *distributionem* notat: מִטּוֹב עַד רָע *a bono ad malũ*, i. e. *sive bonum sive malum*, quo scil. ipsum à proposito abstrahas, & ad te retrahas. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 71. *Jun.* in eund. loc. p. 42. *Glass.* l. 4. Phil. sacr. tract. 1. observ. 4. m. 5. p. 657.

Vers. 26. *Et dixit Laban Jacob: Quid fecisti? Et furatus es cor meum, & duxisti filias meas, sicut captivos gladiô.*

Nota hoc loco (1.) conjunctionem copulativam, ו ET, poni pro causali, כִּי *quod*: *Quid fecisti, & furatus es*, h. e. *quod* furatus es. (2.) *Metaphoram*: *furari* enim *& ab aliquo*, est, *clam ab eo se subducere*. (3.) *Synecdochen partis* pro toto: *cor* namque pro *homine* est: *Furatus es cor meum*, i. e. *me*, v. 27. (4.) *Hypallage n. furari aliquid est, furari se ab aliquo*, quod est, *occultare se ab aliquo*, juxta *Chaldæum* Interpretem. (5.) *Metonymiam causa* pro *effectu*: *gladio* enim est pro *bello*. *Vatabl.* in Annot. ad b. l. p. 71. *Glass.* l. 5. Phil. Sacr. tract. 1. cap. 17. p. 461.

Vers. 29. *Est ad fortitudinem manus meæ ad faciendum vobiscum malum; & Deus patris vestri nocte præterita dixit ad me dicendo, cave tibi à loquendo cum Jacob à bono ad malum usque.*

Moses utitur hîc (1.) *Hypallage*; quâ invertit verba: *Est ad fortitudinem manus meæ*, pro, *est fortitudo ad manum meam*, sive *in manu mea*. (2.) *Enallage*; copulativæ enim ו & ponit pro adversativa DEO: & DEUS, pro *sed* DEUS. (3.) *Hebraismo*: præpositionem namque מ præfigit verbo infinitivo מִדַּבֵּר, *à loquendo*, quæ per *me* explicanda: *Ne* loquaris, v. 24. (4.) *Alio Hebræorum idiotismo*, quem annotatum vide in Vindic. *Gen.* 31. p. 24. m. 2. *Ariæm.* in

Bibl.p.27. *Vatab.* in Annot.ad h.l.p.72. *Glaff.* l.4. Philol.fac.tract.1.obferv 4.m.4.p.655.

Verf.30. *Et nunc eundo ivisti, quia desiderando desiderabas ad domum patris tui, ut quid furatus es Deos meos?*

In textu hoc habetur (1.) *Ellipsis*: Et *nunc*, fubaudi, *esto quod eundo* &c. item, *desiderabas* fcil. *ire*, nam verbum hoc ex præcedenti membro repetendum. (2.) *Hebraismus*; *eundo ivisti*, h.e. *omnino* ivifti; & *desiderando desiderabas*. i.e *summo desiderio tenebaris*. (3.) *Metonymia* tum *subjecti* pro *adjuncto*: *domus* enim pro *familia* ponitur; tum *adjuncti* pro *subjecto*: non *Labanis idola* dicuntur אֱלֹהִים *Dii* quia Laban ea pro *Diis* habebat. *Ariam.* in Bibl.p.27. *Vatabl.* in Annot.ad h.l.p.72.

Verf.31. *Et respondit Jacob, & dixit Labani: quia timui, quia dixi, ne forte raperes filias tuas a mecum.*

Vide fis (1.) Ellipfin: *Clam fugi*, quia timui; & *Dixi*, fubaudi, *videndum esse mihi, ne forte* &c. (2.) *Synecdochen*: *dicere* enim eft pro *cogitare* (3.) *Pleonasmum*, nam *cum* redundat, *a mecum*, pro, *a me*, Ariæm.in Bibl.p.27. *Vatabl.* in Annot.ad h.l.p.72. *Jun.* in Not. ad eund.loc.p.43.

Verf.32. *Cum quo inveneris Deos tuos, non vivat coram fratribus nostris: explora tibi, quid mecum & cape tibi &c.*

Redit huc (1.) *Ellipsis* tum pronominis relativi; *is*, cum quo invenerit; tum verbi fubftantivi, *Quid mecum*, fcil. *est*. (2.) *Synecdoche speciei* pro genere; *fratres* enim funt *cognati*, (3.) *Pleonasmus*: Explora *tibi*, ubi pronomen redundat, *Ariam.* & *Vatabl.* ibid.

Verf.35. *Et dixit ad patrem suum: Ne sit ira in oculis domini mei, quia non potero adsurgendum à facie tua; quia via mulierum mihi, &c.*

Invenias hoc loco (1.) *Hebraismum*: *Ne sit ira in oculis Domini mei*, pro, *ne irascatur Dominus*, i.e. *ne displiceat tibi* (2.) *Pleonasmum*, quia לְ, *ad*, redundat in verbo לָקוּם, *adsurgendum*, pro, *surgere*. (3.) *Synecdochen*: *facies* enim eft pro *homine*: *a facie tua*, i.e. *coram te*. (4.) *Metaphoram*: nam *via* denotat *consuetudinẽ*. (5.) *Ellipsin* verbi fubftantivi: *Mulierum*, fcil. *est*. Ariæm.in Bibl.p.28. *Vatab.* in Annot.ad h.l.p.72. *Glaff.* l.5. Phil.fac.tract.1.cap.12.p.376.

Verf.37. *Quia contrectasti omnia vasa mea, quid invenisti ex omnibus vasis domus tuæ? Pone hic coram fratribus meis &c.*

In verfu hoc ufurpatur (1.) *Enallage*: nam כִּי, *quia* pro כַּאֲשֶׁר, *quando*, pofitum effe, Hebræi rectè annotant. (2.) *Synecdoche species* pro *genere*: *vasa* enim pro *supellectilibus*, & *fratres* pro *cognatis* funt. (3.) Ellipfis: *Pone hic*, fubaudi, *si quid inveneris*. Vatabl. in Annot.ad h.l.p.72. *Glaff.* l.3. Phil.Sacr.tract.5.can.8.p.441.

Verf.38. *Istos viginti annos ego tecum, & oves tuæ & capræ tuæ non abortivæ sunt, & arietes pecudum tuarum non comedi.*

In Hebræo eft (1.) *Pleonasmus* pronominis demonftrativi, זֶה, *iste*, nomini numerali, עֶשְׂרִים, *viginti*, cum emphafi additi: *istos viginti annos*, h.e. *viginti annos*. (2.) *Enallage*: nam fubftantivo fingulari, שָׁנָה, *annum*, addit adjectivum, numerum notans, plurale, עֶשְׂרִים, *viginti*. (3.) *Ellipsis* verbi fubftanti-vi, *ego tecum*, fcil. *fui*. Ariæm.in Bibl.p.28. *Glaff.* l.3. Phil.facr. tract.1. can.14. p.52. & tract.2. can.6. p.185.

Verf.42. *Nisi Deus patris mei, Deus Abrahami, & timor Isaaci fuisset mihi, quia nunc vacuum dimisisses me: afflictionem meam, & laborem manuum mearum vidit Deus & arguit nocte præterita.*

Jacob in hac oratione fua utitur (1.) *Aposiopesi*: eam enim interrupiffe videtur; ne quid in focerum pronunciaret graviùs. (2.) *Synecdoche speciei* pro *genere*; nam *pater* eft pro *avo*: *Deus patris mei*, h.e. *avi mei*. (3.) *Metonymia adjuncti* occupati pro *subjecto* occupante; *timor* namque ponitur pro *Deo*, *qui timetur*: *Timor Isaaci*, h.e. Deus, *quem timuit coluitq́ Isaac*. (4.) *Ellipsis* tum verbi, *scio* quod nunc &c. tum conjunctionis, *sed* afflictionem &c. tum pronominis, Arguit *te*. (5.) *Prosopopœia*: Deo n. tribuit *visionẽ*, & providam ejus curam notat. *Ariam.* in Bibl.p.28. *Vatabl.* in Annot.ad h.l.p.73. *Jun.* in Not.ad eund. loc.p.43. *Glaff.* l.5.Phil.facr. tract.1. cap.41.m.5. p.66.

Verf.43. *Et respondit Laban, & dixit Jacob: filiæ, filiæ meæ, Et filii, filii mei, & pecudes, pecudes meæ, & omne, quod tu videns, mihi illud; & filiabus meis quid faciam istis hodie, vel filiis earum, quos pepererunt.*

Nota hic (1.) *Ellipsin* verbi fubftantivi, *filiæ* fcil. *sunt*; &c. *mihi illud*, fubaudi, *est*. (2.) Synecdochen; *filii* enim ponuntur pro *nepotibus*, Filii mei: i.e. *nepotes*. (3.) *Enallagen*, participium namque *videns*, eft, pro verbo, *vides*. (4.) *Pleonasmum*: fiquidem לָאֵלֶּה, *istis*, additur ad majorem expreffionem, q.d. non finit jus naturæ, ut lædam filias meas, ac nepotes meos. *Ariam.* in Bibl p.228. *Vatabl.* in Annot.ad h.l. p.73.

Verf.45. *Et tulit Jacob lapidem, & erexit eum statuam.*

Hoc loco eft (1.) *Enallage numeri singularis* pro *plurali*: Mofes enim *lapidem* nominat, & *lapides* intelligit; quod confirmat v.51. (2.) *Ellipsis* propofitionis בְּ IN: *erexit eum statuam*, h.e. *in* ftatuam. *Ariam.* & *Vatabl.* ibid. *Jun.* in Not.ad h.l p.43.

Verf.47. *Et vocavit eum Laban Jegar-Sahadutha, & vocavit eum Jacob Galead.*

Tumulus ifte eft binominis: Laban enim *Syra* appellatione eum vocat יְגַר שָׂהֲדוּתָא, Jacob verò *Hebræa* appellatione, גַּלְעֵד: utrumque nomen *cumulum testimonii* fignificat, ut utriusque pofteris documẽto effet. Ibidem v.49. locus ille appellatur Mitzpah, h.e. *specula*: nam idem *tumulus* erat velut *specula*. Vatabl. in Annot.ad h.l.p.73. *Glaff.* l.4. Phil.fac. tract.3.obferv.13.m.1.p.824.

Verf.51. *Juravit ergo Jacob per timorem patris sui Isaac.*

Pontificii juramenta *per creaturas concepta*, defendunt exemplô *Jacobi*, utpote *qui per pavorem patris Isaaci juravit*.

Rℓ. Nomine *timoris Isaaci*, *per quem juravit Jacob*, Metonymicè *ipse Jehovah* fignificatur, Gen.31. v.42. & c.32.v.9. quippe *qui Isaaco incussit pavorem, ne revocaret juramentum de transferenda primogenitura ab Esavo in Jacobum*, Gen.27.v.33. Et ita Efa. 8.v.13. vocatur, *terror* & *pavor Israelis*. Brochm.tom. 2. Syftem. Theol: art.de leg.c.9. q.2.ad 5.p.77.feq. *Scharp.* in curf. Theol.p.610.

Verf.54. *Et mactavit Jacob mactationem in monte, & vocavit ad fratres suos, ad comedendum panem &c.*

Vide fis (1.) *Hebraismum*: tum quia verbum, זָבַח, *mactavit*, eleganter regit fuum conjugatum, זֶבַח, *mactationem*; tum quia *panem comedere*, Hebræis eft, *in convivio epulari*. (2.) *Metonymiam adjuncti pro subjecto*: abftractum enim, *mactatio* notat fuum fubjectum, *mactatitia animalia*. (3.) *Synecdochen speciei*

eici pro *genere* nam *fratres* pro *cognatis*, & *panis* pro *cibo* ſunt. *Vatabl.* in annot. ad h.l.p.73. *Jun.* ibid. p. 43. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sac. tract. 1. cap. 4. m. 1. p. 51.

CAP.XXXII. Verſ.3. *Et miſit Jacob nuncios ante facies ſuas ad Eſau fratrem ſuum, ad terram Seir agrum Edom.*

Moſes in hoc verſu adhibet (1.) *Metonymiam*: פנים enim *facies*, pro *adventu* eſt: *Ante faciem ſuam*, i.e. *ante adventum ſuum*. (2.) *Synecdochen partis pro toto*, quia nomen *ager* pro *regione* ponit: *Ager Edom*, h.e. *regio Edom*. *Jun.* in Not. ad h.l.p.44. *Glaſſ.* l.5. Phil. ſac. tract.1. cap.17. m.2. p.463.

Verſ.5. *Et fuit mihi bos & aſinus, pecus, & ſervus & ancilla, & miſi ad annunciandum Domino meo, ad inveniendum gratiam in oculis ſuis.*

Ecce (1.) *Enallagen* tum *temporis* præteriti, *fuit* & *mihi*, pro præſenti, *eſt*, & *mitto*; tum *numeri* ſingularis, *bos, aſinus, pecus, ſervus, ancilla*, pro plurali, *boves, aſini, pecora, ſervi, ancillæ*. (2.) *Ellipſin*: ad *annunciandum*, ſubaudi, *adventum meum*. (3.) *Hebraiſmum*: *Invenire* enim *gratiam in oculis alicujus*, Hebræis eſt, *gratum & acceptum eſſe alicui*. Ariæm. in Bibl. p.28. *Vatabl.* in Annot. ad h.l.p.74.

Verſ.9. *Dixitq́ Jacob: Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Iſaac &c.*

Pontificii, pro ſtabilienda *Sanctorum defunctorum invocatione*, urgent exemplum *Jacobi, qui in precibus ſuis meminit Patriarcharum*, Abrahami & Iſaaci, *eorumq́ merita Deo oppoſuit*.

℞. Jacob hîc non ad *perſonas* aut *merita Patriarcharum*, Abrahami, & Iſaaci, provocat, ſed ad *fœdus*, quod Deus cum ipſis ex mera gratia inierat, v.12. Nonn. dicit: *Erue me, quoniam illi benè meriti*; ſed quia *promiſiſti & pepigiſti illud*. Chemnit. in Exam. Conc. Trid. p.3. p.619. *Oſiand.* in Enchirid. Papiſt. c. 20. q.2. ad 7. p.246.

Verſ.10. *Parvus fui præ omnibus miſericordiis, & præ omni veritate, quam feciſti cum ſervo tuo: quia cum baculo meo tranſivi Jordanem hunc, & nunc fui in duo caſtra.*

Obſerva hîc (1.) *Enallagen temporis*: præteritum enim קָטֹנְתִּי, *parvus fui*, eſt pro præſenti, *parvus ſum*. (2.) Præfixum מ, PRÆ, notare comparationem: *Parvus ſum* מכל *præ omnibus miſericordiis*, h.e. *minor ſum omnibus miſericordiis*; & præpoſitionem ב cum uſurpari de *concomitantia* in voce בְּמַקְלִי, *cum baculo meo*, q.d. cùm Jordanem fluvium tranſirem, nihil præter *pedum paſtorale* mecum habebã. (3.) *Metonymiam*: tum *cauſa* pro *effecto*: *miſericordia* enim ſumitur pro *officio* & *beneficio*, *ex miſeratione profecto*: tum *effecti* pro *cauſa*: ful *in duo caſtra*, h. e. *dominus effectus ſum in duas acies*. (4.) *Metaphoram*: nam *baculus tenuitatis & paupertatis* ſymbolum eſt: *Cum baculo meo tranſivi*, i.e. *tenuis & pauper*; metaphorâ ſumtâ ab *iis*, *qui bello capti, nudi & inermes, poſt ſe relictis omnibus machinis & armis, ſolo cum baculo dimittuntur*. *Jun.* in Not. ad h.l.p.44. *Glaſſ.* l.3. Phil. ſac. tract.3. can.46. m.2. p.370. l.4. tr. 1. obſerv.4. m.3. p.659. obſerv.5. m.8. p.671. l.5. tract. 1. cap.1. p.11. m.3. cap.12. p.398.

Verſ.11. *Erue me quæſo de manu fratris mei, de manu Eſau, quia timens ego ſum, ne fortè veniat, & percutiat me, matrem ſuper filios.*

Jacob hoc loco uſurpat (1.) *Metaphoram*: *manum* enim pro *machinatione* ſumit. (2.) *Enallagen*: nam participium, *timens*, ponit pro verbo, *timeo*. (3.) *Ellipſin* copulativæ ו, ET: *me, matrem*, h.e. *me & matrem*. (4.) Παροιμίαν ſeu *proverbialem loquutionem*: *me matremq́ cum filiis*, i.e. *ad internecionẽ, promiſcuè, ſine ullo ſexus, ætatisve diſcrimine*. Ariæm. in Bibl. p. 29. *Glaſſ.* l. 5. Phil. ſac. tract. 1. cap. 12. p.343. *Jun.* in Not. ad h.l. p.44.

Verſ.12. *Et tu dixiſti: Benefaciendo benefaciam tecum, & ponam ſemen tuum, ſicut arenam maris, &c.*

Vide ſis (1.) *Hebraiſmum*: *Benefaciendo benefaciam*, h.e. *omnino benefaciam*. (2.) *Enallagen*: Benefaciam *tecum*, pro *tibi*. (3.) Vindic. *Gen.* 22. v.17. *Ariæm.* in Bibl. p.29. *Jun.* in Not. ad h.l.p.44.

Verſ.16. *Et dedit in manu ſervorum ſuorum gregem gregem ſeorſim, & dixit ad ſervos ſuos: Tranſite ante facies meas, & ſpatium ponetis inter gregem & inter gregem.*

In textu hoc habetur (1.) *Metaphora*: *manus* enim pro *miniſterio eſt*. (2.) *Enallage*: unum namque ſubſtantivum repetitum, *gregem gregem*, locô adjectivi diſtributivi, *idemq́* eſt, quo Hebræi carent, q.d. *quemq́ gregem cuique ſervo ſuo tradidit*. (3.) *Synecdoche partis pro toto*: Ante *facies meas*, h.e. ante *me*. (4.) *Ellipſis*: inter *gregem & gregem*, i.e. inter *gregem unum & alterum*. Jun. in Not. ad h.l.p.44. Glaſſ. l.3. Phil. ſac. tract.1. can.5. m.3. p.19.

Verſ.20. *Et dicetis etiam: Ecce ſervus tuus Jacob poſt nos, quia dixit: Expiabo faciem ejus in munere, eunte ad facies meas, & poſtea videbo faciem ejus, ſi fortè ſuſcipiat faciem meam.*

Eſt hic (1.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *poſt nos*, ſubaudi, *eſt*. (2.) *Metonymia*, *expiabo faciem*, i.e. viam, quæ facie proditur. (3.) *Synecdoche*: *ſuſcipiat faciem*, h.e. *perſonam meam*. Atiæm. in Bibl. p.29. *Glaſſ.* l.5. Phil. ſac. tract.1. cap.17. p.461. *Jun.* in Not. ad h.l. p.44.

Verſ.24. *Et ecce vir luctabatur cum Jacob usq́ mane.*

I. *Marcionitæ contra veritatem humanæ Chriſti naturæ* allegarunt *apparitionem Filii Dei*, qui Jacob in V.T. apparuit, nam *veritate carnis veſtitus*, ſed *formâ duntaxat humana indutus*; *parem igitur eſſe* rationem ejusdem apparitionis in N.T.

℞. Nulla eſt collatio. Nam (1.) Filius Dei in illa apparitione non *caro factus eſt*, quemadmodum caro factus eſſe legitur, aſſumendo naturam humanam ex Maria virgine, Joh.1.v.14. Gal.4.v.4. ſed per *οἰκονομίαν* ſive *diſpenſationem quandam*. ut patres loquuntur, in *humana forma* apparuit. (2.) Neque filius Dei illam formam ſibi *perſonaliter univit*, ſed *ὑποστάσει* ſuâ ab ea interim manſit, disjunctiſſimus: haud ſecus ac perſona Spiritus Sancti cum columba minimè unita fuit *perſonaliter*, licet in ejus ſpecie appareret. (3.) Ob hoc ipſum non in forma ſive ſpecie *corporis*, ſed in & ſub *vero corpore humano* filium Dei manifeſtari oportuit, quia hæc manifeſtatio non fuit in V. ſed N.T. In V.T. fuit tempus ſignorum, umbrarum, & imaginum; at in N.T. venit plenitudo temporis, quæ *non umbras ampliùs*, ſed *ipſum corpus requirebat*. Coloſſ.2.v.17. Heb.10.v.1. 4. Selnecc. p.2. Exam. Ordin. p.647. *Hutter.* in LL. CC. Theol. p.123. & in famul. Chriſt. Concord. p. 728. ſeq.

II. *Calviniani* ſtatuunt *Deum in myſterio ſalutis & prædeſtinationis*, nonnulla *velle voluntate revelatâ*, quæ *reverà nolit voluntate occultâ*; urgentque *non omnem ſimulationem prohibitam eſſe*: *Simulâſſe* enim *Deum*, *ſe hoſtiliter cum Jacobo luctari*.

℞. Do facilis, *non omnem ſimulationem prohibitam eſſe*. Simulatio illa dicta eſt, ubi *verba* præ ſe ferunt ſeveritatem, *affectus* interim bonus & blandus

dus

dus est: idque non alio fine, quàm ut *simulatione aversitatis huic commodemus*, cum quo nobis res est. Sic Deus cum Jacobo luctatur, ut fidem ipsius contra quævis adversa confirmet. At Dolus *malus* est, nec *permissa simulatio*, externo gestu & *alloquio* præ se ferre benevolentiam, *animo* tamen exitum meditari atque moliri *Psal.*15.v.2.& 3.& *Psal.*55.v.22. *Jerem.*9.v.8. qualis est ista simulatio, quam Calviniani tribuunt Deo. Quæ enim major fraus, quæ perniciosior esse simulatio potest, quàm verbis præ se ferre æternam omnium salutem; interiore tamen adfectu, imo inevitabilis decreti necessitates prope omnes æternæ adjudicare morti? *Brochm*. Syst. Theol. art. de grat. Dei.c. 2. q. 29. ad 3. pag.611. seq.

Vers.25. *quod cum videret, qui cum superare non posset &c.*

Hoc ipsum vero minus simile videtur: cum enim *minimus omnium Angelorum multo sit valentior*, quàm *fortissimus hominum*; quomodo *Angelus luctans cum Jacobo, ipsi non potuerit prævalere?*

℞. Verba hæc non sunt *absolutè* intelligenda, sed *secundùm quid*, nimirum *filius Dei non voluit superare Jacobum*, quia *noluit eum* suprà vires tentare. 1. Corinth.10. v.13. Alioquin si secundùm *omnipotentiam & vires suas contra Jacobum agere voluisset*, ipse Jacob sustinere nequivisset: at verò haud quaquam voluit omni sua fortitudine uti, sed secundùm infirmitatem ipsius sese accommodare; ideo ut *luctator*, non ut *pugnator*, cum eo congressus est. *Lyser*. in c.32. Gen. par.5. p.177.178.179.

Vers.26. *Dixitque ad eum: Dimitte me, jam enim ascendit aurora.*

Cotonus in Apologetico pro matre Dei, cap 18. disputat, *rogari posse Mariam, ut imperet Christo jure matris*; quòd *Jacobus Angelum Dei filiũ, potuerit tenere, nec ipsum dimittere, licèt ipsum Angelus oraverit.*

℞. Quorsum hoc? an illud, *dimitte*, significabit, *desine imperare mihi*? Atqui falsum: nam Jacob Dei filio non imperabat; quis enim credat? Et tamen si hoc ipsum concederetur, ex vi argumenti, non *sola Maria* imperaret: nam cur non etiam *Jacobus*? *Cham*.tom.1 Panstrat.l.20.c.1.n.16.& 17.

Vers.28. *Et dixit: Non Jacob dicetur ultra nomen tuum, sed Israel, quia princeps fuisti cum Deo & cum hominibus & potuisti.*

I. In versu hoc reperitur (1.) *Ellipsis*: nam in priori, *non Jacob dicetur*, τὸ NON, pro *non solum* accipitur, & in posteriori, *sed Israel*, subintelligitur, *potissimùm*. (2.) *Paronomasia*: Jacob enim vocatur יִשְׂרָאֵל, *Princeps Dei*: nam שָׂרִיתָ ut Principem te gessisti (pugnando) עִם־אֱלֹהִים, cum Deo, componitur namque nomen illud ex שָׂרָה *Principem esse*, seu ut *principem Dei se gerere*, & אֵל, *Deus fortior*. (3.) *Synecdoche generis pro specie*: nam יָכֹל *posse*, notat *prævalere*, Glass.l.3.Phil. sac.tract.5. can.22. p.489.l.4.tract.3. observ. 34.m. 1.pag. 834.l.5. tract.1. cap.14. m.4. p.446.

II. Deus sibi contradicere videtur: hic enim negat, *Jacobum ultrà nominandum esse Jacob*, sed *Israel*; cum tamen *Gen*.46.v.2. ipsum iterata vice nomine suo *Jacob* vocet.

℞. Negativa *Non* per *ellipsin* particulæ exclusivæ, *solùm*, est exponenda, hoc sensu: *non solum Jacob diceres, sed & cumprimis Israel*, quarè, *principale Jacobi nomen* coram Deo debebat esse nomen *Israelis*: aliàs coram *hominibus*, & in *actionibus cum hominibus*, fuit & mansit Jacobus, sed ex *fide* & coram *Deo* fuit *Israel*. Atque sic Esaias.c.41.v.14. distinguere videtur: Noli timere vermis *Jacob*, qui mortui estis ex *Israel*; ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus, & redemtor tuus sanctus Israel. *Lyser*. in c.35.Gen. par.5.p.260. *Glass*.l.3.Phil.tract.5.can.13.p.460.& can.22.p.489.

Vers.30. *Et Jacob dixit: vidi Dominum à facie ad faciem & salva facta est anima mea.*

I. Vide sis (1.) *Ἀνθρωποπάθειαν*, quâ Deo tribuitur *facies*. (2.) *Metonymiam causæ pro effectu*: ponitur enim *anima* pro *vita*. Nam Jacob sibi gratulatur, quod cum *viderit Deum*, tamen *non sit mortuus*. Vatabl. in Annot. ad h.l.p.76. *Iun*. in Not. ad eund.loc.p.45.

II. *Becanus* in Manuali controvers. l.11.c.1.q.5.n.7. *Scripturam sacram* arguit *obscuritatis*, ob *apparentes contradictiones*, in eadem occurrentes, quæ lectori magnam pariant difficultatẽ. Hic enim Jacob Patriarcha dicit: *vidi dominum à facie ad faciem*; at contrà *Exod*.33.v.20. dicit Deus: *faciem meam videre non poteris: non enim videbit me homo, & vivet.*

℞. Contradictio horum locorum partim *idiotismô linguæ sanctæ*, partim *manifesta declaratione textus* tollitur. Nam phrasis illa, *facie ad faciem aliquem videre*, apud *Hebræos* significat, *aliquem videre coram præsentem*, non per *obscuram imaginem aut similitudinem*, *Num*.12.v.8. Quando verò Dominus Mosi dicit, *Non poteris videre faciem meam*; *gloriam & majestatem divinæ suæ essentiæ intelligit*, uti manifestum est ex v.18.& 22. *Garth*. de judic. controv. Theol.p.62.

III. *Audæani* docuerunt, DEUM *esse corporeum*, cum *sit visibilis*, utpote *actu visus à Jacobo facie ad faciem*.

℞. Jacobo apparuit Dei filius, eique se conspiciendum præbuit, non in *nuda sua divinitate*, sed in *forma viri*, *Gen*.32.v.27. *in forma hominis*, quippe aliquando in temporis plenitudine homo erat futurus. Post factam incarnationem dicebant Apostoli, se vidisse *verbum vitæ*, 1. Johan.1.v.1. Deum scil. manifestatum in carne, 1. Tim.3.v.16. sic Jacobus dicere poterat, *se Deum vidisse*, videlicet in *forma illa, ad tempus assumta*, etsi *nudam ejus divinitatem non viderat*: hanc enim in *præsenti vita* nemo videbit, *Exod*.33.v.20. 1. *Tim*.6.v.16. *Gerhard*. tom.1. LL. CC.loc.3. de natur. Dei. §.78 p.265.

CAP.XXXIII.v.3. *Et ipse transivit ante eos, & incurvavit se in terram septem vicibus, usq; ad propinquare, usq; ad fratrem suum.*

Observa hoc loco (1.) *Synecdochen*: numerus enim certus, *septem vicibus* seu *septies*, ponitur pro incerto, *sæpius*, ut verba immediatè sequentia innuũt. (2.) *Enallagen*: infinitivus namque *appropinquare*, est pro verbo finito, *appropinquaret*. (3.) *Pleonasmum*: siquidem posterius עַד, *usq;* seu *donec*, redundare videtur. *Ariam*. in Bibl.p.29. *Iun*. in Not. ad h. l.p.45.

Vers.8. *Et dixit: quæ tibi omnis turma illa, cui occurris? Et dixit: ad inveniendum gratiam in oculis Domini mei.*

Et hic (1.) *Ellipsis* tum nominis proprii, & *dixit* subaudi, *Esau*; tum verbi substantivi, *quæ* scil. *est*. (2.) *Pleonasmus*: nam pronomen לְךָ TIBI, redundat. (3.) *Hebraismus*: *ad inveniendum gratiam in oculis Domini mei*, h.e. *ut inveniam apud te gratiam, Domine mi*. Vatabl. in Annot. ad h.l.p.77. *Iun*. in Not. ad eund.loc.p.45.

Vers.10. *Et dixit Jacob: Ne quæso, si nunc inveni gratiam in oculis tuis, tùm capies munus meum è manu mea, quia idcirco vidi faciem tuam, ut videre faciem Dei, & complacuisti mihi.*

I. Vide sis (1.) *Ellipsin*: verbi, ex voce contraria eruendi: אַל־נָא, *ne quæso*, scil. *recuses* latet hæc vox in contraria, quæ sequitur וְלָקַחְתָּ *capies*. (2.) *Enallagen* temporis: nam, וְלָקַחְתָּ, præteritum est, *cepisti*, sed significationem futuri habet, *capies*, ob ו conversivum, ponitur autem pro imperativo, *cape*, ut; ex v.11. patet, ubi habetur, קַח, *cape*. (3.) *Hebraismum*: vidi faciem tuam, ac si faciem Dei viderem, h.e. *tam libenter vidi te, quàm viderem Deum*. Vat. in Annot. ad h.l.p.77. *Glass*.l.3. Phil. sac. tract.3. can. 49.m.2.p.387. lib.4. tract.2. observ.6.p.713.

II. Jacob videtur hic incurrere suspicionem tum *adulationis*, seivit enim *Esavum animò fuisse fratricidam*, Gen.27.v.41. *eumq; valdè metuit*, Gen.32.v.7. tum *idolomaniæ*, siquidem videatur *Esavo detulisse honorem soli Deo debitum*.

℞. Non est *adulatus* Jacob, nec *idolomaniam* consumit; sed quæ dixit & fecit, *verè* dixit, & ex animo bono fecit. Nam. (1.) facies Esavi dici potest *quasi divina & miraculosa*, ratione *mutationis & favoris*, quia Deus illam mutaverat, cum antea fuerat minabunda, à qua Jacob aufugiebat in Mesopotamiam. (2.) vidit in *Esavi facie* signum *gratiæ & protectionis divinæ*, quam illi promiserat in itinere, Gen.28.v.15. illudque colligit ex *amico fratris vultu*. (3.) Jacob nihil magis in votis habuit, quàm videre fratrem, & quidem *amicum*, ut vel tandem Jesu de anteacta vita pœnitentiam ageret & salvaretur. Igitur hæc locutio ex *Usu humano* est desumta: si enim aliquem videmus quem videre diu desideravimus dicimus: *visus sum mihi videre Angelum vel Deum ipsum*. Et quadrat hic canon Augustini l. 1. de Trin. c.12. *Nullo locutionis genere utitur Scriptura, quod in consuetudine hominum non inveniatur, quia utique hominibus loquitur*. *VValther*: in harm. Script. p.148.

Vers.11. *Cape quæso benedictionem meam quæ allatâ est tibi: quia largitus est mihi Dñus, & quia sunt mihi omnia, & coegit eum & accepit.*

In textu hoc reperitur (1.) *Metonymia causæ pro effectu: benedictio* enim sumitur pro *munere, ex benedictione* seu *benevolentia profectô* (2.) *Synecdoche generis pro specie*: nam *omnia* idem sunt ac quàm plurima, seu *ex omnibus aliqua*. Vatabl. in Annot. ad h.l.p.77. *Jun*, in Not. ad eund. l. p:45.

Vers.13. *Et dixit ad eum: Dominus meus sciens, quod nati teneri; & pecudes & boves lactantes super me: & pulsabunt die una eas, & morientur totus grex:*

Moses usurpat (1.) *Ellipsin* tum nominis proprii, *& dixit*, scil. *Jacob*, tum *verbi* substantivi, *super me*, subaudi, *sunt*; tum *nominis* appellativi, *Et*, nim. *pulsabunt agentes pecuarij*. (2.) *Enallagen*: quia participium יֹדֵעַ, *sciens*, pro ipso verbo *scit*, ponit. (3.) *Synthesin* nomini collectivo singulari, *grex*, addit verbum plurale, *morientur*, pro *morietur*: (4.) *Synecdochen: totus grex*, h.e. *tenelli gregis*; tum ex nimio labore; tum ex lactis inopia, quod in fœminis exhaurit labor: *Ariam*. in Bibl. p.30: *Jun*: in Not. ad h.l.p.45. *Glass*.l.2. Phil. sac. tract.3. can.53. n.1.p.398.

Vers.14: *Transeat quæso Dominus meus, ante facies servi tui; & ego pedetentim ducam me ad pedem operis, quod ad faciem meam, & ad pedem natorum, usque quo veniam ad Dominum meum in Sehir.*

I. In versu hoc habetur (1.) *Pleonasmus*: facies enim redundat: ante *facies servi tui*, h.e. ante *servum tuum*. (2.) *Metonymia*: nam pes pro *gressu*, *opus* pro re usurpatur. *Ariam*. in Bibl. p.30. *Vatabl*. in Annot. ad h.l.p.77. *Jun*. in Not. ad eund. loc. p.45:

Jacobus hîc *mentitus fuisse* videtur: quia dicit se sensim secuturum, *donec ad Esavum veniat in Seir*; & tamen nuspiam legimus; *ipsum eo venisse*, sed potiùs *deflexisse in Succoth*. v.17.

℞. NON opus est, ut statuamus, Jacobum hîc mentitum fuisse: facile enim *relictâ familiâ potuit invisere fratrem Esau in Seir*, quoniam sic minus fuit periculi: & tamen præstitit id, quod promisit. *Lyser* in c.33. Gen. par.5.p.209.

Vers.15. *Et dixit Esau. constituam quæso tecum de populo, qui mecum, & dixit: Ut quid hoc? Inveniam gratiam in oculis domini mei.*

Redit huc *Ellipsis* tum nominis adjectivi, *Tecum*, subaudi, *aliquod*: tum verbi *qui mecum* scil. *est*; tum *nominis* proprii: *Et dixit*, nim. *Jacob*; ex voce contraria eruendi: *Inveniam gratiam in oculis Domini mei*, subintellige, *nequaquam constituas*; quod membrum in opposito membro *constituam*, latet. *Ariam*. in Bibl. p.30. *Glass*.l.4: Phil. sac. tract.2. observat.6.p.713.

Vers.18. *Et venit Jacob Salem civitatem Sichem; quæ in terra Chanaan in veniendo illo de Mesopotamia Syria & castrametatus est ante urbem.*

Nota hoc loco (1.) nomen שָׁלֵם esse adjectivum, & ad Jacobum referri, quod is *integer & quietus*, h.e. sine tentatione & incolumis pervenerit in civitatem Sichem; id quod Moses addidisse videtur, ut ostenderet, completum esse, quod Angelus post luctam Jacobo dixerat, Gen.32.v.28. (2.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Qui* scil: *est*. (3.) Præpositionem ב, IN, notare *post*: בְּבֹאוֹ, *in venire*, h.e. *post venire*, seu *postquam venit ille*. Ariæm. in Bibl: p.30. *Glass*. l.4. Phil. sac: tract.3. observ.11. p:813:

CAP. XXXIV. Vers.5: *Et Jacob audivit, quod violaverit Dinam filiam suam, & filii ejus erant cum pecore ejus in agro: & siluit Jacob usq; ad venire eorum.*

In versu hoc occurrit. (1.) *Ellipsis* nominis, ex membro præcedente repetendi. *Quod violaverit*, subintel. *Sichem filius Hemor* ex v. 2. (2.) *Enallage* tum numeri singularis, *pecui*. pro plurali; *pecudibus*; tum *infinitivi* pro verbo *finito*: usque ad *venire*, h.e. donec *venirent*. Ariæm. in Bibl. p:30: *Glass*.l.4. Phil. sac. tract.2. observ.8.p.716:

Vers.7. *Et filii Jacob venerunt de agro; ut audire ipsos, & dolore affecti sunt viri, & incaluit ipsis valdè. quia pravitatem fecit in Israël, ad cubandum cum filia Jacob. & sic non fiet.*

Observa hic (1.) præfixum כ infinitivo additum; significare, *postquam*. כְּשָׁמְעָם *ut audire ipsos*, h.e. *postquam audierunt ipsi*. (2.) *Ellipsin* nominis tum appellativi, *incaluit ipsis*, subint. *furor eorum*; tum proprii, *Pravitatem fecit*, scil. *Sichem*, v.2. (3.) *Hebraismum*; nam verbum, יֵעָשֶׂה; quod *effectum* notat, de *jure* intelligendum, & per, *debet* cum proprio infinitivo exponendum est: *sic non fiet*, i.e. sic fieri non debet, tale itaque fœdum est ac illicitum: *Ariam*. in Bibl. p.30. *Vatabl*. in Annot. ad h.l.p.78. *Glass*.l.3. Phil. sacr. tract.5 can.29.p.512.

Vers.12. *Multiplicate super me valde dotem & munus, & dabo, quemadmodum dixeritis ad me, & date mihi puellam in uxorem.*

Vide-sis (1.) *Hebraismum*; verbum enim, הַרְבּוּ, quod *actionem* significat; *ejusdem ratificationem* denotat: *Multiplicate super me valde dotem*, h.e. *postulata à me ingentem dotem*. (2.) *Enallagen numeri* singularis, *munus*, pro plurali, *munera*. Vatabl. in Annot: ad h.l.p.78. *Glass*.3. Phil. sac. tract.3. can.15.p.266.

Vers.13:

Vers.13. *Et responderunt filii Jacob isti Sichemo & Chamori ejus in fraude & locuti sunt, quia polluerat Dinas sororem suam.*

Ecce (1.) *Hebraismum*, nim. Periphrasin adverbii *qualitatis*, quam facit præpositio ב, IN nomini substantivo præfixa בְּמִרְמָה, *in fraude*, h.e. *fraudulenter*. (2.) *Hypallagen*; ordo enim universus est: *Responderunt in fraude & locuti sunt*, pro *responderunt locuti sunt in fraude*. (3.) *Ellipsin* nominis, ex præcedenti membro repetendi: *Polluerat*, scil. *Sichem*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 78. *Glass.* l. 3. Phil. sac. tract. 5. can. p. 431. & l. 4. tract. 1. observ. 5. p. 664.

Vers. 14. *Et dixerunt ad eos: Non possumus facere verbum hoc, dare sororem viro, cui ipsi præputium, quia opprobrium hoc nobis.*

Moses utitur hic (1.) *Hebraismo*; verbum enim *potestatis* pro verbo *juris* ac *debiti* accipiendum: non *debemus* facere, non *jure possumus*. (2.) *Pleonasmo*: nam דָּבָר, *verbum*, & לוֹ *ipsi*, redundant. (3.) *Ellipsi* verbi substantivi: *Cui ipsi*, subaudi, *est*; *& opprobrium hoc*, scil *est*. Ariæm. in Bib. p. 30. *Glass.* l. 3. Phil. sac. tract. 3. can. 12. p. 259.

Vers. 19. *Et non tractavit puer ad faciendum verbum, quia complacuerat in filia Jacobi, & ipse honoratus præ tota domo patris sui.*

In versu hoc habetur (1.) *Hebraismus*: nam דָּבָר *verbum*, Hebræis idem est ac *res ipsa*: ad faciendum *verbum*, h. e. *rem*. (2.) *Metonymia subjecti* pro *adjuncto*: *domus* enim pro *domesticis* est. (3.) Comparatio, quam facit præfixum מ, PRÆ: *Honoratus præ omnibus domesticis*, i. e. *honoratior omnibus domesticis*, vel *honoratissimus omnium domesticorum*. Vat. in An. ad h. l. p. 79. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 46.

Vers. 21. *Viri isti pacifici ipsi nobiscum, & habitabunt in terra, & circuibunt eam, & terra ecce lata manibus ad facies earum &c.*

Observa hoc loco (1.) *Hebraismum*: *Pacifici nobiscum*, h. e. *pacifice vixerunt*. (2.) *Enallagen*: *demonstrativum* enim הֵם, *ipsi*, nomini שְׁלֵמִים, *pacifici*, subjunctum, ponitur loco verbi substantivi, *sunt*. (3.) *Metaphoram*; terræ siquidem *manus* tribuuntur, & *loca* indicantur: *Terra lata est hominibus*, i. e. *ampla locis* seu *spaciis*. Ariæm. in Bibl. p. 30. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 79. *Jun.* ibid. p. 46. *Glass.* l. 5. Phil. sa. tract. 1. cap. 12. p. 344.

Vers. 26. *Et Hemor & Sichem filium ejus occiderunt ore gladii, & tulerunt Dinah e domo Sichem &c.*

Metaphora est in voce *oris*, gladio attributi; Notatur verò *acies gladii*, quâ mordet quasi, *cadit*, *scinditq;*. Glass. l. 5. Phil. sacr. tr. 1. cap. 11. p. 308. seq.

Vers. 27. *Et filii Jacob venerunt super occisos, & prædati sunt urbem: quia polluerant sororem suam.*

Vide-sis (1.) *Mimesin* filiorum Jacobi, in Sichemitas irruentium, & causam facti sui cum perturbatione animi exprimentium. (2.) *Enallagen numeri* pluralis טִמְּאוּ, *polluerant*, pro singulari, טִמֵּא, *polluerat*, quod habetur v. 5. & 13. fecerat enim id *solus Sichem* filius Hemor, v. 2. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 46. *Glass.* l. 3. Phil. sac. tract. 3. can. 51. p. 391. seq.

Vers. 29. *Et omnem potentiam eorum, & omnes parvulos eorũ, & uxores eorum captivaverũt, & prædati sunt, & omnia, quæ in domo.*

In textu hoc reperitur (1.) *Metonymia adjuncti* pro *subjecto*: nam חַיִל, *potentia*, est pro *divitiis & opibus*, in quibus potentia hominum consistit. Chaldæus חֵילָם *potentiam eorum*, redidit נִכְסִין *divitias eorum*. (2.) *Ellipsis* tum verbi substantivi, *& omnia, quæ* scil. *erant*; tum pronominis: quæ *in domo*, subaudi, *eorum*. (3.) *Enallage numeri singularis* pro plurali: *In domo*, i. e. *in domibus*. Ariæm. in Bibl. p. 31. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 80. *Glass.* l. 5. Phil. sac. tract. 1. cap. 4. p. 54.

Vers. 30. *Et dixit Jacob ad Simeon & ad levi: Turbastis me ad fœdere faciendũ me in habitatione terræ, in Chananæo, & ego viri numeri, & congregabunt se super me, & percutient me, & disperdar ego & domus mea.*

Est hic (1.) *Metaphora* desumta partim à turbine, *Turbastis me*, i. e. *in animo me inquietastis & conturbastis*, partim ab *olfactu*, ut *fœdere fecerit* *is me*, h. e. ut *redderetis me odiosum atque abominabilem*, non secus ac res *fœtidæ hominibus sunt odiosæ & abominabiles*. (2.) *Enallage numeri* singularis pro plurali: nam *habitator terræ*, *Chananæus & Pheresæus*, ponitur pro *habitatoribus terræ*, *Chananæis & Pheresæis*. (3.) *Hypallage numeri* pro, *numerus virorum*, h. e. *viri facile numerabiles*. (4.) *Metonymia subjecti* pro *adjuncto*: *domus* enim pro *familia* est. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 80. *Jun.* in Not. ad eund. p. 46. *Glass.* l. 5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 12. p. 360.

Vers. 31. *Et dixerunt: Nunquid ut scortum faciet sororem nostram.*

Verbum activum יַעֲשֶׂה *faciet*, passivi significationem assumit, & in nostra vernacula lingua per impersonale verbum explicatur: Solte man denn mit unser Schwester als mit einer Huren handeln. Quanquam *Junius*. in Not. Bibl. p. 46. nominativũ *quisq;*, Ellipsin statuit. *Glass.* l. 3 Phil. Sacr. tract. 3. can. 23. m. 1. p. 302.

CAP. XXXV. Vers. 2. *Et dixit Iacob ad domum suam, & ad omnes, qui secum: Removete Deos alienos, qui in medio vestri &c.*

Nota (1.) *Metonymiam subjecti* pro *adjuncto*: *domus* enim pro *familia* est. (2.) *Ellipsin* tum verbi substantivi, Qui tecum, scil. erat, & *qui in medio vestro*, nim. *sunt*; tum nominis substantivi, expresso tantum adjectivo, *Deos alienos*, subint. *populi* (3.) *pleonasmum*: nam *medio* redundat: in *medio vestri*, sic *inter vos*. *Ariæm.* in Bibl. p. 31. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 80. *Glass.* l. 3. Phil. Sacr. tract. 1. can. 12 p. 48.

Vers. 4. *Et dederunt ad Iacob omnes Deos alienos qui in manu sua & in aures, quæ in auribus suis, & abscondit eos, &c.*

Redit huc (2.) *Ellipsis* tum nominis, *Deos alieni* scil. *populi* tum verbi, *qui in manu sua*, subaudi, *erant*. (2.) *Metonymia causæ* pro *effecto*; *manus* enim est pro *potestate*: *Qui erant in manu sua*, h. e. *quos penes se in sua potestate habebant*. Iun. in Not. ad h. l. p. 47.

Vers. 5. *Terror Dei invasit omnes per circuitum civitates, & non sunt ausi persequi recedentes.*

I. *Enjedinus* in explicat. loc. V. & N. I. contendit, vocem *Iehovah*. Gen. 19. v. 24. positam, esse *ἐπίτασιν*, & *intensionem* ac *vehementiam* seu *magnitudinem* significare; quomodo *terror Iehovæ* accipitur pro *magno* & *vehementi terrore*.

R. (2. Hoc in loco non habetur vox *Iehovah*, sed *Elohim*, quæ etiam *creaturis* quandoq; tribuitur; non ita vero vox *Iehovah* quæ ita est *proprium Dei nomen*, ut nulli, nisi *Creatori cœli & terræ* imponatur: hactenus igitur est *disparitas*. Nam si vel maximè vox *Elohim* incertum esset *ἐπίτασιν*, & *intensionem* tantum ac *vehementiam* rerum, quæ non DEUS, sed a Deo sunt, significaret, id non statim concedendum foret de voce *Iehovah*. Quemadmodum non sequitur *Magistratus dicuntur Elohim*.

ergo

ergo & dicendi sunt *Jehovim*; cùm ut diximus) nominum horum usus sit diversissimus. (2.) Ponamus argumentationem ab usu vocis *Elohim*, ad usum vocis *Jehovah* procedere, (quod tamen verum non est) nondum tamen probata erit explicatio Enjedini. Quod enim *interdum* fit, non *semper* fit; ideoque *universale* non est. (3.) Vox *Elohim* hîc non sumitur *adjectivè*, ut intendat significationem, (nam vocula חִתַּת, *terror*, sufficientem in se suæque significatione habet *vehementiam*, ita ut h.l. augmento & intensione significationis opus non fuerit, cum significet *timorem magnum & vehementem*.) sed *substantive*, ut exprimat *causam efficientem*, ipsum scil. Deum, *qui terrorem illum immiserit*, Ex. 23. v. 27. *Deut.* 11. v. 25. Sensus ergo est: *Deus dedit terrorem super faciem urbium*. Nam, ut ex textu apparet, *vicinæ gentes, cæde Sichemitarum offensæ, conspiraverant in perniciem Jacobi*: verùm subitâ Patriarchæ migratione, Dominus illis timorem magnũ incussit, ut à proposito abstinerent, & ita Jacobus incolumis evadens, cum omnibus suis Luzam veniret. *Jacob. Martin.* l. 1. de trib. Eloh. c. 22. p. 247. & c. 23. p. 250. seqq. *Gerhard.* in Exeg. l. 1. c. 3. de Trin. §. 156. p. 1093.

II. *Pontificii*, ut excusent *Judithum*, ejusque librum c. 9. v. 2. approbantem *factum Simeonis & Levi, qui Sichemitas contra pactum ac datam fidem gladiò interemerunt*; probare conantur, *divinò judiciò deletos esse Sichemitas*, quòd *Deus, terrore vicinis populis incussò, eos cohibuerit, ne Jacobum propterea persequerentur*.

℞. *Cohibuit Deus vicinos*, non quòd *factum Simeonis & Levi probaret*; sed quia *Jacobo & familiæ ejus*, quæ erat *sedes Ecclesiæ, prospectum voluit*: proinde præpostero illo Simeonis ac Levi zelô ad justitiæ suæ gloriam benè usus est. *Gerhard.* in Exeg. loc. 1. de Script. sacr. §. 194. p. 198.

Vers. 7. *Ædificavitq; ibi altare, & appellavit nomen loci illius Bethel, quia apparuerunt ad eum Elohim &c.*

Pro pluralitate personarum in una essentia divina locus præsens facit, quippe in quo Moses de *Elohim*, Jacobo visis, oratione, in qua & *subjectum* & *prædicatum plurale* est, tanquam de *multis* loquitur.

Excipit 1. *Calvinus* in Comment. Genes. c. 35. locum de *Angelis* intelligi, cum *pluralis sit verbi numerus*.

℞. (2) Negatur sequela: quasi verò pluralis numerus verbi non etiam *verò & æterno Deo*, ob *personarum pluralitatem*, in scripturis attribuatur, ut *Gen.* 11. v. 26. *faciemus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. (2.) Locus præsens non potest de *Angelis* intelligi: nam voce *Elohim* notatur is, *à quo Bethel nomen accepit*, nempe *Deus ipse Trinunus*. Gen. 28. v. 17. & 22. ab *Angelis* verò *locus ille sic non denominatus* neq; *iisdem cum consecrat Patriarcha*.

2. *Paræus* in defensione Calvini, Mosen & Deum & Angelos nomine *Elohim* complecti.

℞. Nullo exemplo probari potest, quod vox una uno loco, unoq; contexu posita semel duntaxat, has, quas Paræus somniat, significationes, toto genere discrepantes, eadem vice sustineat, & per inauditam, totiq; scripturæ penitus ignotam æquivocationem, simul & semel *creatorem* puta & *naturam* complexa sit: proinde falsum est, *Deum & Angelos* sub hanc dictionem *Elohim* cadere. *Hunn.* tom 2. oper. lat. p. 921. seqq. *Iac. Mart.* l. 1. de trib. Eloh. c. . p. 80.

Vers. 9. *Apparuit autem iterum Deus Jacob, postquam reversus est de Mesopotamia Syriæ, & venit in Bethel. Benedixitq; ei dicens.*

Hebræi ad responsionem, datam in vindic. *Gen.* 17. v. 1. m. 2. excipiunt, diversitatem esse in utroq; dicto, cum *Jehovah* ibi referatur ad, *apparuit*, hic verò *Elohim*, ad *dixit*, aliud verò esse *apparere*, & aliud *dicere* vel *loqui*: *locutionem* igitur esse in plurali, non *apparitionem*.

℞. Exceptio hæc nulla est. Nam (1.) hic *Elohim* non tantum refertur ad Deum, sed etiam ad APPARUIT sive *visus est*. Sic enim inibi ex *Hebræo* legitur: *Et visus est ei Elohim & dixit ei Elohim*. (2.) Apparitio *Abrahamo* facta *Gen.* 17. v. 1. *specie* cum hac *Jacobi* eadem est: Deus enim illic sese revelavit, ut *Jehovam*, & ita *essentia unum*; *hic* verò, ut *Elohim*, atq; adeo ut *plures* non quidem respectu *essentiæ*, sed respectu *personarum*, in una illa indivisa essentia subsistentium, *Iacob Martin.* l. 1. de tribr. Eloh. c. 3. n. 18. 19. 20. p. 20. 21. 22.

Vers. 10. *Et dixit ei Deus: nomen tuum Iacob; non vocabitur nomen tuum ultra Iacob, sed Israel erit nomen tuum & vocavit nomen ejus Israel.*

I. Verbum activum וַיִּקְרָא, *vocavit*, passivi significationem assumit, vocabitur, in lingua verò Germanica impersonaliter effertur, Man hieß ihn. quamquam *Junius* in Not. ad h. l. p. 47. *activam* significationem retinet, & *Ellipsin* vocis, ex præcedentibus eruendæ statuit: *Et vocavit*, scil. Iacob.

Vers. 11. *Et dixit ei Deus: Ego Deus omnipotens, frutesce & multiplicare, gens & cœtus gentium erit ex te, & Reges è lumbis tuis egredientur.*

I. Moses utitur (1.) *Ellipsi* verbi substantivi: *ego* scil. *sum* (2.) *Metaphorâ: Frutesce, sc. cresce* seu *amplare*. (3.) *Synecdoche: lumbi* enim pro *toto* ponuntur *homine*: Ex lumbis tuis: i.e. ex te. *Ariam* in Bibl. p. 31.

II. Controversiam, hoc loco agitatam, vide diremtam in Vindic. *Gen.* 17. v. 1.

Vers. 12. *Et terram, quam dedi Abraham & Isaaco, tibi dabo eam, & semini tuo post te dabo terram hanc.*

1. Nota hoc loco (1.) verbum, נָתַתִּי *dedi*, dicere *dationis* non *actum*, sed *pronunciationem*. *Dedi*, h.e. *daturum me promisi*, Exodi. 12. v. 25. (2.) Præfixum ו, *Et* significationem habere vocularum id est: quia clarius aliquid exponitur: *Tibi dabo eam*, וּלְזַרְעֲךָ id est semini tuo. *Actor.* 7. vers. 5. *Glass.* l. 3. Phil. sacr tract. 3. can. 15. p. 266. & lib. 4. tract. 1. observa. 7. m. 4. p. 691.

II. Contradictionem quandam, hic apparentem, vide conciliatam in vind. *Gen.* 13. v. 15. m. 1.

Vers. 13. *Et ascendit ab eo Deus è loco, quo locutus est* &c.

Ecce (1.) Ἀνθρωποπάθεια, quâ *Deo ascendere* è *loco*, esse *disparere*, tribuitur, *Gen.* 17. v. 22. (2.) *Ellipsin*: præpositio enim ב, IN: deest: *Quo*, pro, *In quo*, Ariæm. in Bibl. p. 31.

Vers. 14. *Et statuit Iacob statuam in loco, quo locutus est cum eo statuam lapidis, & inspersit super eam respersionem, & effudit super eam oleum.*

I. Vide sis (1.) *Ellipsin*: *Quo*, pro, *In quo*; & *locutus est*, scil. *Deus*, v. 13. (2.) *Enallagen* substantivi, *lapidis*, pro adjectivo, *lapideum*; & abstracti, *respersionem*, pro concreto, *respersibile* i. e. *liquorem*, qui respergitur. (3.) *Synecdochen*: pars enim *oblationis* pro *toto* est. Ariæm. in Bibl. p. 31. tum in Not. ad h. l. p. 47.

II. Lites, circa textum istum agitatas, vide compositas in Vind. *Gen.* 28. v. 18.

Vers. 26. *isti filij Iacob, qui natus est ei in Mesopotamia Syria.*

Est hic (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *isti* scil. *sunt.* (2.) *Enallage numeri*; nam verbum singulare יֻלַּד *natus est*, ponitur pro plurali, *nati sunt* (.) *Synecdoche totius* pro *parte*: *natum* enim *esse in Mesopotamia*, de *filiis Iacobi conjunctim* dicitur, quod tamen non spectat ad *singulos precise*: Nam hoc non pertinet ad *Benjamin*, qui reliquis v. 24. annumeratur: natus enim is fuit in *via prope Ephratum*, v. 16.–18. *Ariam* in Bibl. p 31. *Glass.* l. 3. Phil. sac. tract. 3. can. 52. p. 7. & l. 5. tract. 1. cap. 16. m. 1. p. 454. *Walther.* in Harm. Script. Sacr. p. 149.

Vers. 29. *Et expiravit Isaac & mortuus est, & collectus est ad populos suos, senex & satur &c.*

Est hic *prolepsis* seu *anticipatio narrationis historica*. nam *Isaaci mors statim post Iacobi reditum ex Mesopotamia* describitur, cum tamen diu post contigerit, cum scil. chronologica ratio aperte ostendit. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 47. *Glass.* l. 4. Philol. sac. tract. . observ. 28. p. 750.

CAP. XXXVI. Vers. 2. *Esau accepit uxores sibi è filiabus Chanaan, Adah, filiam Elon, Chittai. & Aholibamah, filiam Anah, filia Gibeon Chivvai.*

Moses utitur (1) *Hyperbato*, inserens *generationem Esavi*, ad illustrandã historiam populi Dei. (2.) *Synecdoche species* pro genere: *Filia Gibbon*, i. e. *neptis* v. 14. 3.) Polyonymiâ: duæ enim *uxores Esavi* fuerunt *binomines*, & *Adah*, quidem Basmath *Aholibamah* vero *Iudith* quoq; vocantur, Gen. 26. v. 34. Imo & v. 3. Bosmath. Gen. 28. v. 9. etiam *Mechaleth.* dicitur. *Vatabl.* in Annot ad h. l. p. 82. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 47 *Glass.* l. 4. Phil. Sac. tract. 3. observ. 12. m. 1. p. 814. seq.

Vers. 6. *Et accepit Esau uxores suas, & filios suos, & omnes animas Domus sua & pecus suum & omne jumentum suum, & omnem possessionem suam, quam acquisiverat in terra CHANAAN, & ivit ad terram ante faciem Iacob Fratris sui.*

In versu hoc occurrit (1.) *Enallage temporis*: præterita enim וַיִּקַּח *accepit*; & וַיֵּלֶךְ, *ivit*, per plusquã perfecta, *acceperat* & *iverat*, exponenda sunt, velut ex *Gen.* 32. v. 3. & 33. v. 14. 16. patet. (2.) *Metonymia subjecti* pro *adjuncto* nam *domus* pro *familia* & *facies* pro *adventu* ponitur. (3.) *Synecdoche* tum *partis pro toto*, quia *animæ* sunt pro *personis* sive *hominibus*; tam *numeri singularis* pro plurali; *jumentum* & *pecus* pro *jumentis* & *pecudibus*. (4.) *Ellipsis Adjectiv* quod ad substantivum commode subintelligendũ: *iverat ad terram* scil. *aliam* quod supplet Chaldæus vel *Schirst*, *quod addit Tremellius* ex. .8. *Ariam.* in Bibl. p. 32. *Vatabl.* in Annot. ad h. l p. 82.

Vers. 7. *Quia erat substantia eorum multa præ habitare simul, & non poterat terra* .

Nota hic (1.) pronomen, *Eorum* i *Isaacũ* & *Esavum* ipsum. (2 præpo tionem מ i o præfixam, facere comparationem, & notare m *multa* מִשֶּׁבֶת, *præ habitare*, h. e. *amplior* *quam ut habitarent* פְּנֵי *facies*, cum particula מ præfixa significare PROPTER: *à facie pecorum*, i. e. *propter pecora.* 4. , quod conciliatum vide in Vin 13. v. 6. *Ariam.* & *jun.* ibid.

Vers. 24. *est Ana, qui invenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinos Sebeon patris sui.*

Pont l qu t. *vocales apud Hebræos ab* *ab iis quas hodie in usu esse videmus*; cujus suæ monis conjecturam colligunt ex h. l. voci הַיֵּמִם, pronunciant *jemim*, & *mulos* interpretantur, alii vero *geminum*, & *aquas calidas* intelligunt.

R. Hoc non concludit. Nam ( ) non valde multa sunt, sed unum atq; alterum; non est autem vero æquum, ut ex *uno atq; altero* de *toto corpore* fiat judicium 2.) Ne in iis quidem lingvis, quæ constant vocalibus scriptis, æque ac consonantibus, vitarĩ possunt variæ lectiones, natæ ex vicinitate vocum. E. G. Iudith. 9. v. 11. Græcè legimus, *ἐκ χειλέων ἀπάτης*, & tamen Editio Latina habet, *ex labiis charitatis*; unde vident omnes, legisse interpretem *ἀγάπης* pro *ἀπάτης*. Sic *Rom.* 12. v. 11. alii *τῷ κυρίῳ δουλεύοντες* legunt, *servientes Domino*, ut reddit *Latinus* interpres; alii verò pro *κυρίῳ* habent *καιρῷ*, *tempori*. Quis non sit insanus, si concludat ob istas observatiunculas, ab *initio vocalibus caruisse primam editionem* N. T. *Cham.* tom. 1. Panstr. l. 12. c. 4. n. 16 & 1 .

II. *Zangerus* sacrificulus quidam, ob *Hebrææ hujus vocis ambiguitatem* censet, *non esse tantum Hebræã editione*, s us nullum fore contentionum finẽ &c. qua de ide Vindic. *Gen.* 30. v. 14.

Vers. 30. *Bedad percussit Midian in agro Moab* &c.

Moses usurpat (1 . *Ellipsin percussit*, subintell. ad *internecionem usq*; . (2.) *Metonymiam causæ* pro *effectu*: *Midian* enim est pro *Midianitis* & *Moab* pro *Moabitis* . *Synecdochẽ partis* pro *toto*: nam *ager* pro *regione* ponitur *Vatabl. in annot. ad h. l. p.* 84.

Vers. 37. *Regnavit pro Samla Saul de Rechobath fluminis.*

Synecdoche est in voce *fluminis* הַנָּהָר invenitur notatur Euphrates, juxta quem sita erat urbs Rechobath. Vatabl. ibid.

Vers. 39. *Nomen uxoris ejus Mehethabel, filia* Merahab.

Vide hoc loco *Hebraismũ*: nomen im בַּת *filia* nomini מֵיזָהָב, additũ per paronomasiam nomen declaratur: *Filia Merahab.* h. e. M habensis. Est siquidẽ hoc nomẽ *urbis*, quæ Syri מי דהב, i. *aqua aurea*, à Ptolomæo autẽ *Medava* appellatur. Quanquam *Vatabius* in Annot. ad h. l. p. 84. nomen בַּת *filia*, Synecdochice sumit pro *nepte*, & nomen *Merahab* pro *femina.* *Glass.* l. 3 Phil. sac. tract. 1. can. 36. m 4. p 155.

CAP. XXXVII. Vers. 2. *Ista generationes Jacob: Joseph filius sedecim annorum & accusavit fratres suos apud patrem crimine pessimo*, &c.

I. In textu hoc invenitur 1. *Ellipsis* verbi substantivi: *ista*, scil. *sunt.* 2.) *Metaphora*: nã תּוֹלְדוֹת *generationes*, significat *casus* seu *eventus*, qui acciderunt ipsi Iacob.; siquidem ita Moses præfatus, non enumerat *filios* ac *nepotes Iacobi*, sed exponit, *unde nat* *invidia fratrum contra Ioseph*, ut facta conspiratione, illum venderent.) *Hebraismus*; nomen nun בֶּן *filius*. nomini temporis: *septendecim annorum* additum, per *natum* o, exponitur *Filius septendecim annorum* hoc est *natus septemdecim annos* (4.) *Enallage* nam substantivo singulari שָׁנָה *annus* additur adjectivum plurale, *numerum* notans. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 85. *Glass.* l. 5. Phil. sacr. tract 1. cap. 12. p. 6.

II. *Vulgata versio Latina hic vitiosa est*: pro eo enim, quod in *Hebræo* dicitur, Iosephum fuisse *septendecim* annorum, ipsa habet, *sexdecim* annorũ.

Hunnius in Epitom. controv. d. V. D. p. 81. respondet, à בָּנָה vocem בֵּן *inchoationem rei*, cui adjungitur, notare, ideoq; phrasin illam (*Joseph filius septendecim annorũ*) innuere quod *Joseph de m um septimum egerit, necdum impleverit*, idq; tum interpretem clarius vertisse, *sexdecim annorum* e, h. e. *annum decimum sextum complevisse.*

R. (1.) Fal-

Rx. (1.) Falsum est, vocem בן ex vi etymi, notare dominationem ... adj ... ngitur, siquidem illa ita a בנה est ut non ... tineat ... ad ædificandi proprium ... beat ... am, sed ... dum propriissime significat. (2.) ... st, quod filius annus vel plurium annorum significet illum, qui annum illum nondum complevit ... rum nece ssario & semper quod Iesta intend ... Nam contrarium habetur Numer. 1. v. 15. ubi Levitæ recensere jubentur à ... menses & ult... Hic mensis necessar ... completus: nec enim infra id tempus ... po ... ecrare licebat. (3.) Fals ... st, V ... ætatem ad suprapositam vocis בן significationem respexisse, tum Gen. 37. v. 2. sedecim pro ... pro ... ponit. Nam quos, quæso, Hebræorum ... idiomatis respexit, dum Gen. 8. v. 4. d ... simam ... primam pro decima septima; Gen. 1. v. 13. ... tres pro ... tribus, Gen. 4. v. 22. duos ... pro dimidio siclo posuit ... hoc loco tam subtiliter & accurate, ... Iesu ... interpres ille voci Hebr ... ratten ... t, & ... arius, quam Hebræo ... vertit. Glass. l. 3. Phil. sac. tract. 1. can. 36. 140. 142.

III. Iosephum non videtur recte fecisse, quod detulit fratrum malefacta ad patrem, cum vitiu hoc sit diabolicum: Diabolus enim dicitur accusator fratrum nostrorum ante conspectum Dei, die ac nocte, Apoc. 12. v. 10. Et Salomon. Prov. 10. v. 18. ait: Qui prof... t ... amiam, de ... piens est.

Rx. De ... o est duplex: licita, quâ quis delicta ad judicem competentem defert, ut puniantur, vel corrigantur; qualis est eorum, qui in judiciis curant fisci gerunt, item discipulorum, qui ad præceptorem condiscipulorum delicta deferunt: & illicita, qua ... proximi sui nævos non ad judicem competentem ... t, ut corrigantur, ... tantum ut patefiant, & ... peccatis deformem ita faciunt ... bonis fa ... mationis patiatur, qualis fuit Siba, qui calumniator Mephiboseth herum suum coram ... vide, idq; contra ... atem, 2. Samuel. 16. v. 3. &c. 19. v. 26. & 27. Iosephi delatio non fuit illicita & turpis, sed honesta & licita; ille enim peccata fratrum detulit non ad alios, ... ad parentem, qui habuit jus corripiendi; ... udq; fecit, non animo diffamandi ... nocendi sed eo fine, ut fratres emendati ... tur & ... andala averterentur. Lyser. in Comm. c. 37. Gen. pa ... & 6. Rung. ibid. p. 1 ... 74. f.

Vers. 3. Et Israel diligebat Iosephum præ cunctis filiis suis, quia filius senectutis ipsi esset, & fecit ei tunicam polymitam seu versicolorem.

Observa hoc loco ... Hebraismum: nomen enim ... filius, a ... nomini ætatis ... ta senectutis, per nasum esse, exponitur: Filius ... utis, i. e. in senectute natus. (2.) Enallagen pluralis numeri זקנים, senectutum, pro singulari, senectutis. ... Ellipsi verbi substantivi: ipse ei scil. erat. Ariæm. in Bibl. p. 33. Glass. l. 3. Phil. sac. tract. 1. can. 36. m. 3. p. ...

Vers. 8. Et dixerunt ei fratres ejus; Numquid regnando regnabis super nos? an dominando dominaberis in nos? Et addiderunt adhuc odio habere eum super somnia ejus, & super verba ejus.

Vide sis ... Hebraismum tum quia verbum finitum ... um infinitivum, Regnando regnabis, dominando dominaberis pro plane regnabis, omnino dominaberis: tum quia verbum finitum cum infinitivo ... adverbiascit: Addiderunt odio habere ... odio habuerunt. ... Enallage numeri pluralis, somnia pro singulari, somnium (3.) Præpositionem על SUPER, positam pro PROPTEREA: super somnia, & super verba, i. e. propter verba. Ariæm in Bibl. p. 33. Iun. in Not. ad h. l. p. 89.

Vers. 10. Et narravit ad patrem suum, & ad fratres suos; ... increpavit eum pater ejus, & dixit ei: quid somnium hoc, quod somniasti ... num veniendo veniemus ego & mater tua, & fratres tui ad incurvandum nos tibi in terram.

I. Redit huc (1.) Hebraismus. tum quia verbum somniavit, regit suum conjugatum somnium; tum quia verbum finitum, infinitivo suo additum, adverbiascit, veniendo veniemus, h. e. omnino veniemus. (2.) Pleonasmus nam præpositiones ad. Et in vocibus, patrem & eum præfixa, redundare videntur, (3.) Ellipsis verbi substantivi. Quid somnium hoc, scil. est Ariæm. & jun. ibid.

II. Videtur hic esse contradictio, nam Iacob Lunam in somnio Iosephi visam, exponit de ejusdem matre, cum jam mater Iosephi esset mortua, Gen. 35. v. 18.

Rx. (1. Hebræi censent, Jacobum nomine matris intelligere Bilham, quam Iosephus pro matre habuerit: sine v. 2. h. e. dicit ... fuisse cum ... Bilhæ. Verum non constat, utrum Bilha cum Iacobo in Ægyptum descenderit. (2.) B. Lutherus & Rungius in Gen. c. 37. συνεκδοχικῶς per solem, Lunam & Stellas totam familiam promiscuè absq; personarum discretione intelligunt, quæ Iosephum erat honoratura. Quod igitur in ipsorū personis non fuit factum, id per eorum liberos fuit impletum, Rung. l. 2. p. 1 ... 3. vide Walther in harm. Script. p. 3. p. 149. seq.

Vers. 17. Et dixit vir; Profecti sunt ex hoc, quia audivi dicentes: Eamus in Dothan. Et ivit Ioseph post fratres suos, & invenit eos.

In versu hoc habetur (1.) Ellipsis tum nominis profecti sunt מזה ex hoc pro מִמָּקוֹם זֶה ex loco hoc, seu hinc tum pronominis, Audivi dicentes, ... audi, eos. (2.) Hebraismus: ivit post fratres, i. e. eos insequutus est. Ariam. in Bibl. p. 33. Iun. in Notat. ad h. l. p. 49. Glass. l. 3. Phil. sac. tract. 2. can. 21. p. 210.

Vers. 19. Et dixerunt vir ad fratrem suum: Ecce dominus somniorum iste veniens.

Ecce (1.) Enallagen, Hebræis frequentatam: Dixerunt vir, h. e. unus frater dixit. item participium בא ... ens, ipso verbo, venit. (2.) Hebraismum nomen enim בעל dominus, substantiv in genitivo cal ... החלמות, somniorum, additum, denotat res subjectum, nempe somniatorem. Forsan respiciunt ad id, quod futurum dominationem in fratres Iosephus ominaverit, q. d. est dominus, sed tantum omniorum, & ita inanis, non revera talis. (3.) Ironiam: Fratres namq; Iosephum sarcasticè appellabant dominum seu Magistrum somniorum, qualis revera erat, quia aliorum somnia μετ' ... bene noscat interpretari, Gen. 40. & 41. sed pro tali a fratribus non habebatur, quin potius hoc, ceu vulentio ... seommate, impetebatur. Ariam. in Bibl. p. 33. Glass. l. 3. Phil. Sac. tract. 1. can. 35. m. 2. p. 128. & l. 5. tr. ... 1. cap. 5. p. 89.

Vers. 21. Et audivit Ruben, & eripuit eum è manu eorum, & dixit: Nec percutiamus eum animam.

Moses utitur (1.) Hebraismo: verbum enim נצל eripuit, quod alias effectum notat, de conatu agendi intell ... it: Eripuit, h. e. eripere conabatur vel satagebat, ut v. 22. exponitur, actu namq; non eripuit, ut ex v. 29. constat. (2.) Metonymia causæ pro effectu: manus siquidem est pro potestate, & anima pro vita. Glass. l. 3. Phil. Sac. tract. 3. can. 8. p. 49. & lib. 5. tract. 1. cap. 1. p. 8.

Vers. 25. *Et sederunt ad comedendum panem, & levaverunt oculos suos, & viderunt, ecce turma Ismaelitarum veniens de Gilead & Cameli eorum ferentes aromata & resinam, & stacten, ambulantes, ad faciendum descendere in Ægyptum.*

I. In hoc textu observa (1.) *Synecdochen speciei*, pro genere: *panis* enim pro *cibo* est. (2.) *Enallagen* nominum: nomen enim *Ismaelitarum* cum nomine *Midianitarum* v. 28. permutatur, quia cœtus mercatorum ex variis constabat, omnes tamen *Arabiam* incolebant, ideoq; Onkelos exponit *Arabas* (3.) *Ellipsin* pronominis: *Ad faciendum descendere*, h. i. *ea*. Iun. in Not. ad h. l. p. 49. *Glass.* l. 4. Phil. Sac. tract. 3. observ. 12. p. 818.

II. Rationem *Kimchii*, ad probandum, *Keturam* Gen. 25. v. 1. *fuisse Hagarem*, Gen 16. v. 1. vide confutatam in Vind. *Iudic.* 8. v. 24. m. 2.

Vers. 26. *Et dixit Iehudah ad fratres suos: Quæ utilitas si occiderimus fratrem nostrum, & celarimus sanguinem ejus?*

Est hic (1.) *Ellipsis* verbi: *Quæ utilitas*, scil. *erit* (2.) *Metonymia*: *Sanguis* enim pro *cæde* ponitur, q. d. *nihil proficerit celasse cædem*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 87. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 50. *Glass.* l. 5. Phil. Sac. tract. 1. cap. 12 p. 351.

Vers. 27. *Venite & vendamus eum Ismaelitis, & manus nostra ne sit in eum, quia frater noster caro nostra ipse* &c.

Nota hoc loco (1.) *Enallagen*: nam imperativus, *venite*, est pro adverbio hortantis, *agite*. (2.) *Hebraismum*: *caro nostra* h. e. *consanguineus noster*. (3.) *Ellipsin verbi* substantivi: *ipse* subaudi, *est*. Ariæm. in Bibl. p. 33. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 87.

Vers. 28. *Et transierunt viri Midianitæ mercatores, & extraxerunt, & ascendere fecerunt Josephum è cisterna, & vendiderunt Joseph Ismaelitis in viginti argento, & adduxerunt Joseph in Ægyptum.*

Moses usurpat (1.) *Enallagen*, nomina *Midianitarum* permutans: hi enim Mercatores *Midianitæ* fuerunt *genere* & *Ismaelitæ* habitatione. 2.) *Ellipsin* nominis ex v. 27. repetendi: *Et extraxerunt*, scil. *fratres Josephi* (3.) *Hebraismum*; antecedens enim, *Joseph*, pro relativo, *Eum*, ponitur: *vendiderunt Josephum*, h. e. *eum* (4.) *Metonymiam materia pro materiato*: nam כֶּסֶף, *argentum*, cum nomine numerali, significat *denarium* seu *siclum argenteum*: *In viginti argent*is i. e. siclis argenteis. Iun. in Not. ad h. l. p. 50. *Glass* l. 5. Phil. Sac. tract. 1. cap. 1. p. 20.

Vers. 33. *Et agnovit eam, & dixit: Tunica filii mei, bestia mala devoravit eum, discerpendo discerptus est Joseph.*

I. Adhibetur hic (1.) *Ellipsis* verbi substantivi. *Tunica filii mei*, scil. *est* (2.) *Hebraismus*: *Discerpendo discerptus est*, h. e. *omnino* vel *certo* discerptus est. *Ariam.* in Bibl. p. 34. & *Glass.* l. 3. Phil. Sacr. tract. 3. can 37. m. 1. p. 350.

II. *Iconolatræ* in synodo Nicæna II. concluserunt, *imagines esse adorandas*, quòd *Jacob*, *suscipiens a filiis suis vestem talarem Joseph, osculatus sit eam, & cum lacrymis imposuerit oculis suis.*

R. Carolus II. in Synodo Francofordiensi, l. 1. c. 12. contr. Synod. Nicæn. II. ait: Non valet, quia [illegible] in *Hebr*[illegible] neq; in *latinis* codicibus habetur, [illegible] *tunica Josephi a patre osculata*, vel *oculis imposita*. [illegible] [illegible]od q[illegible] et [illegible] *actum esse* n[illegible] etur [illegible] odo ho[illegible] nu[illegible] *ima inum adoratio* inniteretur, cum alii [illegible] *adorare*, alii *osculari*.

Histor. Magdæburg. Cent. 8. c. 9. p. 641. lin. 49. [illegible]

Vers. 35. *Et surrexerunt omnes filii ejus, & omnes filiæ ejus ad consolandum eum, & renuit consolari, & dixit: quia descendam ad filium meum lugens in infernum. Et flevit eum pater ejus.*

I. Nota hoc loco (1.) *Synecdochen speciei* pro genere: *filiæ* enim sunt *neptes* & *nurus*, una cum *Dinah*.; & *pater Josephi*, qui ipsum flevisse dicitur, est eius *avus*, puta *Isaac*: nam a vendito Iosepho is adhuc quasi 12. annos vixit, idq; chronologiæ ratio aperte ostendit. (2.) *Aposiopesin*: Et *dixit*, subaudi, *non faciam*, *seu non admittam consolationem vestram*, *quia lugens* &c (3.) *Enallagen*: Præpositio enim motûs ad locum אֶל, AD vel IN, pro עַל PROPTER ponitur velut observat R. *Salomo* in h. l. אֶל־בְּנִי *propter filium meum*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. [illegible] *Iun.* in Not. ad eund. l. pag. 50. *Glass* l. Phil. Sac. tract. 6. an. 5. m. 3. p. 529. & lib. 4. tract. 2. observ. 28. p. [illegible]

II. *Bellarminus* lib. 4 de Christ. c. [illegible] probare nititur *infernum esse locum subterraneum* & quidem *in centro terræ situm*: quod Spiritus Dei describat *infernum* per *descensum*.

III. Idem *Jesuita* l. 4. de Anim. Christ. c. 11. contendit, *animas priorum non fuisse in cœlo ante descensionem* Christi, quoniam *Jacob descensurum se dicat ad Josephum in infernum*.

R. (1.) Phrasis hæc, *descendere in infernum*, hic non significat, *venire in locum damnatorum*, quis enim adducetur, ut credat, Patriarcham Iacobum, virum religiosissimum ut flammis infernalibus ipsū adjudicaret: aut ita fractum fuisse dolore, ut æternas Gehennæ pœnas ipse sibi imprecaretur. (2.) Neq: Phrasis illa notat *venire in limbum aliquem*, *in quo animæ Jacobi conjungeretur*. Quæ enim alioqui *consolatio Jacobi*? annon longe melior ejus fuisset conditio *hac in vita*, quam *post mortem*? In vita sua cum DEO sæpe opugnaverat, victorq; extiterat: jam se consolari debebat, quod descensurus esset ad lymbum, ubi sit [illegible]us [illegible]m, si non in pœna *sensus* ut o[illegible]nt[illegible] r Scho[illegible] tamen in pœna *damni*, hoc e[illegible] *ares* [illegible] [illegible] verum, dicta phrasis si[illegible] t *transire* [illegible] *hac vita* i. e. *mori & sepeliri* quo in sig[illegible] atu accipit ipse Iacobus, *Gen* 41. v. 38. *Descendere* [illegible] *canitiem meam in infernum* h. e. ut Chrysostomus exponit, *facietis ut consolatione privatus, cum dolore vitam finiam*. Neq; enim *canities Jacobi descendit* vel in *limbum*, vel in *locum damnatorum*.

Excipit I. *Bellarminus* l. c. hac ratione Iacobum optare *a bestiis dilaniari*.

R. Hoc non sequitur. optabat enim Iacob *mortem*, *cum filio communem* seu *eandem* non quidem *specie eandem*: alias seipsum quoq; a bestiis dilacerandum esse putasset quod utiq; [illegible] sed *genere eandem* ut [illegible]nsus sit Quoniam *filius meus mortuus est*, *ego etiam mori cupio*, licet non *eadem mortis specie*. Mortem vero, quia ordinarie sequitur *sepultura*, hinc simul ad sepulcrum respicit & sepeliri optat.

2. *Pererius* in c. 37. Gen. disp. 8. 883 *Josephum*, juxta Iacobi opinionem, *non esse sepultum*, quia *crediderit*, *eum a bestia devoratam*, proinde *non optasse sepeliri*.

R. (1.) Quasi vero hæc sint *contraria*, & nullus unquam a *feris discerptus* fuerit sepultus, cum tamen experientia contrarium doceat. Qui [illegible] sepulcro non careat, qui *devorantur a feris*, ferarum enim *ventres* sunt *eorum* sepulcra (2.) Textus Hebræus reddi potest: *Descendam lu-*

gens

cens in ſepulcrum propter filium meum; ut non tam *con..orcium ſepulchri* quam *cauſa mortis* ſignificetur. Præpoſ..o c..m אל non tantum reddi poteſt per *ad*, ſed etiam per *propter*, ut apparet ex 1. v. 2.. *Ubi* eadem præpoſitio legitur, & non poteſt commodè reddi *Ad* ſed *PRO* vel *Propter*: non enim Hanna *ad* ..*ſiam*, ſed *propter filium*, oraverat ad Dominum (.. Si vel maximè uſitata ſignificatio particulæ אל retineatur & per *ad* reddatur, nil tamen juvaret Ieſuitam. neq; enim *locus aliquis mortuorum*, ſed *ſtatus mortis* ibi propriè ſignificatur, qui reſpectu corporis, eſt *ſepulchralis*. Inde *Pagninus* & *Ariamontanus* vocem שאול reddunt, *ſepulcrum*; quorum verſio, ut Hebræo proximè approbatur ab univerſitate *Pariſienſi* & *Lovanienſi*. Hu.. t. in .concord. art. 9. p. 975. ſeq. G.. .. ver v. 2 3. prælect. in A. C. art. 3. p. 34. *Meiſner*. p. 2. Phil. Sobr. ſect. 1. c. 3. q. 2. n. 2. p. 391. ſeq. *Gerhard*. tom. 8. L. L. CC. loc. 29. de Morte §. 173. p. 298. ſeq. & part. 1. l. 2. ſpecial. confeſſ. cathol. art. 2. c. 3. theſ. .. pag. 428. ſuper Giſenſ. de papis. .. diſp. 2. theſ. 4.. & 43. Ameſ. tom. 1. Bellarm. Enerv. l. 2. cap. 2. theſ. 20. *Broch*. tom. 2. Syſtem. Theol. art de intern. c. 2. q. 2. p. 7038. ſeq.

CAP. XXXIIX. Verſ. 1. *Et fuit in tempore iſto, & deſcendit Iehuduha à fratribus ſuis, & declinavit ad virum Hadulamaum &c.*

Hæc Iudæ hiſtoria per *hyſteroſin* h. l. commemoratur, cum bona ejus pars contigerit *ante venditionem Ioſephi*, velut ratio chronologica id apertè oſtendit. *Iun*. in Not. ad h. l. p. 5.. *Glaſſ*. l. 4. Phil. ſacr. tract. 2. obſerv. 29. p. 755.

Verſ. 5. *Et addidit ad huc, & peperit filium, & vocavit nomen ejus Selah: & erat in Cheſib in pariendo illam eum.*

Obſerva hic (1.) *Enallagen*; nam verbum ותסף *& addit*, conjun.. .. copulativam cum verbo ותלד *& peperit* conjunctum, adv..biaſcit. *Addidit & peperit*, h. e. *rurſus peperit*. (2.) *Hebraiſmum* propoſitio enim ב IN, infinitivo addita, & gerundium in Do conſtituens, ſignificat *Cum*: בלדתה *in pariendo eam* i. c. *cum ea pareret* Ariæm. in Bibl. p. 34. *Iun*. in Not. ad h.l. p. 50.

Verſ. 8. *Dixit*.. *Iudas ad Onam filium ſuum: Ingredere ad ux..rem ..atris tui, & ſociare illi, ut ſuſcites ſemen fra..i ſuo.*

Bellarminus l. de Matrim c. 27. diſputat leges, quæ *Levit*. 18. & 20. extant de *gradibus conjugii prohibitis*, ad huc, *omnes non obli..are*, cum *ante earum promulgationē*, Iudas *Patriar.. ha filio ſuo ſecundogenito uxorem primogeniti defuncti dederit* cōtra legem *Levit*. 18. v. 16. & cap. 20. v. 21.

℞. Factum Iudæ correſpondet legi *Deut*. 25. v. 5. quæ jubet, ut *ſi frater abſq; herede deceſſerit frater ſuperſtes defuncti viduam* ducat, eiq; ſemen excitet. Et hæc lex eſt planè *ſpecialis*, ſolos concernens *Iudæos*, cuius rationem reddit Moſes, v. 6. ne videlicet tribuum poſſeſſionis & ipſæ tribus cōfunderentur, quo c.. ſtaret, ex qua tribu Meſſias eſſet oriundus. *Giſſen*. de Papis. diſp. 38. theſ. 39. ſeq. *Eckhard*. par. 2. Fend. c. 32. q. 10. ad 2. p. 697. ſeq.

Verſ. 11. *Quam ob rem dixit Iudas Thamar nurui ſuæ: Eſto vidua in domo patris tui, donec cr.. .at Sela filius meus* &c.

Co.. .. veriam, hic agitatam, vide in Vind. *Gen*. 38. .8. ...um.

Verſ. 14. *Et removit Thamar veſtes viduitatis ſuæ a.. .. operuit ſe .. tegmine & obtexit ſe & conſedit .. porta duorum oculorum, quæ ſuper viam .. Timnath.* &c.

Ecce (1.) *Synecdochen* tum *generis pro ſpecie*, quia *tegmen* ponitur pro *tegmine matronali*; tum *totius pro parte*, obtexit *ſe* id eſt, *faciem tuam*, ut v. 15. explicata. (2.) Periphraſin *bivii*, per *portam duorum oculorum* indicatam, *bivio* enim oculis quodammodo aperitur *porta*, ut illorum intuitus huc illuc ferri poſſit. (3.) *Metonymiam adjuncti* occupati pro *ſubjecto* occupante: nam עינים *duo oculi* ſunt pro *bivio*, in quo oculis huc illuc proſpicienti occaſio datur. *Iun*. in Not. ad h. l. p. 51. *Glaſſ*. l. 5. Phil. ſac. tract 1. cap. 4. .. 5. p. 65. & tract. 2. cap. 7. p. 575.

Verſ. 18. *Ad unum igitur coitum concepit mulier, & ſurgens abiit.*

Tannerus in Colloq. Ratisb. ſeſſ. 11. p. 351. contendit *articulum fidei eſſe hiſtoriam de inceſtu Iudæ*, quod eadem q; *omnibus fidelibus neceſſario ſit credenda*.

℞. *Hiſtoria de inceſtu Thamar & Iuda* non eſt *articulus fidei*, cum non ſit ſcitu neceſſaria omnibus omnino Chriſtianis, ſunt enim innumeri Chriſtiani, qui eam hiſtoriam ignorant; quin & ſecundum *talia* non oportet articulos fidei diſtingvere *Thom. Aquin*. 22. q. 1. art. 6. ad 1. licet *de fide* tanquam ipſiusmet Spiritus Sancti narratio, credenda fit his, qui eam hiſtoriam ex Bibliis legunt vel audiunt. *Hunn*. ibid. & tom. 2. oper. Lat. p. 447. ſeqq.

Verſ. 20. *Miſit autem Iudas hædum per paſtorem odellamidem ut reciperet pignus, quod dederat mulieri.*

Gregorius de Valentia tom. 3. diſp. 5. q. 6. punct. 5. col. 1174. aſſerit, *publicas meretrices juſtè poſſe pro turpi actu accipere & retinere aliquid, tanquam mercedem actus turpis*; eo quòd *Iudas miſerit ad Thamar hædum, quem promiſerat, tanquam turpis concubitus mercedem; nec propterea vel ibi a Scriptura, vel alias ab ullo Sanctorum Patrū reprehendatur*.

℞. Nulla ineſt huic argumento cōſeqventia, quoniam non *factis*, ſed *legibus* iudicandū. *Narratur* tantum, quid Iudas egerit, non verò ipſius factum *probatur*. Nec refert, quod ibi ſcriptura *non reprehendit iſtius mercedis dationem*, quia in hiſtoriis non ſemper addita legitur *ἐπίκρισις*: nec ipſe *inceſtus Iudæ* ibi taxatur quem tamen illicitum fuiſſe, ex iſto ſilentio nemo colligere poteſt vel debet. *Meiſn*. par. 3. Phil. Sobr. ſect. 1. c. 6. q. 3. ad 1. p. 296.

Verſ. 21. *Et interrogavit viros loci ejus, dicendo: Ubi proſtituta illa in duobus oculis ſuper viam? Et dixe..unt: non fuit in hac proſtituta.*

Nota hoc loco (1.) *Ellipſin* tum verbi ſubſtantivi, *Ubi proſtituta illa*, ſcil. *eſt* tum nominis מקום, *loci*: Non *fuit in hoc*, ſubaudi *loco* (2. *Metonymiam adjuncti* pro *ſubjecto*: nam עינים, *duo oculi*, pro *bivio* ſunt, licet *Vatablus* ut *nomen proprium* loci, *Arias* verò *duos fontes* exponat. *Ariæm*. in Bibl. p. 34. *Glaſſ*. l. 5. Phil. Sac. tract. 1. cap. 4 m. 5. p. 65.

Ve.. ſ. 23. *Et dixit Iehudah: accipiat ſibi, ne forte ſimus in contemptum, Ecce miſi hædum hunc, .. tu non inveniſti eam.*

I. Moſes adhibet (1.) *Hebraiſmum*: nam verbum iucboativum תקח, *accipiat* completivè intelligendum, pro, *acceptum retineat*. (2.) *Ellipſin nominis*, ex v. 18. repetendi: *accipiat ſibi* ſubintellige *pignus illud*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 89. *Glaſſ*. l. 3. Phil. Sac. tract. 3. can. 3. m. 2. p. 236.

II. Inſtat *Valentinus*, pro theſi ſua defendendā, quod *ipſe Iudas ibi indicet, ſe malè facturum fuiſſe, niſi voluiſſet reddere, ut promiſerat, illam turpitudinis mercedem*.

℞. Pro *licito* quidem fac..us ſuum habuit Iudas, nec tamen oport. ipſum a peccato mortali excuſare, qui in *venditionem fratris* conſenſit.

l.c.& *Thom.de Aq.* in 4.fent.dift. 3.q.un.art.2.ad 1.

Verf.24. *Dixitq; Judas: producite eam* (Thamar) *ut comburatur.*

I. *Bellarminus* l.1. De Rom. Pontif. c. ?. pro *monarchia præstantia* urget exemplum *Judæ qui Monarcha fuerit, & Regia præditus potestate, nurum suam, quæ stupri fuerat accusata, igni adjudicaverit; nec ipse ullum [illegible] natum consuluerit aut rogaverit.*

R. 1.) Verba illa protulit Judas, non tanquam *Iudex*, sed tanquam *alter a pa[rte]* monens judicem, meritam esse suam nurum, secundum leges Patriarcharum capitale supplicium, id quod contextuum collatio satis evincit. neq; enim Iacob & ipsius filii utpote *peregrini*, aliquid *potestatis* ac *dominationis* eo tempore in illa *regione* habuisse videntur. (2.) Posito autem, *Iudam igni nurum suam adjudicasse*, ut *Iudicem*: constat tamen, non alio jure ipsum fuisse usum, quam *patrisfamilias*: quis enim ignorat, patrisfamilias: quis enim ignorat, patrifamilias in suos jus fuisse vitæ necisq; ? Franz. par. 2. in A.C. disp. 6. thef. 31. Cham. tom. 2. Panstr. l. 9. C. 8. n. 46. & 50.

II. *Irrogationem capitalium suppliciorum longe ante Mosen fuisse usitatam*, ex lege scil. *naturæ*, quæ omnibus gentibus nota est; inde constat, quod *Judas nurum suam Thamarem adulterii ream pœna ignis adjudicat.*

Smalcius contr Franz. fol. 391. regerit, tam ea, quæ *ante legem*, quam quæ *sub lege* licebant, abrogata esse per *Christum*, quod ad judicia attinet.

R. N. nam (1.) hac ratione etiam *homicidiorum* pœna erit per Christum abrogata quæ in V.T. viguit *Gen.* 9. v. 6. At quod per Christum abrogata nequaquam fuerit, ex *Matt.* 26. verf. 25. patet. (2.) Nec *adulterii pœnam capitalem antiquam a Christo abrogatam fuisse* exemplo *adulteræ* ad ipsum adductæ; liquet, *Iohan.* 8. v. 3. seq. *Gen.* tom 6. LL. CC. loc. 27. de magist. polit. §. 301. p. 1020. *Franz.* in Vindic. disp. in A.C disp. de reb. Civil. sect. 2.

Verf. 26. [illegible] *Judah, & dixit: justa est præ me, quia eo quod non dedi eam [fi]lio meo Selah. Et non addidit adhuc ad cognoscendum eam.*

1. Nota hic (1.) præfixum מ PRÆ. notare *comparationem* in verbo צָדְקָה מִמֶּנִּי *justa est præ me*, h. e. *justior est me*, (2) *Metathesin*: dictiones namq; Hebræis inversæ כִּי־עַל־כֵּן *Quin eo quod*, pro, *propterea quod* (3. *Hebraismum*; verbum enim יָסַף, *addidit*, infinitivo, לְדַעְתָּהּ, *ad cognoscendum eam*, adjunctum, adverbialem *Addidit cognoscere* i. e. *deinceps cognovit*. Vatabl. in Annot ad h. l. p. 89. Jun. in Not ad eund. l. p. 51.

II. Videtur hoc esse falsum: *injustior* enim *fuit Thamar*, quæ *fecit incestum, & affectavit ulter*[ius]; majus autem crimen est, *si incestum sciens commiseris*, quam si *fraude conjugium aliquod diluleris*, aut *ignorans tale peccatum perpetraveris*, ubi quidem fecit Judas.

R. Hic sermo à Juda non *simpliciter* dicitur, sed potius *secundum quid*, & *in comparatione simpliciter* enim crimen *Thamaræ* considerando, gravius il[la] peccavit, quam *Iudas*; sed respicit Iudas his ve[rbis] ad *causam maleficii*, hoc statuens, qui prior [ca]usam dederit maleficio eum hoc respectu injustiorem esse. Sic utrumq; verum est, & *injustiorem* [es]se *Thamaram*, *si genus acti* respexeris, & *injustiorem Judam*, si *causam principium facti* alioquin incestum esse novit concu[bit]um & ex *facto* demonstravit postea, cum [illegible] fuerit [illegible] ius eam cognoscere, v. [illegible] *L[uth]er.* in c. 38. Gen. par. 6. p. 69. Jun. tom. 1. op[illegible] col p. 228.

Verf. 29. *Et fuit ut convertens manum suam, & ecce egressus & frater ejus & di[xit] [illegible] super te divisio. Et vocavit nomen [illegible]*

Ecce (1.) *Ellipsin* tum *nominis* ex v. [illegible] di: *Et dixit*, [su]bintel. *obstetrix* tum *verbi* [illegible] *sit* (2.) *Enallagen*: ve[rb]um enim activum *vocavit*, pro passivo *vocabatur*, ponitur, & in [ver]nacula nostra lingua per impersonale verbum [expli]catur. Man hieß ihn *Ari[æ]m.* in Bibl. p. 35. [illegible] in Annot. a[d] [h]. l. p. 49. *Jun.* [illegible] p. 51.

CAP. XXXIX. Verf. 1. *[Ig]itur J[osep]h ductus est in Ægyptum, emitq; eum Potiphar Eunuchus Pharaonis, &c*

Moses sibi contradicere videtur h[i]c enim *Potipharem* vocat *eunuchum* h. e. *Spadonem*; at [illegible] attribuit *ipsi uxorem.*

R. V[o]x *Eunuc[hus]* [illegible] non [illegible] pro *Spadone*, uti quidem ac[cipitur] [illegible] 56. v[illegible] & *Matth.* 19. 12. sed pr[o] [illegible] *cubiculi* unde [illegible] acce[ptum] [illegible] dicitur [illegible] *utile*, [illegible] custodio, *Lyser.* in c. 3[illegible] Gen. par. 6. p. 89.

V[er]f. 4. *Et [inv]enit Iosephus [gr]atiam in ocu[lis] ejus, [&] ministrabat ei [&] p[r]æposuit eum super domum suam, [&] omnia erant ei [&] dedit in manu ejus.*

Moses utitur (1. *Hebraismo*: *invenit Io[se]ph gratiam in oculis heri sui*, v. e. Ioseph [fuit] [gr]atissimus h[e]ro suo. (2.) *Metonymia*, *subje[cti]* pro *adjunct[o]*. *domus* enim pro *familia* est (3.) *Et ipsi* pron[o]mi[ni] s rela-tivi אֲשֶׁר, *quod*; nam וְכָל־יֶשׁ־לוֹ *omne erat* ibi pon-tur pro כָּל־אֲשֶׁר־יֶשׁ־לוֹ *omne quod erat sibi*, u[t] [illegible] ha-betur. (4. Metaphora. nam *manus* pro *mini[sterio]* est. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 90. [illegible] P[illegible] Sac. tract. 2. can. 22. v. 1. p. 210.

Verf. 5. *Et fuit ex tunc præposuit eum in domum suam, & super omnia, quæ erant [ei] benedixit Dominus domui Ægyptii propter Ioseph, & fuit benedictio domini in omnibus, quæ erant ei in domo, & in agro.*

Vide-sis (1. Enallag[en] nam אָז *tunc* adverbium ponitur pro nomine [illegible] *tempus* Ex *tunc*, i. e. *ex eo tempore* (2) [El]lipsin p[ro] [illegible] אֲשֶׁר *quod*: Ex *tunc*, *quo*. (3) *Metonymiam* [illegible] *adj[unct]o* præpo[sit]i in *domum*. h. [f]*amiliam* (4.) *Hebraismū*: *Et fuit benedictio [D]omi[ni in omn]ibus*, &c. i. e. auxit sive *multiplicavit Dominus omnia*, *quæ habebat domi & [fo]ris* Ariæm. in Bibl. p. 35. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 9[illegible].

Ver[f]. 6. *Et reliquit omnia, quæ sibi, in manu Ioseph, & non c[og]novit secum quic[qu]am nisi panem, quem ip[se] [co]medebat, Et Ioseph erat pulcher [fo]rma &c.*

Adv[er]te hoc loco (1. *Elli[psin]* verbi substant[ivi] *Quæ sibi*, scil. *erant* (2. [*M*]*etaphor*[*am*] in *manu*, h. e. *cura ac fidei* Ioseph [illegible] omn[ia] (3. *Metonymiam causa* pro *effectu*; c[ognoscere] enim idem est ac *curare* ve[l] [s]*citum esse*; *non [cog]noscebat secum quicquam*, i. e. nihil *solicit*[*us er*]*at de rebus [s]uis.* 4. S[ynecdoc]hen [s]peciei pro genere *panis* [illegible] pro *alimento* [illegible] [c]*omedere* pro *al*[illegible] *patum* (5.) Enallagen nam p[arti]cipium, *comedens*, pr[o] ipso verbo, *come[deb]at*, po-nitur 6. *Hebraismum*: *Pul[ch]er [fo]rm.* & *pu[lcher] [a]spectu*, h. [e]. *formosissimus.*

V[er]f. (9.) *Non ipse magnus [in] d[om]o [hac] p[ræ] me [&] non prohibuit a me quicquam [ni]si te, quoniam uxor ejus.*

Nota hic (1. præ[fixum] מ facere c[om]parationem. *magnus ipse, præ me.* h. e. *major [quam] me.* (2. [illegible] ve[illegible] [illegible] *magnus* sc. l. *est* [illegible] [illegible] באשר [illegible] *quo*, pon[itur] pro *quatenus* [illegible] quo[illegible] [illegible] i. e. *quatenus tu uxor ejus* [illegible]. Aria[m] in [Bibl.] p. [3]5. *Glgl.* l. 3. Plul. Sac. tract. 5. can. 33. p. 51

V[er]f. 11.

Vers. 10. *Et erat, ut loqueretur ad Joseph de die, & non audivit ad eam, ad concumbendum apud eam, ad essendum cum ea.*

In hoc versu observa 1. præfixi כ, infinitivo additū, notare *cum*: כְּדַבְּרָהּ *ut loqui*, h. e. *cum loqueretur.* (2. nomen יוֹם, *die*, emphaticè repeti, ad continuationem designandum, ut ita. *die die*, sit, *quotidie.* *Audire ad vocem alicujus*, Hebraismus est, *alicui parere*. 4. Defectus, L Γ: *Adessendum*, pro, *Et ad essendum*. Ariæm. in Bibl. p. 35. *Jun.* in Not. ad h. l. pag. 52.

Vers. 11. *Et fuit secundum diem hanc, & egressus est domum, ad faciendum opus suum, & non vir ex viris domus illic, &c.*

Nota hic 1. præfixum כ significare, *secundum*, ut similitudinem seu conformitatem respicit: *secundum diem hanc*, i. e. die quadam consimili huic, qua sc. l. cœperat sollicitare Josephum. (2. Nomen אִישׁ, *vir*, substantivum הַיִת *domus* regens, *incolam* denotare: *viri domus*, h. e. *domestici*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 95.

Vers. 14. *Et clamavit ad viros domus suæ, & dixit ad eos dicendo: videte, adduxit nobis virum Hebræum, ad illudendum, &c.*

Recurrit hic (1. *Hebraismus*: Viros domus suæ, i. e. *domesticos suos*. 2.) *Ellipsis* nominis: Adduxit nobis, subintellige, *vir meus*. Vatabl. ibid. *Glass.* l. 3. Phil. Sacr. tract. 1. can. 34. m. 2. p. 125.

Vers. 19. *Et fuit, ut audire Domini ejus verba uxoris suæ, quæ locuta est ad eum dicendo: secundum verba hæc fecit mihi servus tuus; & excanduit nasus ejus.*

In textu hoc adverte (1. præfixum כ, infinitivo additum, notare *cum*. כִּשְׁמֹעַ, *ut audire*, pro, *cum audiret*. (2. nomen אֲדֹנָיו *domini*, in plurali poni pro singulari, אָדוֹן, *dominus*. (3.) Redundare דְּבָרִים, *verba*: secundùm *verba hæc*, i. e. secundùm *hæc*, seu *omnino hæc*. (4.) Signum hoc, *Excanduit nasus ejus*. Hebræis poni pro signato, *vehementer iratus est*. Ariæm. in Bibl. p. 35. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 91. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 52.

Vers. 20. *Et accepit Dominus Josephi eum, & dedit eum ad domum carceris, locum, quo vincti Regis ligati, & fuit ibi in domo carceris.*

Moses hoc loco usurpat 1.) *Pleonasmum*: nam בֵּית, *domus*, redundat *Ad domum carceris*, i. e. ad *carcerem*. (2. Periphrasin *turris*: vocat enim *locum rotundi carceris*; vox siquidem Hebræa, סֹהַר, significat *carcerem rotundum* in modum *Lunæ*. (3. *Enallagen*; nam participium, אֲסוּרִים, *ligati*, pro ipso verbo, *ligabantur* seu *vinciebantur*, ponit. *Ariæm.* *Vatabl.* *Jun.* ibid.

Vers. 21. *Et fuit Dominus cum Joseph, & inclinavit ad eum misericordiam, & dedit gratiam ejus in oculis Principis domus carceris.*

Vide sis (1.) Hypallagen: *Dedit gratiam ejus*, pro *dedit ei gratiam*, i. e. *conciliavit*. (2.) *Hebraismum*: Dedit ei gratiam *in oculis*, *&c.* hoc est, *reddidit eum gratiosum & charum apud præfectum carceris*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 91. *Jun.* in Not. ad [illegible] p. 52.

Vers. 23. *Non princeps domus carceris inspiciens omne quicquam in manu ejus, in eo, quod Dominus cum eo, & quod ipse faciens, Dominus prosperare faciens.*

[illegible] (1.) *Hebraismum*, particula enim negativa, לֹא, NON, universali כֹּל, *omne* addita, idem est ac NIHIL *Non omne quicquam*, hoc est, *nihil quicquam*, *in rem plane nullam* inspiciens. (2.) *Enallagen*: nam participia, *inspiciens*, *faciens*, *secundans* ponuntur pro verbis, *inspiciebat*, *faciebat*, *secundabat*. (3. *Metonymiam causæ* pro *effectu*: *manus* siquidem pro *ministerio* est. (4.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Quod dominus* scil. *erat*. Ariæm. in Bibl. pag. 35. *Glass.* l. 3. Phil. Sacr. tract. 5. can. 19. pag. 478.

CAP. XL. Vers. 1. *Et fuit post verba hæc, peccaverunt pincerna Regis Ægypti, & pistor contra dominos suos, contra Regem Ægypti.*

In versu hoc invenitur (1.) *Pleonasmus*; redundat enim דְּבָרִים, *verba*, Post *verba*, hæc, h. e. post *hæc*, seu post *istas res gestas*. (2.) *Enallage numeri*, pluralis, pro singulari לַאֲדֹנֵיהֶם contra *dominos suos*, pro לַאֲדֹנָם, contra *dominum suum*, nimir. *Regem Ægypti*. Ariæm. in Bibl. p. 35. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. pagin. 92. *Glass.* l. 3. Phil. Sacr. tract. 1. can. 25. pag. 90.

Vers. 8. *Et dixerunt ad eum, somnium somniavimus, & solvens non est illud. Et dixit ad eos Joseph: Nonnè Dei solutiones? Narrate quæso mihi.*

Est hic (1.) *Hebraismus*: verbum enim activum eleganter regit suum conjugatum חֲלוֹם חָלַמְנוּ *somnium somniavimus*. (2.) *Hypallage*: ordo enim præposterus est, *solvens non est illud*, pro, *Non est qui solvat seu interpretetur illud*. (3.) *Ellipsis* tum verbi substantivi, *Nonnè Dei*, scil. *sunt*; tum pronominis relativi. *Narrate quæso mihi*, subaudi, *illud*. *Ariæm.* in Bibl. p. 36. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 92. *Jun.* in Not ad eund. loc. p. 52.

Vers. 12. *Tres propagines, tres adhuc dies sunt, &c.*

Zvvinglius propositionem hanc ad interpretationem verborum cœnæ, *hoc est*, *corpus meum*, transtulit, quasi in his vocula EST valeret idem, quòd *significat*.

R. (1.) In illa propositione, vocula *Est* non importat *significationem metonymicam*, quia *tres propagines* non *significant tres dies*, sed *verè sunt tres dies*, verùm per *Metaphoram*, cum de *subjecto*, per *metaphoram* sumtó, enuncietur prædicatum. (2.) Si maximè autem id hoc loco se haberet, ut *Zvvinglius* vult; inde tamen non sequeretur, *in S. cœna verbis eandem particulam per significat esse intelligendam*; nam verbis Christi non narratur *somnium*, sed *novissimum Testamentum*, quod Christus vigilans discipulis suis vigilantibus condidit. *Rung.* in c. 40. Gen. pag. 1157. seq. *Eckard.* in fasc. controv. calv. c. 10. q. 13. p. 526.

Vers. 13. *In adhuc tribus diebus collet Pharao caput tuum, & redire faciet te super basin tuam, & dabit calicem, &c.*

Moses utitur (1. *Hebraismo*: nam *tollere caput*, est, *per clavos servitiis recensere*, v. 20. sive retineantur ut v. 13. sive eximantur, ut v. 19. (2.) *Metaphorâ* in voce *basis*, accepta pro loco aut *sede*, & sumtâ translatione à *vasis domesticis* ad *domestica hominum officia*, ut Gen. 41. v. 13. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 52. *Glass.* l. 2. Phil. Sacr. pag. 519.

Vers. 15. *Quia furtim auferendo furtim ablatus sum e terra Hebræorum, & etiam hic non feci quicquam, quod ponerent me in cisterna.*

Nota hoc loco (1.) *Hebraismum*: *Furtim auferendo furtim ablatus sum*, h. e. *omninò per plagium surreptus sum*. (2) *Enallagen*: verbum enim adjectivi, שִׂמוּ,

ponerent, est pro passivo, *poneretur*. Metaphoram; *cisterna* namque pro *turri rotunda* ponitur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 93. *Iun.* [illegible] p.

Vers. 19. *Et adhuc tribus diebus tollet Pharao caput tuum, a de te & suspendet te super lignum, & comedet volatile carnem a de te.*

Redit huc 1. Hebraismus *Tollet caput tuum*, id est, *recensebit te*, & quidem à *de te*, h. e. *ne de te* scil. *recensio fit deinceps*, q. d. *jubebit nomen tuum e catalogo servorum suorum deleri*. (2. *Metonymia materiæ pro materiato*: *lignum* enim pro *cruce* seu *patibulo* est. (3.) *Enallage, numeri* singularis pro plurali: nam *volatile* pro *volatilibus* seu *avibus* ponitur. *Ariam.* in Bibl. p. 36. *Glass.* l. 4. Phil Sacr. [illegible] 1. observ. 4. p. 656. & lib. 5. tract. 1. c. 1. p. 21.

Vers. 22. *Pharao Ægypti Rex, principem pistorum suspendit in patibulum.*

Observa hic *Metonymiam subjecti* pro *adjuncto*: *actio* enim *suspendii* tribuitur *Pharaoni*, tanquam mandanti: *suspendit*, i. e. *per administros suspendi curavit*. Jun. in Not. ad Gen. 46 v. 29. p. 60.

II. *Legi naturæ consentaneum esse, delicta capitali supplicio à Magistratu politico punire*, inde apparet, quod *in Ægypto capitalium suppliciorum mos ante scriptam legem Mosaicam fuerit usitatus*: *Pharao* enim *principem pistorum*, quia grave aliquod delictum dubio procul commisit, *suspendit in patibulum*.

Smalcius contr. disp. 6. poster. D. Franz. fol. 390. excipit 1. *Evangelium* tam temporibus, quæ *ante legem*, quam *iis, quæ sub lege fuerunt*, opponi, & nihil *nunc* licere, quod Christi Evangelio adversetur, etiamsi *ab initio mundi* licuerit, idque Deo autore.

R. Christus diserte negat, se venisse fine eo, ut legem moralem tolleret, *Matth.* 5. v. 17. ergo etiam non sustulit *legem naturæ*, quippe quæ cum *lege morali* est eadem. Diserte etiam negat, se venisse ut *Cæsari* h. e. *Magistratui* eriperet, quod ipsi *jure divino ac naturali* debetur *Matth.* 22. vers. [illegible]. proinde non sustulit *jus gladii*, magistratui divinitus datum.

2. Ibid. fol. 393. *legem divinam moralem, & legem naturæ, ad legem Christi* reformandam, limitandam ac temperandam [illegible] quippe quæ sit *omnium perfectissima*, & *legum divinarum corona*.

R. In vindiciis loci, *Matth.* 5. v. 21. ostendimus, Christum non ipsi *divinæ legi*, sed *corruptelis divinæ legis*, suam interpretationem opposuisse. 2. Longè aliud est *temperatio legis*, quæ opponitur ejusdem rigori ex lege regia charitatis; aliud vero [illegible] *totalis abolitio legis*, quæ eam penitus abolet. Photiniani non tantum *rigorem legis de suppliciis capitalibus inferendis temperandum* docent, sed *penitus eam abolent*, ut *nullo unquam tempore*, ac *nulli* [illegible] liceat capitalia supplicia irrogare. *Gerhard.* tom. 6. L. CC. loc. 27. de Magistr. polit. §. 301. p. 1[illegible]0. seq.

CAP. XLI. Vers. 1. *Et fuit a fine duorum annorum dierum, & Pharao somniant, & ecce stans super flumen.*

Occurrit hoc loco (1.) *Pleonasmus*; nam *dies* abundat, cum *biennio* conjunctus. *A fine biennii dierum*, i. e. est, *e a fine biennio*. (2.) *Enallage* participii; enim, *somnians* & *stans*, pro verbis. *somniabat* & *stabat*, ponuntur. (3.) *Synecdoche generis* pro specie: *flumen* namque est pro *Nilo* Ægypti flumine. *Ariam.* in Bibl. pag. 26. *Iun.* in Not. ad h. l. pag. 53. *Glass.* l. 3. Phil. Sacr. tract. 1. can. 38. p. 152.

Vers. 8. *Et fuit in diluculo, & contritus est spiritus ejus. & misit & vocavit omnes magos Ægypti, & omnes sapientes ejus: & narravit eis Pharao somnium suum, & non solvens ea ipsi Pharaoni.*

Ecce 1. *Pleonasmum*: nam, ו ET, [illegible] ce, & contritus est, redundat. (2. *Synecdochen generis* pro specie: *Spiritus* namque pro *anima* est. (3. *Ellipsin* tum *nominis* adjectivi, *somnium suum*, subaudi, *utrumque*, quippe cui respondet pronomen plurale, [illegible] a, tum verbi substantivi, & non, scil. *fuit*. Vatabl. in Annot. ad h. l. pag. 94. *Iun.* in Not. ad eund. loc. pag. [illegible].

Vers. 13. *Et fuit, sicut interpretatus est nobis, sic fuit: me redire fecit super basim meam, & ipsum suspendit.*

In textu hoc reperitur 1. *Pleonasmus*. non verbum, ויהי, *Et fuit*, redundat. (2. *Ellipsis nominis* ex v. 10. repetendi; *Redire fecit & suspendit*, scil. *Pharao*, ut ex *Gen.* 40. v. 13. 19. 21. 22. patet. (3) *Metaphora*: *basis* enim Hebræis est *locus* vel *sedes* translatione sumta a *vasis domesticis* ad *domestica hominum officia*. Jun. in Not. ad h. l. p. 53. *Glass.* l. 5. Phil. Sacr. tract. 5. can. 57. pag. 404. & l. 4. tract. 2. observ. 1. pag. 696.

Vers. 14. *Et misit & vocavit Pharao Josephum, & currere fecerunt eum è cisterna, & totondit & mutavit vestes suas, & venit ad Pharaonem.*

Moses utitur (1. Ellipsi: *Misit Pharao & vocavit*, h. e. *per nuncium ablegatum vocari eum curavit*; & *totondit*, subint. *eum tonsor*: nam verbum est transitivum. (2.) *Hebraismo*: *Currere fecerunt eum*, i. e. *celeriter eductus est* [illegible] *Metaphora*: [illegible] enim pro *carcere rotundo* est. *Ariam.* in Bibl. p. 26. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 94. *Iun.* in Not. ibid. p. 53. *Glass.* l. 3. Phil. Sacr. tract. 4. can. 12. m. 3. p. 427.

Vers. 15. *Et dixit Pharao ad Josephum: Somnium somniavi, & solvens non est illud, & ego audivi super te dicere, audies somnium ad solvendum illud.*

Videmus 1. *Hypallagen*, inversus enim est dictionum ordo: *Solvens est illud*, pro, *nemo est*, *qui illud solvat* seu *interpretetur*. (2. *Hebraismum*: *Audies somnium ad solvendum illud*, h. e. *Quod si audieris somnium, interpretari possis illud*. *Vatabl.* in Ann. ad h. l. p. 94.

Vers. 16. *Et respondit Joseph ad Pharaonem, dicendo. Non penes me, Deus respondit pacem Pharaonis.*

In versu hoc nota 1. *Ellipsin*: Non *penes me* est, præstare, quod petit Rex. (2. præpositionem, בלעדי, significare non penes me, videtur enim imposita ex בלי *non*, & עד *usque*. (3. *Synecdochen speciei* pro *genere*: *Pax* namque pro *prosperitate* est Hebræis *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 94 *Iun.* in Not. ad eund. p. 5[illegible]. *Glass.* l. [illegible]. Phil. Sacr. tr. 6. can. 1[illegible]. m. 6. p. 568.

Vers. 17. *Et loquutus est Pharao ad Josephum: In somnio meo ecce ego stans super labium fluminis.*

Adverte hic 1. Participium, *stans*, poni pro verbo, *stabam*. (2. Præpositionem על *super* notare *juxta*. (3. *Labium* metaphorice est pro *ripa*. Ariam. in Bibl. p. 37

Vers.

Verf. 26. *Septem vaccæ bonæ, septem anni ipsæ: & septem spicæ bonæ, septem anni ipsæ: Somnium unum illud.*

Vide modò (1.) *Ellipsin* tum nominis, *bonæ*, sc. *formâ*; tum verbi, *somnium unum* subaudi, *est*, nim. *significatione*, licet bis & sub *diversis imaginibus* oblatum sit. (2.) *Enallagen* pronominis, nim IPSÆ, pro verbo substantivo, Sunt, eleganter usurpatur. *Ariam.* in Bibl. p. 17. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 53. seq.

II. *Zwinglius* in lib. de Ver. atque fals. relig. fol. 109. contendit, in propositione illa sacramentali, *hoc est corpus meum*, verbum est accipi pro *significat*; quemadmodum & h. l. verbum Sunt.

℞. (1.) In textu Hebræo copula Sunt, non exprimitur. quomodo igitur, idem ibi erit; quod *significat*? Si verò ex fontibus redditur: *septem vaccæ bonæ septem anni ista*. (2.) Etiamsi *copula foret expressa*, tamen in *ea* non quærendus tropus, retinet enim genuinam propriamque suam significationem; sed potiùs in *subjecto*, quod sensum *metaphoricum* induit, nempe in *vaccis*, quæ fuit pictura annorum. Planè itaque & *simpliciter* interpretatur hanc imaginem Joseph, quod *septem illæ vaccæ* (videlicet non *propriè ita dictæ*, sed *metaphoricè vaccæ*) in somnio Pharaonis visæ *reverà sint septem illi anni, in vaccis depicti*. (2.) Si maximè obtineri posset, verbum SUNT. h. l. idem valere, quod *significant*; id tamen propterea ad *cœnæ mysterium* applicari non potest, quasi oporteat ibi EST omnino pro *significat* accipi, & non aliter. Hoc inquam, non demonstratur. Wigand. de Sacramentar. fol. 95. ad 25. argum. *Meisner*. par. 1. Phil. sobr. tract. 1. c. 5. q. 5. class. 2. m. 2. pag. 218. Jac. Mart. in Partic. Theol. disp. 24. thes. 62. seq.

Verf. 30. *Et surgent septem anni famis post eos & oblivioni tradetur omnis saturitas in terra Ægypti, & consumet fames terram.*

Ecce (1.) *Metaphoram*: *Surgere* enim, *annis* tributum idem est ac *evenire*. (2.) *Metonymiam subjecti* pro *adjuncto*; nam continens, *terra*, est pro contento, *incolis terræ*: consumet *terram*, h. e. homines in terra. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 95. *Glass.* l. 5. Phil. Sacr. tract. 1. c. 4. m. 2. p. 41.

Verf. 31. *Et non cognoscetur saturitas in terra à facie ipsius famis postea, quia gravis ipsa valde.*

Offert sese hîc (1.) *Metonymia causæ* pro *effectu*: *Cognoscetur*, i. e. *animadvertetur*, quod est, ipso *facto experietur*. (2.) *Ellipsis* participii: *Famis postea*, scil. *eventuræ*. (3.) *Enallage*: nam positivus, כָּבֵד, *gravis*, cum adverbio מְאֹד *valde*, notat superlativum, *gravissima*. Jun. in Not. ad h. l. p. 54.

Verf. 34. *Faciat Pharao & constituat præfectos super terram, & quintet terram Ægypti in septem annis saturitatis.*

Joseph videtur injustè fecisse, quòd pro *decimatione* consulat Pharaoni *quintationem* proventuum terræ Ægyptiacæ, cum hoc, ipsum sit *in rem alienam injustè involare*.

Non consuluit Joseph, ut Pharao quintam proventuum partem a subditis *gratis sumat*, sed *justo pretio compararet*, quô olim venditurus esset: nam quod restabat Ægyptiis, id erat satis, unde & alimoniæ suæ, & aliis difficultatibus rerum consulerent. *Osiand.* part. Paraph. Bibl. p. 69. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 54

Verf. 35. *Et sit cibus in depositum ipsi terræ, ad septem annos famis, qui erunt in terra Ægypti, & non exscindatur terra in fame.*

Recurrit huc (1.) *Metonymia subjecti* pro *adjuncto*: ipsi *terræ*, id est, ipsis *incolis terræ*. Et non exscindatur *terra*, h. e. *populus hujus terræ*. (3.) Metaphora. *exscindi* enim est *perire*, translatione a *vepribus excisis* desumptâ. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 54.

Verf. 40. *Tu eris super domum meam, & super os tuum, osculabitur omnis populus meus: tantum solio magnus ero præ te.*

In textu hoc reperitur (1.) *Metonymia* tum *subjecti* pro *adjuncto*, *domus* siquidem est pro *familia*, tum *causa* pro *effecto*, quia *os* pro *sermone* ponitur; tum *adjuncti* pro *subjecto*, nam *osculari*, pro *obedire* sumitur, hujus signum quippe antiquitus *osculum* erat. (2.) *Ellipsis* nominis adjectivi: *Tantùm solio*, subintellige *Regio*. (3.) *Hebraismus*; præfixum enim מ PRÆ, notat comparationem אֶגְדַּל מִמֶּךָּ, *magnus ero præ te* h. e. *major ero te*. Arixm. in Bibl. p. 37. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 96. *Glass.* l. 5. Phil. Sacr. tract. 1. c. 4. m. 6. pag. 69.

Verf. 42. *Et removit Pharao annulum suum desuper manu sua, & dedit illum super manum Joseph, & induere fecit eum vestibus byssi, & posuit torquem auri super collum ejus.*

I. Observa hoc loco (1.) *Enallagen substantivi* pro *adjectivo*; vestibus, *byssi*, pro vestibus *byssinis*. (2.) *Metonymiam materiæ* pro *materiato*: Torquem *auri*, h. e. *ex auro confectam*, uno verbo, *auream*. Arixm. in Bibl. p. 37.

II. *Josephus non videtur rectè fecisse*, cùm *aureo annulo & torque, insuper byssino vestitu se ornari passus est*: nam de *divite*, qui purpurâ & byssô induebatur, Christus refert, quòd *in infernum devenerit*. Luc. 16. v. 19. & 22.

℞. Duo sunt, quæ *Josephum excusant*. unum, quòd non *ipse sibi istum ornatum sumsit*, multò minus *cum onere æris alieni* (ut aliqui faciunt) illum acquisivit; sed à *suo Rege eo donatus est*, in cujus etiam honorem, in ipsius aula, & in ejus obsequium, gestavit. Alterum, quod Josephus non fuit ampliùs, *privata*, sed *publica persona*, & gessit *Magistratum*, cui Deus honoratiorem vestitum aliaque ornamenta concessit, ut timorem & honorem ab inferioribus consequatur. Interim sub auro & holoserico Josephi latuit *vera animi humilitas*, veluti ex actis ipsius patescit. *Lyser.* in c. 41. Gen. par. 6. p. 206. seq.

Verf. 43. *Et equitare fecit eum in curru secundo, qui sibi, & clamabunt ad facies ejus Abrech: & dando eum super, &c.*

Est hîc (1.) *Synecdoche*: *equitare* enim pro *insidere* ponitur (2.) *Ellipsis* tum verbi, *qui sibi*, scil. *erat*; tum nominis, *clamabant*, subaudi, *præcones*. (3.) *Enallage*; nam infinitivus, *dando*, usurpatur pro indicativo, *dabat*. Arixm. in Bibl. p. 37. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 54.

II. Nonnulli ex *Calvini* asseclis opinantur, *sessionem ad dextram Patris* notare *participationem virtutis*, non *divinæ & Deo propriæ*, sed *inferioris & Deo proximæ*, *creatæ* videlicet; atque huc detorquent exemplum *Josephi*, quem *à dextris Pharaonis sedisse*, id est, *proximam a Pharaone potestatem habuisse* ajunt.

℞. Committunt μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος: Nusquam dicit Scriptura, *Josephum à dextris Pharaonis sedisse*, sed *huic illi administrationem Ægypti, & pro-*

*& proximam à se potestatem commit*te, solium tamẽ Regium sibi reservâsse, v. 40. & 41. An vero Christus secundum humanam naturam non *sedet in solio Regio*? annon est *Rex*? anne *duabus sellis sedet*? absonum & Nestorianum. *Winck.* tom. 4. disp. Giess. 17. thes. 42. 46. 48.

Vers. 46. *Et Joseph filius triginta annorum in stando ipsum ad facies Pharaonis Regis Ægypti. & egressus est Joseph à facie Pharaonis, & transivit per omnem, &c.*

Nota (1.) Nomen בן, *filius*, nomini *temporis* additum, exponi per *natum esse*. *Filius triginta annorum*, h. e. *natus triginta annos*. (2.) Præpositionem ב IN, infinitivo præfixam notare *cum*: *in stando*, i. e. *cum staret*. (3.) *A facie Regis egredi*, Hebræis esse, *accepto mandato Regis, ad perficiendum illud egredi*, Job. 1. v. 12. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 96. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 54.

Vers. 47. *Et fecit terra septem illis annis saturitatis ad manipulos.*

Vide-s (1.) *Metonymiam causæ pro effectu*: *facere* enim est *producere*. 2. *Hyperbolen*, qua *maximus proventus* indicatur ut ex v. 49. patet. q. d. ex uno grano integer manipulus colligebatur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 97. *Glass.* l. 5. Phil. Sacr. tract. 1. c. 19. p. 471.

Vers. 50. *Et ipsi Joseph natus est, duo filii, antequam veniret annus famis, quos peperit ei Asnath, filia Potiphera, Sacerdotis On.*

Moses usurpat (1.) *Enallagen*: nam verbum singularis numeri יֻלַּד, *natus est*, nomini plurali, בָּנִים, *filii*, jungit, pro, *nati sunt filii*. (2.) *Ellipsin* nominis adjectivi: *antequam veniret annus*, subaudi, *ullus*. (3.) *Synecdochen speciei pro genere*: meminit nimir. כֹּהֵן, *Sacerdotis*, & intelligit *Principem*. Ariam. in Bibl. p. 38. *Jun.* in Not. ad Gen. 41. v. 45. p. 54.

Vers. 51. *Oblivisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei.*

Minus rectè fecisse videtur Joseph, cum dicit, *se oblitum esse domus patris sui*: hoc enim adversatur *studio religionis*, quia *domus patris erat vera Dei Ecclesia*: mavult autem *Asaph sedere in limine domus Domini*, quam *habitare in tabernaculis impiorum*. Psal. 48. v. 11.

℞. Referenda sunt hæc verba tantùm ad *ærumnas & miserias Josephi*, quarum ut initium dederat illi *domus ac familia paterna*, ita, *oblivionem induxit domus & regio aliena*. id quod vero cum pietate Josephi non pugnat. *Rung.* in c. 41. Gen. p. 1190.

Vers. 55. *Et esuriit omnis terra Ægypti & clamavit populus ad Pharaonem ad panem. Et dixit Pharao omnibus Ægyptiis, ite ad Josephum. quod dixerit vobis, facietis.*

Ecce (1.) *Metonymiam subjecti pro adjuncto*: nam *terra Ægyptus* pro ejus *incolis* est. (2.) *Synecdochen speciei pro genere*: *panis* enim pro *cibo* ponitur (3.) *Enallagen*. futurum namque, *facietis*, usurpatur pro imperativo, *facite*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 97. Jun. in Not. ad eund. loc. p. 54.

Vers. 56. *Et fames erat super universas facies terræ, & aperuit Joseph omnia, quibus in eis, & fregit Ægyptiis, &c.*

Occurrit hoc loco (1.) *Metaphora*: פָּנִים enim, *facies*, pro, *superficie* ponitur: *super universas facies terræ*, i. e. *in universa superficie terræ*. 2. *Ellipsis* nominis substantivi: Aperuit *omnia*, sc. *promptuaria*. 3. *Pleonasmus*; Relativum namque, *eis*, redundat: *quibus in eis* pro, *in quibus*. Ariam. in Bibl. p. 38. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 54.

Vers. 57. *Et omnis terra venerunt in Ægyptum, ad frangendum ad Joseph, quia invaluerat fames in omni terra.*

In textu hoc invenitur (1.) *Metonymia subjecti pro adjuncto*. *terra* enim pro *incolis* seu *habitatoribus terræ* est. *Synecdoche totius pro parte*. *Omnes habitatores terræ*, h. e. *maxima incolarum terræ pars*. (2.) *Synthesis*: nomini siquidẽ collectivo singulari, *omnis terra*, additur verbum plurale, *venerunt* pro *venit*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 97. *Glass.* l. 3. Phil. Sacr. tract. 3. can. 53. m. 1. p. 398. & lib. 5. tract. 1. cap. 16. m. 3. pag. 457.

CAP. XLII. Vers. 1. *Et vidit Jacob, quod esset fractio in Ægypto; Ut dixit Jacob filiis suis: ad quid aspicitis vos ipsos?*

Moses hoc loco usurpat (1.) *Metaphoram*: *videre* enim sumitur pro *intelligere*. (2.) *Hebraismum*: Ad quid *aspicitis vos ipsos*, i. e. *Quare contenditis, inter vos*, q. d. *Cur non uno consensu descenditis in Ægyptum ad emendum frumentum*: *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 97. *Glass.* l. 5. Phil. Sacr. tract. 1. c. 12. p. 357.

Vers. 9. *Et recordatus est Joseph somniorum, quæ somniaverat eis, & dixit ad eos: exploratores vos, ad videndum nuditatem terræ venistis.*

Moses utitur hic (1.) *Ellipsi* tum præpositionis DE, somniaverat *eis*, pro, *De eis*: tum verbi substantivi, *exploratores vos*, sc. *estis*. 2. *Prosopopœia*: nam עֶרְוַת *nuditatem terræ videre* dicit, h. e. *loca non tecta munitionibus aut firmata præsidiis*, qua hostilis irruptio facilè fieri possit, sumta metaphorâ à *pudendis*, quæ sic dicuntur, quod *nunquam nuda* sint, sed *tegi soleant*. Chaldæus vocat בְּדִקָא *fissuram terræ*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 98. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 55. *Glass.* l. 5. Phil. Sacr. tract. 1. c. 9. m. 4. p. 195.

Vers. 11. *Omnes nos filii viri unius nos, recti nos, non sunt servi tui exploratores.*

Pronomen demonstrativum, אֲנַחְנוּ, *nos*, nominibus בָּנִים *filiis* & כֵּנִים *rectis* subjunctum, ponitur loco verbi substantivi: Filii *nos*, i. e. *filii sumus*, & *recti nos*, h. e. *recti sumus*. Glass. l. 3. Phil. Sacr. tract. 2. can. 7. p. 186.

Vers. 15. *Per salutem Pharaonis, non egrediamini, &c.*

Thomas de Aquino in 22. q. 89. art. 6. asserit, *concessum esse, jurare per creaturas*, quod *Joseph*, *per salutem Pharaonis juraverit*.

℞. Hoc non est *juramentum religiosum*, quandoquidem Joseph non vocat Pharaonem *in res confirmata testem*, & *in perjurii vindicem*, ut alias in juramentis fieri consuevit; sed id *tantùm politica quadam asseveratio*, cùm ad faciendum assertioni fidem res nobis charissima, velut pignus interponitur; quo pacto solent hodie Magnates aliquid confirmare per *suam fidem, existimationem & reputationem*. Hunn. tom. 2. oper. Lat. p. 105. *Walther.* in harm. Script. p. 150.

Vers. 18. *Et dixit ad eos Joseph in die tertio, hoc facite, & vivite, Deum ego timeo.*

Ecce

[...] E[...] : tum quia imperativus חיו, [...] [p]ro futuro indicativi, vivetis, ponitur; tum [...] [partici]pium, timens, pro indicativo, timeo, u[surpa]tur. ([...] [Ellipsi]s conjunctionis, כי Quia : vi[delicet] quia Deum, &c. Arias. in Bibl. p. 38. Glass. Phil. [...] t. 1. can. 43. p. 357.

V[ers]. 19. Si recti vos, frater vester unus ligetur in domo custodiæ vestræ, & vos ite adducite fractionem famis domorum vestrarum.

In textu hoc recurrit (1.) Enallage pronominis demonstrativi, vos pro verbo substantivo, estis: Si [recti] vos, h. e. [si re]cti estis. (2.) Periphrasis alimenti, utpote quo [f]ractio [f]amis est. (3.) Metonymia subjecti pro adjuncto. [...] mentio domorum & intelligitur familia. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 99. Arias. in Bibl. p. 38. Jun. in Not. ad eund. loc. p. 55.

Vers. 22. Et respondit Ruben, eis dicendo: nonne dixi ad vos dicendo: Ne peccatis in puerum, & non audistis: & etiam sanguis ejus ecce requiritur.

Observa hic (1.) Metonymiam tum causæ pro effectu, quia audire notat obsequi; tum subjecti pro adjuncto: Sanguis enim pro cæde est & occisione, Glass. l. 5. Phil. Sacr. tract. 1. [c]. 12. p. 351.

Vers. 23. Et ipsi non noverunt, quod audiens Joseph, quia interpres inter eos.

Vide (1.) Enallagen, participium enim audiens pro indicativo, audiebat, ponitur (2.) Metaphoram: nam audire est pro intelligere. (3.) Ellipsin verbi substantivi: quia interpres, scil. fuerat. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 99. Glass. l. 5. Phil. Sacr. tract. 1. cap. [...] pag. 60.

Vers. 25. Joseph jussit ministris, ut implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, &c.

Minus juste fecisse videtur Joseph, cum aliquid pecuniæ & frumenti largitus fuit sine præscitu & consensu Regis; id enim speciem habet abalienationis.

R. Sane his, qui tantum sunt officiarii, id non licet; sed Joseph, tanquam princeps regni, cum plenissima potestate erat præfectus negocio frumentario, ut id pro sua prudentia liberrimè moderaretur & disponeret ad regni utilitatem. Ac dubium non est, si R[ex] fratres Josephi agnovisset, longè majoribus do[n]is i[...] à se dimissos, sicut infra ostendit Moses, Gen. 45. v. [...]. Runs. in c. 42. Gen. p. 1209.

Vers. 27. Et aperuit unus saccum suum ad dandum pabulum asino suo in hospitio, & vidit pecuniam suam, & ecce ipsa in ore sacci sui.

In hoc versu reperitur (1.) Synecdoche generis pro [spe]cie: nam מספוא, pabulum, significat omnem cibum [jum]entorum, præter palcam, ut hordeum, spicam, a[ven]am; hic verò datur frumentum. (2.) Ellipsis verbi substantivi; Et ecce ipsa, scil. erat. (3.) Metaphora: [...], de sacco usurpatum notat ejus aditum & patens orificium. Arias in Bibl. p. 39. Vatabl. in Annot. [...] 99. Glass. l. 3. Phil. Sacr. tractat. 1. cap. 11. p. [...]

V[ers. 28]. Et dixit ad fratres suos: Reddita est pecunia mea, & ecce etiam in sacco meo. Et exivit c[o]r [...] & tremuerunt, vir ad fratrem suum di[cendo: Quid] hoc [fec]it Deus nobis?

[...] (1.) Ellipsin: In sacco meo, scil. est; [...] pro, quid hoc est quod fecit. (2.) Hyperbolen: Exiit cor eorum, h. e. animus eorum defecit, & nimis consternatus est. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 99. Glass. l. 5. Phil. Sacr. tract. 1. c. 19. p. 471.

Vers. 30. Locutus est vir domini terræ nobiscum dura. Et dedit nos tanquam exploratores terræ.

Moses utitur (1.) Enallage: nomen enim plurale אדנים, domini, usurpat pro singulari, אדון, dominus; de solo namque Josepho sermo est. (2.) Ellipsi nominis substantivi: locutus est dura, scil. verba, id est, duriter. (3.) Hebraismo; nam verbum נתן quod alias dare significat, intelligit φαινομένως & reputative. Et dedit, h. e. habuit seu reputavit nos, &c. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 99. Glass. l. 3. Phil. Sacr. tract. 1. can. 25. p. 90. & tract. 3. can. 18. p. 282.

Vers. 33. Et dixit ad nos, vir domini terræ: In hoc cognoscam, quod recti vos; fratrem vestrum unum dimitte mecum, & famem domorum vestrarum capite, & abite.

Redit huc (1.) Enallage, ex linguæ sanctæ idiotismo fluens, tum quia plurale, domini, pro singulari, dominus, ponitur; tum quia pronomen demonstrativum, Vos, pro verbo substantivo, ESTIS, usurpatur: Recti vos, i. e. recti estis. (2.) Ellipsis nominis substantivi ואת־רעבון & famem, pro, שבר רעבון, annonam famis, v. 19. (3.) Metonymia subjecti pro adjuncto: domus enim pro famulis sunt. Glass. l. 3. Phil. S. t. 1. can. 39. m. 36. p. 156.

Vers. 38. Et dixit: Non descendet filius meus vobiscum; quia frater ejus mortuus est, & ipse solus iste remansit; & accidet ei periculum in via, quâ ibitis in ea, & descendere facietis canitiem meam in dolore ad inferos.

I. Nota hic (1.) Ellipsin: Et ipse solus, scil. ex eadem matre natus. (2.) Enallagen; nam ו, ET, est pro אם, Si: Et accidet ei, pro, si acciderit. (3.) Pleonasmum; redundat enim pronomen, EA: quâ in ea, h. e. in qua. (4.) Hebraismum: siquidem הוריד, descendere fecit, notat idem, quod, descendendi occasionem dedit. (5.) Metonymiam adjuncti pro subjecto: Descendere facietis canitiem meam, i. e. me jam canum præ senio factum. (6. Hypallagen: Descendere facietis canitiem in sepulcrum, h. e. canum dolore mori coegeritis. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 100. Jun. in Not. ad eund. loc. p. 56. Glass. l. 3. Phil. S. tr. 3. can. 10. p. 253. can. 28. m. 3. p. 324. l. 5. tr. 1. c. 4. m. 1. p. 51.

II. Stapletonus in Prompt. Cath. fer. 5. hebdom. 2. Quadrages. pro limbo Patrum piorum in V. T. locū hunc urget, in quo Jacob ad inferos dicitur descensurus ad animas in limbo congregatas.

R. Idem est puerilis lusus in voce inferus, pertinaciaq; in voce שאול, qualis fuit in vindic. Gen. 37. v. 35. ostensus. Mirum, ni hac eadem audacia nobis etiam aut canos ponat in anima, aut corpora ipsa in limbo. Non enim Jacobo dictum: Deducetis animā, sed canos meos. Ergo Scheol hic significat statum & conditionem mortuorum in genere, quo etiam genere exponunt Emmanuel Saa, & Cornelius à Lapide in c. 42. Gen. v. ult. Efficientis ut præ mærore animam moriar. Cham. tom. 3. Panst. l. 25. c. 7. n. 16. Gerh. l. 2. Speciali part. 1. Confess. cath. art. 2. c. 3. thes. 2. p. 428.

Vers. 1. Consumtisq; cibis, quos ex Ægypto detulerant, dixit Jacob ad filios suos: Revertimini, & emite nobis pauxillum escarum.

I. In Hebræo habentur duo Imperativi, שבו שברו revertimini, emite, sine copula ו, ET, ad majorē accelerationem significandam; alioqui alterum, revertimini, ni adverbium, rursus esset vertendum. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 100.

II. Re-

II. Relatio hæc Mosaica, vero non videtur similis: quomodo enim *Jacobo per integrum annum potuit frumentum, decem asinis advectum, sufficere in amplissima familia 300. personarum*; id quòd tamen *sufficisse*, Moses refert?

℞. *Frugalis fuit œconomiæ ratio* eo seculo, qualis adhuc cernitur in *populis Orientalibus*, qui parvo sunt contenti cibo. *Rung.* in c.43. Gen.p.1220.

Verf. 2. *Et dixit ad eum Jehudah, dicendo: contestando contestatus est in nos vir, dicendo: Non videbitis facies meas, sine fratre vestro vobiscum.*

Ecce (1.) *Hebraismum*: *Contestando contestatus est*, h.e. *seriò contestatus est*. (2.) *Synecdochen generis pro specie*: *Viri* enim nomine κατ' ἐξοχὴν intelligitur *Dominus Ægypti*, Joseph. (3.) *Enallagen numeri pluralis*, *facies*, pro singulari, *faciem*. Jun. in Not. ad h.l.p.56.

Verf. 5. *Et dixit Israël: Ad quid malefecistis mihi, ad denunciandū viro, an adhuc vobis frater*

Redit huc (1.) *Hebraismus*: Ad quid הֲרֵעֹתֶם, *malè affecistis*, h.e. Cur *occasionem, huic malo meo dedistis*, vestra narratione de fratre Benjamine. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *An adhuc vobis*, scil. *esset*. Ariæm. in Bibl. p.39. *Glass.* l.3. Phil. Sacr. tract. 2. can.10.p.253.

Verf. 6. *Et dixerunt: Interrogando interrogavit vir ad nos, & ad cognationem nostram, dicendo: Num adhuc pater vester vivens? num est vobis frater? Et nunciavimus ei super os verborum istorum. Nunquid sciendo sciebamus, quod diceret: Descendere facite, &c.*

In textu hoc deprehenditur (1.) Hebraismus: *Interrogando interrogavit*, i.e. *diligenter interrogavit*; & *sciendo sciebamus*, h.e. *ullatenus sciebamus*. (2.) *Enallage*: participium enim, *vivens*, est pro verbo, *vivit*, (3.) *Pleonasmus*; nam nomen פִּי, *os*, abundat: Secundùm *os verborum istorum*, h.e. juxta *verba hæc*. Chaldæus duo Synonyma conjungit: *Secundùm verbum sermonum istorum*. Ariæm. in Bibl. p.39. *Jun.* in Not. Bibl. p.56. *Glass.* l.3. Phil. Sacr. tract.1.can.38. p.146.

Verf. 10. *Et dixit ad eos Israël pater eorum: Si ita nunc, hoc facite, tollite de laude terræ in vasis vestris, & descendere facite ad virum munus, pusillum resinæ, &c.*

Nota hîc (1.) Conditionalem אִם, SI, poni pro causali, *quandoquidem*: *Si ita nunc*, h.e. *quandoquidem nunc*, &c. (2.) *Ellipsin*. *Si ita nunc*, subint. *necesse est fieri* (3.) *Enallagen abstracti* pro *concreto* superlativi gradus: de *laude terræ*, h.e. de *laudatissimis frugibus terræ*. (4.) *Metaphoram*: *descendere* enim *muneri* tribuitur, quod *viventis* est. *Vatabl.* in Not. ad h.l.p.101. *Jun.* ibid. p.56. *Glass.* l.3. Phil. Sacr. tr. 7. can.6. not.3. p.596.

Verf. 11. *Et pecuniam duplicem capite in manibus vestris, & pecuniam reductam in ore manticarum vestrarum, si forte error hoc.*

Moses hoc loco usurpat (1.) *Metaphoram*: nam פִּי, *os*, pro *orificio* seu *patente foramine* ponit. (2.) *Hebraismum*: pronomen enim demonstrativum, הוּא, *hoc*, nomini huic, מִשְׁגֶּה, *error*, subjunctum, pro verbo substantivo, *esse*, collocat. *Ariæm* in Bibl. p.39. *Glass.* l.5. Philol. Sacr. tract.1. cap.11. p.308.

Verf. 13. *Et Deus omnipotens det vobis misericordias ad facies viri, & dimittat vobis fratrem vestrum illum, & Benjaminum: Et ego quomodo orbatus sum, orbatus sum.*

I. Vide-sis (1.) *Ellipsin* verbi: *det vobis*, subaudi, *consequi*. (2.) *Hebraismum*: *Det vobis misericordias ad facies viri*, h.e. *reddat vobis placabilem, benefaventem, & propitium virum illum.* (3.) Epizeuxin: *Orbatus sum, orbatus sum.* Conqueritur nim. Jacob, quòd nunc in totum orbus fiat. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p. 101. *Jun.* in Not. ad eund. loc. pag.56.

II. *Calvinus* l.2. Instit.c.4. negare videtur: *hominem habere arbitrii libertatem*, etiam in *rebus externis*, puta *naturalibus* & *civilibus*, quòd *cor hominis à Deo flectatur, ut benevelit alteri*; ceu h.l. precatur Jacob, ut *Deus à viro filiis benevolentiam conciliet.*

℞. Precatur sanè Jacob, ut in *particulari hoc facto*, Deus det filiis suis invenire misericordiam coram viro, id est, adspiret viro benevolentiam erga filios suos, &c. Quo tamen non obstante, sua voluntati humanæ in aliis operibus, quæ secundùm *ordinarium naturæ cursum* fiunt, constat libertas. *Bellarm.* l.4. de grat. & liber. arbit. cap.11. ad 2. *Broch.* tom.1. System. Theol. art. de lib. hom. arb. c.2. q.12. ad ult. p.371. seq.

Verf. 15. *Et vidit cum eis Benjaminum, & dixit ei, qui super domum suam: Adduc viros in domum, & macta mactationem, &c.*

I. In versu hoc sese offert (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Qui*, scil. *erat*. (2.) *Metonymiam* tum *subjecti* pro *adjuncto*; *domus* enim pro *re familiari* est: *Qui erat super domum suam*, h.e. qui *totam rem familiarem administrabat*; tum *adjuncti* pro *subjecto*, quia abstractum טֶבַח, *mactatio* stat pro concreto, *animalia mactatilia* ad convivium. *Ariam.* in Bibl. p. 40. *Jun.* in Not. ad h. l. p.56. *Glass.* l.5. Philol. Sacr. tract.1. cap.3. m.2. p.37.

Verf. 17. *Et timuerunt viri, quia adducti erant in domum Joseph, & dixerunt, super verbum pecuniæ redditæ in manticas nostras in principio, sumus adducti, ad devolvendum se super nos, & ad dejiciendum se super nos, & ad capiendum nos in servos, & asinos nostros.*

Ecce (1.) *Pleonasmum*: Propter *verbum pecuniæ redditæ*, h.e. propter *pecuniam redditam*; *ubi τὸ verbum* redundat. (2.) *Metaphoram*, à *casu corporis magni & ponderosi* ductam: *Ut devolvat se super nos, & dejiciat se super nos, &c.* q.d. eum nullam legitimam occasionem habeat in nos irruendi, prætextu hujus pecuniæ eam captat. *Ariam.* in Bibl. p.40. *Glass.* l.5. Phil. S. t.1. c.12. p.385.

Verf. 19. *Et dixerunt: In me, domine mi, descendendo descendimus in principio ad emendam escam.*

In textu hoc invenitur. (1.) *Enallaxis Synecdochica*: *Et dixerunt*, nim. *per unum aliquem ex ipsis.* (2.) *Ellipsis pathetica*, recepta in orationibus vehementissimis: *In me*, subaudi, *attende*. (3.) *Epitaxis* Hebraica: *descendendo descendimus*, h.e. *tantummodo, descendimus.* Jun. in Not. ad h.l.p.56.

Verf. 20. *Et fuit, cum venissemus ad hospitium, & aperuissemus manticas nostras, & ecce pecunia viri in ore manticæ suæ, pecuniam nostram in pondere ejus, & retulimus eam in manu nostra.*

I. Observa hîc (1.) *Hebraismum*: אִישׁ, enim *vir*, He-

Hebræis est *unusquisq;*. (2.) *Metaphoram* : nam *os manticæ* tributum, notat *orificium*. (3.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Ecce pecunia*, scil. *ERAT*. Ariæm. in Bibl. p. 40. *Glass.* l. 5. Phil. Sacr. tract. 1. c. 11. p. 308.

II. *Narratio hæc Israëlitarum* non videlicet *consentire cum narratione Mosis* : *illi* enim affirmant, *se pecuniam restitutam in diversorio invenisse*; cùm tamen *unus in diversorio, reliqui* verò *domi eam invenerint*, Gen. 42. v. 27. & 35.

℞. *Filii illi Jacobi*, quia *compendio* utuntur, non *accuratè* omnia, ut contigerat, narrant, *Moses* autem *accuratè* narrat, quid in *diversorio*, quidve *domi*, in pecuniæ inventione contigerit. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 56.

Vers. 22. *Et dixit: Pax vobis, ne metuatis, Deus vester, & Deus patris vestri dedit vobis absconditum in manticis vestris, &c.*

Moses utitur (1.) *Synecdoche speciei* pro *genere*: שָׁלוֹם, enim, *pax*, ponit pro *felicitate omnigena*. LXX. Interpr. reddiderunt ἵλεως, *propitius*, & subintelligunt *Deum*, q. d. *propitius vobis* Deus, &c. (2.) *Metonymia adjuncti* pro *subjecto* : nominat enim *absconditum*, & intelligit *thesaurum*, ut *qui abscondi solet*. Ariæm. in Bibl. p. 40. *Glass.* l. 3. Phil. Sacr. tract. 8. can. 3. p. 637. & lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 15. m. 3. pag. 449.

Vers. 24. *Et paraverunt munus, donec venire Joseph in meridie, quia audierant, quòd ibi comesturi essent panem.*

Redit huc (1.) *Enallage modi*; infinitivus enim, *venire*, pro indicativo, *veniebat*, ponitur. (2.) *Metaphora*: Audierant, h. e. *intellexerant*, more hebræo. (3.) *Synecdoche speciei* pro *genere*: nam *panis* pro *cibo* est. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 102. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 57.

Vers. 26. *Et postulavit eis ad pacem, & dixit: Num pax patri vestro seni, quem dixeratis? Num adhuc ipse vivens.*

Vide-sis (1.) *Synecdochen speciei* pro genere: *pax* enim pro *felicitate omnigena* sumitur, *speciatim* verò pro *sanitate*. (2.) *Hebraismum*: *Postulavit eis ad pacem*, h. e. *interrogavit eos de incolumitate*. (3.) *Enallagen*: nam participium, *vivens*, est pro verbo, *vivit*. *Ariæm.* in Bibl. p. 40. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. pag. 102.

Vers. 28. *Et levavit oculos suos, & vidit Benjamin fratrem suum, filium matris suæ, & dixit: Num iste frater vester minimus, quem dixeratis ad me? Et dixit: Deus misereatur tui, fili mi.*

Nota hoc loco (1.) *Hebraismum*: *nam filius matris suæ*, est pro *uterino*. (2.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Num iste*, scil. *est*. Ariæm. in Bibl. p. 40. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 102.

Vers. 29. *Et festinavit Joseph (quia æstuabant viscera ejus ad fratrem suum) & quæsivit ad flendum, &c.*

In versu hoc occurrit (1.) *Hebraismus*: *Festinavit & quæsivit*, h. e. *festinanter quæsivit*. (2.) *Synecdoche generis* pro specie: *viscera* enim sunt pro *corde*, viscerum præcipuo. (3.) *Ellipsis nominis* substantivi מָקוֹם, *locus*: *Quæsivit*, subintellige, *locum*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 102. *Jun.* ibid. p. 57. *Glass.* l. 5. Phil. S. t. 1. c. 14. p. 441.

Vers. 31. *Et posuerunt ei ipsi solì, & eis ipsis solis, & Ægyptiis, comedentibus secum, ipsis solis, quia non possunt Ægypti comedere cum Hebræis panem, quia abominatio hoc Ægyptiis.*

I. Ecce (1.) *Ellipsin* nominis: *Posuerunt*, scilic. *ministri*, quibus, hoc à Josepho demandatum erat. (2.) *Hebraismum*: Non *possunt* Ægyptii, h. e. *salva sua lege & consuetudine non possunt* seu *prohibentur ab hoc, ne id faciant*. (3.) *Synecdoche speciei* pro *genere*: *panis* enim pro *cibo* est. (4.) *Enallagen*: nam loco generis neutri, quo carent Hebræi, ponitur fœmininum, הִיא, *ipsa, ipsum*, seu *hoc*. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 57. *Glass.* lib. 3. Phil. S. tr. 1. can. 19. p. 73. tract. 3. can. 12. p. 260. l. 5. tract. 1. c. 15. p. 449.

II. *Petrus Martyr* class. 4. LL. CC. cap. 16. negat, *licitum esse pio magistratui, fœdera inire, cum diversa religionis hominibus*, idque defendere conatur exemplo *Ægyptiorum*, *qui illicitum censebant comedere cum Hebræis*, ob *religionis*, scilic. *diversitatem*.

℞. *Ægyptiis illicitum erat cum Hebræis cibum capere*, non *præcepto quodam divino*, sed vel *more duntaxat patrio*, uti *Philo* censet; vel quia *pecus*, quod Ægyptii colunt, (*bovem puta*) *Hebræi comedunt*, ceu *Onkelos* vult; vel ex *fastu*, quod indignum putaverint Ægyptii cum Hebræis convivari. *Gerh.* tom. 6. LL. CC. loc. 27. de Magist. Polit. §. 154. & 157. p. 800. & 803.

Vers. 32. *Et sederunt ad facies suas, primogenitus secundum primogenituram suam, & parvus juxta parvitatem suam, & admirati sunt viri, vir ad proximum suum.*

Est hic (1.) Ellipsis: *Et sederunt*, scil. *fratres Josephi*, cujus jussu, pro ætate cujusque, loca ipsis designabantur. (2.) *Synthesis*, quâ uno in verbo וַיִּתְמְהוּ, *& mirati sunt*, duæ significationes concurrunt: *Mirantes respexerunt alter alterum*. Jun. in Not. ad h. l. p. 57. *Glass.* l. 3. Phil. S. tr. 3. can. 2. p. 229.

Vers. 33. *Et accepit fercula à faciebus suis ad eos, & multiplicavit ferculum Benjamin præ ferculis omnium eorum, quinq; manus. Et biberunt, & inebriaverunt se cum eo.*

I. Recurrit huc (1.) *Synthesis*: nam in uno hoc verbo, וַיִּשָּׂא, *& accepit*, duæ concurrunt significationes, *accipiens misit*. (2.) *Metaphora*: יָדוֹת enim, *manus* notant *partes*. (3.) *Synecdoche partis* pro *toto*: *biberunt*, pro *convivati sunt*. (4.) *Hebraismus*: *inebriaverunt se*, i. e. *largè & hilariter*, præter quotidianum morem biberunt. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 203. *Jun.* in Not. ad eund. loc. pag. 57. *Glass.* l. 3. Phil. S. tr. 3. can. 2. p. 229. & l. 5. tract. 1. c. 12. pag. 344.

II. Sunt ex *Epicureis* aliqui, qui præsenti exemplo *fratrum Josephi ebrietatem* defendere nituntur. quippe *qui sine reprehensione* hîc *ebrii* dicuntur facti.

℞. Intelligendum hoc est secundum *phrasin Hebræam*, quæ interdum significat *repleri ad satietatem*, ut Psal. 65. v. 10. indicat ergo Moses, non parcâ *manu*, sed *ad saturitatem & hilaritatem abunde omnia fuisse fratribus Josephi suppeditata*. Rung. in cap. 43. Gen. p. 1237.

CAP. XLIV. Vers. 1. *Et præcepit, qui super domum suam, dicendo: imple manticas virorum esca, sicut: quod poterunt ferri & pone pecuniam viri in ore mantica sua.*

Moses utitur (1.) *Ellipsi* tum nominis, quoniam relativum אֲשֶׁר *qui*, cum particula אֵת antecedens suum, *illi* includit, quod subintelligendum: *Præcepit*: scil. *illi*, qui super, &c. tam verbi: *qui super domum*

mum ſuam, ſubaudi *erat*, id eſt, *qui praerat domui ſuæ*. (2.) *Metonymia ſubjecti* pro *adjuncto*: *domus* enim pro *re familiari* eſt. (3.) *Metaphora*: nam *os* pro *orificio* eſt. *Ariam.* in Bibl. p. 40. *Glaſſ.* l. 3. Phil. S. tr. 2. can. 21. p. 210.

Verſ. 2. *Et ſcyphum meum. ſcyphum argenti, pones in ore mantica minimi. & pecuniam fractionis ejus: & fecit ſecundum, &c.*

Ecce (1.) *Metonymiam materiæ* pro *materiato*: *Scyphus argenti*, hoc eſt, *ex argento confectus*. (2.) *Enallagen*: nam futurum, *pones*, uſurpatur pro imperativo, *pone*. (3.) *Metaphoram*: *os* enim pro *orificio* eſt. (4.) *Ellipſin*: ſiquidem poſt vocem *minimi*, ſubaudiendum, *natu*. *Ariam.* in Bibl. p. 40.

Verſ. 4. *Ipſi erant egreſſi urbem, non elongaverant ſe. & Joſeph dixit, qui ſuper domum ſuam: Surge perſequere poſt viros, & attinges eos, & dices ad eos: Ad quid reddidiſtis malum pro bono.*

Redit hîc (1.) *Ellipſis* antecedentis, ILLI, in relativo אֲשֶׁר, incluſi: *Et dixit*, ſcil. *illi, qui ſuper, &c.* (3.) Hebraiſmus: *Surge perſequere*, h. e. *illico perſequere*. (3.) Enallage: *Attinges*, & *dices*, pro *attinge* & *dic*. Ariæm. in Bibl. p. 40. *Glaſſ.* l. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 21 p. 210.

Verſ. 5. *Nonnè hic, quo bibet Dominus meus in eo, & ipſe augurando accuſabitur in eo? malefeciſtis quod feciſtis.*

I. In verſu hoc occurrit (1.) *Ellipſis* tùm nominis ex v. 2. repetendi, tum verbi ſubſtantivi ſubaudiendi: *Nonnè hic*, ſcil. *ſcyphus eſt*. (2.) *Pleonaſmus*: redundat enim relativum, *eo*, *quo in eo*, id eſt, *in quo*. (3.) *Enallage temporis* futuri, *bibet*, & *augurabitur*, pro præſenti, *bibit* & *auguratur*, vel potiùs bibere & *augurari ſolet*. (4.) Hebraiſmus: *Augurando augurabitur*, h. e. *certiſſime augurabitur*. Ariæm. in Bibl. pag. 40. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 103. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 57.

II. Nonnulli probare conantur, *res amiſſas, per divinationem magicam, licitè inquiri poſſe*, quòd *Joſeph per ſcyphum ſuum divinaſſe, & per artem divinandi, penes quam ſit res amiſſa, cognoſcere potuiſſe feratur*.

℞. Verùm nullum in iſtis verbis patrocinium inveniunt: non enim veriſimile eſt, *virum iſtum ſanctum augurari ſolitum per ſcyphum*, aut *vanis illis artibus*, quas poſtea dominus in lege tam graviter prohibuit, *Deut.* 18. v. 14. aliquid tribuiſſe. Proinde Selneccerus attendit emphaſin Hebrææ vocis נחש, quæ non tam de *augurio*, quam de *omni callida obſervatione* uſurpatur, ut ſenſus ſit: *Numquid is eſt, ex quo bibit Dominus meus, & ipſe obſervando obſervaverit in eo*. Balduin. in caſ. conſcient. l. 3. c. 6. caſ. 5. p. 798.

Verſ. 7. *Et dixerunt ad eum: ad quid loquetur dominus meus ſecundum verba iſta? abſit ſervis tuis a faciendo ſecundum verbum hoc*

Vide-ſis (1.) *Enallagen* temporis futuri, *loquetur*, pro præſenti *loquitur*. (2.) *Pleoaſmum*: *τὶ ſecundum* enim redundat. (3.) *Hypallagen*: Abſit *ſervis tuis a faciendo*, pro, *abſit a ſervis tuis facere*.

Verſ. 10. *Et dixit: Etiam nunc ſecundum verba veſtra, ita iſtud quo invenietur cum eo erit mihi ſervus & vos eritis innoxii.*

Invenitur hoc loco (1.) *Ellipſis* tum verbi, *ita iſtud*, ſcil. *ſit*; tum nominis, *quo invenietur*, ſubint. *ſcyphus*. (2.) *Pleonaſmus*: *Quo cum eo*, i. e. *cum quo*; ubi relativum, *eo* redundat. (3.) *Synecdoche totius* pro *parte*: *Vos* hoc eſt, *reliqui a vobis*. (4.) Metalepſis. *Eritis innoxii*, i. e. *ſoluti pœna*, qua tenentur noxii. *Ariam.* & *Iun.* ibid.

Verſ. 15. *An ignoratis, quòd non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia?*

Controverſiam, circa textum hunc agitatam, vide in Vindic. *Gen.* 44. verſ. 5. deciſam.

Verſ. 18. *Et acceſſit ad eum Jehudah, & dixit: In me domine mi loquatur quaſo ſervus tuus verbum in auribus domini mei, & ne iraſcatur furor tuus in ſervum tuum quia ſicut tu ſicut Pharao.*

Eſt hîc (1.) *Ellipſis* verba pathetica: *In me*, ſcil. *attende*. (2.) *Hebraiſmus*: *loquatur quaſo ſervum tuus verbum in auribus Domini mei*, h. e. *liceat ſervo tuo loqui pauca verba de audiente*. (3.) *Pleonaſmus*; geminatur enim כ, *ſicut*: *ſicut tu, ſicut Pharao*, pro, *tu es ſicut Pharao*. id eſt, *videris dignitate* & authoritate æquare Pharaonem. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 104. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 58. *Glaſſ.* l. 4. Phil. Sacr. tract. 1. obſerv. 3. p. 651.

Verſ. 20. *Et diximus ad dominum meum: eſt nobis pater ſenex, & puer ſenectutum parvus, & frater ejus mortuus eſt, & ipſe ſolus relictus eſt de matre ſua, & pater ejus dilexit eum.*

Nota hoc loco (1.) *Hebraiſmum*: Puer *ſenectutum*, i. e. *quem genuit pater in ſenectute*. (2.) Præfixum ל ſignificare DE: *Relictus eſt* לְאִמּוֹ, *de matre ſua*, ut Lutherus bene reddidit. Mater enim jam tum mortua erat. (3.) *Enallagen temporis* præteriti, *dilexit*, pro præſenti, *diligit*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 104. *Glaſſ.* l. 4. Phil. Sacr. tract. 1. obſerv. 12. n. 8. p. 670.

Verſ. 21. *Et dixiſti ad ſervos tuos*: *Si non deſcendat frater veſter minimus vobiſcum, non addetis ad videndum facies meas:*

Moſes uſurpat hic (1.) *Hebraiſmum*: Non *addetis ad videndum*, h. e. non *amplius videbitis*. (3.) *Synecdochen partis* pro toto: *facies* enim pro *homine* eſt. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. pag. 105. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 58. *Glaſſ.* l. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 17. pag. 461.

Verſ. 22. *Et diximus ad Dominum meum*: *Non poterit puer relinquere patrem ſuum, & relinquit patrem ſuum, & morietur.*

In textu hoc habetur (1.) *Hebraiſmus*: non *poterit puer relinquere*, h. e. non *licet*, h. e. ſeu non *conveniens eſt*, ut hoc faciat. (2.) *Ellipſis* tùm conjunctionis, SI; *Et relinquet*, pro, & ſi reliquerit: tum nominis, *pater*. Et *morietur*, ſubint. *pater*: Ariæm. in Bibl. p. 41. *Vatabl* in Annot. ad h. l. p. 194. *Glaſſ.* l. 3. Phil. S. tr. 3. can. 12. p. 260.

Verſ. 26. *Et diximus: Non poterimus deſcendere. Si eſt frater noſter minimus nobiſcum, & deſcendemus: quia non poterimus videre faciem viri. & frater noſter minimus non ipſe nobiſcum.*

Recur-

Recurrit huc (1.) *Hebraiſmus* : Non *poterimus* deſcendere & videre, h. e. ex mandato Principis non *debemus*, non *licet* ſeu *permiſſum eſt* nobis. (2.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi : *Non ipſe* : ſcil. *fuerit*. Ariæm. in Bibl. p.41. *Glaſſ*. l.7. Phil. Sacr. tract.3. can. 12. pag. 260.

Verſ. 28. *Et egreſſus eſt unus à mecum, & dixi: Profectò rapiendo raptus eſt, & non vidi eum hactenus.*

Hebraiſmum hoc loco occurrentem, vide enodatum in Vindic. *Gen*. 37. v. 35.

Verſ. 29. *Et accipietis etiam hunc à cum faciebus meis, & accidet ei mors, & deſcendere facietis canitiem meam in malo ad infernum.*

Philologica unà cum controverſia quadam hujus loci, vide enucleata in Vindic. *Gen*. 42. v. 38.

Verſ. 30. *Et nunc ut venire me ad ſervum tuum patrem meum, & puer non ipſa nobiſcum, at anima ejus ligata in anima ipſius.*

Nota hic* (1.) præfixum כ, Infinitivo, כְּבֹאִי, *ut venire me*, additum, ſignificare *cùm venero*. (2.) *Ellipſin* verbi ſubſtantivi : *Non ipſe*, ſcil. *fuerit*; & *ligata*, nimir. *eſt*. (3.) *Metaphoram*: nam, קשר *alligare*, eſt pro *impensè amare*. Ariæm. in Bibl. pag. 41. *Glaſſ*. l.5. Phil. S. tr. 1. c. 12. p. 379.

CAP. XLV. Verſ. 5. *Et nunc ne dolere afficiamini, & ne ſit ira in oculis veſtris, quòd vendideritis me huc: quia in vivificationem miſit me Deus ante facies veſtras.*

Ecce (1.) *Hebraiſmum* : Ne *ſit ira in oculis veſtris*, h. e. ne *ſit vobis moleſtum*; & *in vivificationem*, i. e. *in vitæ conſervationem*. (2.) *Synecdochen partis* pro *toto*: Ante *facies veſtras*, pro ante *vos*. Ariæm. in Bibl. p. 41. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 106.

Verſ. 6. *Quoniam jam anni duo famis in medio terra, & adhuc quinq; anni, quibus non aratio & meſſis.*

Eſt hîc (1.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi : *Anni duo*, ſcil. *fuerunt*; & *quinq; anni*, nimir. *ſuperſunt* : & *quibus non*, ſubaud. *erit*. (2.) *Pleonaſmus* : *In medio terra*, h. e. *in terra*. Neque enim in *medio* tantùm præcisè, ſed in *tota terra* fames erat. *Ariam*. in Bibl. p. 41. *Glaſſ*. l.3. Phil. Sacr. tract. 1. can. 38. p. 149.

Verſ. 7. *Et miſit me Deus ante vos, ad ponendum in vobis reſiduum in terra, & ad victum dandum vobis in magnam evaſionem.*

I. In textu hoc reperitur (1.) *Hypallage*: Ad *ponendum in vobis reſiduum*, pro, ad *ponendum vos in reſiduum*. (2.) *Hebraiſmus*: *Ad victum dandum vobis, &c.* h. e. *ut mirabili liberatione eriperem vos à maximo illo famis periculo*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 106. *Iun*. in Not. ad eund. loc. p. 58.

II. Rationē *Bezæ*, pro *divina peccati volitione*, vide confutatam in Vind. *Gen*. 45. v. 8.

Verſ. 8. *Et nunc non vos miſiſtis me huc, ſed Deus, & poſuit me in patrem ipſi Pharao, & in Dominum omni domui ejus, & dominatorem in omni terra ejus.*

I. Moſes utitur (1.) *Enallage*, quia adverbium negandi, pro comparativa particula ponit: *Non vos, ſed Deus*, hoc eſt, non *tam vos, quàm Deus*: (2.) *Metaphorâ*: *patrem* enim pro *evergeta* ponit. (3.) *Metonymia ſubjecti* pro *adjuncto*: nam *domus* pro *familia* eſt. *Iun*. in Bibl. p. 58. *Glaſſ*. l.3. Phil. Sacr. tract. 5. can. 22. p. 487. l.5. tract. 1. c. 12. p. 368.

II. Joſeph Moſi contradicere videtur: *ille* enim dicit, *nequaquam, fratres ſe in Ægyptum miſiſſe*; *ſic* verò *Gen*. 37. v. 28. aſſerit, *fratres Joſephi, ipſum ſcientes & volentes in Ægyptum vendidiſſe.*

℞. Adverbium negativum לֹא, hîc pro *comparativa particula* ponitur : *Nunc itaq; nequaquam vos miſiſtis me huc, ſed Deus ipſe*, h. e. *potiùs Deus, quam vos*, hanc in Ægyptum profectionem meam effecit. *Glaſſ*. l.3. Phil. Sacr. tr. 5. can. 22. p. 487.

III. *Beza* Reſpons. 2. ad acta colloq. Mompelii. p. 179. *Deum* ſtatuit *peccati cauſam*, quòd *Joſephi venditio malitioſa non tā fratrum conſilio, quàm ipſius DEI arcana voluntati atque decreto adſcribatur.*

℞. Quod Joſeph *voluntate Dei* dicitur miſſus in Ægyptum id non eſt referendum ad *ipſam venditionem*, quam Deus nullo modo volebat, ſed ad *bonum illum finem*, quem Deus ex perverſa illa Joſephi venditione eliciebat, *Gen*. 50. v. 20. Hoc ipſum inde elucet, quòd Joſeph dicit, *ſe non fuiſſe fratrum conſilio miſſum in Ægyptum*; hoc enim de *ipſa venditione non poteſt accipi*, ſiquidem omnino fratres Joſephi ſcientes & volentes Joſephum Ægyptiis vendiderant. De *fine* igitur *bono* duntaxat loquitur Joſeph in his verbis, quem fratres Joſephi non reſpiciebant in illa venditione.

Urſinus volum. 1. oper. Theol. fol. 224. regerit, Deum *diverſo reſpectu & fine velle*, & *non velle peccatum* : E. g. *venditionem Joſephi* Deum voluiſſe, quatenus *Joſeph evehebatur ad honores, conſervabatur familia Jacobi, & implebatur oraculum de ſervitute Abrahami in Ægypto*; non autem *voluiſſe hanc venditionem*, quatenus erat *peccatum*.

℞. (1.) Ex Calvinianorum ſententia invictè ſequitur, quòd Deus etiam peccata, *quatenus peccata ſunt*, velit, *voluntate beneplaciti*; cum omnia, quæ fiunt, *voluntate ipſius beneplaciti* fiant, juxta illorum mentem. (2.) Negamus, Deum vel *venditionem Joſephi*, vel *ullum peccatum* propter *bonum finem velle*, ſed *permittere* duntaxat, quia inde bonum finem elicere poteſt. *Hutt*. in LL. CC. Theol. p. 246. *Grawe* in Abſurd. Calvin. c. 5. p. 245. ſeq. & par. 7. prælect. in A. C. p. 116. ſeq.

Verſ. 9. *Feſtinate & adſcendite ad patrem meum, & dicetis ad eum: Sic dixit filius tuus Joſeph: poſuit me Deus in dominum omnis Ægypti, deſcende ad me, ne ſtes.*

Vide-ſis (1.) *Hebraiſmum* : *Feſtinate & adſcendite*, pro *feſtinanter* aut *citò* adſcendite. (2.) *Enallagen*: futurum enim, *dicetis*, pro imperativo, *dicite*, ponitur. (3.) *Metonymia adjuncti* pro *ſubjecto*: nam *ſtare* eſt pro *commorari*. Ariæm. mont. in Bibl. p. 41. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 106.

Verſ. 18. *Et capite patrem veſtrum, & domos veſtras & venite ad me, & dabo vobis præſtantiam terræ Ægypti, & comedite pinguedinem terra.*

In textu hoc invenitur (1.) *Metonymia*, tum *ſubjecti* pro *adjuncto*; nam *domus* ſunt pro *familiis*: tum *cauſa* pro *effectu*, ſiquidem per *pinguedinem terra* intelliguntur *ſelectiſſimi fructus terra*, qui ex *pinguedine terra* oriuntur. (2.) *Metaphora*: *adeps* enim ſeu *pinguedo* pro *optimo animalis membro* ha-

betur & per translationem de *telluris fertilitate* uſurpatur. (3.) *Enallage* tum *abſtracti* pro *concreto* ſuperlativi gradus : *Præſtantiam terræ*, i. e. *præſtantiſſimum terræ*; tum *modi*: imperativus enim אִכְלוּ, & *comedite*, pro futuro indicativi, *comedetis*, adhibetur: *Ariam.* in Bibl. p. 42. *Iun.* in Not. ad h. l. pag. 59. *Glaſſ.* l. 3. Phil. S. tr. 1. can. 17. m. 2. p. 62. & tract. 3. can. 43. m. 1. p. 357.

Verſ. 19. *Et tu juſſus es : Hoc facite, capite vobis de terra Ægypti currus parvulis veſtris, & uxoribus veſtris, & feretis patrem veſtrum, & venietis.*

Obſerva hoc loco (1.) *Ellipſin* partim nominis, ex v. 17. repetendi, *Et tu*, ſubaudi, *Joſeph*, partim præpoſitionis, *Parvulis veſtris, & uxoribus veſtris*, h. e. *pro* parvulis veſtris & pro uxoribus veſtris. (2.) *Enallagen modi* : futurum enim, *feretis* & *venietis*, eſt pro imperativo, *ferte* & *venite*. Ariæm. in Bibl. p. 42. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 59.

Verſ. 20. *Et oculus veſter non parcat ſuper vaſa veſtra: quia præſtantia omnis terræ Ægypti vobis illa.*

Nota hîc (1.) *Synecdochen* ; nam phraſis hæc, quòd *oculus parcat*, ad alium *mentis affectum* (cujus indicium eſt *oculus*) transfertur : *Ne parcat oculus veſter vaſa veſtra*, h. e. *ne tadeat vos propter ſupellectilia veſtra, ea relinquere*, cum oculos veſtros in illa ipſa conjicitis. (2.) *Enallagen abſtracti* pro *concreto* ſuperlativi gradus : *præſtantia terræ Ægypti*, i. e. *præſtantiſſima pars Ægypti & feraciſſima.* (3.) *Ellipſin* verbi ſubſtantivi : *vobis illa*, ſcil. *erit*. Ariæm. in Bibl. pag. 42. *Vatab.* in Annot. ad Sac. l. pag. 107. *Iun.* in Not. ad eund. loc. pag. 59. *Glaſſ.* l. 3. Phil. Sac. t. 3. can. 22. m. 6. p. 297.

Verſ. 21. *Et fecerunt ſic filii Iſraël, Et dedit ei Ioſeph currus juxta os Pharaonis, & dedit eis eſcam ad viam.*

In verſu hoc occurrit *Metonymia*, tum *cauſæ organicæ* pro *re per inſtrumentum effecta*; *os* enim pro *mandato* ponitur! tum *ſubjecti* pro *adjuncto*, quia *via* eſt pro *itinere*. Jun. in Not. ad h. l. pag. 59. *Glaſſ.* l. 5. Phil. S. tr. 1. cap. 1. m. 2. p. 8.

Verſ. 22. *Omnibus ipſis dedit viritim mutationes veſtium, & ipſi Benjamin dedit trecentos argenti, & quinque &c.*

Ecce (1.) *Hypallagen: Mutationes veſtium*, pro *veſtibus mutationum*: (2.) *Enallagen ſubſtantivi* pro *adjectivo* : veſtes *mutationum*, hoc eſt veſtes *mutatoriæ*, veſtes *novæ*, quæ permutari poſſunt. (3.) *Metonymiam materiæ*. nam כֶּסֶף, *argentum*, cum nomine numerali, *trecentos*, ſignificat *ſiclos argenteos*. Jun. in Not. ad h. l. pag. 59. *Glaſſ.* l. 3. Phil. S. t. 1. can. 8. m. 1. pag. 28. & lib. 5. tract. 1. cap. 1. m. ultim. pag. 20.

Verſ. 25. *Et nunciaverunt ei dicendo : Ioſeph adhuc vivens, & quia ipſe dominans in omni terra Ægypti. Et debilitatum eſt cor ejus, quia non credebat eis.*

Moſes uſurpat (1.) *Enallagen* : nam participia, *vivens* & *dominans*, pro ipſis verbis, *vivit* & *dominatur*, ponit. (2.) *Pleonaſmum*: redundat, enim *quia*: Et *quia ipſe*, pro, *Et ipſe* &c. (3.) *Metonymiam ſubjecti* pro *adjuncto* : *cor* namque pro *animo* eſt. *Ariam.* in Bibl. pag. 42. *Iun.* in Notab. ad h. l. pag. 59.

Verſ. 26. *Et locuti ſunt ad eum omnia verba Joſeph, quæ locutus fuerat ad eos, & vidit currus, quos miſit Joſeph, ad ferendum eum, Et revixit Spiritus Jacob patris eorum.*

Reperitur hîc (1.) *Metaphora*: *revixit*, id eſt, *recreatus eſt, & recepit vires*, tanquam ex mortis anguſtiis, in vitam rediens. (2.) *Metonymia cauſæ* pro *effectu* : *Spiritus* enim pro *effectu* ſeu *motu animæ*, eoque *bono*, ſumitur. *Iun.* in Not. ad h. l. pagin. 59. *Glaſſ.* l. 5. Phil. S. t. 1. cap. 1. m. 1. pag. 8.

CAPUT XLVI. Verſic. 2. *Et dixit Deus ad Iſraël in viſionibus noctis, & ait : Iacob, Iacob. Et dixit, ecce ego.*

Redit huc (1.) *Enallage* tum numeri pluralis, *viſionibus*, pro ſingulari, *viſione*, tum ſubſtantivi, *noctis*, pro adjectivo *nocturnis*, (2.) *Epizeuxis*: vox enim eadem repetitur, *Iacob, Iacob*: (3.) *Ellipſis* verbi: *Ecce ego*, ſcil. *adſum*. Ariæm. in Bibl. pag. 42. *Vatab.* in Not. ad h. l. pag. 108.

Verſic. 3. *Et dixit: Ego Deus, Deus patris tui, ne timeas à deſcendere in Ægyptum, quia in gentem magnam ponam te ibi.*

Eſt hoc loco (1.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi : *Ego Deus*, ſcil. *ſum*. (2.) *Enallagen* verbi, *deſcendere*, pro nomine, *deſcenſus*. (3.) *Metonymia cauſæ* pro *effectu*: Ponam *te*, id eſt poſteros tuos, *Ariam.* & *Vatabl.* ibidem.

Verſic. 4. *Ego deſcendam tecum in Ægyptum, & ego oſtendere faciam te etiam aſcendendo, & Ioſeph ponet manum ſuam ſuper oculos tuos.*

In textu hoc habetur (1.) Ἀνθρωποπάθεια: humanitus enim dictum, cum *Deus ſe deſcenſurum cum Iacob in Ægyptum*, promittit, quippe ſignificans, *ſe gratiâ & patrocinio ſuo ipſi Iacobo adfuturum in via illa* (2.) *Hebraiſmus, Aſcendere faciam te* &c. hoc eſt, *reducam te huc in patriam tuam*: & *ponet manum ſuam ſuper oculos tuos*, id eſt, *tibi morienti oculos claudat*. (3.) *Metaphora* אֹרַח enim idem eſt ac *perire* & *mori*, ſumta translatione à *vapore & fumo*, qui in aëre aſcendens, tandem evaneſcit & perit. *Vatab.* in Annot. ad Sac. l. pag. 108. *Iun.* in Not. ad eund. l. pag. 59. *Glaſſ.* l. 5. Phil. S. t. 1. cap. 7. pag. 144. cap. 10. pag. 248.

Verſ. 6. *Et ceperunt pecus ſuum, & acquiſitionem ſuam, quam acquiſierant in terra Chanaan, & venerunt in Ægyptum Iacob, & omne ſemen ejus cum eo.*

Vide-ſis (1.) *Enallagen numeri* ſingularis pro plurali, *pecus*, id eſt, *pecudes*. (2.) *Metonymiam materiæ* pro materiato ; *ſemen* enim eſt pro *poſteris*. Ariæm. in Bibl. pag. 42. & Glaſſ. loc. c. Phil. Sac. t. 1. capit. pag. 21.

Verſ. 7. *Venitque Iacob in Ægyptum cum omni ſemine ſuo, filii ejus, & nepotes, filiæ & cuncta ſimul progenies.*

Moſes ſibi contradicere videtur : hîc enim facit mentionem *filiarum Iacobi*, cum non niſi numeretur *Dina*, verſic. 15. & *unica ſaltem neptis*, videlicet *Sara*, filia Aſer. verſ. 17.

Reſp. Eſt *Enallage numeri*, qua *pluralis* poſitus eſt pro *ſingulari*: adeo nominat Scriptura etiam *filios*, verſ. 23.

verſ.23. & recenſet tantum *unum*. Neque enim eſt veriſimile, Moſen diligentiſſimè enumerantem ſingulas perſonas, ex Jacobo natas, filiarum mentionem fuiſſe præteriturum, ſi plures ipſi natæ fuiſſent. *Rung.* in c.46. Gen. pag.1299. *Glaſſ.* l.5. Phil. Sacr. tr. 1.c.14. m 3. p.444.

Verſ. 15. *Omnis anima filiorum ejus & filiarum triginta tres.*

I. Moſes utitur (1.) *Enallage numeri* ſingularis pro plurali, *anima*, i.e. *animæ*. (2.) *Synecdoche partis* pro toto : *animas* enim pro *perſonis* accipit. (3.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi : *Triginta & tres*, ſcil. *fuerunt*. Arizm. in Bibl. p. 42. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.108.

II. In Collectione ſummæ hujus, Grammatica quædam difficultas oritur : Si enim numerentur *omnes filii & nepotes Leæ*, cum *Dina filia*, prodeunt 34. & tamen Moſes tantum numerat 33.

℞. Ut difficultas hæc expediatur, ſciendum eſt, Moſi hîc propoſitum fuiſſe numerare perſonas, *ſpectantes ad familiam Jacobi*, quæ *tum temporis fuerunt in vivis*; & hujus ſui propoſiti initium facit à verſ.8. recenſensque filios ac nepotes Leæ, recenſet quidem 34. Sed quia duo filii Judæ, *Her*, & Onar *non amplius erat in vivis*, ideo eos in collectione ſummæ omittit. Annumerat verò *his Jacobum*, tanquam *communem ſtipitem*, ſicut verba habent: *Ipſe Jacob & filii ejus*, verſ. 8. Eſt igitur numeri hujus ſententia : *Eorum, qui Ægyptum deſcenderunt, primus fuit Jacob, deinde filii & nepotes Leæ, qui una cum ſtipite conſtituunt perſonas* 33. Rung. l. c. p. 1300. ſeq.

Verſ. 21. *Filii Benjamin; Belah, & Becher, & Aſbel, & Gerah, & Naaman, & Echi, & Ros, & Mophim, & Ophim, & Ared.*

I. Nomina hæc filiorum Benjamin מפים חפים, Muppim & Chuppim, in ſe quidem pluralia ſunt, ſi *terminationem* ſpectes; ex *ſpeciali* tamen *impoſitione* ſunt *ſingularia*, Certè qui חפם h.l. dicitur, is *Num.*26. v.39. חופם appellatur. *Glaſſ.* l.4. Phil. S. tr. 2. obſerv.1. m.1. p.759.

II. *Narratio hæc Moſis non videtur veriſimilis*: hîc enim *filiorum Benjamin* recenſentur *decem*; at Is ſuprà c.44. v.20. dicitur *parvulus*, qui tempore deſcenſus in Ægyptum natus fuit annos 23.

℞. B. Lutherus judicat, parentem Jacobum maturâſſe nuptias filii ſui Benjamini; tum ne corrumperetur, tum ut ex eo & dilecta Rachele ſemen ac poſteros haberet. Et quia non videtur veriſimile, ipſum ex una conjuge decem ſuſcepiſſe filios, tam brevi temporis ſpacio; ideò alii exiſtimant, ipſum plurales habuiſſe uxores. Fortaſſis etiam in iſto numero fuerunt gemelli. Poteſt igitur referri ad ſingularem Dei benedictionem, quâ afflictum Jacobum Benjamini poſteris voluit conſolari. Id ibid.

2. *Numer.*26. v.38. & 39. *filiorum Benjamini non plures recenſentur* quàm *quinq;*.

℞. In Numerorum libro non eſt inſtitutum Moſis, *omnes filios Benjamini & reliquorum recenſere*, ſed tantùm *eos, à quibus familiæ poſt plagam, ob ſcortationem cum Moabitarum filiabus illatam*, Numer. 25. verſ. 9. *fuere ſuperſtites*, & inter quos terra promiſſa erat dividenda. Unde liquet, quinque familias Benjamini in deſerto funditus interiiſſe. Walther in harmon. Script. p.154.

3. 1. *Paralip.* 7. verſ. 6. *Filiorum Benjamin tantummodo tres* recenſentur.

℞. In Chronicis commemorantur *familiæ Benjaminis eo tempore adhuc ſuperſtites*, quarum ſolùm *tres* fuerunt. Reliquas in ſævisſima illa clade, quæ *Judic.* 20. verſ.46. deſcribitur, *exciſas fuiſſe* non eſt dubium. Id ibid.

Verſ. 22. *Iſti filii Rachel, qui natus eſt ipſi Jacob, omnis anima quatuordecim.*

Ecce (1.) *Ellipſin* verbi ſubſtantivi; *Iſti*, ſcil. ſunt. (2.) *Enallagen numeri*, ſingularis pro plurali: *Natus eſt*, pro, *nati ſunt*; & *anima*, pro, *animæ*. Arizm. in Bibl. pag.43.

Verſ. 23. *Et filii Dan.* חשים *Chuſim,*

Nota hoc loco, (1.) *Synecdochen generis* pro *ſpecie*: pluralis enim, *filii*, pro ſingulari *filius*, ponitur. (2.) Nomen חשים *terminatione* quidem *plurale eſſe*, *ſingulare* verò *ſignificatione*: dicitur namque *Num.* 26. verſ. 42. שוחם transpoſitis literis, & *terminatione pluralis* in *ſingularem* mutata. *Glaſſ. lib.* 4. Phil. Sac. tract. 2. obſerv. 1. m. 1. pag. 759. & l. 5. tract. 1. cap. 14. m. 3. pagin. 444.

Verſ. 26. *Omnis anima, veniens ipſi, Jacob in Ægyptum, egreſſi femur ejus, præter uxores filiorum Jacob, omnis anima ſexaginta & ſex.*

I. Recurrit huc (1.) *Enallage numeri: anima*, id eſt, animæ. (2.) *Hebraiſmus*: nam Hebraicè legitur in maſculino *egreſſi*, h. e. *geniti ab eo*, & eſt concordia in *ſenſu* tantum, non in *voce*; ideò enim in maſculino plurali habetur *egreſſi*, quia *animæ* ponuntur pro *hominibus* per *Synecdochen*, ut ſenſus ſit, *omnes homines, à Jacobo genitos, fuiſſe ſexaginta ſex.* Vatabl. in Annot. ad h. l. pag. 109. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.60.

II. *Animæ liberorum naturali propagatione è parentibus ortum trahunt*: nam *animæ ex femore Jacobi egreſſæ ſunt*: Quicquid verò *egreſſum eſt è femore Jacobi, illud ab eo habet originem, & ab eodem eſt productum.*

Bellarminus l 4. de Amiſſion. grat. & ſtat. peccat. cap.1. excipit, *animam* per *Synecdochen* hic poni pro *homine*.

℞. (1.) Apellatione *animæ* hîc intelligi *totum hominem*, nosipſi docemus, & quidem vel *Synecdochicè* ut *pars*, nimirum anima, ponatur, & *totum*, nimirum *homo*, intelligatur; vel, ut aliis placet, *metonymicè*, cum *anima* ſit hominis forma, *homo* autē *formatū*. At verò hic Jeſuita propria cædit vineta: eâ nāque ratione *totus homo, & anima & corpore conſtans*, ex parentibus naſcitur, atque ſic *homo animatus* è femore parentum egreditur; id quod volumus. Quomodo enim illa *pars hominis*, quæ à parentibus non deſcendit, uſurparetur pro *toto homine*, qua ſi homo totum hominem generaret? (2.) juxta Bellarmini ſententiam, *anima* hîc pro *parte hominis altera*, tantùm videlicet *corpore*, eſſet accipienda, cujus *Synecdoches* exemplum nullum inveniet. Ita *Gerhard.* t.2. LL.CC. loc. 11. de Imag. DEI in hom. §. 125. pag. 497. *Gieſen.* de Papiſm. diſput. 45. Theſ. 53. 54. 55. *Thumm.* in controverſ. de ortu anim. pagin. 19. ſeq. *Brochm.* tom. 1. Syſtem. Theol. art. de Peccat. c. 6. 7. pag. 454.

III. Qui arbitrantur, *animam humanam à ſolo patre una cum ſemine transfundi & propagari*, nituntur hac ratione; quod *animæ* diſertis verbis dicantur *egreſſa è femore Jacobi.*

℞. Ratio adducta committit elenchum *excluſorum*, non *excludendorum*: ſiquidem *patri* in ſcripturis tribuitur *generatio*, *matre* tamen non *excluſâ*, ſed *connotata*; ita animæ dicuntur egreſſæ e fæmore *Jacobi*, ſed non *tantùm*. Thum. l. c. pagin. 102. ſeq.

IV. In collectione hujus ſummæ difficultas oritur: *hic* enim *numerantur animæ* 66. cum tamen aliàs ſint 67.

Reſp. Moſis propoſitum hîc fuit, numerare *poſteritatem, à Jacobo ortam, quæ* (demptô Joſephô cum liberis.) *in Ægyptum deſcendit*; & in hoc numero animarum 66. quia expreſsè is refertur ad *animas*, quæ egreſſæ ſunt è femore Jacobi, & cùm ipſo deſcenderunt in Ægyptum, demendus eſt *Jacob ſtipes*, & *Joſeph cum filiis*, qui jam antè erant in Ægypto: & ſic *filii Leæ* erant 32. *Zilpha* 16. *Rachelis* (in terra Chanaan.) 11. *Bilha.* 7. *Hi conſtituunt* 66. *Rung.* in c. 46. Geneſ. pag. 1300. ſeq. *Jun.* in Not. ad h. loc. pagin. 60.

Verſ. 27. *Et filii Joſeph, qui natus eſt in Ægypto, animæ duæ: omnis anima domus Jacob, quæ ingreſſa in Ægyptum, ſeptuaginta.*

I. Ecce (1.) *Enallagen* numeri: *Natus eſt*, pro, *nati ſunt*; & *anima*, id eſt, *animæ*. (2.) *Synecdochen partis* pro *toto*: *animæ* ſunt pro *hominibus* (3.) *Metonymiam ſubjecti*, pro *adjuncto*: nam *domus* pro *familia* eſt. (4.) *Ellipſin* verbi ſubſtantivi: *Septuaginta*, ſcil. *fuerunt*. Ariæm. in Bibl. pagin. 43. *Jun.* ibid. pagin. 50.

II. Moſes ſibi contradicere videtur: hîc enim recenſet, *ſeptuaginta animas intrâſſe in Ægyptum cum Jacobo*, nimirum 66. animabus annumerans Jacobum & *Joſephum cum duobus filiis*, qui *duo tamen in terra Ægypti Joſepho nati ſunt* v. 27.

℞. Hebraica veritas habet: *Omnes animæ familiæ Jacobi, quæ ingreſſa eſt Ægyptum, ſeptuaginta.* Non enim dixit, *animas ſeptuaginta ingreſſas*, ſed *familiam, ad quam pertinerent animæ ſeptuaginta, ingreſſam eſſe*. Cham. tom. 1. Panſtr. l. 5. c. 6. n. 3.

III. *Bellarminus* l. 1. de verb. Dei cap. 7. cenſet, *Mardochæum*, *Eſther.* 2. v. 5. & 6. dici *tranſlatum in Babylonem*, non in eo, ſed in *parentibus* aut *majoribus ſuis*; quemadmodum *duo filii Joſeph* dicantur *Ægyptum ingreſſi*, quia *Joſeph*, *in hujus lumbis ipſi erant*, *ut Ægyptum intraverit*.

℞. (1.) Ex *Hebræo* modo audivimus, inibi non dici, *animas Ægyptum ingreſſas*, ſed *familiam*. (2.) Id verò ſi ibidem haberetur, permagna eſſet *diverſitas exemplorum*. Quamprimùm enim nominatim de *filiis Joſephi*, Gen. 46. v. 27. agitur *in individuo*, palam dicitur, quòd *nati ſint in terra Ægypti*; *connumerantur* autem *reliquis Jacobi filiis*, ut *de numero conſtet ejus familiæ*. At verò Mardochæus lib. Eſther. c. 2. verſ. 6. non ut *cum aliis connumeratur*, ſed *in individuo conſideratus*, *tranſlatus eſſe* ſcribitur *in Babylonem*, *in tranſlatione Jechoniæ Regis*. Hunn. tom. 2. oper. Lat. p. 67.

IV. *Moſes* repugnare videtur *Stephano*: *ille* enim in tota familia Jacobæa, quæ Ægyptum eſt ingreſſa, perſonas numerat 70. *hic* verò *Actor.* 7. v. 15. animarum 75. mentionem fecit.

℞. Nulla eſt pugna: neque enim Stephanus refert *numerum proficiſcentium in Ægyptum*, ſed *ſummam eorum*, quos hîc nominatim Moſes enumeravit (quos inter etiam *quatuor uxores Jacobi*, & *duos filios Jehudæ* licèt antè defunctos comprehendit) ut doceat, ad quantum in ſumma numerum familiæ Jacobi, *antequam deſcenderet in Ægyptum*, perveniſſet, *Jun.* in Not. ad h. l. pag. 60. *Walther.* in Harm. S. Script. p. 154-159.

Verſ. 28. *Et Jehudam miſit ante faciem ſuam ad Joſeph, ad ſignificandum ante faciem ſuam Goſen, &c.*

In hoc verſu habetur (1.) *Hebraiſmus*: פְּנֵי enim *facies*, pro *adventu* eſt. (2.) *Ellipſis* præpoſitionis ב IN: *Goſen*, pro, *in Goſen*. Itaque ſenſus eſt: *ut indicaret adventum ſuum, antequam veniret in regionem Goſen*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 109. *Glaſſ.* l. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 46 m. 1. p. 369.

Verſ. 29. *Et junxit Joſeph currum ſuum & aſcendit in occurſum Iſrael patris ſui Goſen, & videndum ſe obtulit ei: & cecidit ſuper collum ejus, & flevit ſuper collum ejus adhuc.*

Nota hoc loco (1.) actionem, *juncturam currus*, tribui *Joſepho*, tanquam *mandanti* & procuranti; *junxit*, h. e. *jungi per adminiſtros curavit*. (2.) Paſſivum נִרְאָה ſignificationis eſſe reciprocæ, *conſpectus eſt*, & *videndum ſe obtulit*, nimirum ut pater ſenex, oculis debilior, filium ſuum propius adſpiceret, & ut ſi, quod adhuc de ipſo dubium in animo hæreret, eximeretur. (3.) Ante verbum, *cecidit*, ſubaudiendum eſſe nomen, *Iſrael*. (4.) Adverbium עוֹד, *amplius* ſeu *adhuc*, exponendum per *diu*, teſte Chaldæo Paraphraſte. *Vatabl.* in Annot ad h. l. p. 109. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 60. *Glaſſ.* l. 3. Phil. Sacr. tract. 3. can. 22. m. 2. p. 291. & can. 25. m. 2. p. 311.

Verſ. 34. *Et dicetis: Viri pecoris fuerunt ſervi tui à pueritia noſtra, & uſq; ad nunc, etiam nos, etiam patres noſtri; ut habitetis in terra Goſen: quia abominatio Ægyptiorum omnis paſtor pecoris.*

I. Vide-ſis (1.) Hebraiſmum: *Viri pecoris*, h. e. *pecuarii*, pecora alentes, & paſtoritiæ vitæ dediti. (2.) *Enallagen* tum abſtracti, *abominatio*, pro concretô, *abominabilis*: tum *numeri* ſingularis, *pecoris*, pro plurali, *pecudum*. Ariæm. in Bibl. p. 43. *Glaſſ.* l. 3. Phil. S. tr. 1. can. 7. p. 25. & can. 34. m. 1. p. 124.

II. *Moſes ſibi contradicere* videtur: hîc enim de *Ægyptiis* pronunciat, quod *deteſtentur omnes paſtores*; & verò c. 47. verſ. 6. refert Pharaonem Joſepho præcepiſſe, ut *de cognatis ſuis viros induſtrios conſtituat principes rei pecuariæ ſuæ*.

℞. Non *quoſvis paſtores* Ægyptii fuerunt deteſtati, ſed *gentis Judaicæ*, eò quòd iſtorum *religionem*, & imprimis *circumciſionem* execrabantur, & quia Iſraëlitæ mactabant in ſacrificiis, quæ colebant Ægyptii, tanquam numina, *Exod.* 8. verſ. 26. *Walther.* ibid. p. 160.

CAP. XLVII. Verſ. 3. Et *dixit Pharao ad fratres ejus: Quæ opera veſtra? Et dixerunt ad Pharaonem: Paſtor pecoris ſervi tui, etiam nos, etiam patres noſtri.*

In textu hoc occurrit (1.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Quæ*, ſcil. *ſunt*. (2.) *Enallage numeri* ſingularis *paſtor*, & *pecudis*, pro plurali, *paſtores* & *pecudum*; eâ verò *partitio* denotatur: *Quilibet ſervorum tuorum paſtoritiæ vitæ deditus eſt*. (3.) *Hebraiſmus*: *Etiam nos, etiam patres noſtri*, h. e. *Non modò nos ſumus paſtores, ſed etiam patres noſtri fuerunt paſtores*. Ariæm. in Bibl. p. 43. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 100. *Glaſſ.* l. 3. Phil. S. tr. 1. can. 13. p. 51.

Verf. 6. *Terra Ægypti coram te ipsa, in optimo terræ habitare fac patrem tuum, & fratres tuos, habitent in terra Gosen, & si cognoveris, & sint inter eos viri virtutis, & pones eos principes pecudis super quod mihi.*

Ecce (1.) *Enallagen*, Hebræis frequentatam: pronomen enim demonstrativum, היא, *ipsa*, ponitur pro verbo substantivo, *est.* (2.) *Ellipsin* tum nominis substantivi, מָקוֹם, *locus*; *in optimo*, scil. *loco*: tum pronominis demonstrativi, *Hoc*: *Super quod*, pro super *hoc, quod* &c. (3.) *Hebraismum*: *viri virtutis*, id est, *strenui, industrii* sive *periti pecoris alendi.* Ariæm. in Bibl. p. 43. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 110. *Jun.* in Not. ad eund. loc. pag. 60. *Glaff.* l. 3. Phil. Sac. t. 1. can. 34. m. 1. p. 124.

Verf. 7. *Post hæc introduxit Joseph patrem suum, ad Regem, & statuit eum coram eo, qui benedicens illi* &c.

Iconolatræ in Synodo Nicæna II. pro *imaginum adoratione* urgebant, quod *Jacob Pharaoni benedixit*, sed non ut *DEO*; & *ita se adorare imagines*, sed *non ut Deum.*

Resp. *Carolus Magnus* l. 1. contr. Synod. de Imaginibus c. 14. ita regerit: *Benedixit Jacob Pharaoni*, non ut *Deo*, neque ut *picturæ*, sed ut *homini*, cui propter *sublimitatem concessæ à Deo potestatis, honor est exhibendus. Non itaque hujuscemodi benedictio imaginum adorationi congruit, quæ neque se adorantibus, neque adorare spernentibus quandam pro qualitate meritorum possunt inferre retributionem.* Hist. Magdeb. Cent. 8. c. 9. p. 642. ad 5.

Verf. 9. *Dies annorum peregrinationum vitæ meæ* 130. *annorum, pusillum, & mali* &c.

I. In *Hebræo videtur* (1.) *Pleonasmus*: *dies* enim, cum *annis*, conjuncti, redundant. (2.) *Enallage numeri*, quia singularis, שָׁנָה *annus*, & מְעַט *pusillum*, ponitur pro parvi, *anni* & *parvi.* (3.) *Hebraismus*: *Nec attigerunt* &c. id est *longiorem ætatem vixerunt patres mei.* Ariæm. in Bibl. pagin. 43. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. pag. 110. *Glaff.* l. 3. Phil. Sac. t. 1. can. 38. pag. 152.

II. *Jacob* non videtur *justè conquestus*, quòd *dies vitæ suæ mali sint*, cum tamen *multa Dei beneficia acceperit.*

Resp. Non vituperat *tempus ipsum*, tanquam *bonam DEI creaturam*; non ingratus erga DEUM, *calumniatur fortunam suam*, aut *indignatur Domino propter multiplices ærumnas*: verum *caussam* ostendit, *quare in tam brevi temporis spacio tam vehementer viribus corporis defecerit.* Rung. in cap. 47. Gen. pag. 1318.

Verf. 11. *Joseph verò patri & fratribus suis dedit possessionem in Ægypto, in optimo terræ loco, Ramesses, ut præceperat Pharao.*

Gemina hîc apparet contradictio: nam. 1. Moses refert, *Pharaonem præcepisse Josepho, ut daret patri & fratribus suis possessionem Ramesses*; cum tamen v. 6. *Pharao ei præceperit dare terram Gosen, quam & ipsi petierant*, verf. 4. *ad Josephi consilium.* capit. 46. verficul. 34.

Resp. Cajetanus putat *Ramesses fuisse partem quandam terræ Gosen*, sed *meliorem & uberiorem cæteris.* Est itaque secundum hanc opinionem illorum verborum hæc sententia: Joseph dedit suis ad habitandum optimam terræ Gosen partem, quæ ex nomine civitatis, *Ramesses* vocatur. *Walther.* in Harm. Script. pag. 106. seq.

II. *Quo tempore Jacob intravit in Ægyptum, non erat civitas illa Ramesses*; qui igitur *Joseph eam possessionem dedisse fertur patri, & fratribus suis?* Exod. 1. verf. 11.

Resp. Verum est, *Ramesses fuisse civitatem, multis annis post ingressum Jacobi, in Ægyptum ædificatam ab Hebræis*, in tempore durissimæ servitutis, quâ premebantur illi ab Ægyptis: sed hîc per *anticipationem* civitas illa commemorata est: ut *sensus sit, optimam illam terræ Gossen, nunc Ramesses vocari*, ex nomine *civitatis*, quam ibi postea ædificarunt Hebræi. Id. ibid.

Verf. 12. *Et aluit Joseph patrem suum, & fratres suos, & omnem domum patris sui, pane ad os parvuli.*

Moses utitur (1.) *Metonymia subjecti* pro *adjuncto*: *domus* enim pro *familia est.* (2.) *Synecdoche speciei* pro *genere*: *panis* quippe pro *cibo sumitur* (3.) *Pleonasmo* quoniam *os* redundare videtur, cum sensus sit, *Josephum omnes à maximo usque ad minimum pavisse. Vatabl.* in Annot. ad h. l. pag. 111. *Jun.* in Not. ad eund. l. p. 61.

Verf. 15. *Et consumptum est argentum è terra Ægypti & è terra Chanaan, & venerunt omnis Ægyptus ad Joseph, dicendo: Dato nobis panem, & ad quid moriemur coram te? quia deficit pecunia.*

Invenitur hîc (1.) *Metonymia subjecti* pro *adjuncto*: *Ægyptus* enim pro *Ægyptiis* ponitur, quem in finem verbum subsequens in plurali stat, *venerunt*, (2.) *Ellipsis*, verbi, *dato*, ex præcedentibus repetendi: *Dato*, quia deficit &c. nisi dicamus, particulam כִּי *quia*, sumi pro adversativa, *Quamvis*, q. d. *quanquam argentum non supersit, quo emamus cibum*; *dato tamen cibum, ne fame pereamus*, pro facultatum reliquiis, quas tibi offerimus &c. v. 16. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 61. *Glaff.* l. 3. Phil. Sac. tract. 7. can. 13. p. 607. & l. 5. tract. 1. cap. 3. m. 2. p. 40.

Verf. 17. *Et attulerunt pecudes suas ad Joseph, & dedit eis Joseph panem pro equis; & pro possessione gregis & pro possessione armenti, & pro asinis & duxit eos pro pane pro omnibus gregibus eorum in anno ipso.*

In versu hoc habetur (1.) *Synecdoche speciei* pro *genere*: *panis* enim pro *cibo* est. (2.) *Hypallage* Rabbinorum: *Possessione gregis* & *possessione armenti*, id est, *possesso grege*, & *possesso armento.* (3.) *Metaphora*: num *ducere* ponitur pro *sustentare*, sicut *pastor* gregem pascendi caussâ ducit. Chaldæus Paraph. habet, *aluit.* Vatabl. in Annot. ad h. l. pag. 111. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 61. *Glaff.* l. 5. Phil. Sac. t. 1. capit. 12. pag. 380.

Verf. 18. *Et finitus est annus ipse, & venerunt ad eum anno secundo, & dixerunt ei: Non abscondemus à Domino meo, quinimo finita sit, pecu-*

ma, &c. possessio jumentorum ad Dominum meum. Non remansit coram domino meo, præterquam, corpus nostrum, & terra nostra.

Nota hoc loco (1.) vocem כי אם, *quod si*, exponendam esse per cùm: *Quod si*, id est, *cum* finita sit &c. (2.) Hypallagen: *Possessio jumentorum*, hoc est, *possessum jumentum*. (3.) *Enallagen numeri singularis* pro plurali: *Corpus nostrum*, & *terra nostra*, id est, *corpora nostra*, & *terræ nostræ*. Jun. in Not. ad h.l. pag. 61. *Glass.* libr. 3. Phil. 5. t. 7. can. 6. pag. 596. sequent.

Vers. 19. *Ut quid moriemur ad oculos tuos, etiam terra nostra, etiam nos emenos, & terram nostram pro pane, & erimus nos & terra nostra servi Pharaoni & da semen, & vivemus, & non moriemur, & terra non desolabitur.*

Redit huc (1.) *Hebraismus*: *etiam nos, etiam terra nostra*; hoc est *tam nos, tam terra nostra*. (2.) *Prosopopæia*: *Mors* enim *terræ* tribuitur, quæ *ejus desolatio* est, ut ibidem sequitur. (3.) *Synecdoche speciei* pro *genere*: nam *panis* pro *cibo* est. *Glass.* l. 5. Phil. f. t. 1. c. 9. m. 4. pag. 195.

Vers. 21. *Joseph populum transire fecit à novissimis terminis Ægypti usque ad extremos fines ejus.*

I. Franzius in tractat. Theol. de Interpr. Script. orac. 55. p. 135. statuit, *corruptam esse vocem Hebræam*, permutatione unius literulæ ר quæ posita sit pro ד; verbum nimirum עבר quod est, *transivit*, irrepsisse pro עבד, quod est *servivit*.

Resp. Fontis corruptio hic minimè est concedenda: quia omnia exemplaria ita legunt, nec ulla lectionis diversitas annotatur à Masorethis; & Chaldæus habet: *populum transtulit de civitate in civitatem*. Sensus verò vocis, העביר ex *Exod.* 30. vers. 33. plenissimè intelligi potest, quòd nempe populum Josephus *recensuerit*, & in oppida sub certis præfecturis distribuerit, ut ita solutio annuorum reditùum esset eò facilior. Neque *translatio* illa *servitutem* excludit, sed includit. Josephus igitur agros populo universæ Ægypti divisit, non ut *Dominus*, sed *ut colonus*; permutatio enim colonorum infallibilis est tessera locationis. *Walther.* loc. c. pag. 161. seq. *Glass.* l. 1. Phil. sacr. tract. 1. part. 2. sectione. 2. m. 82. pag. 173.

II. *Joseph non videtur rectè fecisse*, quòd *populum Ægypti transtulerit ab uno loco in alium*, cum *translatio illa ut peperisset magnam confusionem, ita & odium fecisset ad totius regni seditionem.*

Resp. Ne *populus Ægypti agros, Pharaoni venditos sibi proprios vindicaret*, Joseph prudenter *translatione* cavit, insuper & constituit præfecturas in oppidis, & agriculas præsertim rurales certis subjecit præfecturis, quarum Præpositis, & cives & rurales censum pro agris usurpatis, solverent. Atque hinc *nomus* sive *præfecturas* ortum traxisse, in quas antiquitus divisam fuisse Ægyptum, *Strabo* testatur l. 17. credibile est. Tantum ergo abest, *hac ipsa translatione* seditionem fuisse caussatam, ut illa eo ipso circumspectè præcaveatur. *Gesner.* in Comm. sup. h.l. pag. 925. seq. *Walther.* dict. loc.

Vers. 22. *Præter terram Sacerdotum, quia à rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur*, &c.

I. Ecce *Synecdochen tam speciei pro genere*, quia *Sacerdotes* juxta quorundam opinionem ponuntur pro *præfectis*; tum *generis* pro *specie*: nam חק, *statutum*, pro *cibo ordinario, necessario*, & *quasi demenso* est. *Jun.* in Not. ad h. l. pag. 61. *Glass.* l. 6. Phil. f. t. 1. cap. 19. m. 1. pag. 441.

II. Non rectè fecisse videtur Joseph, quòd *Sacerdotes illos idololatricos aluerit ex publico*, cum ita *idololatriam promoverit.*

Resp. *Non peccâsse hic Josephum*, patet (1.) ex *statu illius & conditione*: *Minister* enim fuit, & non *dominus absolutus*. (2.) Ex *consideratione regni*, in quo antiqua religio idololatrica, erat quasi hæreditaria; veri DEI agnitio nuper admodum illata, & consensu Regis approbata. Cum igitur utrique religioni pax esset data in regno, non debuit eam Josephus temere violare sicuti nunc in Germania multi Principes Evangelici stipendia dare coguntur Sacrificulis Pontificiis, & vicissim multi Episcopi & Abbates Papistici stipendia dant pastoribus Evangelicis: id utriusq; fit vigore transactionis, ad communem tranquillitatem, in imperio stabiliendam. (3.) Ex *Sententia Lutheri*, qui statuit, Ægyptiacos illos Sacerdotes, à Josepho, de vero DEO rectè institutos fuisse juxta illud Psalm. 105. v. 22. (4) Quanquam Jun. in Annot. Bibl. pag. 61. כהנים, interpretatur *præsides* seu *officiales Regios*, & non *Sacerdotes*, quia fundamento & probatione careant, qui hæc ad *Sacerdotes* restringant. *Rung.* in cap. 47. Genes. pag. 1329. seq. *Brochm.* tom. 2. Syltem. Theol. art. de Ministr. Ecclesiast. cap. 2. quæst. 12. p. 931.

Vers. 23. *Dixit ergo Joseph ad populos. En ut cernitis, & vos & terram vestram Pharao possidet: accipite semina & serite &c.*

I. *Joseph videtur inclementer tractâsse Ægyptios*, cum *omnia pecora, & omnes agros & omnes subditos totius regni*, Josephi auspicio *Pharaoni venduntur pro pane & frumento*: cum tamen *precium usitatum nullâ ratione æquet æstimationem istarum rerum.*

Resp. (1.) Dist. est *factum ipsum* à *persona Josephi*. *Hic* enim non fuit *Dominus absolutus Ægypti*, nec pro *suo arbitrio potuit singula disponere*, sed *minister & officialis*: non debuit igitur *adeò liberalis esse de alieno*. (2.) Dubium non est crescente fame. Regem instituta publicâ deliberatione consuluisse, qua ratione frumentum collectum commodè cum utilitate publica regni & regii fisci distribueretur, atque sic inventam esse tandem hanc rationem, ut Ægypti, qui prædictionem Josephi, & decretum Regis de colligendo frumento contempserant, ac superbè irriserant, deinceps stultitiæ & inobedientiæ pœnas darent, & se agros & pecora oppignorarent Regi, perpetuoque certamquandam portionem redituum penderent, à qua prius liberi fuerant. Ita simul & subditorum saluti, & Regio fisco fuit consultum. Huic decreto non debuit se opponere Josephus, cum liceat pio homini in quavis Republica uti legibus, non expressè pugnantibus cum mandato DEI, aut publicâ honestate. *Rung.* loc. cit. p. 1326. seq.

II. *Moses sibi contradicere videtur*: hic enim recenset præceptum, quo Josephus *unumquemque Ægyptium jubet seminare terram suam*; *remanserunt* ergo *singuli in suis civitatibus*, nec *ab uno loco in alium translati fuere*, uti tamen contrarium extat v. 21.

Resp.

Resp. (1.) Non dicitur hîc, ut *quisque terram suam seminet*, sed hoc solùm habetur, Josephum dixisse: *En ut cernitis, & vos & terram vestram, quæ ante hac* vestra erat) Pharao possidet, accipite semina, & serite agros, ut fruges habere positis. (2.) Josephus agros populo universæ Ægypti divisit, non ut *dominis*, sed ut *colonis*, quos permutavit: *permutatio* enim colonorum infallibilis est tessera *locationis*. Walth. l.c. p. 161. seq.

Vers. 24. *Et erit in proventibus, & dabitis quintam ipsi Pharaoni, & quatuor manus erit vobis in semen agri, & in cibus vestris, & iis, qui in domibus vestris, &c.*

In textu hoc occurrit (1.) *Ellipsis* tam *nominis*, Dabitis *quintam*, scilic. *manum*; tum *verbi* Qui, nim. *sunt*. (2.) *Metaphora*: *manus* enim nota ut *partes*: (3.) *Enallage numeri* singularis *erit*, pro plurali, *erant*. (4.) *Metonymia subjecti*; pro *adjuncto*: nam *domus* sunt pro *familiis*. Ariæm. in Bibl. pag. 44. *Jun.* in Annot. adh. loc. pag. 61. *Glass.* libr. 5. Phil. sac. tr. 1. cap. 12. p. 344.

Vers. 26. *Terra Sacerdotalis libera ab hac conditione fuit.*

Bellarminus Libr. de Cleric. capit. 28. propos. 5. probaturus *exemptionem Clericorum in rebus politicis*, tum quoad *personas*, tum quoad *bona*, *jure divino introductam esse*, adducit exemplum *Josephi Patriarchæ, qui exemit Sacerdotes Ægyptiorum*. jam verò non decet, *Ecclesiam Dei minus liberam esse tempore Principum Christianorum*, quam fuit *tempore Pharaonis*.

Resp. (1.) In Hebræo habetur vox כֹּהֲנִים, quæ *generalis* est, & tam de *præfectis politicis*, quàm de *Sacerdotibus* usurpatur. Ita verò Joseph non magis *Sacerdotes*, quàm *publicos Regis administros* sive *principes Ægypti*, exemisset. (2.) Si maxime demus, ibi sermonem esse de *Sacerdotibus*, non tamen inde concluditur quæstio: tum quia jam versamur in quæstione *juris*, at ibi agitur de *facto*. Jam verò ipse *Bellarminus* lib. de Cleric. cap. 7. resp. ad argum. 7. sic ait *Exempla Scripturarum non faciunt rem esse de jure divino, sed præcepta Dei sunt, quæ hoc faciunt.* Tum, quia Joseph id non fecit nomine DEI, sed *Regis Ægypti*, vers. 22. Tum, quia concedimus, *Principes debere Sacerdotes à quibusdam oneribus præstare immunes*; sed ex eo nodum inferri potest *omnimoda & universalis ab ipsa jurisdictione in rebus politicis exemptio*. Denique nec potuit Pharao terras *Sacerdotum* eodem onere gravare, quo *reliquorum subditorum* terras gravabat: eas enim Josephus Regi emerat, & ex gratia illas reddebat, reservata fisco quinta proventuum annorum parte, sed *Sacerdotum* terras, quæ erant *publica*, & ex liberalitate Regis ipsis assignatæ, cum *non coemisset*, ideo nec onus illud quintationis eis imponere potuit. *Gerhard.* tom. 6. LL. CC. loc. 27. de Magistrat. Polit. §. 461. pag. 1271. seq. *Cham.* tom. 5. Panstr. l. 4. c. 11. num. 6. & 7. *Amos.* tom. 2. Bellar. enarv. lib. 3. c. 6. Thes. 31.

Vers. 30. *Et dormiam cum patribus, & tolles me ex Ægypto, & sepelies in sepulchro eorum* &c.

I. Observa hoc loco (1.) præfixum ו ET, significare, CUM ac TUM, *ET* dormiam *& tolles*, hoc est, *cum dormiero, tum tolles*. (2.) Verbum, *dormire* sumi *Metaphoricè* pro *mori*. (3.) Futura, *tolles* & *sepelies*, poni pro imperativis; *tolle* & *sepeli*. Vatab. in Annot. ad h. loc. pag. 112. *Glass.* libr. 4. Phil. 5. t. 1. observ. 7. m. 3. n. 1. pag. 690.

II. *Alphonsus de Castro* libr. 13. advers. hæres. tit. *Reliquiæ Sanctorum*, contendit, *licitam esse reliquiarum translationem de uno loco in alium*, quòd *Jacob Patriarcha* non in *Ægypto*, sed in *terra Chanaan sepeliri voluit*.

Resp. (1.) Alphonsus ignorat elenchum: neque enim quæstio est de *translatione*, sed *religiosa reliquiarum veneratione*. *Corpora vel ossa defunctorum* ex *uno loco, in alium transferri*, non improbamus, si ex *causa quadam rationabili*, non autem ex *superstitione* illud fiat. Sic David ossa Saulis & Jonathæ, quæ cives Jabes Gilead in nemore Jabes sepelierant, in terram *Benjamin* translata, patrio sepulchro intulit, 2. *Sam.* 21. v. 14. Sic adhuc hodie *corpora magnatum*, præsertim extra provinciæ & regni sui fines mortuorum in *sepulchrum patrum* deferuntur, ex causa quadam *politica*. (3.) Jacob corpus suum in terram Canaan transferri jussit, non ut ibi *religiosè coleretur*, secus arrogantiæ id ipsi datum fuisset, ac si ipse post mortem gloriam illam quæsivisset; sed alias ob causas, nimir. 1. ob *terræ illius promissionem*, 2. *Ecclesiæ conjunctionem*, 3. *Messiæ expectationem*, 4. *Speratam cum* Christo resuscitationem. *Gerhard.* tom. 8. LL. CC. loc. 29. de mort. §. 115. p. 202. seq. & l. 2. spec. confess. Cathol. part. 2. art. 10. c. 3. thes. un. p. 675.

III. *Bellarmino* l. 1. de Purgat. cap. 3. pro *Purgatorio animarum, ex hac vita discedentium*; producit *solicitudinem Patriarchæ Jacobi, qui cupiverit in terra promissionis sepeliri, ut esset Particeps & precum sacrificiorum, quæ ibi offerebantur.*

Resp. (1.) Argumentum hoc est contra ipsum Bellarminum: Patriarcha enim Jacob post mortem non descendit in *Purgatorium*, ex quo per preces & sacrificia erat liberandus, sed in *Limbum*, ex quo non nisi per *Christi ad inferos descensum* liberari potuit, l. 4. de Christ. cap. 11. (2.) *Pererius* in c. 47. Gen. num. 21. disput. 4. varias causas *hujus desiderii Patriarchalis* recenset, *suffragiorum* autem *pro defunctis, ex purgatorio liberantis*, nullam planè mentionem facit (3.) Jacob voluit in terra promissionis sepeliri, non ex *superstitione quadam*, ut *posteri precibus & sacrificiis ipsi opitularentur*; sed ob causas alias, m. 2. enumeratas, quarum unaquæque sufficit, ut negemus *suffragia* huc indicenda.

Regerit (1.) *Peltanus* de Purgat. cap. 8. pag. 315: *suffragiis exclusis*, parum admodum referre, in *Ægyptone sepeliare*, an in *Palestina*, *Romane*, an *Augusta*.

Resp. Non est verum, *nihil interesse, ut sepeliaris*: quia non tantum, *anima separata*, à *corpore* habenda ratio erat, sed etiam *superstitum*: qui quidem usus nullus est *hodie* nisi *Politicus* (quæ consideratio erat Oleastri.) sed erat tamen non negligendus Jacobo Patriarchæ *olim*, qui *posteritatem à terra Ægypti abstrahere, & terram Chanaan in perpetua retinere voluit memoriâ*. 2. *Schoppius* in Apolog. pro Bellarmin. contr. Hunn. cap. 56. etiamsi Patriarcha non *venerit in Purgatorium, eum tamen credidisse*, fieri *posse, ut in Purgatorium deveniret*, ac propterea *suffragiis juvari voluisse*.

Rx. *Dictatorem* agit Schoppius: unde enim nobis fidem

fidem facit, *Patriarcham hoc credidiſſe & voluiſſe.* Niſi igitur evidentem hujus rei cauſam attulerit, mendacium pro reſponſo dixit. *Baldvin.* in refut. Apol. Schopp. p. 495. ſeq. *Gerhard. tom. 8. LL. CC. loc. 29. de mort. §. 235. p. 430. ſeqq. & in confeſſ. Cathol. l. 2. Specul. par. 2. art. 9. p. 473. ſeq. Thumm.* de Igne Purgatorii Pontificii fatuo, p. 58. & 62. *Cham.* tom. 3. Panſtr. l. 26. c. 15. n. 30. ſeqq.

IV. Reſp. *Salomon Jacobi* comment. in cap. 47. Gen. nugatur, *omnes homines in terra Canaan reſurrecturos*, ita ut, qui extra illum locum mortui & ſepulti ſunt, eò devolvendi, ſint per loca ſubterranea, non ſine dolore; & adfert rationem hanc, quòd *Patriarcha Jacob elegerit ſibi in terra Canaan ſepulturæ locum*, cum ſciret, *non reſurrecturum quenquam extra terram promiſſionis.*

Reſp. Ubi, quæſò, docet Scriptura hanc, quam comminiſcitur Judæus, fuiſſe cauſam, ob quam *in terra Canaan ſepeliri voluerit Jacob?* Aliam hujus rei affert DEI Spiritus cauſam videlicet *indicium conjunctionis in fide ac religione*: nam quibus Jacob fide junctus fuerat vivus, cùm hic etiam poſt mortem ſepulchro conjungi voluit, Gen. 49. n. 32. *Brochm.* tom. 2. Syſtem. Theol. arte. de reſurr. cap. 2. quæſt. 4. pag. 6091.

Verſ. 31. *Quo jurante, adoravit Iſrael dominum, converſus ad lectuli caput.*

I. Vide ſis (1) *Ellipſin nominis ſubſtantivi, ex v. 29.* repetendi; *Et dixit*, ſcil. *Iſrael* (2) *Metaphoram: caput* enim *ſummitatem lecti* notat, puta *cervica.* jun. in Not. ad h. l. p. 61. *Glaſſ.* l. 5. Phil. Sac. tract. 1. cap. 12. p. 337.

II. Nonnulli aſſerunt, *olim apud Hebræos fuiſſe vocales alias ab iis, quas hodie in uſu eſſe videmus*, & colligunt indicium quoddam ex h. l. ubi מטה quidam legerant *Mittes*, & *lectulum* ſunt interpretati, in quibus eſt *Hieronymus: alii Math*, & baculum appellarunt, atque hic LXX. Interpp. ῥάβδον dixerunt. Cujus dubii ſolutionem vide in Vindic. *Gen.* 36. v. 24. n. 1.

III. *Moſes Apoſtolo contradicere* videtur: *ille* enim narrat, *Jacobum adoraſſe incumbentem cervicali cubilis ſui*; *hic* verò *Hebr.* 11. v. 11. refert, *Jacobum adoráſſe incumbentem ſummitati virgæ ſuæ.*

Reſp. Hæc non pugnant: utrumque enim verum eſt, quod Jacob, ſenex & infirmus, lumbis à *tergo* cervicali cubilis ſui, à *fronte* autem ſummitate virgæ nixus fuerit, prout faciunt infirmi ſenes *atque decrepiti*; & fracti laboribus ac ætate malâ. Ergo cum utrumque verum ſit, alterum altero non evertitur, ſed utrumque ſimul, aut alterutrum ſeparatim, poteſt affirmari, ſine offenſa veritatis: nam rei ipſi nihil decedit. Apoſtolo autem ad *tranſlationem* LXX. Interpp. jam eo tempore pervulgatiſſimam, reſpicienti, ſatis fuit oſtendere, Jacobum vera in venturum Meſſiam fide fuiſſe præditum, inque ea vitam feliciter finiſſe; de reliquo, utrum, *virgam Joſephi attingens*, an *ſuo baculo innixus*, an denique ad *culcitram verticemque lecti converſus*, DEUM adorârit, non magnoperè laborandum duxit. *Jun.* tom. 1. oper. Theol. p. 240. *VValther.* in Harm. Script. pag. 163.

IV. Rationem *Papiſtarum*, pro religioſa imaginum adoratione vide confutatam in vind. *Hebr.* 11. verſ. 21.

CAP. XLVIII. Verſ. 1. *Et fuit poſt verba hæc, & dixit ad Joſeph: Ecce Pater tuus ægrotans, Et cepit duos filios ſecum &c.*

Moſes utitur (1.) *Hebraiſmo*: poſt *verba hæc*; i. e. *his rebus geſtis.* (2.) *Ellipſi*: Et *dixit*, ſcil. *quiſpiam*, puta *ex familia Jacobi nuncius.* (3.) *Enallage*: participium enim *ægrotans*, eſt pro verbo, *ægrotat.* Ariem. in Bibl. p. 44. *jun.* in Not. ad h. l. p. 61.

Verſ. 4. *Et dixit ad me: Ecce ego creſcere faciens te, & multiplicare faciam te, & dabo te in cœtum populorum, & dabo terram hanc ſemini tuo poſt te hæreditatem ſeculi.*

I. Redit huc (1.) *Enallage*: nam participium, *creſcere faciens*, pro verbo, *creſcere facio*, & præſens hoc pro futuro, *creſcere faciam*, ponitur. (2.) *Metonymia: Dabo te in cœtum populorum*, hoc eſt, *efficiam te patrem cœtus populorum.* Ariæm, in Bibl. pag. 44. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 133. *jun.* in Not. ad eund. loc. p. 62.

II. Contradictiones, hoc loco apparentes, vide conciliatas in Vind. *Gen.* 13. v. 15.

Verſ. 7. *Et ego nunc venirem de Padan, mortua eſt mihi Rachel in terra Canaan, in via, cum ad huc eſſet miliare terræ uſque ad* Ephrath, *& ſepelivi eam ibi in via* Ephrath: *ipſa Bethelem eſt.*

Papiſtæ ſuſpicantur, *in Scripturis nonnunquam unam ſententiam cum altera non cohærere*, veluti *hunc verſum cum præcedentibus* in ſermone illo Jacobi, uti collatio oſtendit.

Reſp. Connexio cum præcedentibus, ſatis eſt commoda. Adoptaverat ſibi Patriarcha duos ex Joſepho nepotes. Ejus adoptionis cauſa his verbis redditur, verſ. 7. quaſi dico cum ex Rahele, primaria mea uxore, plures potuerim ſuſcipere liberos, ſi ſuperſtes manſiſſet, æquum eſt, ut defectum illum ex te ejus filio ſuppleam. Itaque pro liberis, quos illa mihi dare potuiſſet, duos adopto, poſtquam mater tua magno meo cum luctu & damno, partus doloribus ſuperata, occubuit. *Glaſſ.* l. 1. Phil. Sac. t. 1. Secl. 7. p. 302. 304.

Verſ. 14. *Et miſit Iſraël dextram ſuam, & poſuit ſuper caput* Ephraim, *& ipſe minimus, & ſiniſtram ſuam ſuper caput Manaſſe: intelligere fecit manus ſuas, quia Manaſſe primogenitus.*

I. Nota hîc (1.) Conjunctiones, ו & כ, pro adverſativa, *Quamvis*, poni: Et ipſe minimus, hoc eſt. *quamvis eſſet* minimus; *&, quia* Manaſſe primogenitus, id eſt, quamvis eſſet primogenitus ut Abbenezra explicat. (2.) Per proſopopœiam *manibus* tribui *intelligentiam*, quæ ipſius *hominis* eſt: *Intelligere fecit manus*, hoc eſt, *ſcitè impoſuit manus*; quaſi manus illæ eſſent conſciæ rerum futurarum; quia non temere eas projecit, nec palpandi cauſa ſua vel illuc tranſtulit; ſed delectu adhibito, ſciens ac volens manum dexteram direxit ad *Ephraim*, & ſiniſtram ad *Manaſſen.* *Glaſſ.* l. 3. Phil. Sac. tract. 7. can. 13. pag. 607. & libr. 5. tract. 1. cap. 9. n. 1. cap. 9. n. 1. pag. 188.

II. *Bellar-*

II. *Bellarm.* l. 2. de Imag Sanct. c. 29. probaturus, *ſignum crucis Sacrum eſſe & venerabile*, allegat factum Iacobi, qui cum *cancellatis manibus benedixit filiis Ioſephi*, ſignificcavit, fore aliquando tempus, quo benedictiones *ſigno crucis* fierent.

℞. Iacob *cancellatis manibus benedixit filiis Ioſephi:* non *per ſe*, quaſi ſignificare voluerit, *ſignum crucis fore venerabile*, & *eſſe adorandum*; de hoc enim altum in ſcripturis ſilentium: Sed *per accidens*, cujus rei ratio redditur in textu. Quia enim Ioſeph poſuit Ephraim ad ſiniſtram Iſraël, Manaſſen verò ad dextram patris; Attamen Iacob Majorem benedictionem impertire voluit *Ephraimo* quàm *Manaſſi*: hinc *cancellatis manibus benedixit eis*, verſ. 13. & 19. *Cham.* tom. 2. Panſtr. l. 22. cap 6. num. 1. & 3. *Ames* in Bellarm Enero tom. 2. l. 6. c. 6. th. 21.

Verſ. 15. *Et benedixit ipſi Ioſeph. Et dixit: Deus cujus ambulaverunt patres mei ad facies ejus, Abraham & Iſaac: Deus, qui paſcit me ab adhuc* [illegible] *usq; ad diem hanc.*

In textu hoc invenitur (1) *Metonymia cauſa pro effectu*: benedixit ipſi *Ioſeph*, i. e. *ipſius filiis*, Ephraim & Manaſſæ, verſ. 16. (3.) *Pleonaſmus*; relativum enim, *ejus*, redundat: *Cujus ad facies ejus*, pro *ad cujus ad facies* (3.) Ἀνθρωποπάθεια dum *facies* Deo tribuitur. *Ambulare* autem *ante faciem Domini*, eſt, *Secundum beneplacitum ejus vitam inſtituere*, ut gratia divina retineatur. (4.) *Enallage temporis*: nam præſens, *paſcit*; eſt pro præterito, *pavit*. Ariæm. in Bibl. p. 45. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 110. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 62. *Glaſſ.* l. 5. Phil. 5. t. 1. cap. 7. p. 105.

Verſ. 16. *Angelus qui redemit me ab omni malo. benedicat pueris, & vocetur in eis nomen meum, & nomen patrum meorum, Abraham & Iſaac, & inſtar piſcium ſint in multitudine, in medio terræ.*

I. Habetur hic (1.) *Synecdoche generis pro ſpecie*: ſit enim mentio *Angeli*, & intelligitur *Chriſtus*, Angelus ille fœderis, *Malach* 3. verſ. 1. (1.) *Hypallage*: nam *vocari nomen alicuius in aliquo*, eſt, *aliquem vocari de nomine alterius*, Eſai. 4. verſ. 1. *Iac.* 2. verſ. 7. h. e. *cenſeri ſub nomine ejus*. (3.) *Pleonaſmus*: in *medio terræ*, i. e. in *terra*; ubi קֶרֶב *medium*, redundat: *Vatabl.* In Annot: ad h. l. p. 114. *Iun.* in Not. ad eund. loc. pag. 62. *Glaſſ.* l. 4. Phil. Sacr. tract. 2. *obſerv.* 21. *p.* 739. *& l.* 5. *tract.* 2. cap. 14. m. 2. pag. 441. *Bellarminus* l. 1. de beat. Sanctor. cap. 19. diſputat. *Angelos religioſè eſſe invocandos* cum *aperte S. Iacobus Angelum invocaverit.*

℞. (1.) Regula illa Rabbi *Salomonis* non est certa. Nam si thema עָלַם aliquis aspicere voluerit, etiam τὸ עוֹלָם cum Vau, *absconditum* debebat exponere; siquidem illud ab illo ipso themate æquè ac alterum sine Vau, videlicet עֹלָם descendit. Ita Gen.17. v.7. de fœdere perpetuitatis עוֹלָם inter Deum & Abrahamum erecto, Exod.21. v.6. de servo argendo in *seculum*, i.e. ad Jubilæum usque, *Deut.*32. v.7. de recolligendis diebus *seculi*, h.e. antiquis historiis; *Josua.*24. v. 2. de patribus, Abrahami, versatis trans flumen à seculo, seu olim, *Eccles.*2. v.5. de homine vadente ad locum suum *in perpetuitatem* suam, qui non semper manebit in sepulcro; exempla habentur, in quibus omnibus τὸ עוֹלָם cum litera ו scriptū, tamen de *abscondito* vel *occultando* nequit rigidè exponi. (2.) *Targū* & *Syrus* abjiciūt ו, etiā cùm de *seculo mundi* usurpatur vox ista, ut exēpla inquiri possunt: inde tamē nō potest vel debet de *abscōdito* explicari.

(3.) In præsenti textu consequentia (*generatio & generatio*) declarant, quid significare debeat illud antecedens עֹלָם, videlicet *seculum*. Secundùm R. Salomonem igitur sensus esset hiulcus: Hoc est nomen meum *absconditum* (non pronunciandum) &

hoc est memoriale meum in generationem & generationem. Concinnius autem hôc modô: *Hoc est nomen meum in seculum* (in perpetuum, vel in æternum) *& hoc memoriale meum in generationem & generationem.* (4.) Psal 45. v.18. continetur, ut hoc in loco, sine Vau לְעֹלָם. Jam si in *Exodo* עֹלָם debeo interpretari pro *abscondito*, etiam in *hoc Psalmo* similiter interpretari conveniet, quòd *nomen seu gloria Domini debeat omni generationi abscondi*, nec poterit dari ratio diversitatis. At ineptum illud & contra contextum, utpote qui hortatur, ne posteri abscondant. *Franz.* tract. Theol. de Interpr. Script. Sac. orat. 103. p.934.

Verf. 16. *Vade & congregabis seniores Israël, & dices ad eos: Dominus Deus patrum vestrorum visus est ad me, Deus Abraham, Isaac & Jacob, dicendo: visitando visitavi vos, & quod factum est vobis in Ægypto.*

Observa hôc locô (1.) *Enallagen modi:* futurum enim, *congregabis*, ponitur pro imperativo, *congrega.* (2.) Hebraismum: *visitando visitavi*, i.e. *omninò visitavi.* (3.) Ἀνθρωποπάθειαν: nam *visitatio*, DEO attributa, notat *realem beneficii divini exhibitionem.* (4.) *Ellipsin* verbi: *Et*, scil: *vidi*, quod factum, &c. *Ariam.* in Bibl. p.48. seq. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.127. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.69.

Verf. 17. *Educam vos de afflictione Ægypti in terram Chananæ. &c.*

I. Deus sibi contradicere videtur: hîc enim promittit, *se educturum esse Israelitas de afflictione Ægypti in terram Chanaan*; At *Num.* 14. v.23. jurat, *omnes viros, qui viderunt majestatem ipsius, non visuros terram illam.*

℞. (1.) Dei pollicitationes implentur in *specie*, si non in *individuo*; in *parte* enim aliqua posteritatis Abrahamææ id impletum est, *Josu.* 11. v.23 (2.) Promissio Dei, illis ipsis facta, qui servitutem servierunt in Ægypto tristissimam, *conditionalis* erat, quâ Deus illis stipulabatur ingressum terræ benedictæ, *si ori ejus obedierint*; quod cum non sit factum, ideò justum erat, ut morerentur in deserto. *Walther.* in Harm. Script. p.167.

II. Philologica huc pertinentia vide enucleata in Vindic. *Exod.* 3. v.8. m.t.

Verf. 18. *Ibimus viam trium dierum in solitudinem, ut immolemus Domino, &c.*

Aliud occurrit ἐναντιοφανὲς: Moses enim Regi Ægyptiorum dicit, *se saltem cum populo Israelitico iturum viam trium dierum in solitudinem*, cùm tamē *meditaretur totalem discessum.*

℞. Moses *mendacii* jure insimulari nequit: fuit enim *dissimulatio*, quæ differt à *mendacio*, quòd *illa* sit hominum prudentum, *hoc* vanorum & impostorum. Quid? quod ipse DEus, qui immutabilis est veritas, Mosi hoc injûxerit. *Walther.* Harm. Script. p.165. seq.

Verf. 19. *Et ego novi, quòd non dabit vos Rex Ægypti abire neq; in manu forti.*

In textu hoc invenitur (1.) *Hebraismus:* non *dabit* vos abire, h. e. non *concedet* vobis potestatem hinc abeundi. (2.) *Enallage:* nam ו E T, ponitur pro SI, ולא, *Si non*, i.e. *nisi.* (3.) *Metaphora: manus* enim pro *robore* est & *vi.* *Vatabl.* in Annot. ad h.l. 127. *Glass.* lib.3. Phil. sacr. tract.3. can.2. not.1. p 258.

Verf. 20. *Et mittam manum meam, & percutiā Ægyptum in omnibus mirabilibus meis, quæ faciam in medio ejus, & postea dimittet vos.*

Ecce (1.) Ἀνθρωποπάθειαν: nam *manum mittere*, Deo tributum, notat, *pœnas infligere.* (2.) *Synecdochen generis pro specie*; nominantur enim *omnia Dei mirabilia*, & intelliguntur *decem plagæ*, quæ seqq. capp. explicantur. (3.) *Pleonasmum:* In *medio ejus*, h.e. in *ea*; ubi *medium* abundat. *Juni.* in Not. ad h.l. p.69. *Glass.* l.5. Phil. sacr. tract.1. c.7. p.110.

Verf. 21. *Et dabo gratiam populo huic in oculis Ægypti. &c.*

I. Moses utitur (1.) Hebraismô: *Dabo gratiam*, &c. i.e. *reddam populum hunc gratiosum.* (2.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: *Ægyptus* enim pro *Ægyptiis* est. *Vatabl.* in Annot. h.l. p.127. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.69.

II. Objectionem *Calvini*, contra *liberum hominis arbitrium in actionibus civilibus*, vide confutatam in Vindic. *Exod.* 11. v.3.

Verf. 22. *Et postulabit mulier à vicina sua, & ab hospita domûs suæ vasa argentea & vasa aurea & ponetis super filios vestros, & super filias vestras, & spoliabitis Ægyptum.*

I. Redit huc (1.) *Pleonasmus*: Ab *hospita domus suæ*, i.e. ab *hospita sua*; ubi *domus* abundare videtur. (2.) *Enallage* substantivi, *argenti* & *auri*, pro adjectivo, *argentea* & *aurea.* (3.) Hebraismus: *Ponetis super filios vestros*, &c. h.e. *ornabitis liberos vestros.* (4) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Ægyptus* enim pro *Ægyptiis.* Ariæm. in Bibl. p.49. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.127.

II. Controversias, huc pertinentes, vide diremtas in Vindic. *Exod.* 11. v.2.

CAP. IV. Verf. 3. *Projecit virgam in terram, & fuit in colubrum, &c.*

I. Vide-sis (1.) Hebraismum: *fuit in colubrum*, i.e. *factus seu conversus est in colubrum.* (2.) *Pleonasmum:* A *facie ejus*, h.e. *ab eo.* Glass. l.3. Phil. sacr. tr. 3. can.42. p 357.

II. Controversiam, hîc agitatam, vide in Vindic. *Exod.* 7. v.11. decisâm.

Verf. 5. *Ut credant, inquit, quòd apparuerit tibi Dominus, &c.*

I. *Bellarminus* l 4. de Eccles c.14. contendit, *gloriam miraculorum esse notam Ecclesiæ veræ & orthodoxæ*, cum *miracula sint necessaria ad novam fidē persuadendam.* Nam cum Moses (ait Jesuita) *mitteretur à Deo ad populum Israeliticum, ac diceret. Non credent mihi neq; audient vocem meam; non respondet ille Deus: debent credere, velint, nolint; sed dedit illi potestatem faciendi miracula, & ait: Ut credant, quòd apparuerit tibi Dominus.*

℞. *Gloria miraculorum* non est *nota Ecclesiæ*: tum quia *Ecclesia* semper fuit & est, *miracula* autem non semper sunt aut fuerunt; tum quia miracula interdū etiam ad *falsam* doctrinam confirmandam adhiberi solent, teste *Mose*, Deut.13. v.1. & 2. *Christô*, Matth. 24. v. 24. & *Paulô*, 2. Thess.2. v.9. (2.) *Nova fides* duobis modis ita dicitur: vel quòd sit *verè* τῷ εἶναι nova; vel quòd sit *apparenter* duntaxat, τῷ φαίνεσθαι nova. Sæpenumero enim aliquid *novum* dicitur, quando *renovatur* vel *postliminiò restituitur*, cùm sit verè antiquum, ut *lex de charitate proximi*, Joh.13. v.34. Ad fidem sensu *priore* nova miracula requiri, probat allatum Bellarmini argumentum (si tamen aliquid probat) sed non sensu *posteriore.* Quoties enim pii *Reges & Prophetæ* in Ecclesia Israclitica corruptelas doctrinæ & cultus Baaliticos removerunt, qui tamen nulla fecerunt miracula? Quoties *Orthodoxi Episcopi* N. T. Ecclesiam ab Arianismo & aliis hæresibus expurgârunt, qui tamen donô faciendi miracula non fuerunt omnes instructi? (3.) Si miracula ad *novam duntaxat fidem* sunt necessaria, tum ne ipsi quidem Pontificii *vera ac necessaria miracula* habent: neque enim *novam* fidem jactitant, sed de *antiquitate* suæ fidei perpetuò gloriantur. (4.) Mosis vocatio erat *immediata & peni-*

tus

tus extraordinaria: erat quoque planè *mirandum & extraordinarium opus*, liberatio ex Ægypto: & denique Iſraëlitæ tum temporis non habebant *ſcriptum Dei verbum*, ex quo voluntatem Dei de hoc beneficio diſcere, vel Moſis vocationem examinare potuiſſent. Itaque ipſi fuit neceſſarium, *miraculis* vocationem & prædicationem *ſuam* demonſtrare. *Gerhard.* tom.5. loc.25. de Eccleſ.§.279.ſeq. *Cham.* tom.5. Panſtr.l.2. c.14.n.2.& 3.

II. *Lanceloz* in Pſeudominiſt. Luther. ſect.3. p.33. diſputat, *miracula pro doctrina ac miniſterii probatione rectè à Lutheranis facienda poſtulari*, quòd *conjunxerit Deus vocationibus miniſtrorum miracula*; & adducit exemplum *Moſis*, cui immediatè à Deo miſſo, & miſſionis confirmationem roganti, miracula coram Pharaone edenda, conceſſa ſint.

℞. (1.) *Adverſarius* ignorat Elenchum: miracula enim DEum per *immediatè* vocatos ac miſſos operari ſolitum, nullus noſtrûm negat, neque in controverſiam venire poteſt. (2.) Non tamen *univerſaliter* verum eſt, conjunxiſſe Deum vocationibus miniſtrorum miracula, cum diverſum plurimorum Prophetarum extra, & aliorum miniſtrorũ juxta ordinem, absq; tamen ſignis, miſſorum teſtẽtur. (3.) Miſſio Lutheri & aliorum Symmiſtarum non fuit *extraordinaria*, ſicut Moſis; ſed *ordinaria*: ergo non debent Pontificii miracula ab iisdem exigere. *Gerhard.* l.c. p.1248. *Hunn.* in Demonſtr. Miniſter. Lutheran. p.119. ſeq.

Verſ. 6. *Et dixit ei Dominus adhuc: introduc nunc manum tuam in ſinum tuum; & introduxit manum ſuam in ſinum ſuum, & eduxit eam, & ecce manus ejus leproſa, ſicut nix.*

In verſu hoc offert ſeſe (1.) *Metonymia ſubjecti* pro *adjuncto*, quia חיק, *ſinus*, pars corporis anterior circa pectus ſignificat *veſtem pectori proximam*, quâ *ſinus* tegitur. (2.) Ellipſis: *leproſa ſicut nix*, pro *manus ejus leproſa, erat alba ſicut nix*, i.e. *præ lepra erat alba velut nix*; hoc enim refertur ad *albedinem*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.128. *Jun* in Not. ad eund. loc. p.70. *Glaſſ.* l.5. Phil. ſacr. tract.1. cap.3. m.1. p.34.

Verſ. 8. *Et erit, ſi non crediderint tibi, & non obedierint voci ſigni prioris, & credent voci ſigni poſterioris.*

Proſopopœia eſt, quâ *ſignis* vox tribuitur: loquitur enim *Deus* nobis per miracula. Quanquam *Junius* in Not. ad h.l. p.70. *Ellipſin* conjunctionis, ET, ſtatuit: *voci & ſigno*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.128.

Verſ. 9. *Et capies ex aqua fluminis, & fundes aridam: & erunt aquæ, quas capies è flumine, & erunt in ſanguinem in arida.*

Habes hîc (1.) *Ellipſin* præpoſitionis: *fundes aridam*, pro *in aridam*. (2.) Hebraiſmum: *Erunt in ſanguinem*, h.e. *fiant ſanguis*. Jun. in Not. ad h.l. p.70. *Glaſſ.* l.3. Phil. ſacr. tract.3. can.42. p.357.

Verſ. 10. *Et dixit Moſe ad Dominum: Ad me Domine, non vir verborum ego, etiam ab heri, etiam à nudius tertius, etiam ex tunc loqui te ad ſervum tuum: quia gravis ore, & gravis linguâ ego.*

I. Moſes utitur (1.) *Ellipſi* verbi: *Ad me Domine*, ſcil. *attende*; &, *Non vir verborum ego*, nim. *ſum*. (2.) *Enallage* tum ſubſtantivi, *verborum*, pro adjectivo, *verboſus*, h.e. *eloquens*, ſeu *cui bene loquendi facultas eſt*; tum *modi*: ex tunc *loqui* te, i.e. ex hoc tempore, quo *locutus es*. (3.) Hebraiſmô: *Etiam ab heri, etiam à nudius tertius*, &c. h.e. *nunquam fui eloquens; & gravis ore atq; gravis linguâ ego*, i.e. *tardus ſum ad loquendum, & impedita linguâ*. Ariam. in Bibl. p.49. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.128. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.70. *Glaſſ.* lib.3. Phil. ſacr. tract.1. can.34. m.11. p.122.

II. Moſes Stephano, *contradicere* videtur: *ille* enim negat, ſe eſſe eloquentem; *hic* verò Act.7. v.22. pronuntiat, Moſen fuiſſe potentem *in verbis* & operibus ſuis.

℞. *Eloquentia* eſt duplex: Una *naturalis*, in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis conſiſtens, quâ homines utuntur cum hominibus: altera *ſpiritualis*, cujus homini eſt uſus cum Deo & Angelis, & contra Dæmones. De *illa* loquitur Moſes, utpote cui Deus ipſe Aaronem oratorem adjungit, *Exod.*4. v.15. & 16. De *hac* verò Stephanus; hujus enim eloquentiæ vim atque efficacitatem in Moſe fuiſſe inſignem & admirabilem, ſatis apertè demonſtrat Scriptura, cùm alibi, tum præcipuè *Exod.*32. v.11. ſeqq. *Perez.* Comm. in c.4. *Exod.* fol 234. *Finck.* in Syllog. qq. illuſtr. Theol. q.18. p.147. ſeqq.

III. *Haynus* l.1. Diſpp. ad verſ. Miniſt. Anonym. ut excuſet *Breviatorem*; qui 2. Maccab. 15. v.39: *veniam petit à lectoribus, quaſi non certus, ſe, ut oportebat, ſcripſiſſe*; producit exemplum *Moſis*, ineloquentiam ſuam in obeunda vocatione profitentis.

℞. Exemplum hoc ineptè adhibetur: quid enim ſimile *Moſi*, & *Breviatori*? *Moſi*, inquam, qui cùm mitteretur ad *loquendum*, profitebatur apud *DEum* balbutiem, *ne hoc onus cogeretur ſuſcipere*; ſed nunquam apud *homines*: Imò poſt hoc ſuſceptum munus balbutiem ne nominaſſe quidem legitur. Et *Breviatori*, qui in *ſcribendo* neſcio quid humanum ſe pati teſtatur, & ſibi à *lectoribus* vult concedi veniam? *Breviatori*, inquam, qui non profitetur infirmitatem, *ut onus detrectet*; ſed *poſt opus peractum* excuſari poſtulat. *Cham.* tom. 1. Panſtr. Cathol. lib. 5. c.2. n.11.12.13.

Verſ. 13. *Et dixit. Ad me Domine, mitte quæſo per manum mittes.*

I. Recurrit modò (1.) *Ellipſis* tum verbi, *ad me Domine*, ſcil. *attende*; tum antecedentis cum relativo ſimul, *Per manum*, nim. *illius, quem* mittes. (2.) *Pleonaſmus*: Per *manum illius*, h.e. per *eum*; quem mittere voles; ut ita *manus* abundare penitus videatur. *Jun.* in Not. ad h.l. p.70. *Glaſſ.* lib.3. Phil. ſacr. tract.1. can.18. p.148. & tract.2. can.23. p.214.

II. *Gretſerus*, Bellarmini apologiſta, ut modò dictum *Breviatorem*, qui 2. Maccab.2. v.27. conqueritur, ſe *laboraſſe in ſcribendo, & deſudaſſe in abbreviatione hiſtoriæ Iaſonicæ*; itidem excuſet, profert ſimiliter exemplum Moſis, cui difficilis & moleſta fuerit eductio Hebræorum ex Ægypto.

℞. Inepta quoque eſt *Moſis* comparatio cum hoc *Abbreviatore*. Enim verò nemo dixit, non laboraſſe aut ſudaſſe Moſen in *eductionis munere*, ſibi mandato à Deo; ſed in *ſcribendo*. Atqui labor Moſis profertur, non fuit in *ſcribendo*, ſed in *rebus gerẽdis*. Iſte autem labores nullos oſtentare potuit in *rebus gerendis*, ſed in *ſcribendo* tantùm jactitat. Quis autem neſcit, quàm diſpar ſit ratio eorum, qui in magnis *rebus gerendis* occupantur; & eorum, qui *otioſe ſcriptitarunt*. Cham. ib. n.5.8.9.

III. *Nullum Sanctorum in his terris eſſe expertem peccati, ſed nonnunquam graviter deliquiſſe*, docet exemplum Moſis, qui ægrè paſſus eſt, ſe remitti in Ægyptum à Deo.

Smalcius contr. Franz. diſp.9. de hypocr. ſol.296. regerit, *in eo vel nullum, vel non adeò grave peccatum fuiſſe*: cùm non animô id *pertinaci* fecerit, ſed *conſcius ſibi ſuæ ineptitudinis* ad tantum munus detrectaverit.

℞. An leve vel *nullum* omnino fuerit peccatum, *cunctatio Moſis*, judicent cordati? Nam *Exod.* 4. v. 14. contra Moſen, tot verbis & miraculis confirmatum, & tamen cunctatum, accenditur *furor Jehovæ*, ita ut tunc præ metu periculi nihil amplius tergiverſari auſus fuerit. *Franz.* in Vindic. diſp. 10. theſ. 74. & 76. Thumm. in Imp. Phot. pag. 329. & 331.

Verſ. 14. *Et iratus eſt furor Domini in Moſen & dixit: Nonne Aaronem fratrem tuum Levitam novi, quòd loquendo loquatur ipſe? & etiam ecce ipſe egreditur in occurſum tui, & videbit te & lætabitur in corde ſuo.*

I. Nota hôc locô (1.) *Ἀνθρωποπάθειαν*: mirâ enim elegantiâ *hominis irati* exemplar proponitur, qui concitatus verbum, quod præcedere debebat, poſtponere ſolet: *Nonne Aaronem fratrem tuum Levitam novi*, pro, *Nonne novi Aaronem, &c.* (2.) Hebraiſmum: *Loquendo loquetur*, h.e. *omnino loquitur*; ubi verbum, *loquetur*, loquendi *habitum* notat: *Eloquens eſt, ſeu bene loquendi facultate pollet.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 128. Jun. in Not. ad h. l. p. 70. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. ſacr. tract. 3. can. 21. m. 2. p. 289.

II. *Vorſtius* in tract. de Deo & attribut. divin. p. 209. ſcribit, non omnimodò verum eſſe, quòd *nullum omnino accidens in Deo ſit*, cùm tamen *peccatoribus Deus verè iraſcatur*, ut hîc Moſi; ira autem ſit *accidens*:

℞. *Actus iraſcendi* de Deo *propriè* non dicitur; neque enim cadit in DEum judicem *perturbatio*, ſcribit *Auguſtinus* ſup. Pſalm. 6. ſed *κατ' ἀνθρωποπάθειαν*, & ſignificat hîc *peccati diſplicentiam*, ſicut & ſumitur *Pſalm.* 2. v. 5. *Balduin.* comm. in c. 1. Epiſt. Paul. ad Rom. q. 2. p. 93. ſeq. & *Scheibl.* l. 2. Oper. Metaphyſ. c. 3. n. 262. & 281.

Verſ. 16. *Et loquetur ipſe pro te ad populum, & erit, ipſe erit tibi in os, & tu eris ei in Deum.*

I. *Metaphora* eſt deſumta partim ab *hominis ore*, ſiquidem *os alicujus eſſe* ejus *interpretem eſſe* notat: *Erit tibi in os*, h.c. *erit interpres tuus apud populum & Regem*; partim à *Dei* nomine, quoniam *alicujus Deum eſſe*, eſt, *principem alicujus Magiſtratum eſſe*: *Eris ei in Deum*, i.e. eris *princeps ejus Magiſtratus, ipſi demandans, quæ locuturus ſit apud populum & Regem.* Jun. in Not. ad h. l. p. 70. *Glaſſ.* lib. 5. Phil. ſacr. tract. 1. cap. 10. p. 215. & cap. 12. p. 341.

II. *Fiſcherus*, Epiſcopus Roffenſis, in refut. artic. Luther. 25. nugatus eſt, *figuram regiminis Eccleſiaſtici* hîc contineri, nim. *Chriſtum eſſe os Petri, & Petrum os vicε Chriſti*; quemadmodum *Moſes apud Deum Aaronis egerit negotium, Aaron viciſſim apud populum vice Moſis negotia Dei geſſerit.*

℞. (1.) Non agitur hîc de *Aaronis ſacerdotio*, quod nondum ullum erat, ſed poſtea inſtitutum; verùm de *ſpeciali negocio legationis ad populum*, quam Moſes recuſabat, prætexens balbutiem: in quo negotio addidit ei Deus *comitem* fratrem Aaronem. Qua in re nemo eſt, qui unquam dixerit, aliquam eſſe quæ iendam *figuram*, nedum *regiminis Eccleſiaſtici*. (2.) Locus ipſe peſſimè tractatur à *latino interprete*, pejus exponitur à *Roffenſi*. Enimverò, quid illud eſt in poſtremo membro: *Eris ei in his, quæ ad Deum?* aut quis ſenſus? Quid igitur, *eris?* non exprimitur. At Hebraica veritas: *Et loquetur pro te ad populum, & ipſe erit tibi pro ore ad populum, & tu eris ei pro Deo.* Quam ſententiam *Chaldæus Paraphraſtes* ſic expreſſit: *Loquetur ipſe pro te cum populo, & ipſe erit pro interprete, & tu eris ei pro Principe.* Vatablus verò ita: *Uterís eo interprete, tu verò narrabis ei, quæ ego dixero tibi, & te conſulet, tanquam me.* Quæ interpretatio confirmatur è v. 1. c. 7. *Aaron erit Propheta tuus*, hoc eſt, *interpres*, juxta *Paraphraſtem Chaldæum*. Quare hic locus nihil ad rem, & non bene inde aſſeritur, *Moſen apud Deum egiſſe negotium Aaronis*: nullum enim in textu ſignificatur negocium Aaronis, quod ei eſſet *apud Deum*. (3.) Nimis quàm ſupinè dormitavit *Roffenſis* in applicandis hujus figuræ partibus. Nam, cùm Aaronē conſtituat os Moſis, Moſen verò Deum Aaronis: & Moſi quidem Chriſtum comparet, Aaroni Petrum; ideoq́ue debuerit Petrum dicere *os Chriſti*, Chriſtū verò *Deum Petri*: tamen, neſcio quomodo ſui oblitus, utrumq; alterius eſſe os dixit, Chriſtum Petri, Petrum Chriſti. Quis non plaudat? *Chem.* tom. 2. Panſtr. l. 9. c. 10. n. 14. 16. 17. 18.

III. *Græcam verſionem vitioſam eſſe*, adeoque *non authenticam*, patet ex hoc loco, quem LXX. ſic verterunt: Σὺ δὲ αὐτῷ ἔσῃ τὰ πρὸς τὸν Θεόν. Sanè peſſimâ fide, & contra Hebraicam veritatem.

Stenebus, recognoſcens V. T. ad veritatem Hebraicam, cùm in ea non poſſet peccatum negare, extenuavit, dicens, *modeſtiæ cauſâ ſic factum*. Quaſi verò Moſes fuerit *immodeſtus*, & ſibi plus tribuerit, quàm æquum erat. *Chem.* ibid. n. 17.

IV. *Judæi* negant, appellationem *Jehovah* probare, quòd *Meſſias ſit verus & æternus Deus*; cùm & *Moſes* nominetur *Jehovah*, nomine Dei.

℞. (1.) Moſes hic non vocatur *Jehovah*, ſed *Elohim*. (2.) Non de *eſſentia divina* loquitur, ſed de *officio divino*. Selnec. par. 1. oper. Lat. p. 156. & 259.

V. Verba hæc Ariani ad *infringendam Chriſti divinitatem* transferunt: volunt enim *Chriſtum* non alio ſenſu vocari in Scriptura *Deum*, quàm quo *Moſi* eadem competit appellatio.

℞. Ratio diverſitatis eſt evidentiſſima. Nam (1.) Chriſtus non tantùm dicitur *Elohim*, ſed & *Jehovah*; quod nomen Dei memoriale nullæ creaturæ competit, Eſa. 42. v. 8. (2.) Chriſtus *abſolutè* dicitur Deus, Pſal. 45. v. 7. Moſes verò *determinatè*; nam non inquit Jehovah: *Tu Moſes es Deus*; ſed, *tu eris fratri Aaroni in Deum.* (3.) Moſes eſt ſaltim *conſtitutus Aaroni in Deum*, non *univerſæ terra*; dum divina duntaxat *legatione* perfungitur ad exiguum tempus. Vox igitur *Elohim* hôc locô ſignificat *principem*, qui aliis præcipiendi habet poteſtatem. *Rung.* Comm. in c. 4. Exod. p. 150. ſeq. *Reinecc.* tom. 2. Panopl. Theol. p. 47.

VI. Nonnulli cenſent, ex nomine אֱלֹהִים, *Gen.* 1. v. 1. *perſonarum in divinitate pluralitatem* demonſtrari non poſſe, quòd *ſingulari alicui perſonæ certæ*, ut *Moſi*, tribuatur in plurali numero vox *Elohim*.

℞. Locutio iſta eſt *figurata & Sylleptica*, ut, licèt *unum* primò reſpiciat, attamen *collectionem* quandam, adeoq́ue *multa ſimul* involvat. Nam Moſes, ut *legatus*, repræſentavit *Elohim*, hoc eſt, *triunum Deum noſtrum*, cujus vices geſſit, nim. Eloahm *Patrem*, Eloahm *Filium*, & Eloahm *Spiritum ſanctum*. Meiſner. par. 2. Philoſ. ſobr. ſect. 1. c. 3. q. 1. p. 382. *Jacob Martin.* l. 1. de trib. Eloh. c. 3 n. 26. p. 29.

Verſ. 17. *Et baculum hunc capies in manu tua, quô facies ſigna.*

In textu hoc uſurpatur (1.) *Enallage modi*: nam futurum, *capies*, ponitur pro Imperativo, *cape*. (2) Pleonaſmus: *Quo facies in eo*, i. e. *in quo facies*, ubi relativum, *eo*, redundat. *Ariam.* in Bibl. p. 49. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 70.

Verſ. 18. *Vadam nunc & revertar ad fratres meos, qui in Ægypto, & videbo, num adhuc ipſi viventes. Et dixit Jethro ad Moſen: Vade ad pacem.*

Obſerva

Obſerva hôc locô (1.) Ellipſin: *Qui in Ægypto*, ſcil. *ſunt*. (2.) *Enallagen*: nam participium, *viventes*, ponitur pro verbo *vivant*, & לְשָׁלוֹם, *ad pacem*, pro בְּשָׁלוֹם, *in pace*. Ariæm. in Bibl. q.49. *Glaſſ.* lib.5. Phil. ſacr. tract.1. cap.1. m.1. p.525.

Verſ.19. *Et dixit Dominus ad Moſen in Midian: vade, revertere in Ægyptum, quia mortui ſunt omnes viri, quærentes animam tuam.*

Metonymia eſt *cauſæ* pro effectu: *Midian* pro *Midianitis*, & *anima* pro *vita* ponitur. *Jun.* in Not. ad h.l.p.70. *Glaſſ.* lib.5. Philol. Sac. tract.1. cap.1. m.1. p.8.

Verſ.20. *Tulit ergo Moſes uxorem ſuam, & filios ſuos, & impoſuit eos ſuper aſinum, reverſusq́; eſt in Ægyptum.*

Moſes *ſibi* contradicere videtur: hîc enim dicitur *in itinere ſecum habuiſſe uxorem ſuam Sephoram*, quam infrà c.18. v.2. *Jethro ſocer demum adduxiſſe* fertur.

℞. In hoc ipſo *poſteriori* loco adjicitur, Moſen *eandem antehac remiſiſſe ad patrios lares*, quam dimiſſionem factam eſſe veriſimiliter creditur, poſtquam Dominus ob incircumciſum alterum filium ei graviter iraſceretur, idque procul dubio ideo fecit Moſes, quòd Sephoram cum filiis remiſerit, ne ſibi fortè in vocatione tam arduâ impedimento eſſent, donec eos ſuperatis difficultatibus ad ſe recipere poſſit. *Walther.* in Harm. Script. p.167.

Verſ.21. *Et dixit Dominus ad Moſen: in eundo te ad redeundum in Ægyptum. Vide, omnia portenta, quæ poſui in manu tua, & facies ea coram Pharaone: & ego indurabo cor ejus & non dimittet populum.*

I. Habes hîc (1.) *Metonymiam cauſæ* pro effectu: *manus* enim pro *facultate* eſt. (2.) *Ellipſin* conjunctionis: *vide & facies*, pro, *ut facias*. (3.) *Metaphoram*: nam *durities* notat *mentis pravitatem & perverſitatem*. (4.) *Synecdochen generis* pro ſpecie: *populus* enim pro *Iſraelitis* ponitur. *Ariæm.* in Bibl. p.49. *Vatabl.* in Annot. ad h.l.p.129. *Glaſſ.* lib.5. Phil. Sacr. tract.1. cap.12. p.361.

II. Nonnulli *Manichæorum*, teſte *Auguſtinô*, ſerm.86. de temp. ob hoc & ſimile Scripturarum dictum V.T. *reprehendere* auſi ſunt. Noſtrô ſeculô ex eodem Beza Reſp. ad Act. Colloq. Mompelg. par.2. p.180. incuſat Deum peccati cauſam, quòd cor Pharaonis induraſſe dicatur.

℞. (1.) *Polanus* in Partit. p.15. pronunciat, dicere, Deum *autorem eſſe peccati, ſummam eſſe in Deum juſtiſſimum blaſphemiam*. (2.) Deus *induraturus* dicitur cor Pharaonis, non *effectivè*, operando aliquã duritiem aut malitiam in eo: neque enim Deus volens eſt iniquitatem, *Pſalm.*5.v.5. proinde nullius peccati cauſa eſt, Urſin. in Catech. p.65. ſed vel *permiſſivè*, permittendo videlicet, ut Pharao in ſua malitia ac duritie perſiſteret, *Sohn.* tom.2. p.674. vel *declarativè*, declarando cor Pharaonis eſſe excœcatũ & induratum, *Aret.* par.1. Probl. p.780. *jam enim*, inquit, *planè talis erat Pharao, nec opus erat induratione in futurum*. Dicit nimirum Deus, quid *futurũ* ſit, non, quid *fieri velit*: Nicht / Ich will ihn verhärten / ſondern Ich werde ihn verhärten.

Chamier. tom.2. Panſtr. l.3. c.5 n.16. regerit, *illam Dei permiſſionem includere ejus voluntatem*, cùm non *coactè* indurationem Pharaonis permiſerit.

℞. Vox *indurandi* non nudam hîc ſignificat *permiſſionem*, ſed *cum finium determinatione conjunctam*, quatenus pervicaciam Pharaonis Deus ad gloriæ ſuæ amplificationem dirigit ac reducit, ſimulque punit Regem impium; & juſtitiæ ſuæ exemplum ad omnium ſeculorum poſteritatem memorabile in ipſo ſtatuit. Nihilominus tamen ipſa *permiſſionis* vox τὸ ἀκούσιον in hoc negotio in ſe complectitur, quòd *Deus nolit homines peccare*, alioquin non tantùm permitteret hominum mentes & voluntates ferri ſuô arbitratu, ſed etiam (quæ facit in bono propoſito) eaſdem impelleret & adjuvaret. *Hunn.* tom.4. oper. Lat. p.68. *Rung.* Comm. in c.4. Exod. p.184. ſeq. *Grauer.* par.7. Prælect. in A.C.p. 117. ſeq. *Eckhard.* in faſc. controv. Calvin. c.10. q.2. ad 1. p.219. ſeq. *Meiſn.* dec.1. Anthrop. Sacr. diſp.9. q.7. *Dannhau.* in Ide. bon. Interpret. par.1. pag.196.

Verſ.24. *Cumque eſſet in diverſorio Moſes, occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum.*

Bellarminus l.2. de Effect. Sacram. c.17. ut *Circumciſionis efficaciam in conferenda Dei gratia* extenuet, ad verba *Gen.*17.v.14. *Delebitur anima illa* &c. excipit, intelligi ea ſolùm de *adultis*, & *pœna aliqua corporali*; eò quòd *Moſi*, ob omiſſam filii circumciſionem, Dominus intentârit *pœnam corporalem*, putà mortem, quæ pertinuerit ad *patrem*: aliquin, inquit, *quid profuiſſet filio tum circumcidi, ſi pœna pertineret ad circumciſionem octavô die?*

℞. Concedimus, non *puero*, ſed *Moſi ipſi* intentatam fuiſſe mortem: ſed negamus, quicquam ſequi. Nam quid tum, ſi pater punitur negligens filii circumciſionem? Quaſi nunquam auditum, ſi cœcus cœcum ducat, utrumque præcipitandum in foveam. Quaſi non promptum diſtinguere, & in *infante* fuiſſe *defectum remedii* contra *peccatum originis* & in *patre* peccatum *actuale* neglecti ejus remedii. *Sed nihil profuiſſet filio tum circumcidi, ſi pœna pertinuiſſet ad non circumciſum octavô die.* Et tamen profuit, inquam, *patri*, qui non circumcidit octavã die. Cur non proderat *infanti*? nam æqua utrinque vis argumenti. Præterea quid tum, ſi in *unum* ex duobus reis voluerit Deus ſeveritatem ſuam exercere? Quanquam non *exercere*, ſed *oſtentare* potiùs. Ipſe enim exitus fidem facit, non fuiſſe *puniendi decretum*, ſed *emendandi conſilium*. Unde nihil jam mirum, & *ſoli patri*, & *ſolas temporales* oſtentatas fuiſſe minas, cùm nec earum capax eſſet infans, nec æternæ ſint utiles emendationi. *Cham.* tom.4. Panſtr. l.3. c.3. n.21. & 31.

Verſ.25. *Et tulit Sephora acutum, & circumcidit præputium filii ſui, & tangere fecit pedes ejus, & dixit: Quia ſponſus ſanguinum tu mihi.*

I. Nota hoc loco (1.) *Ellipſin* nominis ſubſtantivi: *Acutum*, ſubaudi, *cultrum*, ex *Joſu.*1.v.2. ſeq. (2.) Hebraiſmum: *Tangere fecit pedes ejus*, h.e. *projecit ad pedes illius*, puta *mariti*. (3.) *Enallagen*: Nam כִּי, *quia*, ſignificat אָמְנָם *verè*; & אַתָּה, *tu*, pro verbo ſubſtantivo, *es*, ponitur. (4.) *Metaphoram*, à *ſponſo* deſumptam: *Tu es mihi ſponſus ſanguinum*. i.e. *quaſi ſponſum de novo acquirere te & coemere nunc cogor*, profuſione ſanguinis filii mei in circumciſione, v.26. Cœterùm, quoad ritum veterem, in *mariti vel uxoris coëmtione* quaſi, ſeu interveniente preciô quôdam, conjunctione, confer 1. *Samuel.*18.v.25. 2. *Samuel.*2.v.14. *Hoſe.*3.v.2. &c. *Vatabl.* in Annot. ad h.l.p.129. *Jun.* ibid. p.70. *Glaſſ.* lib.5. Philol. Sacr. tract.1. cap.12. p.366. ſeq.

II. *Baptiſmum in caſu neceſſitatis à fœmina licitè adminiſtrari poſſe*, exemplum præbet *Sephora*, Moſis uxor, *quæ in tali caſu filium ſuum circumcidit*.

Regerit 1. *Calvinus* l.4. Inſtit. c.15. ſect.22. Sephoram circumcidiſſe filium ſuum ex quadam *animi*

impotentia & temeritate; cum nihil minùs ipſi fuerit propoſitum, quàm ut DEO miniſterium præſtaret.

℞. (1.) Quòd Sephora ex animi *impotentia & temeritate* illud fecerit, textus non dicit, ſed *Calvinus* de ſuo comminiſcitur. (2.) Si eſt factum *temerarium* cur igitur Calvinus ſcribit, quod *coacta* hoc fecerit Sephora? (3.) Sed hoc utut ſit, rata nihilominus coram Deo fuit circumciſio illa, tum qui *eâdem* Deus fuit placatus, v.26. tum quia *vitium perſonæ adminiſtrantis* non poteſt vitiare, inficere aut evacuare *Sacramentum*, quod quidem invitè adminiſtravit Sephora, validè tamen.

2. Id *ibid* Sephoram, Moſe *Prophetâ præſente*, filium circumcidiſſe, cùm tamen nos non concedamus fœminæ, ut *præſente virò* baptizet.

℞. (1.) Si virô *præſente*, in neceſſitatis caſu, licuit mulieri circumciſionem adminiſtrare, quantò magis id facere licuit virô *abſente*. (2.) Neque quòd Moſes *Propheta* fuit, ex eo privilegium quoddam peculiare acceſſit *impiæ ejus uxori*, quaſi illi licuerit præ aliis mulierculis. (3.) Moſis *præſentia* habenda eſt pro *abſentia*; utpote *fractis viribus animi & corporis, & cum morte quodammodo luctantis*, ut circumciſionem filii ipſe adminiſtrare minimè poſſet. Nam ſi *potuiſſet*, filium ipſe circumcidiſſet: Sed quia non poterat, ſignificavit uxori, ut *ipſa* id faceret. Id quod ipſe etiam *Calvinus* indicavit, faſſus, Sephorã à Deo & marito coactam eſſe.

3. *Bucanus* in Inſtit. Theol. loc. 47. p. 623. exemplum Sephoræ, etiamſi vitiô careret, non tamen ad *imitationem* proponi poſſe, quippe factum *ſingulare & extraordinarium*.

℞. (1.) Circumciſionem hanc *ſine vitio* fuiſſe, effectus demonſtravit: placuit enim Deo. (2.) Fuit extraordinaria *ſecundùm quid*, nempe ratione perſonæ *conferentis*, quod libenter concedimus etiam de noſtris mulierculis; *ordinaria* verò dici poteſt ratione perſonæ *recipientis*, quia illi erat ſummè neceſſaria: huic igitur ordinationi divinæ & ſummæ neceſſitati ut perſona *extraordinaria* nihil derogare poteſt; ita etiam ob eandem rationem idem de *Baptiſmo* ſtatuendum erit. Nam ubi ſimilis caſus *neceſſitatis* eſt, ibi militat quoque *eadem* ratio: Non eſt enim minor neceſſitas *Baptiſmi*, quàm olim *circumciſionis*, cùm utrumque ſit initiationis Sacramẽtum. (3.) Quòd ſi verò factum planè fuit *ſingulare*, cur illud imitatæ ſunt *fœminæ Iſraeliticæ*, ſub tyrannide Antiochena 1. *Maccab.* 1. v. 63. & 2. *Maccab.* 6. v. 10.

4. *Chamier* tom. 4. Panſtr. Cathol. l. 5. c. 14. n. 10. diſparem eſſe *Baptiſmi & circumciſionis* rationem: Nam *cùm*, inquit, *illius miniſtros certos legamus inſtitutos, eosdem, qui docendi jus habent; tum verò illius nullos*.

℞. (1.) Circumciſio mandata erat *Abrahamo*, Gen. 17. v. 11. qui fuit *Propheta Domini*, Gen. 20. v. 7. Ex quo probabiliter colligimus, adminiſtrationem hujus Sacramenti, unà cum aliis Eccleſiaſtici muneris partibus; *Sacerdotio Levitico* poſtea ceſſiſſe. (2.) Dubium nullum eſt, Circumciſionem ordinariè per viros fuiſſe adminiſtratam; Ut autem in V. T. *in caſu neceſſitatis*, major habita fuit ratio *Sacramenti*, quàm *ordinis*; ita etiam in N. T. quando *ordinarii* miniſtri opera haberi nequit, & periculum eſt, ne moriatur infans abſque ſalutari lavacro *initiationis*, major habẽda eſt ratio *Sacramenti*, quàm *ordinis*, præſertim cùm in N. T. ſublatô Levitico perſonarum diſcrimine Chriſtiani omnes ſanctificati ſint. (3.) Si, ſalvô ordinarii miniſterii honore, licet *Laico* licet *baptizare*, eôdem caſu urgente. *Rung.* Comm. in c. 4. Exod. p. 194. ſeq. *Eckhard.* in fa[illegible]c. controv. Calviniſt. c. 9. q. 4. ad 11. p. 445. *Finck.* tom. 5. diſp. Gieſſ. 13. p. 208. ſeq. *Gerhard.* tom. 4. LL. CC. loc. 23. de Baptiſm. § 34. *Jacob. Martin.* in Partit. Theol. diſp. 22. theſ. 51. & 52. Bellarm. l. 1. de Sacram. Baptiſm. c. 7.

Verſ. 26. *Et dimiſit eum, poſtquam dixerat Sponſus ſanguinum tu mihi es, ob circumciſionem.*

I. *Factum Sephoræ*, filium circumcidentis, *probatũ eſſe a Domino, vide patet, quòd, eô peractô, reconciliatus Deo Moſes fuerit, & placatus Angelus.*

Bucanus h. l. excipit, Angelum Dei quidem placatum fuiſſe, quòd *circumciſus fuerit puer*; at non propterea, quòd à *muliere circumciſus*.

℞. Nihil ad rem: Non enim, quando baptizatur infans, placatur Deus *propter perſonam*, ſive ordinariam, ſive extraordinariam, *adminiſtrantem*; ſed quia *ſatisfit mandato & inſtitutioni divinæ*. Si ergo coram Deo rata fuit illa Sephoræ *circumciſio*, in filio peracta; utique etiam *Baptiſmus* à fœmina adminiſtratus. *Jacob. Martin.* ibid. theſ. 51. & 53. *Giſen.* in Calviniſm. diſp. 17. thes. 14. *Gerhard.* l. c. pag. 893.

II. *Baptizatum ab infideli*, ſubſtantiam Baptiſmi non convellente, *validè eſſe baptizatum, adeoq; non rebaptizandum* ex h. l. conſtat, quia *Circumciſio ab infideli* Moſis uxore *peracta, fuit valida & rata habita coram Deo*. Quamprimum enim Circumciſio peracta fuerat, ceſſavit Dominus affligere Moſen, eum quidem aliàs occidere eum conſtituiſſet. *Tannerus* in Colloq. Ratisb. Seſſ. 12. p. 377. *negat conſequentiam hujus argumenti*, quaſi verò *infidelis* non poſſit validè *circumcidere* in carne, & *carnem ſecare*.

℞. Connexio argumenti hinc adſtruitur, quia inter hæreticum *baptizantem*, & infidelem fœminam *circumcidentem* par intervenit ratio, *reſpectu efficaciæ* collati Sacramenti: Nam in locum *Circumciſionis* Baptiſmus in N. T. ſucceſſit, Coloſſ. 2. v. 11. Sicut ergo Zepora, licet *infidelis*, non habens *veram* intentionem *circumcidendi*, ſed *alienam*, ut videlicet periclitãtem maritum diſcrimini vitæ eximeret, nihilominus ea circumciſio non modò ratione *ſubſtantiæ* vera, ſed valida quoque & efficax fuit, & à Deo approbata: ita & *Baptiſmus*, etiam non habitâ ratione intentionis *baptizãtis*, eſt efficax, ſi maximè baptizans ſit hæreticus, & veram intentionem non habeat; præſertim cùm incredulitas baptizantis non evacuet fidem, id eſt, promiſſionem Dei, verbo & Sacramento annexam, *Rom.* 3. v. 3. *Hunn.* in Colloq. Ratisb. ſeſſ. 12. p. 377. ſeq.

Verſ. 31. *Et credidit populus, & audiverunt, quòd viſitavit Dominus filios Iſrael, & quod vidit afflictionem, &c.*

Vide-ſis (1.) *Enallaxin* vocum; nam eſt pro, *Poſtquam: Et audiverunt*, i. e. *Poſtquam audivit*. (2.) *Metaphoram à viſu ad intellectum* transſumtam: *Audiverunt*, h. e. *intellexerunt*. (3.) *Ἀνθρωποπάθειαν*: *viſio* enim & *viſitatio*, Deo attributa, notat *providam ejus curam, & beneficii exhibitionem*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 130. *Jun.* ibid. p. 71. *Glaſſ.* libr. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 7. p. 138. & 144.

CAP. V. Verſ. 1. *Poſt hæc ingreſſi ſunt Moſes & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, dimitte populum meum, ut ſacrificet mihi in deſerto.*

Zanchius l. 3. de Nat. Dei, c. 4. q. 10. contendit, *in myſterio ſalutis*, Deum *voluntate ſigni & revelatâ*

aliquid velle, quod revera nolit, voluntate beneplaciti & occultâ: urgetque ipſum præcepiſſe Pharaoni externô verbo, ut populum Iſraeliticum dimitteret, cùm tamen ſecreto conſilio & arcanâ voluntate dimiſſionem populi nollet.

℞. Dei præceptum, Pharaoni de *dimittendo populo* datum, maximè fuit ſerium. Ex *animo* enim volebat Deus, ut Pharao dimitteret populum, ſicut *Exod.*10.v.3.& 4. legitur: *Hæc dicit Dominus, usq; quo non vis ſubjici mihi? dimitte populum meum, ut ſacrificet mihi; ſin autem reſiſtis* &c. Quomodo verò Pharao poterat Deo reſiſtere, ſi voluntas Dei non erat, ut dimitteret populum? cùm enim duo idem volunt & faciunt, tum certè alter nequit alteri reſiſtere. Proinde *Zanchius*, exemplô iſtô principium petit, & priùs probare debet noluiſſe Deum, ut Pharao dimitteret populum. *Meiſner.* dec. 2. Anthr. diſp.2.q 1.theſ.32.& 33. *Brochm.*tom.1.Syſtem. Theol.art. de grat. Dei, c.2.q.29.p.611.ſeq.ad 2.arg.

Verſ.2. *Et dixit Pharao: Quis Dominus, quòd audiam in voce ejus, ut dimittam Iſrael? non novi Dominum, & etiam Iſrael non dimittam.*

I. Moſes utitur (1.) *Ellipſi* verbi ſubſtantivi: *Quis,* ſcil. *eſt?* (2.) Hebraismô: *Audiam in voce ejus,* h.e. *obediam voci ejus.* (3.) *Metonymia cauſa* pro effectu: nam *Iſraelem* pro *populo Iſraelitico* ponit, videl. *parentem* pro *poſteris*. Ariæm. in Bibl.p.50. *Glaſſ.* lib.5. Philol. Sacr. tract.1.m.1.p.6.

II. Moſes *Paulo* contradicere videtur: nam refert *ille*, Pharaonem dixiſſe, *ſe neſcire Deum*; cùm Apoſtolus *Rom.*1.v.19.20.21. teſtetur, etiam *Ethnicis notum eſſe Deum.*

℞. Vel Pharao ideo *ſe Deum neſcire* dicit, quia erat atheus, putans ex Epicuræo & Cyclopico corde, mundum nec à Deo regi, nec ab eo factum eſſe; quô pacto uſum notitiarum naturalium *violenter* extinxiſſet: vel quia, cùm plurimos Deos, ritu Ægyptiorum, coleret, non putavit unum aliquem *tertium Deum* ſibi admodum eſſe reverendum & timendum; vel, *negando Dominum*, non ſignificavit, *ſe abſolutè & ſimpliciter* neſcire Deum, ſed ſolùm neſcire ſe, *quis eſſet ille Hebræorum Deus*, qui ſibi tantâ autoritate imperaret, ut populum dimitteret. *Walther.* in Harm. Script.p.168.

Verſ.3. *Et dixerunt: Deus Hebræorum vocatus eſt ſuper nos; ibimus nunc viâ trium dierum in deſertum, ut ſacrificemus Domino Deô noſtro, ne fortè occurrat nobis peſte vel gladiô.*

I. Invenitur hoc locô (1.) Hebraismus: *vocatus eſt ſuper nos,* i.e. *vocavit nos.* (2.) *Synecdoche Speciei* pro *genere*: voce enim NOBIS. *omnes* intelliguntur videl. tam *Ægyptii*, quàm *Israelitæ*. (3.) *Metonymia cauſa* pro *effectu*: nam *gladius* pro *bello* eſt; ut quod *gladiô* peragi ſolet: *Vatabl.* in Annot. ad h.l.p.130. *Jun.* in Not. ad eund. loc.p.71: *Glaſſ.* lib.5: Philol. Sacr. tract.1.cap.1.m.2.p.10.

II. Ἐναντιοφανὴς, hic occurrens, vide in *Vindic Exod.* 3.v.18. conciliatum.

Verſ.4. *Et dixit ad eos Rex Ægypti: Ut quid Moſe & Aaron ceſſare facietis populum ab operibus ſuis? Ite ad onera veſtra.*

In verſu hoc reperitur (1.) *Enallage temporis* futuri; *facietis*, pro præſenti, *facitis*. (2.) *Synecdoche ſpeciei* pro *genere*: Pharao enim alloquitur *Moſen & Aaronem*, ſubintelligit verò *omnes Israelitas*, qui aderant, ut oſtendunt verba ſequentis verſus. *Ariæm.* in Bibl.p.50. *Vatabl.* in Annot. ad h.l.p.130. Jun. ibid.p.71.

Verſ.5. *Et dixit Pharao: Ecce multi nunc populus terræ, & ceſſare facietis eos ab oneribus ſuis?*

Redit huc (1.) *Hebraiſmus*: nomini enim collectivô numeri ſingularis, *populus*, reſpondet ad adjectivum plurale, *multi*. (2.) *Enallage temporis* futuri, *facietis*, pro præſenti, *facitis*. Ariæm. & Vatabl. l.c.

Verſ.7. *Non addetis ad dandum paleam populo ad laterificandum lateres, ſicut heri, nudius tertius, &c.*

Habes hic (1.) *Hebraiſmum*: Non *addetis ad dandum*, i.e. non *ultra dabitis*; & *ad laterificandum lateres*, h.e. *conficiendos lateres*; ubi verbum ſuum conjugatum, tanquam objectum, emphaticè regit. (2.) *Ellipſin* conjunctionis ו ET, *Sicut heri, nudius tertius*, pro ſicut *heri & nudius tertius*, h.e. *antea*. Vatab. in Annot. ad h.l.p.130. *Jun.* ibid.p.71.

Verſ.16. *Palea non data ſervis tuis, & lateres, dicentes nobis, facite, & ecce ſervi tui cæſi, & peccavit, &c.*

Obſerva hôc locô (1.) Emphaſin adverbii negandi אין, NON, quod, participio נתן, *data*, junctum, negat de *tota ſpecie*, palea *non data*, h.e. *nulla planè data*. (2.) *Hypallagen*: ordo enim inverſus eſt: *Lateres, dicentes, nobis facite*, pro, *dicunt, nobis facite lateres.* (3.) *Enallagen*, tum participiorum, *data, dicentes, cæſi*; pro ipſis verbis, *datur, dicunt, cæduntur*; tum temporis præteriti, *peccavit*, pro præſenti, *peccat.* (4.) *Metonymiam cauſa* pro effectu: *peccat*, i.e. *punitur*, ob imputatum peccati reatum. *Ariam.* in Bibl.p.50. *Vatabl.* in Annot. ad h.l.p.131. *Glaſſ.* libr.3. Philol. ſac. tract.5.can.18.m.1.p.474.

Verſ.21. *Et dixerunt ad eos: videat Dominus ſuper vos & judicet, quia fætere feciſtis odorem noſtrum in oculis Pharaonis, & in oculis ſervorum ejus; ut daretis, &c.*

In textu hoc offert ſe (1.) Ἀνθρωποπάθεια: *viſio* enim *Deo* tributa, *vindictam & pœnam ejus* denotar. (2.) *Metaphora*: nam *fætor* ſignificat *ſummam averſationem.* (3.) *Catachreſis*: *fætor* ſiquidem & *oculi* conjunguntur, quæ reſpondere ſibi invicem non videntur, cùm *naribus* meliùs is reſpondeat. *Glaſſ.* lib. 5. Phil. ſacr. tract.1.c.7.p.140. cap.12.p.360: cap.18. m.2.p.466.

Verſ.22. *Et reverſus eſt Moſes ad Dominum, & dixit: ut quid malefeciſti populo huic, ut quid hoc miſiſti me?*

Ecce (1.) *Hebraiſmum*: nam verbum הֲרֵעֹתָה, *malefeciſti* ſeu *afflixiſti*, de *occaſione* intelligendum eſt; q.d. cur populo huic *majoris mali* ſeu *afflictionis occaſio* fuiſti? (2.) *Ellipſin* conjunctionis ו ET: *Ut quid hoc*, pro, *Et ut quid &c.* (3.) *Pleonaſmum*: ſiquidem זה *hoc*, redundat. Vult autem Moſes dicere: mittendo me ad Pharaonem, eum magis exacerbâſti contra populum tuum. *Ariam.* in Bibl.p. 50. *Vatabl.* in Annot. ad h.l.p.132. *Glaſſ.* lib.3. Philol. Sacr. tract.3.can.10 p.253.

Verſ.23. *Et ex tunc ingreſſus ſum ad Pharaonem, ut loquerer in nomine tuo, malefecit populo huic, & liberando non liberâſti &c.*

Moſes uſurpat (1.) *Metonymiam ſubjecti* pro adjuncto: *Nomen* enim Dei pro *ipſa* reputa *autoritate & juſſu Dei*, ponit. (2.) Hebraiſmum: *liberando non liberâſti*, h.e. *prorſus non liberâſti*, nullum adhuc liberationis veſtigium impreſſiſti. *Jun* in Not. ad h. l.p.71. *Glaſſ.* lib.3. Philol. Sacr. tr.3.can.38.m.2.p.352. & lib.5.tract.1.cap.4.m.7.p.76.

CAP. VI. Verſ.3. *Et viſus ſum ad Abraham ad Iſaac, & ad Jacob in Deo omnipotente; & no-*

mine

mine meo, *Dominus*, *non cognitus sum eis*.

I. Observa hoc loco (1.) Metaphoram, *visus sum ad Abraham*, &c. i.e. *notus factus sum* Abrahamo &c. (2.) *Ellipsin* præfixi ב IN, ex præcedenti membro, בָּאֵל, *in Deo forti*, repetendi: שְׁמִי *Et nomine meo*, pro וּבִשְׁמִי *& in nomine meo* (3.) *Metonymiam adjuncti* pro *subjecto*, nomina enim DEI, *Schaddai* & *Jehovah*, pro *ipso Deo*, quatenus attributis, bis nominibus expressis, denotatur, sumuntur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 132. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 1. observ. 5. not. 2. m. 1. p. 674. & lib. 5. tract. 1. cap. 4. m. 7. p. 75.

Quidam negant nomen *Jehovah* Patriarchis notum fuisse ante Mosen, quòd disertè pronunciet Deus, se in *nomine* illo non esse cognitum Abraham, Isaaco & Jacobo.

℞. (1. (Non est credibile, quòd oomen *Jehovah* ignotum fuerit priscis ante Mösen, cùm *Esaias* c. 64. v. 16. dicat: *Tu Jehovah Pater noster, à seculo hoc est nomen tuum*. (2.) Intelligendus est locus de *gradibus divinarum patefactionum & agnitionis divinæ* quia *nomen Dei* significat *rem ipsam*, id est, *Deum*, prout à nobis agnoscitur, hoc sensu: *Ego Jehovah* apparui Abraham, Isaaco & Jacobo, quòd sim Deus ipsorum *omnipotens*, hoc est, per opus creationis, per diluvium, eversionem Sodomorum, vocationem & defensionem illorum inter Chananæos manifestavi Patribus *meam omnipotentiam* (id enim est, *apparui in nomine Elschadai*) sed in *nomine Jehovah* illis non sum cognitus, h. e. *publico quodam misericordiæ & specialis gratiæ documentô* (quale est eductio populi ex Ægypto & traditio terræ Canaan.) nondum manifestavi, quòd in *Jehovah*, dans esse in meis promissionibus; eas nondum implevi re ipsa de multiplicatione seminis; & possessiooe terræ Canaan; nunc verò omnes cognoscent me esse *Jehovam*, Deum dicentem & facientem. Nomine enim *Jehova* notatur (1.) quòd Deus sit, (2.) quòd creaturis det esse, (3.) quòd suis promissis det esse, eaque re ipsa compleat. Est enim *Deus immutabilis* in essentia & promissionibus. *Gerhard.* loc. 3. de Nat. Dei, §. 23. tom. 1. LL. CC. Theol. p. 223. Glass. l. c.

Vers. 4. *Et etiam statui pactum meum cum eis, ad dandum eis terram Chanaan, terram peregrinationum eorum, quâ peregrinati sunt in ea.*

Habetur hîc (1.) *Metonymia causa* pro *effectu*, dum *majores* pro *posteris* sumuntur: Daudum *eis*, sc. *Israelitis* (2.) *Pleonasmus*, Hebræis frequentatus: Quia *in ea*, pro, *in qua*: ubi relativum, *eâ*, redundat. *Glass.* l. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 29. m. 3. p. 221.

Vers. 5. *Et etiam ego audivi clamorem filiorum Israel, quos Ægyptii servire faciunt eas, & recordatus sum pacti mei.*

Recurrit huc (1.) Ἀνθρωποπάθεια: *auditus* enim & *recordatio*, Deo attributa, notant ejus *benevolentiam & opitulationem in satisfaciendo suspiriis filiorum Israel*, quibus benefacere vult, *gratioso fœderis sui intuitu*. (2.) *Metonymia subjecti* pro *adjuncto*: nem *Ægyptius* pro *Ægyptii* ponitur, quibus & verbum plurale, *servire faciunt*, respondet. (3.) *Pleonasmus*: relativum siquidem, EOS, abundat. *Ariam.* in Bibl. p. 51. *Vatabl.* in Arnot. ad h. l. p. 132. Glass. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 123.

Vers. 6. *Educam vos sub de oneribus Ægypti, & eruam vos à servitute eorum, & redimam vos in brachio extenso, & in judiciis magnis.*

Vide-sis (1.) Ἀνθρωποπάθειαν: Nam *humanitus* de *Deo* dictum *brachium extensum*, metaphorâ sumtâ à forma *iratorum hominum*, qui præ indignatione, & quo potentius percutiant, altiùs brachium elevant; capitur autem pro *summa vi & potentia*: *in brachio extenso*, i. e. *potentissimè*. (2.) *Metonymia causa* pro effectu: *judicia* enim pro *pœnis* usurpantur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 132. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 72. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 3. p. 11.

Vers. 7. *Et assumam vos mihi in populum, & ero vester Deus.*

Calviniani censent, *renatos peccatis contra conscientiam non amittere gratiam Dei, cum Deus illius Pater perpetuo maneat, quem semel in filium adoptat*; veluti hic *Israelitis* promittat.

℞. Promissio hæc non est *absoluta*, sed *conditionalis* conjuncta cum *conditione perseverantiæ in fide*, uti apparet ex *Coloss.* 1. v. 21. Talis erat promissio Abrahamo facta de semine ejus benedicendo, quòd Deus velit ipsorum esse pater, *si videlicet præcepta ejus observaverint*. Quia verò *conditio* illa ex parte Israelitarum non impleta est, à Deo illi fuerunt rejecti, Rom. 9. v. 3. & c. 11. v. 20. Ex quo patet, & promissionem istam, quæ videbatur *absoluta*, tantùm *conditionalem* fuisse, quamdiu videlicet Deum Israëlitæ timerent & colerent. *Meisn.* dec. 2. Anthrop. disp. 9. q. unic. thes. 36.

Vers. 8. *Et introducam vos in terram quam levavi manum meam, ad dandum eam Abrahamo, Isaaco, & Jacobo, & dabo eam vobis hæreditatem, Ego Dominus.*

In textu hoc invenitur (1.) *Ellipsis* propositionis עַל, SUPER; *Quam levavi*, pro, *Super quam levavi*. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: nam *manum levare*, de *Deo* dicitur *humanitus*, estque idem ac *jurare*; hujus enim signum est *manus levatio*, Gen. 14. v. 22. (3.) *Metaphora*: Dabo in *hæreditatem*, h. e. *in firmam possessionem*, quippe quâ *hæreditaria bona* possidentur. *Ariæm.* in Bibl. p. 51. *Jun*, in Not. ad h. l. p. 72. Glass. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 110.

Vers. 9. *Et non audierunt ad Mosen, propter angustiam Spiritus &c.*

Ecce (1.) Metaphoram: *audire* enim *interiorem animi obedientiam denotat* (2.) *Metonymiam causa* pro effectu, *spiritus* namque *pro effectu*, seu *motu animæ* sumitur. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 2. m. 1. p. 8. & cap. 12. p. 360.

Vers. 12. *Ecce filii Israel non audierunt ad me, & quomodo me audiet Pharao, & ego præputiatus labiis?*

Recurrit nunc (1.) *Metaphora*, quâ *auditus* pro *obedientia* accipitur, & *præputium labiorum*, pro *superfluus verbis & abjectione dignus*: solent quippe & *balbi* multæ superfluæ syllabæ excidere, quæ velut præputium amputandæ essent, ut purus efficeretur sermo. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Et ego*, scil. *sum*. Ariæm. in Bibl. p. 51. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 13. p. 431.

Vers. 14. *Ista capita domûs patrum eorum &c.*

Vide-sis (1.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Ista*, scil. sunt. (2.) Metaphoram; *caput* enim *primarium* rei notat: *Ista sunt capita*, h. e. *isti sunt primarii*. (3.) *Enallagen numeri* singularis, *domûs* pro plurali: *domuum*. (4.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: *domus* enim pro *familiis* sunt. *Ariam.* in Bibl. p. 52. Jun. in Not. ad h. l. p. 72. Glass. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 337.

Vers. 20. *Amram accepit uxorem Jochabed amitam suam.*

Bellarminus l. de Matrim. c. 27. disputat, *præcepta illa, quæ extant Levit. 18. & 20. de gradibus conjugii prohi-*

prohibitio, non omnia esse moralia, nec adhuc omnes obligare: cùm etiam *ante ipsorum promulgationem* non obligavere. Amram enim duxit uxorem amitam [illegible] fratri filius ducere prohi[illegible] 18. v. 2.

[illegible] Hebræum דודה hic non accipitur *strictè & in ipsa* [illegible] *amita* sive patris sorore; sed *latè & in genere*, [illegible] *nelis*, sive *amitæ filia*, ex patris sorore nata, ut LXX. *Interp.* Vulgata *Versio* Latina, AriasMontanus, Paraphrasis Chaldaica &c. reddiderunt. Fuit [illegible] Joohabed *propriè* non *amita*, sed *consobrina* [illegible] Amram; cui secundus cognationis [illegible] gradus divino jure non est pr[illegible] Moses & Aaron ex incestuoso matrimonio [illegible] haud fuerint progenati. Si & masculinum דוד *specie* quidem *patruum* sive *patris fratrem* significat, [illegible] *in genere* significat *quemvis cognatum in gradu etiam ulteriore*. Sic Cananeel vocatur דדו *patruus*, Jeremiæ Jerem 32. v. 12. cùm tamen fuerit *filius patrui*, h. e. *patruelis* ut apparet ex v. 8. & 9. Ita Messiam Esaias appellat דוד *patruelem*, patruum suum. Esa. 5. v. 1. [illegible] enim Esaias filius Amor: [illegible] fuit frater Regis Amaziæ ex cujus Regia Stirpe fuit Christus quem ob id *patruelem* suum appellat. Quin imò *generalius* דוד significat *amicum, dilectum*, Cant. 2. v. 6. 5. [illegible] c. 6. v. 8. [illegible] Posito nomen דודה *propriè & strictè* hic accipi, pro *amita*, erit ea [illegible] argumentum non procedit: Namque [illegible] factio est de *jure* non de *facto*, neque vim [illegible] *plum* re[illegible] *legum* normæ opponi debet; non enim omnia [illegible] *facta* excusari aut defendi possunt. Quod [illegible] autem illegitimi & peccati in ejusmodi conjugio fuit, id ex *ignorantia & commun[illegible]* [illegible] *canibus* fide in Messiam condonatum fuit, [illegible] inde ut de *Polygamia* superius fuit dictum.

Regerit *Bellarminus* ibid. nomen *Patruelis* in Vulgata V[illegible] accipi pro *patrua*, non pro *sorore patruele*, ac Hieronymum, ne diceret *patruam*, quôd Latinè est inusitatum, maluisse dicere *patruelem*.

Rx. (1.) Hieronymus dicere potuisset *amitam*, si patris sororem hic voluisset intellectam: (2.) Nec poterit commodum afferri ex probatis Scriptoribus exemplum in quo *patruelis* nomen pro patrua accipiatur. Chemnit. par. 3. LL. C. loc. de conjug. c. 3. p. 226. m. Eckhard. par. 2. [illegible] controv. Pontif. c. 3. q. 2. ad 2. p. 698. [illegible] hard. tom. LL. CC. [illegible] c. 28. d. conjug. § 3[illegible] 2. p. 458. seqq.

Vers. 23. *Accepit autem Aaron uxorem Elizabeth filiam Aminadab* [illegible] *Nahasson*

Sunt qui putant, *diversarum tribuum Israelitarum personas licuit potuisse jungi matrimonio*, cum Aaron de tribu *Levi* duxerit Elisebam filiam Hamminadabi è tribu *Juda*, Num. 3. v. 7.

Rx. *Tarnovius* in Exerc. Biblic. p. 25. ad 6. ait fuisse hoc *ante legem latam*. Num. 36. v. 7. factum, ideò que ubi non erat lex, ubi nec fuisse peccatum. [illegible] ille.

Vers. 30. *Et dixit Moses coram Domino Ecce ego præputiatus labiis, & quomodo audiet ad me Pharao?*

Philo[illegible] huc pertinentia, vide enucleata in Vindic. [illegible] v 12.

CAP. VII. Vers. 1. *Et di[illegible] Dominus ad Mosen: [illegible] de[illegible] eum Pharaonis & Aaron frater tu[illegible] [illegible]*

I. Mos[illegible] verbi, *Vide* pro Ec[illegible] *Ante[illegible] dedi*, pro [illegible] cap[illegible] an Deus dicitur. Moses enim *Deus* dicitur, propter *divinam legationem*, qua fungebatur & propter [illegible] *opera*, quæ per eum Deus efficiebat [illegible] Pharaone &c. v. 2. [illegible] *species* pro genere. *Propheta* namque pro interprete ponitur. [illegible] annot. ad b. l. p. 134. [illegible] lib. 5. Philol. Sacr. [illegible] cap. 10 p. 21.

II. Controversias, huc pertinentes, vide discussas in Vindic. Exod. 4. [illegible] 16. m. 4. seq.

Vers. 3. [illegible] *indurabo cor Pharaonis, & multiplicabo* [illegible] *mea, & portenta mea in terra Ægypti.*

I. [illegible] bes hic (1.) Metaphoram; *durities* enim *mentis pravitatem* [illegible] *pertinaciam* notat (2.) *Synecdochen*. nam [illegible] est pro *regione*. Glass. l. 5. Philol. Sacr tract. [illegible] cap. 12. p. 361.

II. [illegible] contr. Franz fol. 426. contendit, Deum *decernere* [illegible] *velle aliqua pe[illegible], saltem quatenus aliorum peccatorum pœna sunt*, & produ[illegible] exemplum *indurati Pharaonis ob præcedentia peccata*.

Rx. Quo sensu Deus dicatur *indurare cor Pharaonis*, id supra edocui. Deus certè *malignam duritiem peccandi non infudit* [illegible] *cordi Pharaonis*: sed *ipse Pharao*, naturâ durus, crebrâ peccandi assuetudine, *indurabat magis magisq; cor suum*, teste Dei spiritu *Exod*. v 13. 14. 22. c. 8. v. 19. c. [illegible] v. 34 & c 13. v. 15. Deo interim tribuitur *hæc* [illegible] Pharaonem, quia dum pœnas, Pharaoni [illegible] ad Mosis & Aaronis deprecationem tollit [illegible], sed *per accidens* præbet Pharaoni *majoris* [illegible] *& induration*[illegible], disertè afferente Scriptura, Exod. 8. v. 15. c. 9. v. 34. 35. Exinde vero inferri non potest, Deum *per se ipsum malitiam & inobedientiam* [illegible] *effecisse* Quomodo enim Deus [illegible] supplicium peccati efficiat, ut sibi & suis iteratis [illegible] monitionibus resistatur & sic non autor sit illius inobedientiæ & peccati? *Thum.* in Imp. Photin. p. 316. seq. *Brochm.* tom. 1. Syst. Theol. art. de Peccat. c. 8. q. 2. ad 4. p. 483. & 485.

III. *Zanchius* l. 3. de Natur. Dei c. 4. q. 10. ad 16. cum. *Exod. 4. v. 21.* excipit, Deum *secreto consilio, & arcana voluntate noluisse populi dimissionem, Pharaoni licet tum imperatam, quoniam Pharaonem voluerit indurare, ne populum dimitteret, sed ut Deus signa sua multiplicaret.*

Rx. Deus Pharaonem concionibus & miraculis Mosaicis *ferio* voluit emollire, & ad dimittendum populum concitare, unde sæpius repetitis vicibus ad eum Moses ablegatur. Verùm quando ipse restitit, & magis magisque Satanæ aures præ[illegible], distisque bono fine relaxationibus deterior subinde redditur, Deus Satanæ eo justo judicio eu[illegible] tradit, & sic *indurare* dicitur. [illegible] autem *arcano quodam motu ita gubernando cor Pharaonis, ut magis magisq; induraseeret.* Quomodo enim Deus, qui decies dimissionem populi præcepit motu quodam *arcano*, eoque *ineluctabili* ita gubernâsset cor Pharaonis, ut si maxime voluisset, non potuisset tamen populum Israelitum dimittere? Quo jure Deus reluctantem Pharaonem *puniisset*, si Deus *arcano consilio motuque* impedivisset, quo minus Pharao Israelitas dimitteret? *Thumm.* ibid. & *Brochm.* tom. 1. Syst. Theolog. art. de grat. Dei c. 2. q 29 pag. 611. seq.

IV. Idem *Smalcius* contra Franz. fol. [illegible] 2. asserit, Deum *nolle eos ad se converti, qui per summam malitiam aliquid insigniter malum* [illegible], & profert exemplum *Pharaonis*, quem Deus *voluerit indurare*.

℞. (1.) Falſum eſt, quaſi *Deus aliquos prorſus nolit converti*, qui aliud inſigniter malum commiſerunt. Etenim Matth. 12. v. 31 ad illos, *qui commiſerant peccatum in Spiritum Sanctum*, Chriſtus adhortationem annectit, v. 33. *Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum* &c (2.) Falſum eſt, quaſi Deus *noluerit converti Pharaonem*: nam tot ſignis & concionibus converſionem ipſius tentavit, ſed ipſemet patientiâ Dei admonentis ſubinde deterior fuit factus, & ſubinde ſimul à Diabolo, magorum Ægyptiorum præceptore, ad Dei indultum, magis induratus. Quem igitur Deus voluntate *antecedente* converſum & ſalvatum, hunc voluntate *conſequente* voluit induratum & condemnatum. *Franz.* diſp. 9. Vind. diſpp. Theol. in A.C. theſ. 6. Meiſner. dec. 2. Anthr. diſp. 2. q. 1. Theſ. 33. m. e.

Verſ. 4. *Et non audiet ad vos Pharao, & dabo manum meam in Ægypto, & educam exercitus meos, populum meum, filios Iſrael, è terra Ægypti in judiciis magnis.*

In verſu hoc habetur (1.) *Metaphora*: *audire* enim eſt *obedire*. (2.) *Metonymia cauſa* pro effectu: nam *manum dare*, eſt, *plagas manu infligere*; & *judicia ſunt pœnæ*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: *humanitus* quippe *manus* de *Deo* dicta. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 134. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 73. *Glaſſ.* l. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 3. p. 11.

Verſ. 5. *Et ſcient Ægyptus, quod ego Dominus in extendere me manum meam ſuper Ægyptum, & eduxero filios Iſrael e medio eorum.*

Eſt hoc loco (1.) *Metonymia* tum *cauſa* pro effectu; *ſcire* enim eſt pro *experiri*: tum *ſubjecti* pro adjuncto; *Ægyptus* enim pro *Ægyptiis* eſt, ut quibus verbum plurale, *ſcient* reſpondet. (2.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Quod ego*, ſcil. *ſum*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: *Deus* namque humanitus dicitur *manum ſuam extendere*, h. e. *pœnas immittere*. (4.) *Pleonaſmus*: *E medio eorum*, i. e. ex eis. Ariæm. in Bibl. p. 51. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 134. *Jun.* ibid. p. 73. *Glaſſ.* l. 5. Phil. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 110.

Verſ. 7. *Et Moſes filius octuaginta anni, & Aaron. &c.*

Vide-ſis (1.) Hebraiſmum: *filius* enim, *anno* appoſitus, idem eſt ac *natus* (2.) *Ellipſin* verbi ſubſtantivi: *Filius* ſcil. *erat*. (3.) *Enallagen numeri* ſingularis, *anni*, pro plurali, *annorum*. Ariæm. in Bibl. p. 52. *Glaſſ.* l. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 14. p. 52. & can. 36. m. 3. p. 133.

Verſ. 9. *Quia loquutus fuerit ad vos Pharao dicendo: date vobis portentum; & dices ad Pharaonem: tolle virgam tuam, & projice coram Pharaone, erit in colubrum.*

I. Nota hic (1.) copulativam, כי, *Quia*, poni pro אם, *ſi*. (2.) Pronomen, *vobis*, redundare. (3.) deficere ו, &, in verbo, יהי *Erit*. (4.) Idem verbum, היה, *fuit* notare *converſionem*, & per *fieri* exponi: *Erit in colubrum*, i. e. *fiet* ſeu vertetur. Ariæm. in Bibl. p. 52 *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 135. *Jun.* in Not. ad eund. loc. pag. 73. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 42. p. 357.

II. DEUS ſibi non conſtare videtur: nam *virgam*, quâ ſigna erant facienda, dicit eſſe *virgam Aaronis*, cum tamen fuerit virga *Moſis*, Exod. 4. v. 2. imò ipſius *Dei* c. 4. v. 20.

℞. Nulla eſt ἀντίφασις, cum utrumque ſit verum: dicitur autem *virga Aaronis*, ratione *uſurpationis*, quia virgam illam in manu ſua Aaron habebat. *Jun.* l. c.

Verſ. 10. *Tulitq; Aaron virgam coram Pharaone, & ſervis ejus, quæ verſa eſt in colubrum.*

Papiſtæ pro figmento *Tranſſubſtantiationis* in Euchariſtia exinde formant hanc propoſitionem *Virga eſt ſerpens*: eamque cum prædicatione illa ſacramentali: *Hoc eſt corpus meum*; conferunt, quod ſicut illud, quod antea erat *virga*, jam per converſionem factum eſt *ſerpens*; ita in S. Cœna ſubſtantiam *panis* per annihilationem convertatur in *corpus Chriſti*.

℞. Exemplum prorſus eſt diſſimile. Nam (1.) Scriptura hic diſertè teſtatur, *converſionem virgæ in ſerpentem factum eſſe*; quod de *pane* in Sacra Cœna non itidem demonſtrari poteſt. Petitio ergo eſt principii: probandum enim erat, *in Cœna fieri tranſſubſtantiationem*; hoc vero argumentum ponendum loquitur de *tranſſubſtantiatione præſuppoſit.* Expreſsè hic *ſcribitur*, quòd *virga verſa fuerit in ſerpentem*; ità verò verba Cœnæ non loquuntur de *pane*, quippe quem Chriſtus in manus ſumſit, benedixit & *de illo per̄e* prædicavit, quod *ſit corpus ſuum*, non quod *verſus fuerit in corpus ſuum*. *Chemnit.* in Repetit. fundam. de vera & ſubſtantiali præſ. corp. Chriſti in Cœn. c. 4 p. [illegible]. *Hutt.* in [illegible] Theol. p. 732. *Oſiand.* in Enchir. Controv. Papiſt. cap 15. pag. 17[illegible].

Verſ. 12. *Et projecerunt vir baculum ſuum* [illegible] *runt in ſerpentes. & devoravit virga Aaronis virgas eorum.*

I. Obſerva hic (1.) nomen איש vir, Hebræis idem eſſe ac *ſingulos*, ut quibus verbum plurale, *projecerunt*, reſpondet. (2.) Verbum, *fuerunt*, per *facti ſunt*, exponendum eſſe, cum notat *converſionem*. (3.) *Baculum Moſis*, in ſerpentem verè converſum, vocari *baculum*, quia talis *natura ſua* erat, & quia mox in *priſtinam formam* erat rediturus. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 73. *Glaſſ.* l. 5 Philol. Sacr. tract. 1 can. 3 m. 1. pag. 8.

II. *Bodinus* l. 2. de dæmon. c. 6. affirmat, *magos arte ſuâ homines convertere in beſtias, & ſic ſubſtantiales rerum formas immutare poſſe: num magi Ægyptiaci baculos in ſerpentes mutarint.*

℞. (1.) *Joſephus* lib. 2. Antiq. Judaic. c. 6. ſentit, non *veros* ſerpentes, ſed *ſpeciem* [illegible] *ſerpentum ſimulacra* fuiſſe. At *veros & naturales* fuiſſe probatur: tum quia Spiritus Dei diſertè vocat *ſerpentes*; tum quia ſi non fuiſſent, niſi *ſimulacra inania ſerpentum*, fraudem & fallaciam dubio procul detexiſſet Moſes; tum denique quia magi in *producendis pediculis* deficiunt: Quæ magorum impotentia in ſimulacris vanis neutiquam elucere potuit. (2.) Hinc tamen nihil confici poteſt adverſaturum nobis. Etenim non *vere* fuit facta unius creaturæ transformatio in aliam, neque Diabolus convertit *reipſa virgas in ſerpentes*: ſed virgas, à Magis projectas, celeriter abſtulit, & in earum locum ſerpentes ſpectantium oculis exhibuit; vel juxta *Auguſtinum* l. 3. de Trinit. c. 7. *veros ſerpentes* produxit, ſed ex *occultis ſerpentum* ſeminibus. Bald. l. 3. caſ. conſc. c. 5. c. 8. p. 742. *Brochm.* tom. 1. Syſt. Theol. art. de Angel. [illegible] q. 15. p. 255. ſeq.

III. *Papiſtæ* contendunt *panem* in Euchariſtia a Paulo 1. *Cor.* 11. v. 26. ſeq. appellari *panem*, etiam *poſt conſecrationem* non quia *verè panis* ſit, ſed quia *olim panis fuerit*; non ſecùs ac ſerpens Aaronis dicitur *virga* devorans, non quòd tum *verè virga fuerit*, ſed quia *paulo ante talis fuerat*.

℞. (1.) In hac Papiſtarum exceptione eſt *petitio principii*: prius enim probandum, [illegible] fuerat panis *μετουσία* ex Scripturæ fundamentis, tum de *locutionibus & Phraſibus* laborandum. (2.) Manifeſta eſt *diſſimilitudo exemplorum*: tum, quia ſerpens Aaronis

cum

[illegible] non habuit *formam* [illegible] in suam re- [illegible] serpens [illegible] appella- [illegible] *mam* [illegible] *ditum* est; sed [illegible] *vel mutatum* [illegible] *priorem formam* [illegible]. Sic [illegible] quæst. 2. [illegible] *Et* [illegible] *cellatæ, unde* [illegible] *tur voca-* [illegible]. Ring. in cap. 7. E[illegible] p. [illegible]

V[illegible] *dixit Dominus*. [illegible] *hoc*, [illegible] *quod e-* [illegible] *Dominus: ecce ego percutio in virga, quæ in m*[illegible] *m*[illegible],

[illegible] ur [illegible] *Metonymia causæ* pro eff[illegible] *Ellip*[illegible] [illegible] *um*; & *quæ manu* [illegible] *En*[illegible] *temporis* præsentis, *per-cut*[illegible] *pro* [illegible] futu[illegible] *pe cutiam*, hoc est *pa*[illegible] *ump*[illegible] *iam*. [illegible] Bibl. p. 52. *Va-*[illegible] t. ad Exod. 8. v. 26. *Jun.* in Not. ad h. l. p. [illegible]

Vers. [illegible] *Dominus ad Mosen* [illegible] *ad Aaron*[illegible] *m:* [illegible] *am* [illegible], *& extende manum tuam super aquas* [illegible] *super flu-mina eorum* [illegible] *super palu-des eorum*, [illegible] *super omnem* [illegible] *regationem a-quarum eorum*, [illegible] *erit* [illegible] *in omni terra Ægypti* [illegible] *in lapidibus*.

In versu h[illegible] oc[illegible] [illegible] *Synecdoche totius* pro *parte*, [illegible] super parte *omnium aquarum Æ*[illegible] & [illegible] *Nilus*, quem Aaron [illegible] *cuter*[illegible] unde divi[illegible] dicti[illegible] in *omne* [illegible] *Ægypti* di[illegible] intrepide testatam face[illegible] (2.) *Metonymia materiæ* pro [illegible] namque & *lapides* pro *vasis* [illegible] [illegible] quibus [illegible] Mo[illegible] *lapidibus*, ve[illegible] *vasis ligneis lapideis*. Vatabl. in Annot. ad [illegible] p. 1[illegible] *Jun.* ibid. p. 73. G[illegible] Phil. sacr. tra[illegible] 1. cap. 1. p. [illegible] seq.

Vers. 21. *Et pisces, qui in flumine, mortuus est, & [illegible] fluvius, & non potuerunt Ægyptii bibe-re a*[illegible] *flumine. Et fuit sanguis in omni ter-ra Æ*[illegible].

I. E[illegible] *Enallagen numeri* singulari pro plu-rali [illegible] *mortuus est*, [illegible] *mortui sunt*. (2.) *E*[illegible] *verbi* substant[illegible] *in flumine*, scil. *erant*. Ar[illegible] m. in Not. Bibl. [illegible] p. [illegible]2.

[illegible] contradicere v[illegible] tur: hic enim di-cit [illegible] *terra Ægypti*, non tan-tùm [illegible] & [illegible] vis, & pa-ludibus, [illegible] & sax[illegible] & ta-men de Magis v. 22. perhibet [illegible] *fecerint similiter*, & aquam [illegible] rterint in cruorem: unde ergò habuerunt aquam

R. Jul[illegible] Marty[illegible] omnes a[illegible] Ægypti, quæ [illegible] *terram erant*, [illegible] an[illegible] [illegible]; Æ[illegible] stam[illegible] *circa flumen* [illegible] *e puteo* [illegible] & [illegible] hausit inde aquam, [illegible] nimal[illegible] [illegible] hujusmodi *aquam* transm[illegible] Magos, [illegible] probat [illegible] ex v. 24. W[illegible] h. in [illegible] Scr. p. 1[illegible]

Vers. 22. *Feceruntq; similiter malefici Ægyptio-rum in-cantationibus suis*.

Bodinus l. [illegible] de Dæm[illegible] n. c. 6. [illegible] tuit, *M*[illegible] *sua substantia* [illegible] *erum formas immutare posse*: nam *Magi Æ*[illegible] *ptiaci aquas in sanguinem converterunt*.

R. *Brochm.* t[illegible] 1. Systern. [illegible] ol. art. de An-gel. c. [illegible] q. 1[illegible] *ne at* [illegible] *aquæ in* [illegible] *guinem tran*[illegible] *antiat* [illegible] *em*. Nam quomodo [illegible] *o, ast*, po[illegible] rum natura tum [illegible] onê ex aquis sanguinem facere? Verus nam-

que sanguis nec alibi generari potest, quam in ani-mali, nec aliter, quam virtute an[illegible] & per calo-rem naturalem, qui est in animali.

CAP. IIX. Vers. 1. *Et dixit Dominus ad Mosen: ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum; sic dixit Dominus: dimitte populum meum, & ser-vient mihi*.

Nota hoc loco (1.) futurum, *dices*, poni pro im-perativo *dic*. (2.) conjunctionem copulativam, *Et*, poni pro causali UT *Et servient*, pro, *UT serviant*. (3.) Nomini collectivo singulari, *populus*, respon-dere verbum plurale, *servient*. Ariam. in Bibl. p. 52. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 73.

Vers. 2. *Et si renuens tu ad dimittendum, ecce ego percutiens omnem terminum tuum in ranis*.

Redit huc (1.) *Enallage* præsentis, *renuens* & *per-cutiens*, pro futuro, *renueris* & *percussurus sum*. (2.) *Pleonasmus*, quidem ב, IN redundare [illegible] *in ranis*, h. e. *ranis*. Ariæm. & *Jun.* l. 2. *Vatabl.* in Not. ad h. l. p. 136.

Vers. 6. *Et extendit Aaron manum suam in a-quas Ægypti, & ascendit rana, [illegible] operuit ter-ram Ægypti*.

Vide-sis (1.) *Ellipsin*: manum suam, scil. *oper-tum* in aquis. (2.) *Enallagen numeri* singularis pro plurali: *Ascendit rana, & operuit*, h. e. *ascenderunt ranæ & operuerunt*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 136. *Jun.* in Not. ad eund. p. 74.

Vers. 7. *Et fecerunt sic Magi in cantationibus suis, & fecerunt ascendere ranas super terram Ægypti*.

I. *Synecdoche* est *totius* pro *parte*, nam per *terram Ægypti* Moses *eam Ægypti partem aliquam* in-telligit; quæ nondum ranis fuerat infestata, ut E. G. Si Ægyptii concesserunt in Israelitarum habitationem. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 71

II. Rationem *Bodini* pro *immutatione forma-rum substantialium magica* vide refutatam in Vin-dic. Exod. 7. v. 12.

Vers. 12. *Et egressus est Moses & Aaron à cum Pharaone, & clamavit Moses ad Dominum propter verbum ranarum, quas [illegible] Pharaoni*.

I. In textu hoc invenitur (1.) [illegible] *amus*. [illegible] דְּבַר *verbum*, redundat. [illegible] *nallage*. simplex enim, *posuit*, est pro [illegible] *imposuit*. Ariæm. in Bibl. p. 5[illegible]. *Jun.* in Not. ad h. l. [illegible] 4.

II. Contradictionem quandam, hîc apparentem, vide conciliatam in Vindic. *Exod.* 9. v. [illegible]3.

Vers. 14. *Et congregaverunt eos acervos &c*.

Ecce (1.) *Ellipsin* nominis: *Congregaverunt*, scil. *Ægyptii*. (2.) Hebraismum *ac*[illegible] *rac*[illegible] vo, h. e. *acervatim*, seu per multos acervos. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 74. *Glass.* l. [illegible] Phil. sacr. tract. 1. can. 5. m. 2. p. 19.

Vers. 15. *Et vidit Pharao, quòd [illegible] et respiratio, & a*[illegible] *avare cor suum, & non audivit ad eos*, [illegible]

Habetur hic (1.) *Enallage*: nam infinitivus, *ag-gravare*, pro pr[illegible] *t*[illegible] *a*[illegible] *vit*, usurpatur. (2.) *Metaphora*: audire enim est *credere*. Glass. l. 3. Phil. sacr. tract. [illegible] can 44. m. 1. p. 360.

Vers 17. *Fuit pediculus in homine, [illegible] in jumen-to, omnis pulvis terra fuit pediculi [illegible] omni*, [illegible]

In versu hoc usurpatur (1.) *Enallage numeri* [illegible] [illegible] pro plurali: *Pediculus fuit in homine & in jumento*, h. e. *pediculi fuerunt in hominibus, & in ju-mentis*. [illegible] Hyperbole: *Omnis pulvis terra erant pediculi in omni terra Ægypti*, i. e. [illegible], *in ea terra pediculi erant pulveri terra commixti*. Ariæm. in Bibl. p. 53. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 74. *Glass.* lib. 5. Phil. sacr. tract. [illegible] cap. 19. p. 472.

Verſ. 18. *Et fecerunt ſimiliter magi per incantationes ſuas ad educendum pediculos, & non potuerunt. & fuit pediculus in homine, & in jumento.*

Moſes utitur (1.) Hebraiſmô: *fecerunt* ſimiliter, h.e. ſimiliter *facere conati ſunt*; neque enim pediculos educere poterant, ut *obſervat Auguſtinus* lib. 2. in Exod. (2.) *Enallage numeri* ſingularis; *Fuit pediculus in homine, & in jumento*; pro plurali, *fuerunt pediculi in hominibus, & in jumentis*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.137. *Glaſſ.* l.3. Phil.ſacr. tract.3. can. 8. p. [illegible].

Verſ. 19. *Et dixerunt magi ad Pharaonem: Digitus Dei hic, & induruit ſe cor Pharaonis, & non audivit, &c.*

I. Offert ſeſe iterum (1.) Ἀνθρωποπάθεια; *humanitus* enim *digitus* de *Deo* dicitur, notatur verò *manifeſta Dei potentia*, quæ negari nequit; quod enim *manifeſtum & notum* eſſe volumus, *digitò monſtramus*. (2.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Digitus Dei*, ſcil. *eſt*. (3.) *Metaphora*: nam *duritiei cordis* notat *mentis pertinaciam & auditûs* inobedientiam. *Ariam.* in Bibl. p.53. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.137.

II. *Anthropomorphitæ* finxerunt, Deum *eſſe corporeum*, quòd *ipſi membrum corporeum* hîc attribuatur, videlicet *digitus*.

℞. *Digitus* Deo attribuitur, non *propriè*, ſed *Metaphoricè*, propter quandam *ſimilitudinem*, & notat Dei *potentiam*, Luc. 11. v. 20. unde cœli dicuntur opera *digitorum Dei*, Pſal. 8. v. 4. & Pſal. 102. v. 26. *Gravv.* Cent. 1. qq. Illuſt. Theol. diſput. 1. q. 3. *Rung.* in c. 8. Exod. p. 281. ſeq.

Verſ. 21. *Quia ſi tu non dimittens populum meum, ecce ego mittere facio in te, & in ſervos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas colluviem, & replebuntur domus Ægyptiorum colluvie, & etiam terra, quam ipſi ſuper eam.*

Redit huc (1.) *Enallage temporis*: nam præſens, *dimittens, & mittere facio*, eſt pro futuro, *dimiſeris, & mittere faciam*. (2.) *Ellipſis*, tum nominis: *Colluviem*, ſubaudi, *beſtiolarum* ſeu *inſectorum*; tum verbi: *Quam ipſi*, ſcil. *ſunt*. (3.) Pleonaſmus: *Quam ſuper eam*, pro, *ſuper quam*; ubi relativum *Eam*, abundare videtur. *Ariam.* in Bibl. p.53. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.137. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.74.

Verſ. 22. *Et ſeparabo in die ipſa terram Goſen, quâ populus meus manet ſuper ea, ut non ſit ibi mixtio, ut ſcias, quòd ego Dominus in medio terra.*

Iteratur hoc loco (1.) Hebraiſmus: *Qua ſuper ea*, i.e. *in qua*. (2.) *Metonymia cauſa* pro effectu: *ſcire* enim eſt pro *experiri*. (3.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Quod ego*, ſcil. *ſum*. (4.) Pleonaſmus: *In medio terra*, h.e. *in terra*; ubi ly *medio*, redundat. *Ariam.* in Bibl. [illegible] *Glaſſ.* l.3. Phil.ſacr. tract.1. can. 38. p.149.

Verſ. 23. *Et ponam redemptionem inter populum meum & inter populum tuum; in craſtinum, &c.*

Metonymia eſt *ſubjecti* pro *adjuncto*: ſignatum enim ponitur pro *ſigno* formaliter, h.e. pro ipſo *ſigni termino*, puta *redemtio* pro *ſigno* [illegible] *judicio redemptionis*. Glaſſ. l. [illegible] Philol. ſacr. tract.1. cap.3. n.5. p.49.

Verſ. 26. *Et dixit Moſes: non rectum ad faciendum ſic, qua abominationem Ægypti ſacrificabimus Domino Deo noſtro? Ecce ſacrificabimus abominationem Ægypti in oculis eorum, & non lapidabunt nos?*

Habes nunc (1.) *Ellipſin*, tum ve[illegible]i *non rectum*, ſcil. *eſt*; tum conjunctionis conditionalis, *Si*, *E*[illegible] ſubaudi, *ſi* ſacrificaverimus; tum ה interr[illegible], ולא *& non*, pro הלא, *& annon*. (2.) *Enalla*[illegible] abſtracti, *abominationem*, pro concreto, *abominabile*. Ariæm. in Bibl. p.53. & *Glaſſ.* l.4. Phil.ſacr. tract.1. obſerv.1. p.645. not.3.

Verſ. 27. *Viam trium dierum pergemus in ſolitudinem, &c.*

I. In Hebræo eſt *Enallage temporis* futuri יאמר *dicet*, pro præterito אמר *dixit*. Ariæm. in Bibl. p.53.

II. Apparentem *contradictionem*, quæ hic ſeſe offert, vide reſolutam in *Vindic. Exod.* 3 v.18.

Verſ. 28. *Veruntamen elongando non elongabitis eos eundo, orate pro me.*

Eſt hic (1. Hebraiſmus *Elongando non elongabitis eundo*, i.e. omninò *non longius abibitis*. (2. *Enallage*: futurum enim, *elongabitis*, ponitur pro imperativo, *elongate*, Vatabl. in Not. ad h.l. p. 138. *Jun.* ibid. p.74.

Verſ. 29. *Veruntamen ne addat Pharao fallere, ad non dimittendum populum, ad ſacrificandum Domino.*

In textu hoc videas *Hebraiſmum* Ne *addat fallere*, h.e. ne ultra fallat: ubi verbum fi[illegible]tum, *addat*, adverbiaſcit; & infinitivus, *fallere*, fit verbum finitum, *fallat*. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.138.

CAP. IX. Verſ. 3. *Ecce manus Domini eſt in pecoribus tuis, quæ in agro, in equis, in aſinis, in camelis, in bobus, & in ovibus, peſtis gravis valde.*

Moſes utitur (1. Ἀνθρωποπάθεια, qua *manum* tribuit *Deo*, & intelligit *ejus potentiam*, in pœnæ *inflictione* ſe exerens, quæ eſt *peſtis graviſſima*. (2.) *Enallage temporis* præſentis, *eſt*, pro fu[illegible]ro, *erit*. (3.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Qua in a*[illegible] ſunt. *Ariam.* in Bibl. p.5[illegible]. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.1[illegible]9. *Glaſſ.* l.5. Philol [illegible] cap. [illegible] p. 11.

Verſ. 4. *Et dividet Dominus in[illegible] pecus Iſrael, & inter pecus Ægypti, & non morietur ex omnibus filiis Iſrael verbum.*

In verſu hoc reperitur (1. *Enallage numeri* ſingularis, *pecus*, pro plurali, *pecudes*. (2.) *Ellipſis*: ex *omnibus*, ſubaudi, *quæ ſunt*. (3. *Hebraiſmus*; nam דבר *verbum*, Hebræis eſt *res ipſa*. Non *verbum*, i.e. ne *quicquam*. Ariæm. in Bibl. p.53.

Verſ. 6. *Et fecit Dominus verbum hoc à craſtino, & mortuum eſt omne pecus Ægypti, & de pecore filiorum Iſrael, &c.*

I. Recurrit modò (1.) Hebraiſmus: *Verbum hoc*, i.e. *rem hanc*. (2.) *Enallage numeri* ſingularis, *omne pecus mortuum eſt* pro plurali, *omnia pecora mortua ſunt*. (3. *Synecdoche generis* pro *ſpecie*: *Omne pecus*, ſcil. *quod in agro erat*, ut dicitur ve[illegible].3. atque ita *per-multa* qui[illegible] animal[illegible] fue[illegible]t occiſa, [illegible]men *penitus omnia*; pars [illegible] in aliud judicium Dei ſuper Ægyptios fu[illegible] r[illegible]ervata, verſ.19. *Ariam.* in Bibl. p.53 *Glaſſ.* l. [illegible] Phil. ſacr. tract.1. cap.14. p.435.

II. Moſes ſibi contradicere videtur: hic enim dicit, mor[illegible]ua eſſe omnia pecora Ægyptiorum; cùm tamen *pecorum*, t[illegible]nqu[illegible]am *adhuc vivorum*, v.19. ſeq. mentionem faciat.

℞. *Omnia*

℟. *Omnia pecora* dicuntur *communiter*, non *universaliter*, ut loquuntur vulgò: Deus ergo plagam imposuit *communiter*, non *universè* perfecit. *Jun.* tom.1. Oper. Theol. p.281.

Verf. 8 *Tollite vobis plenitudinem pugnorum vestrorum, &c.*

Ecce (1.) *Pleonasmum*: nam τὸ *vobis* redundare videtur. (2.) *Enallagen abstracti* pro concreto: *Plenitudinem pugnorum vestrorum*, i.e. *plenos pugnos vestros*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.139.

Verf. 9. *Et erit in pulverem in universa terra Ægypti, & erit super hominem, & super jumentum in ulcus germinans inflationes in omni terra Ægypti.*

Habes hic (1.) *Enallagen numeri singularis* pro *plurali*: super *hominem & jumentum*, h.e. *homines & jumenta*. (2.) *Metaphoram*: *Germinans*, i.e. *producens*. Ariæm. in Bibl. p.54. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.139.

Verf. 11. *Et non poterant magi stare coram Mose, quia ulcus fuit in magis, & in omni Ægypto.*

Redit huc (1.) *Enallage numeri singularis*, *ulcus*, pro *plurali*, *ulcera*. (2.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Ægyptus* enim est pro *Ægyptiis*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.139. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.75.

Verf. 14. *Quia in vice hac mitto omnes plagas meas in cor tuum, & in servos tuos, & in populum tuum, ut scias, quod non sicut ego in omni terra.*

Vide (1.) Pleonasmum: *in vice hac*, pro, *hac vice*; ubi IN, redundat. (2.) *Enallagen temporis præsentis*, *mitto*, pro futuro, *missurus sum*. (3.) *Synecdochen generis* pro specie: *Omnes plagas*, scil. *reliquas*, quibus ad dimittendum populum meum cogendus est. (4.) Hebraismum: *in cor tuum*, h.e. ita graviter & alte, ut *tuum ipsius cor transverberent*, non *leviter pungant*, velut *extremam cutem*. (5.) *Metonymiam causæ* pro *effectu*: ut *scias*, h.e. *experiaris*. (6.) *Ellipsin verbi substantivi*: *Quod non*, scil. *est*. Ariæm. in Bibl. p.54. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 139. *Jun.* in Not. ad eund. l. p.75.

Verf. 15. *Quia jam extendi manum meam, & percussi te, & populum tuum in peste, & excisus es de terra.*

I. Observa hoc loco (1.) verba, *extendi* & *percussi*, de *potestate agendi* intelligi: *extendere potuissem* manum meam, & *percutere potuissem* te, *sic excisus fuis* de terra. (2.) *Manum extendere*, de DEO dici ἀνθρωποπαθῶς, sumique pro *pœnas immittere*. *Glass.* lib.3. Phil. sacr. tract.3. can.5. p. 244. & lib. 5. tract.1. c.7. p 110.

II. *Comminatio* hæc non videtur correspondisse *eventui*: Nam Pharao cum populo suo *suffocatus est* in mari, Exod.14. v.28. non autem *peste interiit*, quam quidem Deus ipsi comminatus fuerat.

℟. Hic recurrendum est ad *fontem*, cujus sententia ita potest exprimi: *Et quidem si voluissem, potuissem te interimere peste, quâ occidi pecora, veruntamen ideo te stare feci, &c.* Hoc sensu expressit Paraphrastes Chaldæus: *Quoniam nunc propè erat coram me, ut misissem etiam plagam fortitudinis meæ, & percussissem te & populum tuum morte, atq; ita deletus esses de terra.* Sic quoque legunt *Tremellius* & *Piscator*; quæ lectio *Pererio* Judice, optimè convenit cum eo quòd proximè sequitur: *Ideo autem posui te.* Nam illa conjunctio, *autem* (in Hebræo אולם *veruntamen*) indicat, pendere hanc sententiam ex præcedenti, hocq; significat, Deum *potuisse* tàm Pharaonem, quàm omnes Ægyptios in momento peste perdere, sicut perdiderat eorum pecora, verùm *servâsse illos*, ut pluribus eos plagis percutiendo, magis potentiam & gloriam suam demonstraret. *Walther.* in Harm. Script. p.170. seq.

Verf. 16. *Veruntamen propterea feci te stare, propter ostendere tibi potentiam meam, & propter narrare nomen meum in omni terra.*

I. Nota hîc (1.) simplex, *stare*, poni pro composito, *restare*, ut sensus sit: *Inter ulcera maligna & lethalia peperci tibi, servavi te incolumem.* (2.) Præpositionem, *Propter*, infinitivo junctam, per conjunctionem UT, & verbum finitum, exponendum esse: *Propter ostendere & propter narrare*, h. e. *ut ostendam*, & *ut narretur*. (3.) Verbum activum infinitivi modi, *enarrare*, passivi significationem assumere, *narretur*, Apostolo teste *Rom.9. v.17.* nisi cum *Vatablo* in Annot. ad h.l. p.140. reddas: *Narrent*, & subaudias, *homines*. (4.) *Nomen Dei* Metonymicè pro Deo ipso poni. *Glass.* l.3. Philol. sacr. tract.3. can.5. p.244. can.22. m.2. p.304. tract. 6. can.1. p.519. l.5. tract.1. c.4. m.7. p.75.

II. *Beza* in Act. Colloq. Mompelg. par.2. p.179. statuit, *Deum impios creare, ut peccent, & in eis ob peccata punitis, potentiam & justitiam suam ipse demonstret; idq; probare nititur exinde, quòd Pharao ideo à Deo sit creatus, ut peccaret, & ob peccata punitus, Dei potentiam demonstraret.*

℟. (1.) Distingue inter *creationem*, & *excitationem*. Pharao non est *creatus* ad interitum, multò minùs ad peccandum; sed *excitatus* est, i.e. *constitutus*, & quidem ob præfactam ipsius impietatem, ut Deus gloriam suam in eodem ostenderet. (2.) Distingue inter causam *efficientem*, & *finalem*. Dictum hoc Mosis est intelligendum non de *efficiente*, quasi Deus voluerit Pharaonem esse impium, eumque impulerit, ut negando dimissionem populi Israëlitici, sibi resisteret; secus Beza Deum apertissimè authorem peccati faceret: Verùm de causa finali, nempe de *salutari fine*, ad quem Deus impietatē Pharaonis direxerit, nimirum ut ipse *potentissime confunderetur*, & *sic gloria Dei illustraretur*; id quod etiam factum est, quando Pharao cum omnibus suis in mari rubro submergebatur. Sensus ergo hic est: *Cùm tua Cyclopica immanitate, & obstinata impietate meritus esses, ut absq; ulla cunctatione te ad πανωλεθρίαν redegissem; sed feci te stare* (hæc enim est significatio vocabuli Hebræi העמדתיך, hoc est, *permisi te vivere*, & *regno diutius præesse, at tandem excidium tuum inopinatum & horribilis destructio invicta mea potentia illustre fiat exemplar.* Hunn. tom.4. Oper. Lat. p.86. *Grawer.* par.7. Præl. in A.C. p.119. *Eckhard.* in Fascic. controv. Calvin. c. 2. q.2. ad 2. Reinec. tom.3. Panopl. p.117. *Bellarm.* l.2. de Amissione grat. & stat. peccat. c.12.

Verf. 18. *Ecce ego pluere faciens juxta tempus crastinum grandinem gravem valde, qualis non fuit ipsa in Ægypto, à die fundari eam, & huc usq;.*

In textu hoc videre licet (1.) *Enallagen temporis* præsentis, *pluere facio*, pro futuro, *pluere faciam*. (2.) *Pleonasmum*: nam, *sicut ipsa*, redundat. (3.) *Hebraismum*: *A die fundari*, h.e. à *die fundationis*, seu *qua die fundata est*. *Ariam.* in Bibl. p. 54. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.140.

Verf. 25. *Et percuffit grando in omni terra Ægypti omnia, quæ in agro, ab homine & usq; ad jumentum, & omnem herbam agri percuffit grando, & omnem arborem agri confregit.*

Mofes utitur (1.) *Ellipfi* verbi fubftantivi: *Quæ in agro*, fcil. *erant* (2.) *Enallage numeri* fingularis, *jumentum*, pro plurali, *jumenta*. (3.) *Synecdoche generis* pro fpecie: *omnem herbam agri*, & *omnem arborem*, hoc eft, *maximam earum partem*, ut ex c. 10. v. 5. conftat. *Ariam.* in Bibl. p. 54. *Glaff.* l. 5. Philol. facr. tract. 1. cap. 14. p. 455.

Verf. 28. *Orate ad Dominum, & multum, & ne fint voces Dei & grando, & dimittam vos, & non addetis ad ftandum.*

I. Reperitur hic (1.) *Ellipfis* verbi fubftantivi: *Multum*, fcil. erit, i.e. *fufficiet*. 2.) *Metaphora*: *tonitru* enim קֹל, *vox* dicitur. (3.) *Hebraismus*: Non *adjecit ftare*, h.e. non *amplius ftabitis*. (4.) *Synecdoche fpeciei* pro genere: *ftare* namque eft *manere*. *Ariam.* in Bibl. p. 54. *Vatabl.* in Not. ad h.l. p. 140. *Glaff.* lib. 5. Phil. facr. tract. 1. cap. 10. p. 250.

II. *Vatablus* in Not. ad h.l. p. 140. cenfet, nomen אֱלֹהִים effe ἐπιθετικὸν, idemque notare ac *maximum*, ut *tonitru Dei*, i.e. *ingentia*.

℞. Hoc falfum eft: *voces* enim *Dei* dicuntur *ejus tonitrua*, quia *divinitus immittuntur*, v. 23. Confer. *Glaff.* l. 3. Phil. facr. tract. 1. can. 17. p. 64.

Verf. 33. *Egreffus Mofes a Pharaone ex urbe tetendit manus ad Dominum, &c.*

Mofes facere videtur contra præceptum *Apoftoli*: nam repetitis jam vicibus *orat, ut plaga auferatur*; cùm 1. Johan. 5. v. 16. Apoftolus præcipiat, *pro peccato indurationis & in Spiritum fanctum non effe orandum.*

℞. Non precatur Mofes pro *falute & converfione Pharaonis*; fcivit enim, non verè illum timere Deum, nec mandatis ejus obfecuturum, Exod. 9. v. 30. fed ut à *præfenti plaga liberetur*: quafi enim de jure fuo ad tempus cedat, plagas quas hofti intulit, fedari petit, idque ut magis eluceat Dei virtus, utq; Tyranni hujus animum fortiùs convincat. *Walth.* in Harm. p. 171.

Verf. 35. *Et induratum eft cor Pharaonis, & non dimifit filios Ifrael, quemadmodum loquutus eft Dominus per manum Mofis.*

Occurrit hoc locô (1.) Metaphora: *durities* enim *cordis* notat *mentis pravitatem & pertinaciam*. (2.) *Pleonasmus*: Per *manum Mofis*, h.e. per *Mofen*; ubi *manus* abundare videtur. *Glaff.* l. 3. Phil. facr. tract. 1. can. 38. p. 148. l. 5. tract. 1. cap. 12. p. 361.

CAP. X. Verf. 1. *Et dixit Dominus ad Mofen: ingredere ad Pharaonem, ego enim induravi cor ejus, & fervorum illius, ut faciam figna mea in eo.*

Controverfiam h.l. motam, vide in *Vindic. Exod.* 7. v. 3. diremptam.

Verf. 4. *Quia fi renuens tu dimittere populum meum, ecce ego cras adducens locuftam in terminum tuum.*

Enallage eft partim *temporis* præfentis, *adducens*, pro futuro, *adducam*, h. e. *paratus fum immittere*: partim *numeri* fingularis, *locuftam*, pro plurali, *locuftas*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p. 141.

Verf. 5. *Et operiet oculum terræ, & non poterit videre terram, & comedet refiduum evafionis, remanens, &c.*

Vide-fis (1.) Metaphoram: *oculus* enim terræ *fuperficiem* ejus notat. (2.) *Ellipfin*: Non *poterit*, fcil. *quisquam*. (3.) *Enallagen* abftracti, *evafionis*, pro concreto, *evafus*. (4.) *Synecdochen generis* pro fpecie, nim. *lignum* pro arbore. (5.) *Enallaxin*, quâ מִן pro בְּ pofitum eft. *Ariam.* in Bibl. p. 55. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p. 441. *Glaff.* l. 5. Phil. facr. tract. 1. cap. 12. p. 340.

Verf. 6. *Et replebuntur domus tuæ, & domus omnium fervorum tuorum, & domus omnis Ægypti, quas non viderunt patres tui, & patres patrum tuorum.*

Habes hîc (1.) *Metonymiam fubjecti* pro adjuncto: *omnis Ægypti*, i.e. *omnium Ægyptiorum*. (2.) *Hebraismum*: A *die effe* eorum, h.e. qui fuerunt. *Ariam.* in Bibl. p. 55.

Verf. 7. *Et dixerunt fervi Pharaonis ad eum: usq;-quo erit ifte nobis in laqueum? dimitte viros, ut ferviant Domino Deo fuo, num antè fcies, quòd periit Ægyptus?*

Mofes utitur (1.) *Metaphorâ*: nam *laqueus* pro *damno*, *ejus caufa* accipitur. (2.) Hebraismô: *fcies*, h.e. *fcire vis*. (3.) *Metonymia caufa* pro effectu: *fcire* enim eft, *experiri*. Ariam. in Bibl. p. 55. *Glaff.* l. 5. Phil. facr. tract. 1. cap. 11. p. 321.

Verf. 11. *Non fic: ite nunc viri, & fervite Domino, quia hanc vos quærentes. Et expulit eos à facie Pharaonis.*

In verfu hoc reperitur (1.) *Ellipfis* verbi: *Non fic*, fcil. *fiet*; & poft participium מְבַקְשִׁים *quærentes*, fubintelligendum הֱיִיתֶם *fuiftis*, i.e. *quæfiviftis*. (2.) *Enallage generis* fœminini, *hanc*, pro neutro, *hoc*. (3) *Hebraismus*: antecedens enim eft pro relativo, A *facie Pharaonis*, i.e. *fua*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p. 142. *Jun.* in Not. ad eund. loc p. 76. *Glaff.* l. 3. Phil. facr. tract. 1. can. 19. p. 74. & tract. 4. can. 5. p. 416.

Verf. 14. *Et afcendit locufta fuper totam terram Ægypti, & requievit in omni termino Ægypti, gravis valde: ante ipfam non fuit fic locufta, ficut ipfa, & poftquam non erit fic.*

Redit huc (1.) *Enallage numeri* fingularis, *locufta*, pro plurali, *locuftæ*, verbis & pronominibus fingularibus, una cum nomine, *gravis*, in pluralem convertendis. (2.) Metaphora: *gravis*, i.e. *numerofa*. (3.) *Pleonasmus*, nam *ficut ipfa* redundat. *Ariam.* in Bibl. p. 55. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p. 142. *Jun.* ibid. p. 76.

Verf. 15. *Et operuit oculum omnis terræ, & obfcurata eft terra, & comedit omnem herbam terræ, & omnem fructum arboris, quem reliquerat grando, & omnis viror non remanfit in ligno, & in herba agri in tota terra Ægypti.*

Vide-fis (1.) Metaphoram: *oculus* enim pro *fuperficie* eft. (2.) *Enallagen* tum numeri fingularis, *operuit* & *comedit*, pro plurali, *operuerunt* & *comederunt*; tum abftracti, *viror*, pro concreto, [illegible]. Ariam. in Bibl. p. 55. *Glaff.* lib. 5. Philol. facr. tract. 1. cap. 12. p. 340.

Verf. 17. *Et nunc tolle quæfo peccatum meum, veruntamen hac vice, & adorate Dominum Deum veftrum, & removeat defuper me tantùm mortem hanc.*

Nota hoc locô (1.) *Metonymiam* tum *caufa* pro *effectu*: fiquidem *peccatum* eft pro *pœna peccati*; tum *effectus* pro *caufa*, ponitur nim. *mors* pro *plaga mortifera*, h. e. quæ mortem facilè inferre poteft. (2.) *Enallaxin* conjunctionis copulativæ pro caufali: *Et removeat*, pro, *ut removeat*. Jun. in Not. ad h.l. p. 76. *Glaff.* lib. 5. Phil. facr. tract. 1. cap. 2. m. 3. p. 26.

Verf. 18.

Verſ. 18. *Egreſſusq; eſt Moſes de conſpectu Pharaonis. oravit Dominum, &c.*

Ἐναντιοφανὲς, hic ſeſe offerens; vide in Vindic. Exod. 9. v. 33. conciliatum.

Verſ. 19. *Et vertit Dominus ventum maris fortem valdè & levavit locuſtam, & fixit eam in mare Suph, &c.*

Ecce (1.) *Metonymiam ſubjecti* pro adjuncto, *mare* enim, quod aliàs *mediterraneum* vocant, *Occidentem* ſignificat, eò quòd Judæam habitantibus in *occaſu eſt.* (2.) *Enallagen numeri* ſingularis, *locuſtam eam*, pro plurali, *locuſtas eas.* (3.) Metaphoram: *figere* manus eſt *firmiter immittere*, ceu *clavum* in parietem, ne inde exirent locuſtæ. *Ariam.* in Bibl. p. 55. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 143. *Jun.* ibid. p. 76. *Glaſſ.* l. 5. Phil. ſacr. tract. 2. cap. 7. p. 665.

Verſ. 20. *Et induravit Dominus cor Pharaonis, & non, &c.*

Controverſiam de induratione Pharaonis vide in *Vindic. Exod. 4. v. 21.* deciſam.

Verſ. 21. *Et dixit Dominus ad Moſen: extende manum tuam ſuper cœlos, & ſint tenebræ ſuper terram Ægypti, & palpabit tenebras.*

In textu hoc offert ſeſe (1.) *Antanaclaſis* unius vocis עַל diverſimodè acceptæ עַל־הַשָּׁמַיִם *verſus* cœlum, & עַל־אֶרֶץ *ſuper* terram. (2.) *Ellipſis* nominis: *Palpabit* tenebras, ſubint. *Ægyptius*, vel *quivis in Ægypto*, h. e. *palpabuntur tenebræ*, Luther. Daß mans greiffen mag. (3.) *Hyperbole*, quâ deſignantur ſolitò longè denſiores tenebræ, etiam denſitate ſuâ lucem, quam ars hominum accendit, extinguentes, v. 23. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 143. *Jun.* in Not. ad eund. l. p. 76. *Glaſſ.* l. 3. Phil. ſacr. tr. 3. can. 23. m. 1. p. 302.

Verſ. 24. *Et vocavit Pharao ad Moſen & dixit: Ite ſervite Domino, tantùm pecus veſtrum & bos veſter ſtatuetur, &c.*

Obſerva hîc (1.) Vocem ו, ET, ſignificare *deinde*: *Et vocavit*, pro, *deinde vocavit*, nim. *poſt triduanas tenebras*, inductus à conſiliariis ſuis, qui tunc adfuerunt, ut oſtenditur *Exod. 11. v. 8.* (2.) *Enallagen numeri* ſingularis, *Pecus veſtrum, & bos veſter ſtatuetur*, pro plurali, *pecora veſtra & boves veſtri ſtatuentur.* (3.) Ellipſin; *ſtatuetur*, ſubint. *in loco ſuo*, tanquam pignus reditus veſtri. *Ariam.* in Bibl. p. 55. *Vatabl.* & *Jun.* l. c.

Verſ. 25. *Et dixit Moſes: Etiam tu dabis in manu noſtra ſacrificia & holocauſta, & faciemus Domino Deo noſtro.*

Recurrit huc (1.) Hebraiſmus, nam verbum, *dabis*, idem eſt ac, *concedes.* (2.) Metaphora: *manus* enim eſt pro *poteſtate* & *miniſterio.* (3.) *Enallage*; ſiquidem conjunctio ו Et, ponitur pro relativo אשׁר, quæ, *Et* faciemus, h. e. *quæ* faciemus. *Glaſſ.* l. 3. Phil. ſacr. tract. 2. can. 15. m. 1. p. 201. & tract. 3. can. 11. not. 1. p. 258.

Verſ. 28. *Et dixit ei Pharao: Abi a me cave tibi, ne addas videre faciem meam, quia in die videre faciem meam, morieris.*

Hebraiſmus eſt, Ne *addas videre*, h. e. ne *amplius videas*; & in *die videre*, pro, *in die viſionis*, ſeu *quâ videbis.* Ariam. in Bibl. 55. *Glaſſ.* l. 3. Phil. ſacr. tract. 3. can. 36. p. 347.

Verſ. 29. *Reſpondit Moſes: Ita fiat, ut loquutus es, non addam videre ultrà faciem tuam.*

I. Ecce (1.) *Ironiam*, quâ inſultat Moſes Pharaoni, & id ipſum, quod Rex dicebat eventurum quidē, ſed longè aliter, quam putabat Pharao, prædicit. (2.) Hebraiſmum; iterum enim dicitur: *Non addam videre*, pro, *deinceps non videbo.* Jun. l. c.

II. Moſes ſibi contradicere videtur: hîc enim affirmat, *ſe ad Pharaonem non rediturum*, & tamen *ad eum redit*, Exod. 11. v. 4-9.

℞. Egreſſus Moſis à Pharaone προληπτικῶς hoc locò narratur: nam demum poſt *ultimam* denuntiationem factus eſt; unde & repetitur ille, c. 11. v. 8. *Glaſſ.* l. 4. Phil. ſacr. tract. 2. obſerv. 28. p. 753.

CAP. XI. Verſ. 1. *Et dixit Dominus ad Moſen: Adhuc plagam unam adducam ſuper Pharaonem, & ſuper Ægyptum, poſtea dimittet vos hinc: cùm dimiſerit ipſe conſummate, expellendo expellet vos hinc.*

Nota hîc (1.) *Enallaxin*; nam ו Et, *cauſaliter* ſumitur, & perfectum pro plusquamperfecto: *Et dixit*, pro, *dixerat enim*; eſt namque hæc *αἰτιολογία*, cur Moſes Pharaonem *tantâ præſidentiâ* compellaverit. (2.) *Hyſteroſin*: hæc enim de *plaga, ſpoliis & dimiſſione* iterum prænuntiaverat Dominus, antequam poſtremò ad Pharaonem rediret Moſes. (3.) Hebraiſmum; *Expellendo* expellet, h. e. *celeriter* expellet. Jun. in Not. ad h. l. p. 77. *Vatabl.* in Annot. ad eundem l. p. 143.

Verſ. 2. *Dices omni plebi, ut poſtulent vir ab amico ſuo, & mulier a vicina ſua vaſa argentea, &c.*

I. In *Hebræo* eſt (1.) *Idiotiſmus*: nam *loqui in auribus alicujus* Hebræis eſt, *aliquo audiente loqui.* 2) *Ellipſis* nominis: *ab amico ſuo*, ſcil. *Ægyptio*; & à *vicina ſua*, nim. *Ægyptiâ*, Exod. 3. v. 22. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 77. (3.) *Enallage ſubſtantivi* pro *adjectivo*; vaſa *argenti*, & vaſa *auri*, h. e. vaſa *argentea*, & vaſa *aurea.*

II. *Manes* hæreticus dixit, Deum *legis eſſe malum*, quia *deprædari juſſerit Ægyptios*; deprædationem verò eſſe *furtum* & *malum.* Et hujus peccati cauſam inde facere videntur nonnulli ex *Calvini* ſectatoribus.

℞. Nego, factum illud fuiſſe *furtum*; tum quia vaſa Ægyptiaca non fuerunt res *omninò aliena*, ſed *merces laborum*, quos præſtiterant Iſraelitæ Ægyptiis ſine ulla compenſatione; tum quia Ægyptii *manifeſti Iſraelitarum hoſtes* extiterunt, quos ſpoliare licitum eſt: tum quia Deus *rerum omnium Dominus*, vaſa Ægyptiorum *Iſraelitis donavit*, tanquam *juſtam compenſationem præmii pro laboribus præſtitis*, quod præmium cùm *inferior* judex iniquè negabat & ſubtrahebat, *ſupremus* judex juſtè id Iſraelitis iſto modo attribuebat. Neque furtum eſt, quando *Magiſtratus* debitori, ſolutionem juſtam deneganti, tot bona vi juſtè adimit, quot creditori ſatisfieri poteſt. Adde quòd Ægyptii non *inviti* ſua dabant Iſraelitis, ſed Deus ipſorum corda movebat ac inflectebat, v. 3. unde in Hebræo non uſurpatur vox גָּנַב, quæ propriè *furtum* ſignificat; ſed שָׁאַל, *poſtulavit.* Po-rel. par. 3. LL. Theol. p. 22. Gravv. in Abſurd. Calviniſt. c. 5. p. 250. *Gerhard.* tom. 2. LL. CC. loc. 9. de Provid. §. 120. & tom. 3. loc. 15. de Leg. Moral. §. 169.

II. *Ocham* in 2. ſent. q. 19. putat, DEUM *in lege naturæ poſſe diſpenſare*, quoniam diſpenſaverit in *furto cum Iſraelitis*, quando juſſi ſunt auferre vaſa Ægyptiorum.

℞. In hoc exemplo non fuit *mutatio legis*, aut etiam *diſpenſatio propriè dicta*, ſed mutatio *materiæ*, circa quam lex verſatur. Nam bona *Ægyptiorum* propter voluntatem DEI, qui Dominus eſt omnium abſolutus, deſinebant eſſe *Ægyptiorum*, & incipiebant eſſe *Iſraelitarum*:

Israëlitæ igitur dum illa accipiebant, non res *alienas*, sed *suas* accipiebant. Unde constat, actum istum *suo genere* non fuisse malum, nec in septimum decalogi præceptum impegisse cum propriè loquendo, Israëlitæ in *casu isto* per *præceptum istud* obligati non fuerint. Ubi verò non præcedit obligatio *propriè dicta*, ibi neque locum habet dispensatio *propria*. Meisner. par. 3. Phil. sobr. sect. 2. c. 4. q. 11. p. 759. Ames. l. 5. Conscient. c. 1. thes. 8. seq. p. 250.

Vers. 3. *Et dederat Dominus gratiam populo in oculis Ægyptiorum; etiam vir Moses magnus valde in terra Ægypti in oculis servorum Pharaonis & in oculis populi.*

I. In versu hoc habetur (1.) Hebraismus: *Dederat gratiam in oculis Ægyptiorum*, h. e. *reddiderat populum Israëliticum gratiosum Ægyptiis.* (2.) *Metaphora.* Moses enim vir *magnus* dicitur, i. e. *magnæ autoritatis & æstimationis.* (3.) *Ellipsis* tum *verbi* substantivi, *magnus valde*, scilicet, *erat*; tum *nominis* adjectivi, in oculis *populi*, subaudi *Ægyptii*. Ariæm. in Bibl. p. 55. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 144. *Jun.* ibid. p. 77.

II. Calvinus l. 2. Institut. c. 4. disputat, *in homine non esse liberum arbitrium circa res civiles, cum ipsius voluntas à Deo inclinetur ad aliquid faciendum, quod alias non faceret:* ita *Ægyptii* à Deo impulsi sunt, ut darent Israëlitis vasa aurea & argentea; quæ sanè non dedissent, si illis fuisset liberum.

℞. Non negamus, Deum posse aliquando inclinare voluntates hominum ad aliquid faciendum aut fugiendum, ita ut non sit in eorum potestate, hoc agere aut fugere; sed inde non sequitur, *tolli libertatem arbitrii:* quia tametsi Deus faceret hoc *interdum*, in aliquo casu, & in *certis personis*, non tamen *semper*, & *in omnibus*, cùm sua voluntate in *aliis operibus*, quæ secundum *ordinarium naturæ cursum* fiunt, constet libertas. (2.) Deus interdum suasione interna flectit voluntatem in obsequium; quæ liberi arbitrii usum haud tollit. Hoc modo inclinavit cor Ægyptiorum, ut libenter darent Hebræis sua vasa aurea & argentea: quia objecit eorum menti rationem aliquam, quam prævidebant aptam esse ad persuadendum, ut putarent rectè se facturos, si darent sua vasa Ægyptii ipsis Hebræis. *Brochm.* tom. 1. System. Theol. art. de lib. hom. arbitr. c. 2. q. 21. ad ult. p. 369. 371. 372. *Bellarm.* l. 4. de grat. & lib. arb. c. 11. ad 1. *Becan.* in Theol. Scholast. par. 2. tom. 1. tract. 1. c. 2. q. 9. p. 45.

Vers. 4. *Et dixit Moses: Sic dixit Dominus: circa medium noctis ego egredior in medium Ægypti.*

Moses utitur (1.) *Enallaxi*; tum quia copulativa ו *Et* significat *præterea*; regreditur namque ad sermonem cum Pharaone, à fine capitis 10. intermissum: tum quia *medium noctis* est pro *media nocte*, & præsens, *egredior*, pro futuro, *egrediar*. (2.) *Pleonasmo*: In *medium Ægypti*, h. e. per *Ægyptum*. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 144. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 77.

Vers. 5. *Et morietur omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis sedente super solium ejus, usq; ad primogenitum ancillæ, quæ post molas, & omne primogenitum jumenti.*

I. Redit hic (1.) *Enallage* tum *participii* præsentis, *sedente*, pro mox futuro, *sessuro*, ut *Chaldæus* observat; tum *numeri* singularis, *jumenti*, pro plurali, jumentorum. (2.) Synecdoche: ancillâ enim notatur mancipium infimæ *servitutis*. (3.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Quæ*, scil. est. Vatabl. & *Jun.* ibid. *Glass.* l. 3. Phil. sacr. tract. 4. can. 8. p. 418.

II. Hic offert sese *apparens ἀντιλογία*: minatur enim Deus, *se percussurum omnia primogenita in Ægypto*; c. 12. v. 30. autem refert Moses, *nullam fuisse domum in universa Ægypto, in qua non jaceret aliquis mortuus*; ubi non fit verisimile, *in omni domo fuisse primogenitum.*

℞. Utrumque ibi bene constat. Lyranus enim non sine *singulari DEI providentia* accidisse judicat, ut in omnibus ædibus esset aliquis primogenitus; vel, *Junio* censore in Not. ad Exod. 12. v. 30. aliquis *primarius* loco *primogeniti*. Rung. Comm. in c. 12. Exod. p. 440. *Walther.* in Harm. Script. p. 171. seq.

Vers. 6. *Et erit clamor magnus in universa terra Ægypti, qui sicut ille non fuit, & sicut ipse non addetur.*

Ecce (1.) *Enallagen generis*: nam antecedens צְעָקָה *clamor*, fœmineum est, relativum הוּא *ille*, masculeum; convenit igitur cum Synonyma voce קוֹל *vox*, quæ masculina est. (2.) *Pleonasmum*: etenim SICUT IPSI, redundare videtur *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 144. *Glass.* l. 3. Philol. sacr. tract. 2. can. 16. p. 203.

Vers. 7. *Et contra omnes filios Israëlis non movebit canis linguam suam, a viro usq; ad jumentum, ut sciatis, quod dividet Dominus inter Ægyptum & inter Israël.*

Occurrit hoc loco (1.) *Paræmia*: phrasis enim, *canem non movere linguam* proverbialis est, *summam tranquillitatem* denotans. q. d. tanta erit quies in loco isto, ut ne canis quidem, qui minimo alioqui strepitu excitari solet, sit cuiquam oblatraturus. Quanquam ad *μείωσιν* hoc referri possit ex *Synecdoche speciei* deductum. (2.) *Synecdoche speciei* pro *genere*: nam אִישׁ *vir* pro *homine* sumitur. (3.) *Metonymia* tum *subjecti* pro *adjuncto*; quia *Ægyptus* est pro *Ægyptiis*; tum *causæ* pro *effectu*: nam *Israel* pro *Israëlitis* ponitur. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 77. *Glass.* l. 5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 21. p. 501.

Vers. 8. *Et descendent omnes servi tui isti ad me, & incurvabunt se mihi, dicendo: Exi tu & omnis populus, qui in ædibus tuis, & postea exibo. Et exivit a cum Pharaone in ira furoris.*

Observa hîc (1.) *pedem* sumi pro *vestigio μετωνυμικῶς*: *Qui est in pedibus tuis*, i. e. qui *vestigia tua sequitur*, seu qui *tibi subditus est*. (2.) *exiturum Mosen* nominari, & intelligi *Synecdochicè* cum *ipso totum populum Israëliticum*: *Exibo ego & totus populus meus.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 144. Jun. in Not. ad eund. l. p. 77.

Vers. 9. *Et dixit Dominus ad Mosen: Non audiet vos Pharao propter multiplicari portenta mea in terra Ægypti.*

In versu hoc repetitur (1.) *Enallage*: tum quia *dixit*, in *dixerat*, vertendum, copulativâ ו ET significante, *autem*, tum quia infinitivus, *multiplicari*, per subjunctivum *multiplicentur*, & præpositio PROPTER per causalem UT exponenda sunt. (2.) *Metaphora*: *audire* enim est *obedire*. (3.) *Enallaxis* voculæ לְמַעַן *propter* seu *ut*, quæ non notat *causam rei finalem*, sed *sequelam* tantùm, q. d. quia non audiet vos, inde consequetur, ut multiplicentur portenta. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 77. *Glass.* l. 3. Phil. sacr. tract. 7. can. 19. p. 619.

CAP. XII. Vers. 1. *Et dixit Dominus ad Mosen, & ad Aaronem in terra Ægypti dicendo.*

Enallage est: *Et dixit*: pro *dixerat autem*, puta *ante triduanas tenebras*, ut evincit v. 6. nam agnum ex grege seligunt quatriduô, antequam mactetur, quod facere non potuissent, nisi inter hoc mandatum seponendi agnum, & Paschatis tempus, v. 28. quatriduum intercessisset. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 77.

Verf. 2. *Menfis iſte vobis caput menſium, primus ipſe vobis in menſibus anni.*

I. Vide-fis *Metaphoram*. caput enim pro *primo* eft. (2.) *Hebraiſmum*: pronomen namque demonſtrativum ✶, *ipſe*. nomini *menſis* ſubjunctum, ponitur loco verbi ſubſtantivi, *erit*. (3.) *Ellipſin* nominis: *In menſibus anni*, ſubint. *ſacri*, h.e. ad rationē feſtorū pertinentis. Nam *civilis* annus ab æquinoctio *autumnali*, ſacer autem à *verno* initium ſumebat, Exod. 34. v. 22. *Jun.* ibid. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sac. tract. 1. c. 1. p. 35.

II. *Cornelius a Lapide cenſet mundum verno tempore conditum eſſe*, quia placuerit Deo ut *menſis Niſan*, qui noſtro reſpondet *Martio*, menſis *primus* Judæis eſſet, ex quo educti eſſent ex Ægypto.

℞. Locus allatus non favet *verno tempori*, quaſi mundus iſta anni parte ſit conditus. Nam (1.) Moſes diſertè teſtatur, menſem illum habendum eſſe pro anni initio, non quod mundus iſto tempore conditus eſſet, ſed quòd *Iſraelitæ hoc anni tempore liberati eſſent è dura ſervitute Ægyptiaca*. Exod. 12. v. 24. ſeqq. quæ liberatio & ex Ægypto exitus, quaſi quædam renaſcentiæ ſpecies fuit, & velut Iſraelitici populi natalis, *Oſe* 12. v. 9. & c. 13. v. 4: (2.) Voluit Deus ut Iſraelitæ, qui quamdiu Ægyptum incoluerant, annum, Ægyptios ſecuti; orſi fuerant à menſe *Thiſri*, in noſtrum *Septembrem* incidente, jam non minùs *in anni auſpicio*, quàm *religionis & fidei profeſſione* variarent ab Ægyptiis. *Brochm.* tom. 1. Syſt. Theol. art. de creat. rer. c. 2. q. 9. ad 2. p. 208. ſeq.

III. *Joſephus*, ſcriptor Judaicus, contrà ex h. l. pro *autumno* pugnat, quia menſis *Thiſri*, qui, ut dictum, noſtro *Septembri* reſpondet, uſque ad liberationem Iſraelitarum ex Ægypto, menſis *primus* ſeu anni initium fuit: ex iſto enim tempore *Niſan* ſeu *Martium* anni initium eſſe debebat.

℞. Menſem *Thiſri*, primo mundi conditu, initium anni fuiſſe, nullo Scripturarum teſtimonio vel veriſimiliter evinci poteſt. Inchoârunt autem *orientales* etiam *occidui*, annum ab *autumno*, non quia *mundus iſtâ anni parte conditus fuit*, ſed ob *propriam aliquam commoditatem*. Cùm enim plurimi eſſent in agricultura, collectis ſub id tempus diſtractiſque frugibus & collectâ ex eis pecuniâ; commodè contractus annuos locationum; conductionum, emptionum, venditionum in hoc anni tempus terminari volebant. *Id. ibid.* p. 209. ſeq. arg. 11.

Verf. 3. *Loquimini ad omnem cœtum Iſrael; dicendo: In decima menſis hujus, & accipient ſibi vir agnum per domum patrum, agnum per domum.*

Moſes utitur (1.) *Ellipſi* nominis: In decima, ſcil. die. (2.) *Pleonaſmo* nam ו *Et* verbo, ויקחו, *accipient*, præfixum redundat. (3.) *Metonymia ſubjecti* pro *adjuncto*: *domus* enim pro *familia* eſt. (4.) *Epizeuxin* etiam, *Agnum per domum* iteratur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 144. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 77.

Verf. 4. *Et ſi minor fuerit domus, quam eſſe ab agno & accipiet etiam ipſe vicinum ſuum, qui propinquus eſt ad domum ſuam, in numero animarum; virum ad os comedere ejus numerabitis ſuper Agnum.*

Redit huc (1.) *Metonymia ſubjecti* pro adjuncto: *domus* enim pro *familia* eſt. (2.) *Pleonaſmus* item ET, ante verbum *accipiet*, & *os* ante infinitivum, *comedere*, redundare videntur. (3.) *Ellipſis* nominis: Accipite, ſc. l. שה *agnum*; cujus mentio hoc eodem verſu præceſſit, *ipſe*, ſubaudi, *paterfamilias*, ex v. 3. (4.) *Synecdoche partis pro toto*: *animæ* quidem pro ipſis *perſonis* ſunt. (5.) *Enallage modi*: futurum quandoquidem *accipiet & numerabitis*, ponitur pro imperativo, *accipite & numerate*. Vatabl. & *Jun.* ibid. *Glaſſ.* l. 4. Phil. ſac. tr. 2. obſerv. 8. p. 716.

Verf. 5. *Agnus perfectus, maſculus, filius anni erit vobis ex agnis & ex capris accipietis.*

I. Nota hoc loco (1.) vocem בן *filius* nomini שנה *anni* additam, per *natum eſſe*, exponi, idemque eſſe, ac *anniculus*, nimirum, qui annum non exceſſerit, etiamſi annum præcisè non complevisset; cum apta incipiebat eſſe inde ab octavo die, c. 23. v. 19. (2.) ו pro disjunctiva particula AUT poni: *Ex agnis & ex capris*, pro, *Ex agnis aut ex capris*. (3.) Poſt verbum *accipietis*. ſubaudiendum eſſe pronomen relativum, EUM. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. pag. 145. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 78. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. ſacr. tract. 1. can. 36. m. 3. p. 133.

II. *Hunnius* in Epitom. contro. de V. D. p. 81. autumat, *filium unius anni* ſignificare eum, *qui annum illum nondum complevit*: agnum enim Paſchalem debere eſſe *illum unius anni*, non quòd *abſolviſſet annum*, ſed quod *debeat agere primum annum*, & *illum nondum abſolviſſe*.

℞. Agnus, *filius anni*. ibidem eſt *anniculus*, ut *Vulgata* reddidit: interim hoc exemplum non inducit *univerſalitatem*, nec aliis exemplis, in quibus בן numero ætatis additum ſignificat completè, quicquam præjudicat.

Verf. 6. *Immolabitq; agnum univerſa multitudo filiorum Iſraël ad veſperam ad veſperam.*

I. *Bellarminus* l. 1. de Miſſ. c. 7. pro *ſacrificio Miſſatico* urget, *celebrationem Euchariſtiæ eſſe immolationem victimæ, Deo oblatæ*, quòd & *celebratio Agni Paſchalis immolatio quædam victimæ, Deo oblatæ fuerit*; *hanc* autem *illius* figuram fuiſſe.

℞. (1.) Monſtretur ex textu, agnum Paſchalem *Deo oblatum* fuiſſe in *ſacrificium*, alioqui petitur principium. Quin potiùs textus contrarium expreſsè aſſerit, quippe qui cum ex mandato Dei *manducare* jubet, non *ſacrificare*, niſi fortè Bellarmino *manducare* idem notat, ac *ſacrificare*, & vice verſa; *ſacrificare* idem, quod *manducare*, contra literam & actiones ſpecie diſtinctas. (2.) In Hebræo habetur verbum שחט, quod ſignificat *mactare*, *cædere*. Jam verò non procedit collectio: *Agnus Paſchalis fuit mactatus, ergo etiam ſacrificatus*; quaſi verò omnis *mactatio* ſtatim etiam præſupponat *ſacrificium propriè dictum*? *Finis* certè cujuslibet *mactationis* potiſſimùm eſt conſiderandus, qui in ritu *Agni Paſchalis*, ex ipſa Dei inſtitutione, non *ſacrificii*, ſed *Sacramenti propriè ſic dicti* nomen definitionemque meretur. (3.) Etſi verò vocabulum illud Hebræum interpretes promiſcuè reddiderunt etiam pro *immolare*, ut cernere licet in vetere Tráslatore, Pagnino, Aria Montano, & aliis, idque propter mactationem & ſanguinis effuſionem de *Agno Paſchali* uſurpârunt, *ſacrificium* tamen *propriè* dictum non eſt: Sola namque *immolatio* ad *ſacrificium* conſtituendum non ſufficit. (4.) Agnus Paſchalis typus quidem fuit Chriſti agni, in cruce pro nobis mactandi, at non *propriè & exquiſite* fuit typus *ipſius Euchariſtiæ*, niſi tantùm reſpectu *Chriſti*; unde ἀντιτύπως *figura Euchariſtiæ* nominatur. Quod ſi autem figura agni Paſchalis ad Sacramentum Euchariſtiæ ſimpliciter eſſet applicanda, conſequens foret, ſicuti immolatio agni Paſchalis *fuit cruenta*; ita in cœna etiam cruentam immolationem fieri oportere: & ſicuti illa non à *ſacerdotibus*, ſed à *patribus familias* facta eſt, ita in Cœnæ quoque celebratione idem fas eſſe. (5.) Duo diſtincta in celebratione Agni Paſchalis fuerunt: agni *mactatio*,

& ejusdem *manducatio*. Utrumque hoc *typicum* fuisse, & in N.T. perfectissimè adimpletum, concedimus; sed non *uno eodemq; actu*, verùm *duobus distinctis actibus*. Manducatio quidem in institutione *Eucharistiæ*; immolatio verò in *ara crucis*.

Excipit 1. *Bellarminus* l.c. *Christum in cruce propriè non esse agnum Paschalem, cùm non fuerit Crucifixus inter vesperam & vesperam.*

R. (1.) Utique in cruce Christus fuit Agnus Paschalis: nam Evangelista *Johan.* 19. v. 36. redditurus rationem, cur Christo in cruce non fracta fuerant crura, sic scribit. *Facta sunt hæc, ut Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo.* Quod dictum de *Agno Paschali* legitur, Exod. 12. v. 46. (2.) Quod verò Christus non *inter vesperam & vesperam*, sed *in meridie* crucifixus est, non impedit, quò minùs in cruce fuerit Agnus Paschalis. Neque enim necesse est, ut *singula circumstantia*, quæ sunt in *typo*, inveniãtur in *antitypo*: satis est, quòd conveniat Agnus ille Dei Christus cum Agno Paschali in eo, quod Scriptura intendit, videlicet *in mactatione & immolatione*, adeoque in morte, id enim disertè ab Evangelistis & Apostolis est annotatum.

2. *Pistorius Apostata* in Hodeg. p. 396. neque ideo Christum in cruce esse *agnum Paschalem*, quòd ibi nulla fuerit mandata vel peracta *manducatio*, sicut in *Eucharistia*.

R. Non separamus manducationem, *spiritualem* nempe ab *immolatione* Christi in *cruce*: nam in Eucharistia, & extra eam & *manducare* jubemur, & manducamus *corpus* Christi, in cruce immolatum, 1. Corinth. 11. v. 24. 25. 26. 1. Cor. 5 v. 7. at non jubemur in cœna id demum *immolare*.

3. Id. ibid. Nihilominus *Eucharistiam immediatè successisse Paschati*, in quo fuerit *immolatio*.

R. (1.) Successit quidem Eucharistia Paschati, non tamen ut *res figurata suæ figuræ*, sed ut *ritus novus ritui antiquo*, & ut *Sacramentum* N. T. *Sacramento Veteris*; quemadmodum *Baptismus*, successit *Circumcisioni*. Sicuti igitur non sequitur: *Baptismus successit Circumcisioni, in circumcisione autem fuit facta amputatio præputii, ergo etiam in Baptismo fuit.* Ita etiam non valet illatio: *Eucharistia successit Paschati, in Paschate fit immolatio, ergo etiam in Eucharistia.* (2.) *Bellarminus* l. 1. de Miss. c. 7. p. 671. scribit, *non omnia*, quæ in *Agno Paschali* fiebant, ad *figuram Eucharistiæ* pertinere; procedit igitur argumentum à *particulari*. D. *Menzer.* disp. 10. contr. Hodeg. Pistor. thes. 34. seqq. *Franz.* par. 3. disp. in A.C. disp. 3. thes. 32. seqq. & in Schol. Sacrif. disp. 12. thes. 22. & 23. *Eckard.* par. 2. Pandect. cont. Pontif. c. 31. q. 10. ad 2. p. 629. seq. *Giesen.* de Papis. disp. 31. thes. 26. seqq. *Thumm.* in ἀνωδυνῇ. Theol. de Miss. contin. thes. 25. seqq. *Alsted.* Supplem. Panstr. Cham. contin. c. 10. n. 12. & 13.

II. *Bellarminus* l. 4. de Sacram. Eucharist. c. 24. disputat, *non esse ullo modo probabile, Christum imperaturum fuisse manducationem utriusq; speciei in S. Cœna, cùm Agnus Paschalis fuerit hujus figura, & manducationem sub una specie significaverit; figuratum autem figuræ respondere debere.*

R. (1.) Concedo, *figuratum figuræ debere respondere*, sed *secundùm figuræ analogiam*, quæ peti debet ab institutione. Atqui hæc nulla analogia est, aut pars analogiæ. Etenim in illa figura nunquam Scriptura monuit, defectum illum *potûs* quicquam significare. (2.) Neque *in omnibus* necessaria est argumentatio à *figura* ad *figuratum*. Et sanè non ut Agnus *assabatur*, ita panis *assandus* est: non ut *sanguine agni* postes linendi, ita & *vino*. (3.) Et cur non affertur *oblatio Melchisedecis*, quæ secundùm Bellarminum figura fuit Eucharistiæ, & verò *geminam speciem* habuit? Melchisedecus enim non unam tantùm speciem *seorsim*, sed panem & vinum *conjunctim* dedit, Gen. 14 v. 18. Quod si igitur figuratum debet respondere figuræ, Eucharistia sub *utraq;* specie dari debet, & magis verisimile est, Christũ imperâsse *usum utriusq; speciei*. Nam *manducationem* cum Bellarmino non ausim ego quidem dicere; quis sciam *vinum non manducari*. (4.) Applicatio figurarum non est facienda *proprio arbitrio* sed niti debet *literali aliquo Scripturæ textu*, & cum analogia fidei congruere. Institutio Cœnæ verbis *propriis & perspicuis utramq;* speciem requirit. Hîc *literalis* textus non est explicandus per *figuras*, sed potiùs V. F. *figuræ ex illo* sunt explicandæ. Alioqui sic inferam: *Quemadmodum in Paschate nullus omnino potus fuit, ita nec eum oportet esse in Eucharistia.* Nullum inquam, *prorsus*. Atqui contrà fit in Eucharistia etiam inter Papistas, qui non audent consecrare *panem solum*.

Bellarminus excipit, *se non contendere pro necessitate unius speciei, sicut nos pro necessitate duarum.*

R. (1.) Atqui praxis ostendit contrarium, & Concilium *Constantiense*, sess. 13. Synodus *Tridentina* sess. 21. & *Gregorius à Valent.* l. de Miss. fol. 91. pro *unius speciei necessitate* pugnant. (2.) Ne sic quidem satisfit *Christi institutioni*, quæ non *liberum* reliquit utriusque speciei usum, sed *necessarium* esse ostendit. *Eckhard.* par. 2. Pandect. c. 31. q. 9. ad 4. p. 607. *Gerhard.* tom. 5. LL. CC. loc. 24. de Cœn. §. 55. p. 119. seq. *Cham.* tom 4. Panstr. l. 9. c. 11. n. 3. seqq.

III. *Beza* par. 2. quæstion. & respons. q. 242. negat. *Eucharistiam privatim etiam ægrotis in ipsorum ædibus administrari debere; quòd Agnus Paschalis mactatus fuerit in conventu Israelitico: jam verò Agnum Paschalem figuram extitisse Eucharistiæ.*

R. (1.) *Ex figuris* non ducuntur firma argumenta, nisi ipsa *Scriptura* applicationem eorum ostendat: jam verò nulla Scriptura de Eucharistia, certo tantùm loco, eoque publicô celebrandâ, proferri poterit. (2.) Et cur non respicimus potiùs ad *exemplum Christi*, in *privatis ædibus* Eucharistiam instituentis & administrantis, quàm ad *typum Agni Paschalis*? Num ex *typo* argumentum duci potest contra ἀντίτυπον? Si ergo propter *typum Agni Paschalis*, necessariò in *publicis templis & solennibus totius Ecclesiæ conventibus* S. Cœna celebranda; Cur ipse *Christus* & Sacramentum Agni Paschalis, & Eucharistiam in *privatis ædibus* administravit? (3.) Adde quòd ex *Exod.* 12. v. 4. haud obscurè colligitur, in *privatis potiùs Israelitarum ædibus*, quàm in *tabernaculo vel templo* agnum Paschalem fuisse mactatum, assatum & manducatum.

Excipit verò, *Phase domesticum sic mactatum esse in Israele, ut tamen non alio tempore id fieret, quam quo totus Israel hoc mysterium celebraret.*

R. Falsum hoc est: nam Phase Judaicum etiam *aliô tempore* fuisse celebratum, quàm quo totus Israel ceremoniæ isti solenniter vacaret apparet ex *Numer.* 9. v. 10. ubi immundis, & illis, qui peregrè abfuerunt, divinitus concessum, *alio tempore*, videlicet die 14. mensis secundi agnum Paschalem mactare. (2.) Ipse Beza in Volum. 1. fol. 256. morem hunc privatim ægrotis communicandi, non improbat. Sic enim scribit: *Si sine superstitione absq; offendiculo, & cum ædificatione Ecclesiæ observari alicubi potest, & ita flagitat ægrotorum infirmitas, nolumus sanè ob eam causam Ecclesias scindere.* Gerhard. tom. 5. LL. CC. loc. 24. de Cœn. §. 260. m. 2. pag. 544.

Eck-

Eckhard. in Fasc. Controvers. Calvinist. C.20.q.27. pag. 611.

IV. Erastus tract. de Excomm. thes. 9. inficias it, *notorios peccatores à participatione Sacra Cœna arceri posse, cùm nec sacerdotes V. T. a Paschatis esu malos arcuerint, ac ne quidem potuisse, cùm non coram Sacerdotibus, sed in privatis domibus ederetur.*

℞. Falsum hoc est, quod probationis locô affertur. Nam (1.) certum est, jubere Spiritum Dei, ut arceantur ab esu agni Paschalis immundi, sive immundi sint immunditie *legali*, Num.9.v.10.& 11. Esdr.6.v.19.& 20. 2.Paralip.30.v.15. sive immundi sint immunditie *morali*, 1.Corinth.5.v.7.& 8. Munus autem illud separandi purum ab impuro sacerdotibus commissum fuit, *Levit.*10.v.10. *Ezech.*44. v.23. (2) Pascha administratum quidem fuit *initio* in *privatis* singularum familiarum ædibus, Exod. 12.v.3.& 4. *postea* tamen imperavit Dominus, ut Pascha celebraretur in *publico sacrorum loco*, Deut. 16.v.5.& 6. *Brochm.* tom.2.Syst.Theol.artic.de Discipl.Eccles.c.5.& 6.argum.2.p.1000.& 1002.

Vers.7. *Et sument de sanguine ejus, ac ponent super utrumque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus &c.*

I. *Sacramenta quadam imprimere indelebilem in anima characterem*, aliquis ex Papistis inde nituntur probare, quia *in Paschate signentur postes & superliminaria, sanguine agni.*

℞. *Bellarm.* l.2.de effect.Sacram. c.20. ait locum *hunc* non esse ad rem; quod quidem verum est; malè tamen in eo *crucem* concipit, cujus nullum ibi extat vestigium. Cham.tom.4. Panstr. lib.2.cap. 13.§.8.

II. Idem Bellarm.l.2.de Eccles. triumph. c.29: contendit, *signum crucis, transversis digitis super quacunq; res expressum, religiosè esse colendum; quòd sanguis Agni Paschalis in postibus domorum inquilinos præstiterit intactos, & per eum crucis signum fuerit præsignificatum.*

℞. (1.) *Non omnia*, quæ in V.T. *adumbrata sunt & significata*, sunt *adoranda*, sed solùm ex iis *Christus*: nec quia *significatus*, sed quia *Deus* est. (2. *Agni Paschalis sanguine*, posito super utroque poste, non *crucis signum*, sed *ipsummet Filij Dei sanguinem*, in cruce effusum, adumbratum fuisse, testes sunt *Paulus* 1.Cor.5.v.7.& *Gregorius* M.homil. 22. in Evangelia. *Gretserus* Bellarmini Apologista, regerit 1. non *simpliciter* quidem sequi ex *præsignificatione*, sed ita sequi; *Crucis signum præfiguratum est in V. T. ut factum quiddam & religiosum, & ut mortalium tutela & præsidium; ergo & veneratione dignum.*

℞. (1.) Et hæc consequentia æquè negatur: Non enim quicquid *sanctum* est & *religiosum*, & *tutela ac præsidium mortalium*, id adorandum; sed duntaxat Deus, *fons sanctitatis & religionis*, & verè tutela ac præsidium nostrum. Itaque cum neque in revelatione, neque in sanctitate, religione, præsidio, tutelâ vis ulla sit ad consequentiam, totum argumentum est inutile. (2.) Signum crucis *amamus* quidem & *æstimamus*; ut Christianæ professionis signum, ei tamen *cultum religiosum* non deferimus ob interdictum Dei; *Deuter.*6.v.13: *Matth.*4. vers.10.

2. *Posse unum idemque plura significare, ut non sequatur, sanguinem agni non significare crucem, quia significet Christi sanguinem.*

℞. Ita sanè unum idemque *plura* potest significare; sed (1.) *variis rationibus*. Itaque eadem ratione, quâ significat *sanguinem*, non potest significare *crucem*. At unius loci unica est ratio. Quare si hoc uno loco significat *sanguinem Christi*, non significat *crucem*. (2.) Unum idemque potest *varia* significare, at non *qualibet*, sed ea tantùm, *ad qua habet analogiam*. Quænam verò est analogia *sanguinis agni ad crucem*? Nam *agnô* significari *Christum*, nemo inficias eat. Quomodo ergo *sanguis* ex agno eductus, significabit *crucem* non eductam ex Christo? Sanguis, inquam effusus, crucem compactam? *Broch.* tom.2. Syst. Theol. de Leg. c.7.q.5.p. 6. *Cham.* tom.2.Pan.l.22.c.6.n.t.2.4.

Vers.8. *Et edent carnes nocte illa assas agni & azymos, &c.*

Bellarminus l.1.de Miss.c.7. Ceremoniam Sacrificii agni Paschalis, quâ *victima immolata continuò manducabatur*, quæque sine dubio figuralis erat, in cruce impleri non potuisse statuit; quare aut in *Eucharistia* impleri, aut simpliciter non impleri.

℞. Concedimus, *agnum Paschalem* post immolationem & assationem *statim fuisse manducatum*, si *immolationis* verbum *in genere* hoc loco pro *occasione* accipias: nam immolatione agni Paschalis inter *sacrificia propriè sic dicta* referri haud posse aut debere, in præcedentibus satis demonstravimus: Hutter. in Resut. Bell. de Miss. l.1.c.8.p.182.

Vers.9. *Ne comedatis ex illo crudum, & elixum elixum in aquis; quinimò assum agni, caput super genua ejus. &c.*

I. Observa hic (1.) Vocem נא semel significare *crudum*, sed non *satis coctum*, quod כְּדִין *quasi vivum*, Chaldæus vertit. (2.) Copulativum ו *disjunctivè* exponendum esse: *Et elixum*, pro, *aut elixum*: (3.) *Elixum* per quandam *Epizeuxin* repeti. (4.) Post voces, *caput ejus* &c. subaudiendum esse, *comedatis*. Vatabl. in Annot. ad h.l.p.145. *Jun.* in Not. ad eund.loc.p.78. *Glass.* l.3.Phil.Sac. tract.8.can.1.n.1. p.633.

II. Deus sibi *contrariari* videtur. hic enim prohibet agnum Paschalem *coqui aquâ*; at Deut.16.v. 6. idipsum jubet.

℞. Prius præceptum de *assando agno Paschali*, aut fuit saltem *temporarium*, & primi solùm Paschalis proprium, ut & aliæ quædam ejus ceremoniæ; aut si assandi ritus *omninò & perpetuò* servandus fuit, quod plerique sentiunt, *coquendi* verbum in *latiori* significatione ita fuerit explicandum; ut pro *assare* in Deuteronomio usurpatur. *Walth.* in Harm. Script. p.172.

Vers. 11. *Sic autem comedetis agnum: Renes vestros accingetis; &c. est enim Phase Domini.*

I. In Hebræo usurpatur (1.) futurum, *comedetis*, pro imperativo *comedite*: (2.) τὸ *in festinatione*, pro adverbio, *festinanter*. (3.) *Pesach* pro *festivitate Paschali* cum omnibus suis ceremoniis. (4.) Demonstrativum הוּא, nomini פֶּסַח subjunctum, locô verbi substantivi. EST. *Jun.* in Bibl.p.78. *Glass.* l.3.Phil. Sacr.tract.1.can.39: m.6.pag.157. & tract.2.can.7. p.186.

II. *Bellarminus* l.1.de Cleric.c.19. pro *perpetuo ministrorum Ecclesia in N.T. cœlibatu* urget *continentiam ab uxoribus in V. T. fuisse inprimis requisitam in iis, qui rem sacram tractaturi erant, velut comesturos agnum Paschalem fuisse jussos accingere renes*: quod ipse ait, fuisse *significatum*, Exponente *Gregorio*: hom.22. super Evangel: *debere eos carnis voluptatem edomare, qui Agnum Paschalem comedunt:*

℞. (1.) N.C. quia *multa* observari debebant à *Judais*, quorum vis nulla apud *Christianos*. Abstinendum erat à *porcina*; *leporina*; aliisque multis

carni-

carnium generibus ; multæ etiam *inquinationes* vitandæ: ne ſingulas exequar ordine : a quibus tamen prorſus liberati ſunt Chriſtiani, tanquam à graviſſimo jugo. Quare etſi occurreret ejusmodi aliquod præceptum, quale Bellarminus vult; tamen non valeret argumentum, niſi *peculiariter* doceret ſophiſta, id ipſum eſſe *continuatum in Evangelio* , quod nunquam eſt facturus. (2.) Si valet argumentum à V. T. quidni hæc etiam argumentatio obtinebit: *Sacerdotes V.T. contrahebant conjugium, & procreabant liberos, ergo etiam Sacerdotibus N.T. hoc licebit?* (3.) *Bellarminus* l. de Cleric. c. 18. *negat* , *cœlibatum jure divino ſacris ordinibus annexum eſſe.* At ſi quid efficeret hoc argumentum, obtineret , *jure divino ſacerdotibus* matrimonium eſſe prohibitum. (4.) Sophiſta ſuſceperat probandum *requiſitam, & quidem imprimis fuiſſe abſtinentiam ab uxoribus* , *id eſt, debuiſſe Judæos abſtinere*: at ille probat, *debuiſſe exercere figuram* abſtinentiæ, id eſt, aliquid , *quod ſignificaret abſtinentiam.* Ubi ſanè aliud ponit , aliud probat. (5.) Judæi ſuccinctis lumbis agnum paſchalem comedebant, non ad *præfigurandum ſacerdotum N.T. cœlibatum* , neque enim lex illa indicari poteſt in eam ſententiam; ſed ad *indicandam exitûs feſtinationem.* Hanc enim cauſam Moſes ipſe exprimit v. 11. quòd *debebant comedere feſtinantes, tanquā parati ad exitum*; & in eandem deſcendunt *Lyranus* in c. 12. Exodi & *Pererius* diſp. 7. in c 12 Exodi (6.) *Gregorius* l. c. nihil habet de *abſtinentia a conjugibus*, ſed *carnis voluptatem edomandam eſſe* docet iis , qui agnum Paſchalem comedunt ; idque *Nodinus* applicat omnibus ſumentibus Euchariſtiam. Jam verò Bellarminus non intendebat probare *voluptatem carnis edomandam* , ſed *abſtinendum ab uxoribus.* Numquid autem nemo conjugatus voluptatem carnis domat? Certè ſic omnis à Chriſto excluſus eſt, Galat. 5. v. 24. *Eckhard.* pat. 1. Pandect. contr. Pontif. c. 9. q. 7. obj. 4. p. 478. *Gerhard.* tom. 6 LL. CC. loc. 26. de Miniſt. Eccl ſ. §. 352. p. 590. ſeq. & p. 2. l. 2. Spec. Conf. Cathol p. 123. ſeq. *Brochm.* tom. 2. Syſt. Theol. art. de Miniſt. Eccleſ. c. 2. q. 10. arg. 5. p. 925. ſeq. *Cham.* tom. 3. Panſt. l. 17. c. 5. n. 2. 4. ſeq.

III. *Smalcius* contr. Franz. fol. 327. contendit, pronomen, *hoc*, in hac Chriſti prædicatione: *Hoc eſt corpus meum*; non ſignificare *panem illum* , *quem Chriſtus tunc porrigebat* ; ſed ad *ipſam panis fractionem & comeſtionem* referendum eſſe , quia in ſimili loquendi modo non de *ipſo agno Paſchali*, ſed de *ipſius inſolenti comeſtione* , tunc etiam in celebratione feſti Paſchæ dictum fuerit : *Hoc eſt Paſcha Domini.*

℞. (1.) Nequaquam ibi *actus comeſtionis* in particula *HOC* notatur , ſed potiùs *modus comeſtionis tranſitorius*, cum feſtinatione conjunctus , ſive ipſa *feſtivitas*, à tranſitu Ægyptiaco deducta : quod ut ſtatuamus, impellit nos contextus evidentia , quia his verbis adducitur *ratio* , quare feſtinantes comedere debeant, & quidem quaſi *viatores* jam tranſituri, quia inquit Dominus: *Hæc eſt feſtivitas*, quâ memoria illius tranſitus Ægyptiaci recolitur. (2.) Poſitô autem vocem *Hoc* de agni inſolenti *comeſtione* dicendam eſſe & intelligendam, tamen inde non ſequitur, verba *Hoc eſt corpus meum*; eodem pacto eſſe interpretanda, ſed unius-cujusque operis explicatio debet accipi ex *illo contextu* , ubi materia illa ſuam *nativam* habet ſedem. *Franz.* in Vindic. diſpp. Theol. in A. C. diſp. 12. theſ. 20. ſeq. *Stegm.* in Antiphot. diſp. 49. q. 3.

III. *Zwinglius* in Subſid. de Euchariſt. fol 249 oſtenſurus, copulam EST in verbis Cœnæ: *Hoc eſt corpus meum*; valere idem , quod SIGNIFICAT, ſcribit, à nocturno monitore ſibi exemplum hoc: *Agnus eſt Phaſe* ; Suggeſtum eſſe in quo copula EST idem valeat, quod SIGNIFICAT, ut ſenſus ſit: *Agnus eſt figura Phaſe.*

℞. (1.) Verbum EST nequaquam hîc idem valet, quod SIGNIFICAT : quandoquidem retinet *genuinam & vernaculam ſuam poteſtatem.* Quæritur enim, quid Moſes hic per *Peſah* intelligat? id explicat ipſe hoc ipſo in c. v. 43. *Et dixit JEHOVAH ad Moſen & Aaron* , *hoc ſtatutum Peſah* &c. ubi *Peſah* pro *toto feſto* inſtitutô ad recolendum Memoriam tranſitûs Domini, in Ægypto facti ſumitur. Senſus itaque verborum allegatorum eſt, *totum cultum cum omnibus ſuis ceremoniis eſſe Peſah* , qui cultus non *ſignificat* Peſah, ſed *eſt ipſum* Peſah: non verò, *agnum eſſe Peſah.* Nam verba hæc : *Eſt enim tranſitus domini* ; ad *agnum* non referuntur. Non enim *una*, ſed *duæ diſtinctæ* ſunt propoſitiones , & ambæ quidem *propriæ ac regulares* : una eſt *agnus feſtinanter eſt comedendus*, altera *hodie eſt Paſch Domini.* Commiſit ergo Zwinglius *fallaciam compoſitionis*, quando conjunxit , quæ in verbis Moſis ſunt disjuncta, & ex duabus diverſis prædicationibus unam extruxit, & talem quidem , quæ in ſacris nuſpiam reperitur Id quoque patet ex v. 26. ubi Moſes luculentiſſimè diſtinguit inter *tranſitum Domini*, & inter *agnum*, ita ut neutrum ſit alterum, aut eſſe dicatur, ſive tropicè, ſive propriè; ſed ſint & maneant res diſtinctæ, imò diſtractæ & ſeparatæ, quòd ſicut aliud eſt *agnus*, & aliud eſt *tranſitus Domini*, ſic alterum quoque de altero non dicatur aut prædicetur. (2.) Dic quæſò, ſi *Peſah* de *tranſitu* accipi debet & copula EST *figurativè* exponi, quæ aut qualis eſt *ſimilitudo* inter *agnum & tranſitum Domini*? Toto enim *genere prædicamentali* differunt agnus , & tranſitus Domini. (3.) Si maximè verò Moſes diſertis verbis dixiſſet. *Agnus eſt tranſitus*, h. e. *ſignificat tranſitum* ; non tamen ſequeretur , ſimilem quoque in *verbis Cœnæ* interpretationem neceſſariò locum habere. Omninò enim ad ejusmodi neceſſitatem ſtabiliendam , irrefragabilia neceſſe erat argumenta, imò & verbum Dei expreſſum ac dilucidum, ob oculos ponere. Verba autem Moſis de *Peſah*, nihil de *Cœna Domini* dicere manifeſtum eſt. Quomodo igitur *eſus agni Paſchalis* , verba cœnæ ſub ſuas coget leges? Deinde ſacramentum agni Paſchalis fuit *typicum* . non rem præfiguratam ſubſtantialiter exhibens; in ſacramento autem Cœnæ exhibetur *præſens ſubſtantia* corporis & ſanguinis Chriſti: ibi fuit *umbra*, hic eſt *res ipſa* . Coloſſ. 2. v. 17. Heb. 10. v. 1. *Paræus* de liter. & ſentent. verb. Cœn. p. 142 excipit, omnino hic legi: *Agnus eſt Paſah*: quoniam relativum maſculinum הוא, ipſe, referatur ad antecedens maſculinum שה *agnus*, verbum autem ſubſtantivum EST in relativo includatur, ut ſenſus ſit: *Peſah, ipſe eſt JEHOVAH* h. e. *ipſe agnus eſt Peſah* Jehovæ.

℞. Paræus nondum probavit vocem הוא hoc loco *neceſſario* eſſe *relativum maſculinum* : ſiquidem omnes ferè interpretes accipiunt pro *verbo ſubſtantivo*, pro quo multoties uſurpari obſervabit *Avenarius.* Idem etiam patet ex *Gen.* 9. v. 18. *Eccleſ.* 1. v. 3. & Corruit itaque hæc ratio. *Jacob. Andr.* in Colleg. Mompel. p 56. *Hunn.* tom. 1. Oper. Lat. p 120. *Wigand.* de Sacrament. fol. 93. b. *Rung.* Comm. in c. 12. Exod. p 408. ſeqq. *Gerhard.* tom. 1. diſp. 12. theſ. 44. p. 1056. ſeq. *Hutter.* in LL. CC. p. 703. *Reinecc.* tom. 4. Panopl. p. 216. *Gran.* in propug.

Anto-

An[illegible] Par.p[illegible] F[illegible] C[illegible] v.Cal[illegible]n. c 2[illegible] *Jacob.* [illegible] artit. Theol.disp. 2[illegible]

V.[illegible] d[illegible]m Le[illegible]us negat, *corpus Chri-sti* [illegible] *me[illegible]* , *si illius* [illegible] *tan-tum* [illegible] *ipsum* [illegible] *ari* [illegible] *num come-dere*, *q*[illegible] *tus Domi*[illegible], *ni* [illegible] *mederint* , *nec comedere potuerint transitum*

℞. Mos[illegible] *F[illegible]T*[illegible] *m Phase Domini*; non r[illegible] *comedetis* [illegible] *prace-dentis man* [illegible] *am e iarrat*, [illegible] *sonante*, fit comedendus agnus [illegible] *quia* [illegible] *Domi-no*, per[illegible] *H*[illegible] *comedetis assu-ram*, *quia Di*[illegible] *Dominica est.* S[illegible] hoc [illegible]*er ba instituti*[illegible] ? [illegible] Ch[illegible] is cap[illegible] in-quit, ac[illegible]ept[illegible] an[illegible], & d[illegible] panc[illegible] *ac cipite*, *comedite* [illegible] *es corpus meum.* Sc[illegible] par. 4. Exam [illegible] p[illegible] 8. & [illegible]q.

V[illegible] rs.12. *T*[illegible] *transi*[illegible] *terram &c.*

P[illegible] [illegible] lter. & sentent. [illegible] n. p.143 neg[illegible] locution[illegible] n ha[illegible] v 12. [illegible] *enim Pe[illegible]* [illegible] esse pra[illegible] ationem [illegible] *hunc* [illegible] *tum* , cum præd[illegible] cti[illegible], quod [illegible] rum, [illegible] in vis verbis: *Nam transibo* [illegible] *&c.*

℞. Nulla hic est connexionis ratio. *Vers.* 12. dici-tur *quid sit* [illegible] *aturum ritum* [illegible] *lum* , ergo *non in verbis precedentibus.* Non sunt hæc *contraria*, sed [illegible] x. Verbis his [illegible] : Est [illegible] im Pesah Domini; redditur ratio, Cur *festinanter agnum edere debeant*, nempe qu[illegible] *imminent* ut Vatablus exponit, *transitus Domini.* [illegible] v.1[illegible] indicatur, *qualis & quis sit futu-rus* [illegible] Ecce omnia pulcre cohærent , nec interpretatio [illegible] textu aliena est. *Gran.* In Pro-p[illegible] Antipar. p.14.

Vers.13. *E[illegible] sanguis erit vobis in signum super do-mos quibus vos ibi* , *& videbo sanguinem* , *& transibo super vos* , *& non erit plaga in vobis ad exitium* [illegible] *percussione in ter*[illegible] *Ægypti.*

Ecce [illegible] *Enallagen*; nam pro posteriori relativo usurpatur adverbium שָׁם *ibi*: Quibus vos ibi, pro *quibus vos in eis*, h.e. *in quibus*, seu *ubi.* (2.) Ἀνθρωπο-παθεία : *visio* enim & *transitus* Deo tribuuntur, notatur verò *cura ejus & protectio.* (3.) *Ellipsin* no-minis: *in per*[illegible] *tiendo me*, subint *primogenita.* Vatabl. in Annot. ad h l. p.145. Glass. lib.3 Philol. tract.2. can.26. m.3. [illegible] p.222.

Vers. 14. *Habebitis autem hunc diem in monu-mentum , & celebrabitis eum solennem Domino* [illegible] *generationibus vestris cultu sempiterno.*

Jud[illegible] [illegible]ndunt, *le*[illegible] *ceremoniales Mosaicas*, *& Pædagogiam* [illegible] *lam fe*[illegible] *orum* [illegible] *institutam*, *necessario etiam nunc ob*[illegible] *andi* [illegible] q[illegible]ad de *paschate* Deus dicat , idipsum *cultu sempi*[illegible] *no celebrandum esse.*

℞. Vox עוֹלָם h. l. non significat *absolutam dura-tionis perpetuitatem*, siquidem celebratio illa Pascha-tis [illegible] hic mundo [illegible] esse bit; sed *certi temporis* [illegible] *li-mitatam notat durationem* [illegible] qu[illegible] prædicatur d[illegible] ali re, [illegible]ujus duratio e[illegible] *periodica* [illegible] id o[illegible] c æquipol[illegible] *secula*, [illegible] *durationi longiori* , quæ fi[illegible] enda erat ad-ventu *Messiæ*, qui vetus pa[illegible] antiquaturus seu abrogaturus, & novum erat instituturus , *Jerem.* [illegible] v. 3[illegible]. Et ideo Moses ipsam *limitationem* addit : *In perpetuum in generationibus vestris* In hac signi-ficatione *vox* [illegible] usurpatur. D[illegible]ut. [illegible] v.1[illegible]. ubi de ser-vo, qui ani[illegible] non v[illegible] be exi[illegible] di itur: *Serviet tibi* לְעוֹלָם *in seculum* hoc est *per totam vi-tæ suæ periodum*, [illegible] *annum Jubilæum* Levit. 25. v.40. *Chemnit.* in Exam Conci. Trid. par.4. pag. 805. & par.2. L[illegible] CC[illegible] loc. de Leg. Dei. c.5. p.201. *Thumm.* tr. d[illegible] fe[illegible]. Judæor & Ch[illegible] pag.68. *Brochm.* tom.2. System. Theol. art. de [illegible] [illegible] 3. [illegible] 1. arg. 2. p.181.

Vers.15. *In die primo cessare facietis fermentum à domibus vestris : quia omnis comedens fermen-tatum, excidetur anima ipsa ex Israel, a die pri-mo usque ad diem septimum.*

In versu hoc est (1.) Hebraismus *Cessare facietis*, i.e. *auferetis* . 2. *Enallage modi*: nam futurum indi-cativi, *c*[illegible]*are facietis*, pro imperativo est, *cessare faci-tote.* [illegible] 3. *Syne*[illegible]*do he partis* pro toto: *anima* enim pro *homine* ponitur. (4.) *Synech*[illegible] quia ordo in-v[illegible]us: *Comeden*[illegible] *rmentatum, exc*[illegible] *tur anima ipsa ex Israe*[illegible], *a die primo usque ad diem se*[illegible] *imum* [illegible] pro, *comede*[illegible] *fermentatum à die primo* [illegible] *primum excidetur anima* : [illegible] *x Israe*[illegible] V[illegible]abl. in Annot. ad h. l. p.146. Glass. lib.4. Philol. Sacr. tract. 2. Observ.25. pag. 248. & lib.5 tract.1. cap. 7. pag. 459.

Vers.16. *Dies prima erit sanctitate solennis & di-es septima eadem festivitate venerabilis, &c.*

I. In *Hebræo* habetur (1.) *Enal*[illegible]*e* substantivi, *san-ctitatis*, pro adjectivo, *sancta.* ([illegible] *ynecdoche* tum partis pro toto: *anima* enim pro *homine* est ; tum *ge-neris* pro *specie*: nam *facere*, s[illegible]mitur pro *parare in ci-bum.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p.146. *Glass.* lib.5. Philol. Sacr. tract.1. cap.14. p.446.

II. *Bellarminus* l.2. de Imag. Sanct. c.12. disputat, *imagines Christi & sanctorum religiosè esse colendas*, quòd *instituta sint ad significandas res sacras*; *rem au-tem sanctam, hoc ipso quod sancta est*, [illegible] *venerabilem*, ut quòd *dies Pascha*, *dies sanctus* [illegible] *venerabilis dica-tur, propter* [illegible]*gnificationem* [illegible] *quia dedi*[illegible] *tus fuerit cultu divino*: quin imò hic pro eodem esse, *rem san-ctam, & religiosè venerabilem.*

℞. (1.) Nego, *quicquid sanctum* est, etiam *religiosè colendum* esse: nam & *Aaron* sanctus erat, nec tamen *cultu religioso* colendus atque adeò nunquam eum sic Israelitæ coluerunt [illegible] sive vivum sive mortuum: neque ipsam sane diem Paschatis quisquam sic ve-neratus est. (2.) Præsens locus est conceptus à Vete-ri Interprete: Hebraica veritas habet : *Et in pri-mo die convocatio sancta, & in die septimo convocatio sancta erit vobis.*

Non ergo Moses pro eodem scripsit, san[illegible]m, & *religione venerabilem*, sed Latinus Interpres. Quan-quam etiam Bellarminus *religione venerabilem* dixit de suo, pro *festivitate venerabilem*, quod Interpres dixit. (3.) Concedimus , res sacras longè præferen-das profanis, & tractandas religiosiùs, h. e. sic, ut ap-pareat, eas [illegible]ligioni destinatas; sed [illegible]las ipsas res coli *religioso cultu* , hoc verò nunquam concedimus. *Cham.* tom. 2. Panstr. L. 1. c.5. n.14. & 15.

Vers.17. *Et custodietis az*[illegible]*morum; quia in corpore dies hujus eduxi exerc*[illegible] *vestros è terra Ægy-pti, & custodietis diem hunc ad generationes ve-stras statuto seculi.*

Est hîc (1.) Metaphora: *Custodietis*, h.e. *observa-bitis.* [illegible] 2.) *Enallage modi*: nam futurum indicativi, *cu-stodietis*, ponitur pro imperativo, *custodite.* 3. *El-lipsis* nominis יוֹם *diem* , ex membro sequente repo-

repetendi. *Custodie* [illegible] ... statim e-quitur. (4. *Pleonasmus*: In corpo[illegible] ... in die hoc, ubi [illegible] redundat. 5.) A[illegible] ... i principio enim iteratur vox, *cujus dici* [illegible] ... *de che totius* pro parte: *seculum* namque pro [illegible] *tempore* usurpatur. *Vatabl.* in Annot. a[illegible] 6. *Jun.* ibid. p. 8.

II. Objectionem *Judæorum*, pro stabilienda *legum ceremonialium æternitate* vide refutatam in Vindic. Exod. 12. v. 14.

> Vers. 18. *In primo in quarta decima die mensis in vespera comedetis azymos, usque ad diem unum & vigesimum mensis in vespera.*

I. Redit huc (1.) *Ellipsis* nominis, ex membro sequente repetendi: *In primo*, sc. *mense*, quæ vox statim sequitur. 2. *Enallage modi*: futurum enim indicativi, *comedetis*, ponitur pro imperativo, *comedatote* Jun. l. c.

II. Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim refert, *die decima quarta primi mensis azyma ab Israelitis fuisse comedenda; at Levit. 23. v. 6. nominat diem decimam quintam ejusdem mensis, in qua solennitas azymorum esse debuerit.*

℞. Duplici ratione, *dies initium* apud Judæos consideratur. Nam secundum *legis dispositionem*, dies festi incipiebant à vespera, *Levit. 23. v. 32. A vespera ad vesperam usque, celebrabitis Sabbata vestra.* Sed juxta *computationem in vita communi* dies naturalis incipiebat à tempore matutino, ita ut vespera sequens esset pars diei præcedentis. Quatenus ergò *vespera diei decimæ quartæ* juxta *legis dispositionem* pertinet ad diem decimam quintam, eatenus & Paschalis [illegible]atio & solennitas azymorum rectè dicitur incidere in decimam quintam: expurgandæ erant ædes à fermento eadem die, quâ agnus comedebatur, unde Evangelistæ sine discrimine *diem azymorum pro Pascha* ponunt, *Marc. 14. v. 1. Luc. 22. v. 1. &c.* Quatenus vero juxta *communem calculum* vespera illa, in qua mactârunt agnum Paschalem, & cœperunt edere azyma, refertur ad diem præcedentem, eatenus dicitur dies decima quarta primus azymorum. Hoc sensu Evangelistæ dicunt, Christum *primo die azymorum*, quo Pascha immolari oportebat, misisse Petrum & Johannem, ut pararent Pascha, *Matth. 26. v. 17. Marc. 14. v. 12. Luc. 22. v. 7.* quod certe non de *vespera* diei decimæ quartæ, sed de *principio*, vel certè *medio* ejusdem intelligendum. *Gerhard.* tom. 4. LL. CC. loc. 22. de Circumcis. & Agn. Pasch. §. 38. p. 784.

> Vers. 19. *Septem diebus fermentum non invenietur in domibus vestris, quia omnis comedens fermentatum, & excidetur anima ista de cœtu Israelis peregrino, & in indigena terra.*

Ecce 1. *Synecdochen partis* pro toto: nam & *domus* pro *toto termino* & *anima* pro *homine* est. 2. *Pleonasmum*, quia ET, verbo *excidetur*; & IN nomini, *peregrino*, præfixum, abundare videtur. *Ariam.* in Bibl. p. 56. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 8. *Glass.* l. 5. Philol. S. tract. 1. cap. 17. n. 1. p. 459.

> Vers. 21. *Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate Phase.*

I. In *Hebræo* est (1.) *Enallage numeri*: nam צאן, pecus pro *pecudibus* ponitur. [illegible] *Metonymia adjuncti* pro subjecto: *Pascha* enim pro *agno Paschali* usurpatur, qui eo festo mactabatur. *Ariam.* in Bibl. p. 56. *Glass.* l. 5. Phil. Sac. tract. 1. cap. 4. m. 3. p. 61

II. *Bellarminus* l. 1. de Miss. c. 7. exinde probare

[illegible] *Agnum Paschalem vere & propriè* [illegible] [illegible] dicatur *Phase immola*[illegible].

℞. Radix Hebræa שחט, annotante *P*[illegible] [illegible] significat *mactare*, non autem *sacrificare* [illegible] modum *metaphoricè* accommodatur ad *m*[illegible] *mentum hominum* ut 2 Reg. 2[illegible]. v. [illegible] *si e*[illegible] *sacri*[illegible] *ex*[illegible] *sacri* [illegible] quòd *mactatio pecudum* fit [illegible] *lum* [illegible] tanquam & [illegible]. Un[illegible] stat, ex verbi [illegible] significat[illegible] [illegible] *sum propriè* [illegible] extrui poss[illegible] [illegible] pari [illegible] *humanorum* [illegible] tamen [illegible] Deo [illegible] firmare & probare quis velit. *Hutter* [illegible] R[illegible] B[illegible] larm. de Miss. p. 168. & seq.

III. *Tilenus* Disp. 61. [illegible] *significatio* [illegible] propositionis [illegible] *corpus meum*, [illegible] cum hunc urget [illegible] *formulam* [illegible].

℞. *Tilenus* [illegible] principio [illegible] strandum erat [illegible] agnum ipsum esse [illegible] Propositionem hujus [illegible] do igitur *Pascha* [illegible] tur pro *victima* [illegible] [illegible] erat [illegible] tas [illegible] stituta, cujus *materiale* [illegible] us & p[illegible] [illegible] *panibus*. [illegible] stum Pa[illegible] *azymorum*, [illegible] *festo* [illegible] *Pasch*[illegible] immolabatur, dicebatur *P*[illegible] ne sumitur, Deut. 16. [illegible] 56 [illegible] v. 13. Quocirca *immolare* [illegible] *immolare agnum*, qui SIGNIFICAT [illegible] significat *immolare agnum*, q[illegible] ma Paschalis. *R*[illegible] Com[illegible] *Jacob. Martin.* in Partit. Theol. disp. [illegible] & 56.

> Vers. [illegible] *accipietis fasciculum* [illegible] *getis in sanguinem* [illegible] *facietis ad* [illegible] *sanguine, qui* [illegible] *unusquisque* [illegible] *domus* [illegible]

I. Redit huc (1. [illegible] indicativi, *accipietis* [illegible] imperati[illegible], *accipite*, [illegible] substanti[illegible] p. 57. Vatabl. in Annot. ad h. l. [illegible]

II. *P*[illegible] quasi *P*[illegible] [illegible] *in hortum exierit*, [illegible] *ex ostio domus suæ usque* [illegible]

℞. Man[illegible] *temporum* [illegible] gulare, ac *istud tantum* [illegible] tinens quod in *Ægypto* [illegible] [illegible] unde nec [illegible] [illegible] petitu[illegible] [illegible] in ult[illegible] celebr[illegible] [illegible] contra [illegible] esse constat. [illegible] Not. ad [illegible]

> Vers. 23. *Et transibit Dominus ad percutiendum Ægyptum*, [illegible] *super* [illegible] *per am*[illegible] *et Dominus* [illegible] *non dabit per*[illegible] *ad vemendum.*

In versu hoc reperitur (1.) *Metonymia subjecti pro adjuncto*: Ægyptus, oamque pro *Ægyptiis* est. (2. *Anthropopathia*: *videre* enim & *transilire*: Deo attributum, notat *providam ejus curam & protectionem*. (3. *Enallaxis*: Non *dabit* percussori, h.e. non *concedet illi potestatem* percutiendi vos. *Glass.* l. 3. Phil. sacr. tract. 3. can. 51. not. 1. p. 258.

Vers. 24. *Custodi verbum; istud legitimum tibi & filiis tuis in aeternum.*

Coutroversiam h.l. occurrentem, vide in *Vindic. Exod.* 12. v. 14. decisam.

Vers. 27. *Dicetis filiis vestris*. *victima transitus Domini est.*

I. *Cingliani* non-oulli ad stabiliendas *propositiones sacramentales*, quas illi fingunt *metonymicas*, propositionem istam allegant, ubi copula EST idem valeat, ac SIGNIFICAT.

℞. Imperita est probatio: Hoc loco enim non prædicatur nomen alterum de altero, *transitus de victima*: sed duo substantiva coujunguntur *in regimine*, ut vocant Hebræi; quorum alterum per casum *genitivum* exponitur a Latinis, hoc sensu *Sacrificium transitionis Domini est*. Rung. ibid. pag. 433.

II. *Bellarminus* l. 1. de Miss. c. 7. concludit *Eucharistiam esse verum sacrificium*, quòd agnus Paschalis V. T. verum fuerit sacrificium & victima, cui successit Eucharistia.

℞ (1.) Agnus Paschalis non fuit sacrificium, *propriè & exquisite sic dictũ*, tum quia non sacrificabatur ad *altare*, quod tamen est de essentia sacrificii *propriè sic dicti*, sed in *domibus privatis*; tum quia immolabatur in *memoriam liberationis Ægyptiacæ*, non *in expiationem pro peccatis*: Verùm dicitur sacrificium *impropriè*, quia fuit typus quidam unici illius sacrificii corporis Christi, in cruce peracti, 1. Pet. 1. v. 19. & c. 2. v. 24. (2.) Nomen Hebræum זבח non modò *proprium sacrificium* designat, sed etiam *in genere mactationem*, ut *Ezech.* 39. v. 17. notante *Buxtorfio* in Lex. Hebraic. p. 176. à radice זָבַח, *mactavit*, sive ad *convivium*. 1. Sam. 28. v. 24. sive ad *sacrificium*, 1. Reg. 3. v. 3. imò illa multoties ita *latè* sumitur ut etiam *spiritualia sacrificia* significet, velut *Psal.* 5. v. 14. ad confessionem, & Psal. 51. v. 19. ad *contritionem* restringitur, quibus tamen *Bellarminus* ipse nomen ac definitionem *sacrificii propriè sic dicti* rectè derogavit. Unde nos invictè inferimus, quando quæritur, quænam sint *sacrificia propriè sic dicta*, adeoque *pro peccatis oblata*; non ex *solo vocabulo* arguendum esse, sed ex *ipsa sacrificiorum propriè dictorum institutione*. Huc si animum nostrum convertimus, luce meridiana clarius evadet, *Agnum Paschalem non fuisse sacrificium propriè sic dictum*. (3.) *Eucharistia* successit *Agno Paschali* non tanquam *sacrificium sacrificio*, sed tanquam *Sacramentum* N. T. *Sacramento veteris*. (4.) *Typum agni Paschalis* non posse *in omnibus* ad *Eucharistiam* referri & accommodari; non inficias it *Bellarminus* l. 1. de Miss. c. 7. p. 671. Nam Missa est sacrificium, ut ipse vult, *incruentum*: sed agnus Paschalis *cruente* est oblatus. Missæ sacrificium *singulis diebus* repetitur; sed agnus Paschalis *semel duntaxat in anno* fuit immolatus. Missæ sacrificium à *solis sacerdotibus* offerri potest; sed agnus Paschalis à *quovis patrefamilias* mactabatur. Pontificii hostias immolatas & consecratas *reservant*; sed de agno Paschali nihil fuit *reservandum*. *Hutter.* in Refutat. Bellarmin. de Miss. p. 168. 170. seq. *Gravv.* par. 8. Prælect. in A. C. p. [illegible] seq. *Giess.* de Papism. disp. 31. thes. 26. seq. *Gerhard.* tom. 4. LL. CC. loc. 22. de circumc. & agno Paschal. §. 50. p. 801. seq. & in Conf. Cath. l. 2. spec. part. 2. pag. 1185. seq.

Vers. 29. *Et fuit in medio noctis, & dominus percussit omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, sedente super solium suum, usq; ad primogenitum captivitatis, quæ in domo foveæ, & omne primogenitum jumenti.*

Moses utitur (1.) *Enallage* tum substantivi, *medio noctis*, pro adjectivo, *media nocte*; tum temporis præsentis, *sedente*, pro futuro, *sessuro*; tum abstracti, *captivitatis*, pro concreto, *captivi*, vel ut quidam malunt, *captiva*; tum numeri singularis, *jumenti*, pro plurali *jumentorum*. (2.) *Periphrasi carceris*, quem *domum foveæ* appellat. (3.) *Ellipsi* verbi substantivi: *quæ in domo foveæ*, scil. *est*. *Ariam.* in Bibl. p. 57. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. c. 147. *Jun.* in Not. ad eund. loc. pag. 79.

Vers. 30. *Et surrexit Pharao nocte, ipse & omnes servi ejus, & omnis Ægyptus, & fuit clamor magnus in Ægypto, quia non domus, quâ non ibi mortuus.*

In versu hoc habetur (1.) *Metonymia subjecti pro adjuncto*: *Omnis Ægyptus*, h.e. *omnes Ægyptii*. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Quia non*, scil. *erat*; & *quâ non*, puta *esset*. (3.) Hebraismus: *Qua non ibi*, pro *in qua*. Ariæm. in Bibl. p. 57. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 79.

II. Contradictionem qoandam, hoc loco apparentem, vide conciliatam in Vindic. *Exod.* 11. v. 5.

Vers. 31. *Et vocavit Mosen & Aaronem nocte, & dixit: surgite, egredimini è medio populi mei, etiam vos, etiam filii Israel, & ite, servite Domino secundum loqui vestrum.*

Vide-sis (1.) *Ellipsin nominis*, ex versu præcedente repetendi: *& vocavit*, subaudi, *Pharao*. (2.) *Pleonasmum*: *E medio populi mei*, h.e. *è populo meo*; ubi ly *medio* redundare videtur. (3.) Hebraismum: *Etiam vos, etiam filii Israel*, i.e. *tum vos, tum filii Israel*. (4.) *Enallagen*: nam infinitivus *loqui*, pro ipso nomine, *loquutionem* sive *sermonem*, ponitur. *Vatabl.* & *Jun.* ibid.

Vers. 32. *Etiam pecus vestrum, etiam bovem vestrum accipite, quemadmodum loquuti estis; & ite, & benedicetis etiam mihi.*

Enallage est tum *numeri* singularis, *pecus vestrum*, pro plurali, *pecora vestra*, & *boves vestros*; tum *modi*, siquidem futurum indicativi, *benedicetis*, ponitur pro imperativo, *benedicite*. Chaldæus; *orate etiam pro me*. Ariæm. in Bibl. p. 57. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 147.

Vers. 33. *Et invaluit Ægyptus super populum, festinando emittere eos de terra; quia dixerunt, omnes nos mortui.*

Recurrit huc (1.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Ægyptus* enim pro *Ægyptiis* est. (2.) Hebraismus: *Festinando emittere*, pro *festinanter emittere*. (3.) *Enallage temporis* præteriti pro futuro: *Omnes nos mortui*, h.e. *jamjam morituri sumus*. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 79.

Vers. 34. *Et tulit populus massam suam, antequam fermentaretur mactris suis, ligatis in vestimentis suis super humerum suum.*

Observa hoc loco (1.) *Metonymiam subjecti* pro *adjuncto*: nam continens, *mactra*, i. e. *vasa*, in quibus servabatur massa illa, est pro contento, puta, massâ nondum fermentatâ. (2.) *Enallagen numeri* singularis, *humerum suum*, pro plurali, *humeros suos*, nisi per *Ellipsin* post vocem, *ligatis*, subaudias pronomen, *quisq;*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.147. *Jun.* ibid. p.79.

Vers. 35. *Et filii Israël fecerunt juxta verbum Mosis & postulaverunt ab Ægyptiis vasa argenti, & vasa auri, & vestes.*

Iterum *Enallage* est partim *temporis* præteriti perfecti, *fecerunt* & *postulaverunt*, pro plusquamperfecto, *fecerant* & *postulaverant*; partim substantivi, *argenti* & *auri*, pro adjectivo, *argentea* & *aurea*. Ariæm. in Bibl. p.57. *Glass.* l.3. Phil. sacr. tract.3. can. 46. m.1. p.369.

Vers. 36. *Et Dominus dedit gratiam populi in oculis Ægyptiorum, & commodaverunt eis & spoliaverunt Ægyptios.*

I. Redit huc (1.) *Enallage temporis* perfecti, *dedit*, pro plusquamperfecto, *dederat*. (2.) *Hebraismus*: *Dedit gratiam in oculis Ægyptiorum*, h. e. *fecit, ut populus gratiâ valeret apud Ægyptios*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.147. *Glass.* l.3. Phil. sacr. tract.3. can. 46. m.1. p.369.

II. *Praxis Israelitarum* videtur esse contra pronunciatum Davidis, qui Ps.37. v.21. ait, *impium mutuo sumere, & nihil reddere*; id quod illi ipsi perpetrârunt: *abstulerunt* enim, *quod commodatò acceperant ab Ægyptiis.* Atque hinc *Manes Persa*, circa annum *Christi* 281. juxta Eusebium in Chronico, occasionem sumsit debacchandi in *Deum legis*; tanquam *Deum malum*, quia deprædatus sit Ægyptios. Histor. Magdeb. Cent.3. cap.5. p.112.

℞. Factum Israelitarum est *personale*, & tale *privilegium*, quod personam non egreditur, ideoque ad exemplum trahi non debet sine *speciali* Dei mandato, quo freti; Ægyptios sub prætextu mutuationis spoliârunt; Id quod verò non confirmat eorum impietatem, qui *propriô ausu* citra Dei jussum mutuò sumunt, & nihil reddunt. *Rung.* Comm. in c.3. Gen. pag.128. *Walther.* in Harm. S. Script. p.173.

III. Rationem *Calvini* contra *libertatem arbitrii humani*, vide confutatam in Vindic. *Exod.*11. v. 3. m.2.

Vers. 38. *Et etiam mixtio multa ascendit cum eis, & pecus, & bos, possessio gravis valde.*

Habes hic (1.) *Ellipsin* nominis, *mixtio*, scil. *diversarum gentium*, quæ miraculis territæ sese Israëlitis adjunxerant, *Num.*11. v.4. (2.) *Enallage numeri* singularis, *pecus* & *bos*, pro plurali, *pecudes* & *boves*. Ariæm. in Bibl. p.57. *Jun.* in Not. ad h.l. p.79.

Vers. 40. *Et incolatus filiorum Israel, quo commorati sunt in Ægypto, triginta annus, & quadringenti annus.*

I. Ecce (1.) *Synecdochen partis* pro *toto*: tum quia mentione *filiorum Israel* simul ipsa *stirps* intelligenda est, nempe *pater*, qui Jacob; *avus* qui Isaac; & *proavus*, qui fuit Abraham: tum quia per *Ægyptum* totus ille *tractus* notatur, in quo peregrinati sunt Abraham, Isaac, & Jacob cum populo Israelitico; unde generalius per *terram non suam* hoc exponitur, *Genes.*15. v.13. (2.) *Pleonasmum*: nomen enim *annus* redundat. (3.) *Enallagen numeri*: siquidem substantivo singulari שָׁנָה *annus*, additur adjectivum plurale שְׁלשִׁים *triginta*, numerum notans. *Jun.* in Not. ad h.l. p.79. *Glass.* l. 3. Philol. sacr. tract.1. can.14. p.51. & lib.5. tract.1. cap. 17. m. 1. p.461.

II. Hic offert se *species* quædam ἀντιλογίας, cujus ex parte supra *Gen.*15. v.13. m.3. Vind. facta est mentio, itemque solutio. Refert enim Moses, *filios Israel mansisse in Ægypto* 430. annos; Cum tamen ex calculo chronologico appareat, ipsos saltem *dimidiam annorum partem* ibi transegisse, adeoque non 430. annos ibidem mansisse.

℞. Nondum hunc secat Apostolus, *Galat.*3. v.17. dum initium supputationis ostendit, & tempus à promissione, primùm ad Abrahamum edita *Gen.* 12. v.1. seq. usque ad promulgationem Legis, die 50. post egressum Israelitarum ex Ægypto factam, dicit esse annos 430. unde liquet, Mosen h.l. sua numeratione complecti tempus esse peregrinationis tùm *Abrahæ* tum posterorum ejus. Nam statim post suam ex terra patria evocationem, descendit in Ægyptum, tempore famis, Gen.12. v.10. Quia enim primùm cœpit Abraham habitare in Ægypto, etsi postea jussu Dei rediit in terram Canaan; ideò LXX. Interpp. sic reddiderunt hæc verba: *Habitatio filiorum Israel, quâ habitârunt ipsi & patres eorum in terra Ægypti & in terra Canaan*, sunt 430. anni. Causæ verò, cur Moses nominaverit tantùm *mansionem in Ægypto*, potissimùm duæ sunt: (1.) enim totius illius habitationis 430. annorum, & *initium* fuit in Ægypto, & *finis*. De *fine* clarum est ex Exod.12. v.41. de *principio* patet idem ex *Gen.*12. v.10. ubi narratur, statim ut Abraham venit ex Mesopotamia in terram Canaan, cogente fame, venisse in Ægyptum. (2.) Illius habitationis 430. annorum *major pars in Ægypto est consumta*. Siquidem in terra Canaan in diversis temporibus manserunt tres illi Patriarchæ, Abraham, Isaac, & Jacob, 195. annis: *At continua Hebræorum mansio in Ægypto fuit* 215. *annorum*. *Hunn.* tom.4. oper. Latin. p. 420. *Walther.* in Harm. Script. p.173. seq.

Vers. 42. *Nox custodiarum ipsa Domino, ad educendos eos è terra Ægypti; ipsa nox ista Domino custodia omnibus, &c.*

In textu hoc reperitur. (1.) *Metaphora*: *Custodia* enim pro *observatione* est. (2.) *Enallage* abstracti, *custodia*, pro concreto, *custodienda*, id est, *observanda*. (3.) *Hebraismus*: nam pronomen demonstrativum הוא *ipsa*, nomini, *custodiarum*, subjunctum, loco verbi substantivi, *est*, ponitur. *Ariæm.* in Bibl. p.57. *Jun.* in Not. ad h.l. p.79.

Vers. 44. *Et omnem servum cujusq; emtionem argenti, & circumcides eum; tunc comedet in eo.*

Recurrit (1.) *Enallage* tum abstracti, *emptionem*, pro concreto, *emptum*; tum *modi*, quia futurum indicativi, *comedet*, ponitur pro imperativo, *comedito*. (2.) *Metonymia materiæ* pro materiato: *argentum* enim pro *pecunia* est, quippe ex eo factâ. (3.) *Synecdoche*. *Circumcisio* namque pro tota *religione Israelitica* usurpatur cujus pars erat *Circumcisio*, & quâ servus emptitius erat imbuendus. *Ariæm* & *Jun.* l. c.

Vers. 48.

Vers. 4[8]. *Et cum peregrinatus fuerit tecum peregrinus, & fecerit Pascha Jehovæ, circumcidetur ei omnis masculus, & tunc accedet ad illud faciendum, & erit sicut, &c.*

Moses utitur (1.) Hebraismô: *Fecerit*, h.e. *facere voluerit*; ubi verbum *facere de voluntate faciendi* intelligendum. (2.) *Enallage* modi: *Circumcidetur, & accedet*, pro, *circumciditur* & *accedito*. *Jun.* in Not. ad h.l. pag.79. *Glass.* lib.3. Phil. sacr. tract.3. can.7. p.248.

Vers. 50. *Et fecerunt omnes filii Israel, quemadmodum præcepit Dominus Mosi & Aaroni, sic fecerunt.*

Habes hîc (1.) *Enallagen temporis* præteriti perfecti, *præcepit* pro plusquamperfecto, *præceperat*. (2.) *Pleonasmum*: nam in fine versûs hujus reperitur idem verbum עָשׂוּ, *fecerunt*, q. d. diligenter & cum fervore executi sunt demandata sibi. *Jun.* in Not. ad h.l. pa.79. *Glass.* l.4. Phil. sacr. tract. 2. observ.14. m.1. p.729.

CAP. XIII. Vers. 2. *Sanctifica mihi omne primogenitum, apertionem omnis vulvæ in filiis Israel, in homine, & in jumento: mihi ipsa.*

In versu hoc offert sese (1.) Hebraismus: *Sanctifica*, hoc est, *indica meô nomine populo ut sanctificet*; id quod Moses fecisse legitur, v.11. seq. Sic ergo verbum *Sanctificare*, pro, *Sanctificationis indicatione*, verbis factâ usurpatur. (2.) *Appositio*, quâ primogenitum dicitur *apertio vulvæ*, i.e. *adaperiens vulvam* animalis. (3.) *Enallage numeri* singularis, *homine* & *jumento*, pro plurali, *hominibus & jumentis*. (4.) *Ellipsis* tum conjunctionis causalis, tum verbi substantivi: *Mihi ipsa*, pro, *Quia mihi ipsa est*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.149. *Jun.* in Not. ad eund loc. p.80. *Glass.* l.3. Phil. sacr. tract.3. can.15. p.266.

Vers. 3. *Et dixit Moses ad populum: Meminisse diei hujus, quo egressi estis ex Ægypto, e domo servorum, quia in robore manûs eduxit Dominus vos hinc; & non comedetur fermentatum.*

Redit huc (1.) *Enallage modi*: nam infinitivus, *meminisse*, ponitur, pro imperativo, *mementote*. (2) *Appositio*, quâ *Ægypto* dicitur *domus servorum*, i.e. *locus, in quo serviebant durissimam servitutem*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: nam *robur manûs* Deo tribuitur, & intelligitur, *immensa ejus potentia*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.149.

Vers. 5. *Et erit cum introduxerit te Dominus in terram Chananæi, & Chettæi & Emoræi & Chivvæi & Jebusæi, quam juravit patribus tuis, ad dandam tibi terram fluentem lacte & melle, & servies servitutem hanc in mense ista.*

Vide (1.) *Enallagen tum numeri* singularis, *Chananæi, & Chettæi, &c.* pro plurali, *Chananæorum, Chettæorum*, &c. tum *modi* indicativi, *servies*, pro imperativo, *servito*. (2.) *Synecdochen*: nam præter enumeratas gentes *aliæ* quoque hîc subintelliguntur. (3.) *Hyperbolen*: copia enim *lactis & mellis* omnino arguit regionem *pascuis floribusq́; abundantem*. *Jun.* in Not. ad h. l. p.80. *Glass.* l.5. Phil. sacr. tract.1. cap.15. m.3. p.448. seq.

Vers. 8. *Et narrabis filio tuo in die ipso, dicendo, propter hoc fecit Dominus mihi in exeundo me de Ægypto.*

I. Iterum occurrit hoc loco (1.) *Enallage* tum *modi* indicativi, *narrabis*, pro imperativo, *narrato*; tum *numeri* singularis, *filio tuo*, pro plurali, *filiis tuis*. (2.) *Ellipsis* pronominis relativi, *ista*: Propter hoc fecit Dominus mihi, pro fecit *ista*, h. e. hunc in finem omnia hæc beneficia præstitit, ut ipsum tam beneficum gratô animô colam & celebrem. *Jun.* in Not. ad h.l. p.80. Glass. lib. 3. Phil. sacr. tract. 2. can.22 m.2. p.211.

II. *Bellarminus* l.4. de Verb. Dei c.4. statuit, *Scripturam Ecclesiæ non simpliciter esse necessariam, quòd Judæi in populo, etsi Scripturæ extarent, tamen magis usi fuerint traditione, quam Scriptura, idq́; jussu Dei*. h.l.

℞. (1.) Jesuita ignorat elenchum: neque enim quenquam ille potuit nominare, qui scripturas *simpliciter* dixerit esse necessarias. Nos certè dicimus, κατά τι, nempe *quatenus Deo visum est in iis sese plenè & authenticè nobis manifestare*, sive in eas redigere totam eam doctrinam, quàm priùs sive ipse suâ inspiratione, sive per quosdam Prophetas sine Scripturis proponebat. (2.) Negatur sequi, *Scripturam non esse necessario, quod ante eam traditio fuerit in usu*: distinguenda enim sunt *tempora*, quia aliter Israëlitas doceri voluit post legem Deus, aliter *ante legem*. Certè ante Abrahamum circumcisio neque *simpliciter* erat necessaria, neq; κατά τι; At postquam Abrahamo fuit mandata, tùm transiit in necessitatem. (3) Non est verum, ex eo tempore, quo Scripturæ jam extabant, apud pios Judæos fuisse *majorem* usum traditionis. Non ipsa traditio Scripturis utebatur, h.e. docebat ea, quæ in Scripturis continebantur, imò quæ ex Scripturis didicerat. Quare non ii tantum, qui ipsam Scripturam immediate legebant, sed etiam ii, qui voce docebantur, utebantur Scripturis, saltem *mediatè*: omnes igitur & semper utebantur Scripturis. At ii, qui Scripturas legebant, utebantur quidem traditione etiam ipsi, sed non semper, h.e. tùm saltem, cum legebant: quarè major sive frequentior erat usus Scripturarum. (4.) Testimonium, quod ad probandum adducit Bellarminus, contra nos nihil prorsus concludit, imò tantum abest, ut potiùs pro nobis faciat. Egregia quippe hæc est probatio: *Debent narrare Judæi*; Ergo *quod narrare debent, non habuerunt ex Scripturis*. Traditio non scripta, & narratio, *non sunt idem*, quia quæ parentes liberis suis *narrant*, eadem *Scripta* quoque esse, quid prohibeat? Certè, quando patres filiis suis jubentur narrare ea, quæ Deus fecisset tùm, quum eos educeret è captivitate Ægyptiaca, illa ipsa *in Scriptura* à Mose sunt proposita, & quidem diligentissimè; imò propterea scripta, ut vivâ voce tradi possent in perpetuum. *Thumm.* in Disquis. de verb. Dei. par.2. p.140. seq. *Cham.* tom. 1. Panstr. l. 9. c.7. n.2.7.8.9.15.

III. *Andradius* & alii *Papistæ* hoc argumento concludunt, *Scripturam sacram esse imperfectam*, quòd Israëlitæ hîc ablegentur à Deo *ad traditionem, i.e. narrationem*.

℞. (1.) Cum *perfectionem* dicimus Scripturarum, suprà protestati sumus, hanc esse mentem nostram, iis Scripturis, quas *nos hodiè habemus*, omnia contineri dogmata tum credendorum, tum faciendorum. (2.) *Traditio* significat vel *ipsa dogmata tradita*, vel *eorum tradendorum rationem*. Et si quidem *hanc*, rationem, intelligunt, tum negamus Inde confici, *scripturam esse imperfectam*. Nam etsi Ecclesia semper utatur *vivâ voce* ad ea dogmata tradenda, quæ sunt credenda; tamen viva vox non alia proponit *dogmata*, quàm quæ sunt *scripta*. Jam si *dogmata* intelligant, ita ut alia sint *scripta à Mose*, alia *tradita ante Mosen*; sive ex *toto*, sive ex *parte*: tum hoc ipsum negamus, asserimusq́; numquam in Ecclesia fuisse *dogmata fidei ulla necessaria*, præter ea, quæ sunt *scripta* in V. & N.T. (3.) Lo-

cus perversè fuit allegatus: *narratio* enim illa fuit *traditio scripta*; quæstio verò est de *dogmatibus*, quæ nusquam reperias in libris sacris, adeoque de traditionibus *non scriptis*. *Cham.* l.c. n.11: 12.15. *Jacob. Martin.* disp. 6: de Script. sacr. thes. 166. & 169.

Vers. 9. *Et erit tibi in signum super manum tuam, & in memoriale inter oculos tuos, ut sit lex Domini in ore tuo, quia in manu forti eduxit te Dominus ex Ægypto.*

I. Moses utitur (1.) *Hyperbole*, ex *hominum more* sumtâ: solent enim, qui *curta sunt memoria*, admoneri, ut aliquid in manum sumât, aut signum aliquod sibi faciant, ne eorum, quæ eis commissa sunt obliviscantur; aut si excidant, faciliùs reminiscantur. (2.) *ἀνθρωποπαθεία*. cùm Deo *manum fortem* tribuit, & notat ejus *potentiam*, in *forti quadam operatione* se exerentem. (3.) *Hebraismo*: nam antecedens, *Dominus*, est, pro relativo pronomine, IPSE. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p. 149. *Jun.* in Not. ad h.l. p. 80. *Glass.* l.5. Philol. sacr. tract. 1. cap. 7. p. 109. seq.

II. *Zwinglius* in Subsid. Eucharist. fol. 249. censet propositionem illam *Exod.* 12. v. 11. *Agnus est transitus*; exponi per hanc; *Agnus est signum transitûs*, adeoque ibi EST, accipi pro SIGNIFICAT.

℞. (1.) Nocturnus Zwinglii monitor, per *principii petitionem* accipit utramque propositionem, cum neutra in textu extet. Non *illa*, ut suprà ostensum, non *hæc*, quia vox *agnus* nec in præcedentibus, nec in hoc ipso versu 9. habetur, sicut & nulla fit mentio *transitûs*. Itaque non de *agno*, sed de *ipso die festo Paschali* inquit Dominus, quòd debeat esse in *signum*, quasi & *memoriale*, seu *monimentum*; quæ explicatio consentit cum *Exod.* 12. v. 14: cum dicitur: *Et erit vobis dies ille in memoriam*. (2.) Etsi verò *agnus Paschalis*, & tota ejus tractatio fuit typica, *significandi* vim habens; ea tamen *significatio* non ad *transitum Domini*, sed ad *Christum immolandum*, & fide manducandum directa fuit, 1. Cor. 5. v. 5. *Gerhard.* tom. 5. LL.CC. loc. 24. de Cœn. §. 92. m. 2. p. 189. seq. *Gravver.* in propug. Anti-Par. p. 12.

III. Sunt, qui autumant, *χειρομαντείαν* hîc approbari, quòd *signum in manu hominis esse*, divina authoritate confirmetur.

℞. Hîc non approbatur *χειρομαντεία*. Nam (1.) *signum* non est *subjectum*, sed *prædicatum*; aliàs hic sequeretur sensus absonus: *In signum erit in manu tua*. Quid hoc monstri? Neque enim *absolutè* dicitur אוֹת, *signum*, sed לְאוֹת, *in signum*: LXX. Interpp. *εἰς σημεῖον*, *in signum*, non *σημεῖον*, *signum*; quod signi satis est intelligentibus, non illum esse sensum: Signum erit tibi in manu. Subjectum igitur est: *hoc*, de quo hactenus verba feci, erit tibi signum, id quod unicâ consonâ exprimit Lutherus in versione Germanica: Darumb sol dirs ein Zeichen seyn/ q. d. eben das davon ich bißher geredet/ sol dir ein Zeichen seyn. (2.) Loquitur Moses de *uno certo signo*, non de *omni*, non quod est *in manu*, velut in ea notatum, sed quod *ad manum*, & quidem ad manum non *uniuscujusq; hominis*, sed tantùm *Israelitarum*, Pascha in V. T. celebrantium. (3.) Agit Moses de signo rei *præteritæ certissimæ*, & *memoriæ infigendæ*: *χειρομαντείας* patroni de signo rei *præsentis* vel *futuræ* incertæ & curiosè investigandæ. (4.) Apud Mosen fit sermo de signo *miraculi & operis extraordinarii*, videlicet eductionis populi Israelitici ex Ægypto: Chiromantici agunt de signo *ordinariæ providentiæ divinæ*. (5.) Si est propterea *χειρομαντεία*, etiam erit *ὀφθαλμομαντεία*; quia & *oculorum* fit mentio. (6.) Est doctrina quæ debet esse *in ore omnis populi*; at talis non est *Chiromantia*. (7.) In textu Hebræo est אוֹת, id est, *signum mirandum extra hominem*, non חוֹתָם seu *sigillum* vel *signum manus impressum*, velut annulô signum ceræ solet imprimi. Sensus igitur est, ut populus Israeliticus tam bene meminerit eductionis mirandæ ex Ægypto, quàm bene novit quisque manum suam aut digitos, nec prius obliviscatur quàm quis obliviscitur dextræ suæ, quæ ipsi semper in oculis, h.e. nunquam, Psal. 137. v. 5. Repetat ergò populus quotannis actionem, ab eo præstitæ conservet, doctrinamque ad posteros propaget, illumque ritum velut signum in promtu habeat, quasi manibus palpandum, oculis continenter spectandum, & ad omnes usus recolendum; sicut *Junius* rectè annotat. *Tarnov.* in Exerc. Bibl. p. 199. seq *Danhavv.* in Id. bon. Interpr. 127.

Vers. 10. *Et custodies statutum hoc in tempore suo a diebus in dies.*

Ecce (1.) *Metaphoram*, *custodies*, i.e. *observabis*. (2.) *Enallagen modi* indicativi *custodies*, pro imperativo, *custodito*. (3.) *Synecdochen partis* pro *toto*, pluralis enim יָמִים, *dies*, sine addita voce numerali, pro *anno* ponitur, ut *à diebus ad dies*, sit, *ab anno ad annum*, h.e. *quotannis*. Jun. in Not. ad h.l. p. 80. *Glass.* l.3. Philol. sacr. tract. 5. can. 7. p. 440. & lib. 5. tract. 1. cap. 17. m. 3. p. 464.

Vers. 13. *Primogenitum asini mutabis ove; quod si non redemeris, interficies, &c.*

I. In versu hoc invenitur (1.) *Enallage abstracti* pro concreto: *Apertio*, i.e. *aperiens*, scil. *vulvam* (hæc enim vox ex vers. 12. repetenda) notatur verò *primogenitum* v. 2. (2.) *Synecdoche speciei* pro *genere*: *asinus* enim est pro *quovis jumento sacrificiis inepto*; nominatur autem hæc species, quia major ejus, quàm aliarum copia illis regionibus erat. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p. 150. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 80. *Glass.* l.5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 15. m. 3. p. 448.

II. *Judæi* sibi imaginantur, *Messiam* Zachar. 9 v. 9. *non potuisse asino insidere*, quia *sit animal immundum asinus*, cujus *contactus contaminet*.

℞. *Asinus immundus* dicitur, non *simpliciter*, sed *κατά τι*, ratione *sacrificiorum*, in quibus adhiberi interdicitur: nam alias *asino vehi* non erat interdictum. *Meelführ.* Dec. 1. Vindic. Evang. disp. 1. thes. 59. & 61. *Tarnov.* in Comment. Zachar. pag. 245.

Vers. 14. *Et erit, cum interrogaverit te filius tuus cras dicendo. Quid hoc? & dices ad eum: In robore manus eduxit nos Dominus ex Ægypto, è domo servorum.*

Habetur hîc (1.) *Synecdoche*, nam מָחָר, *cras*, sumitur pro *futuro tempore indeterminatè*, *imposterum*. LXX, *μετὰ ταῦτα*, *posthac*. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Quid hoc*, scil. *est*. (3.) *Enallage* tum *modi* indicativi, *dices*, pro imperativo, *dicito*, tum

nominis

... in robore manus ... manu. ... θεῖα, qui Deo ... manus & ... potentia. Ainxm. ... 8. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 150. ... 3. Phil. sac. tract. 5. ... m. 3. p. 438. Jun. ... ad eund. loc. p. 8.

Vers. 15. *E... cùm indurâsset se Pharao ad dimittendum nos, & occidit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito hominis usq; ad primogenitum jumenti: ... ego mactoDomino ex omni apertione vulvæ masculos, ... omne primogenitum filiorum meorum redimam.*

Vide si 1. *Metaphoram*. Nam *duritie* not... mentis *pravitatem* ... *pertinaciam*. 2. *Enallagen* tum *numeri* singularis, *hominis* ... *jumenti*, pro plurali, *hominum* ... *jumentorum*; tum *temporis* futuri *redimam*, pro præsenti, *redimo*. ... *Ellipsin* vocis *bestiæ*, ... analoga ... ut ostendit ... membri comparatio ... *omni*, scil. bestia, ... ad ... apta. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. ... *Jun.* ... Not. ad eund. loc. p. 80. *Glass.* lib. 4. Philo... sac. tract. 2. observ. ... p. 15. & lib. ... tract. 1 cap. 12. p. 161.

Vers. 16. *Et erit in signum super manu tua, & in frontalia inter oculos tuos, quod in robore manus eduxit, &c.*

I. Usurpatur hoc loc... *Metaphora*, ab *hominum more sumta*, ... memor est ligni *manus* appositi, aut ornamenti, quod *fronti* appenditur. (2.) *Enallage* ... substantivi pro adjectivo ... *in robore manus*, i. e. *robusta manu*, quæ ... *Deo* ... tribuitur. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 80. *Glass.* lib. 5. Phil. sac. ... tract. ... 3.

II. ... huc pertinentes, ... compositas par... in Vindic. *Exod.* 13. v. 9. partim, in Vind. *Deut.* 6. v. 8

Vers. 17. *Et fuit in dimittendo Pharaonem populum, & non duxit eos Deus via terra Philistæorum, quia propinqua ipsa: nam dixit Deus: Ne forte pœniteat populum in videndo eos prælium, & revertantur in Ægyptum.*

Moses utitur 1.) *Hebraismo* nam ... *ipsa*, pro *erat*, propinqua. 2. *Ellipsi*, videndum ne pœniteat; & *prælium*, ... *imminere* (3.) *Enallage*, quâ nomini collectivo singulari, *populus*, respondet verbum plurale, *revertantur*. *Arias*. in Bibl. p. 58. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 150. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 80.

Vers. 18. *Et circumire fecit Deus populum via deserti maris Suph, & quinti ascenderunt filii Israel è terra Ægypti.*

In textu hoc offert sese (1.) *Synecdoche generis* pro specie; *Desertum* enim nominatur, & intelligitur *desertum Esthami*, v. 20. (2.) *Catachresis*: nam Israëlitæ ascendisse dicuntur *quinti*, i. e. *ordine militari*, ... quemadmodum *quini* præcedebant milites. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 80.

Vers. 19. *Et sumsit Moses secum ossa Josephi, quia adjurando adjuraverat filios Israel dicendo: visitando visitabit Deus vos, & ascendere facietis ossa mea hinc vobiscum.*

I. Recurrit huc 1. *Enallage* præteriti perfecti, *sumsit*, ... plusquam perfecto *sumserat*, quo quidem Hebræi carent. (2.) *Synecdoche speciei* pro *genere*: non ... enim ossa *Josephi*, & subintelliguntur etiam ... *quorum Patriarcharum ossa*, ut docet *Stephanus* Act. 7. v. 16. *Horum* autem nominatim meminit propter *juramentum* illud, quo obstricti fuerant. (3.) ... de adjuraverat, i. e. *jurejurando obstrinxerat*; ... visitando visitabit, h. e. *omnino* visitabit. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 80. *Vatabl.* in Annot. ad eund. loc. ...

II. Pro *reliquiarū sanctorum defunctorum translatione* urgent nonnulli ex Pontificiis, quod *Moses ex Ægypto discessurus ossa S. Josephi honoris ergo secum asportavit, & in terram promissionis transtulit.*

Rx. 1.) Non est quæstio, *an ossa quorundam sanctorum ex uno loco in alium licitè potuerint transferri, vel reipsa fuerint translata*: sed quæstio est, *an sanctorū reliquiæ è sepulcris eruendæ, circumgestandæ, ad contemplationem promendæ, adeoq́; honorandæ & ad religiosum cultum proponendæ?* ... hic disputationis cardo vertitur. 2. *Reverenter* sine dubio reliquias illas Josephi Moses asportavit ex Ægypto, sed nihil tale ipsis exhibuit, vel exhiberi voluit ab Israëlitis, quale Pontificii suis reliquiis faciunt, ...; Romanus Pontifex approbat. Neque enim reliquias illas Josephi Moses *ad contemplationem promsit, aut cum eis honoravit*, nu... *ad religiosum cultum proposuit*; neque Israëlitæ, cum Pharao ipsos insequeretur, ad *Josephi reliquias*, quas secum portabant, *opis impetrandæ causa* confugerunt. (3.) Causa autem *translationis ossium Josephi* in terram Canaan non fuit alia, quam *petitio Josephi*, qui jam moriturus obstrinxerat juramento fratres, ut ossa ipsius ex Ægypto in terram Canaan transferrent, Gen. 50. v. 25. quam causam & Moses h. l. allegat. *Chemnit.* par. 4. Exam. Concil. Trident. p. 664.

III. *Bellarminus* l. 2. de Sanct. c. 3. ex *eodem fundamento* probare nititur, *reliquias Sanctorum defunctorum religiose cultu esse venerandas*.

Rx. Moses secum asportavit ossa Josephi non ut *colerentur*, sed *in publicum testimonium*, quod ... cet impleta sit promissio Dei, & prophetia Josephi Israëlitis facta de traditione terræ Canaan in possessionem sempiternam, ubi & postmodum ossa illa sepulta sunt, Josu. 24. v. 34. *Fekhard.* in Pand. contr. Pontif. par. 1. c. 13. q. 5. od. 1. p. 581. Gerhard. tom. 8. LL. CC. loc. 29. de mort. §. 108. p. 193. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de leg. c. 7. q. 4. arg. 1. p. 72. Reinecc. tom. 3. Panopl. p. 184. seq.

Vers. 21. *Dominus præcedebat Israëlitas ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna, &c.*

I. In Hebræo est (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: nam post participium הלך *præcedens* subintelligendum היה, *fuit*, seu *erat*, h. e. *præcessit* seu *antecedebat*. (2.) *Ἀνθρωποπάθεια*, dum *præcessio* Deo alias omnipræsenti adscribitur. *Glass.* l. 3. Phil. sacr. tract. 4. can. 5. p. 416.

II. *Angelum, qui duxit Israëlitas ex Ægypto, fuisse Angelum increatum, h. e. ipsum Deum*, exinde patet, quod *Deus ipse præcessit eorum castra*, itidemque viam ostendit.

Excipiunt Photiniani, ibi *Jehovam* accipi pro *legato Jehovæ*, seu *creato aliquo Angelo*.

Rx. Extra controversiam est hoc apud omnes, *illum fuisse Angelum*, qui apparuit Mosi in rubo, cumque misit ad Pharaonem, ut dimitteret filios Israel; & qui tandem ipse præcessit castra Israëlitarum, interdiu in columna nubis, noctu vero in columna ignis, ut luceret eis. Hic autem Angelus non fuit aliqua *creatura*, sed ipse *creator*

T 3 nam

[illegible] dicit ad [illegible] *ſus*, Deus Abr[illegible], Deu[illegible] & addit, ſ[illegible] exaudiviſſe g[illegible] quam populi[illegible] & Eccleſ[illegible] liberet eos. Hæc [illegible] ratione compete[illegible] ſunt [illegible] qu[illegible] le[illegible] [illegible] unia ſibi a Do[illegible] ſuis injun[illegible] hoc g[illegible], ſermonis ut[illegible] etiam audent, q[illegible] ipſi miſer antur & quo[illegible] liberent, & quod *ipſ[illegible]* ſint ſ[illegible] & quod *ipſi* habe[illegible] nomina D[illegible]orum [illegible] par. [illegible] p.1. in A.C. theſ 94. 97. [illegible]

III. Thummius in [illegible] p. 28[illegible] docet, *Deum aliqua* [illegible] *effica- ci operatione* [illegible] *quod ipſe præc*[illegible] *Iſraelitas per diem quidem in* [illegible] *lumna nubis* [illegible] *& per noctem* [illegible].

℞. Pr[illegible] : Neque enim hic [illegible] *Deus pios* [illegible] *tus fuerit* [illegible] *præ entia m*[illegible] niſi ſtâ agit[illegible] Deus populo [illegible] ut *v*[illegible] per diem & noctem fuerit [illegible], & non *nuda*, *omnia* [illegible] *vel pro-* [illegible] in Apol. contra Wirtemb. [illegible]

CAP. XIV. Verſ. 2. *Loquere ad* [illegible] *Iſrael, &* [illegible] *ca-metentur ante os Chiroth, inter Mi*[illegible] *inter mare, ante Baalzephon contra* [illegible] *caſtra-metabimini, &c.*

Inverſ[illegible] 1. *Tuallaxis* conjunctionis copula[illegible] & cauſali: *E*t revertantur, pro, *ut* revertantur. (2.) *Metaphora* *Ante os Chiroth*, h.e. ante *aditum* ſeu *fauces* montium Chiroth. [illegible] *Enallage modi* indicativi, *caſtra-metabimini*, pro imperativo, *caſtra-metamini*. Jun. in Not. ad h.l. p. 80. *Glaſſ.* l. 5. Phil. ſa[illegible] tract. [illegible] cap. 11. p. 308.

II. *[illegible]arpius* in C[illegible] The[illegible] de lib. arbitr. c. 2. co[illegible] p. 5[illegible] *[illegible] luctabilem agendi neceſſitatem, pro* [illegible] *di*[illegible] *gubernatione, ho- minis q*[illegible] *imp*[illegible] *tam*, [illegible] *lere poſſe cum arbitrii liber- tate; quod P*[illegible] *non* [illegible] *ius, libe tate ar*[illegible] *tru pr*[illegible] *uerit, & tamen* [illegible] *nece*[illegible] *erit, ut qui cor ejus induraras, quo hoc vel illud a- geret.*

℞. [illegible] Pharao haud [illegible] q[illegible]: nam ſi reſpectu divinæ gubernationis nec[illegible] e[illegible], [illegible] tot & [illegible] miracula DEUS, ut Phar[illegible] mutâſſet, nunquam adhibuiſſet. [illegible] *temeritas*, in eo mutan do [illegible] Deum, [illegible] *neceſſario* [illegible] tet, [illegible] & [illegible] conclu[illegible] *rudelitas* [illegible] [illegible] Deo Pharao[illegible], quod [illegible] [illegible] cum tamen [illegible] decret[illegible] [illegible] Pha[illegible] [illegible]

[illegible]

Verſ. 4. *Et indurabo cor P*[illegible] *queturp*[illegible] *glori*[illegible] *in omnipotentia ejus* [illegible] *ego Dominus. Et* [illegible]

I. Moſes utitur [illegible] *pravitatem & pert*[illegible] *tonimia* [illegible] Pharaoni [illegible] no interp[illegible] pro exp[illegible] eg. ſcil. *um.* [illegible] a h.l.p.[illegible] p. 54.

Verſ. [illegible] *Et* [illegible] *tum* [illegible]

[illegible]

Verſ. 8. *Et* [illegible] *Dom*[illegible] *Pharaon*[illegible] *Re*[illegible] *filios Iſrael & p*[illegible]

I. Redit huc [illegible] *animi pravitatem* [illegible] *Ellipſis* [illegible] צאים [illegible] [illegible] pro ſignato [illegible] Num. 15. [illegible] ope? [illegible] Phil. ſacr. tract. 4. cap. 5. p. 4[illegible] tract. 1. cap. [illegible]

II. *Hem*[illegible] *ex opere ob*[illegible] *Pharaonis*, q[illegible] prodigia, o[illegible] miracula M[illegible] ſtra effect.

Autor [illegible] [illegible] *ſimpl*[illegible] triumi.

℞. [illegible] comparat[illegible] *ceat*, ex qu[illegible] ne, cui Deu[illegible] no nihil pra[illegible] dente [illegible] a D[illegible] tur [illegible] ra D[illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] in N[illegible] p. 4.

[illegible] *v[illegible] pr[illegible]*

[illegible] *[illegible]etonymi-*[illegible] *sub*[illegible] *adjuncto*, [illegible] *m* pro *Æ*[illegible] est [illegible] B[illegible].

Vers. 11. [illegible] *sepulcra* [illegible] *cepisti* [illegible] *ndum in de*[illegible] *isti no-b*[illegible] *ducendum*, [illegible].

Notabis [illegible] *Emphasin*, [illegible] duo adverbia [illegible]nym[illegible] idemque significantia [illegible], *non non*, ה demonstrativo præfixo conjuncta [illegible], q.d. *an prorsus* [illegible] *omn*[illegible] in *Æ*[illegible] to? 2.) [illegible] *sepulcra*, [illegible] *erant*; & quod hoc est, *quod ci-*[illegible] *Æriam*. in B[illegible] l. p. 58. *Vat*[illegible] in Annot. ad h. l. p. 152. *Glass*. l. [illegible] Phil. Sacr. tr[illegible] can. 2. m. 2. pag. 433.

Vers. 12. *Nonne hoc verbum, quod loquuti sumus ad te in Æ*[illegible]*pto dicendo: cessa* [illegible] *nobis & servi-emus* [illegible]*, quia bonum nobis [illegible] vire Æ*[illegible] *pr*[illegible] *mori nos in deserto.*

In [illegible] reperitur (1.) *Pleonasmus*: nam *verbum*, [illegible] *Ex*[illegible] *axis* [illegible] conjun-[illegible] *servi mus*, i. e. *ut* [illegible] *mus* [illegible] *omne* [illegible], *id est*, &, *bonum* [illegible], subintelligitur. tum positivo, *bonum* pro comparativo, *melius* mutata præpositione [illegible] Æ ante infinitivum *mori*, in. *Quam*: *bonum præ mori*, h. e. *melius, quam mori*. A[illegible] *riam*. p. 59. *Vatab.* in Annot. a[illegible] h. l. p. 152. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 81.

Vers. 13. *Et dixit Moses ad populum; Ne timeatis; state*, [illegible] *videte salutem D*[illegible] *, quam faciet vobis hodie: Quia quos* [illegible] *Æ*[illegible]*ptios hodie, non ad*[illegible] *ad videndum e*[illegible] *ultra usque in se-*[illegible] *um.*

I. V[illegible] *M*[illegible] *horam*[illegible] *are* est firmiter *credere*, [illegible] *are*, [illegible] *ecdochen* [illegible] *liberationem*, [illegible] quia de re *1. Sam.* [illegible] 5. [illegible] *Hebraismum* [illegible] *n addetis ad videndum* [illegible] u deinceps [illegible] *bitis*. *Vat.* in Annot. a[illegible] h. l. p. 152. Jun. i[illegible] loc. pag. 81. *Glass.* [illegible] b. 5. Philol. sacr. tract. [illegible] cap. [illegible] p. [illegible].

II. Mos[illegible] *ntradic*[illegible] evidenter hic [illegible], quòd *I*[illegible] *Æ*[illegible]*ptios non amplius sunt v*[illegible] tamen *postea eos viderint* [illegible] *maris* [illegible] vers.

R. Israelitæ non viderunt Æ[illegible]ptios, videlicet *vivos* [illegible] *maros*, & *hoste*[illegible] *ut* [illegible], ut ntea; sed *m*[illegible] *mbr*[illegible]. *Rung*. C[illegible] an. 14. Exod. p. 49. W[illegible] r in Harmo[illegible] S[illegible].

III. [illegible] , [illegible] *mando* [illegible] *re-furre turo* [illegible] allat[illegible] nam [illegible] *achlat* [illegible] *ios* – quos [illegible]

[illegible] in [illegible] *re*-[illegible] *nem* [illegible] *re* [illegible] *par*[illegible] W[illegible].

Vers. 16. [illegible] *ma-num tuam* [illegible] *de*[illegible] *ingredi-entur* [illegible] *per ari-dum.*

Ob[illegible] *ecdochen* nam *fissio maris* [illegible] a[illegible] v. [illegible]. [illegible] *Mosi ejusq; baculo* [illegible] *tu*[illegible] *etenim* quia Deus ip[illegible] administrabat [illegible] *n*ernum illud organon, per quod magnificè operatur. (2.) *Enal*[illegible] conjun[illegible]onis copulat [illegible] [illegible]lis: *Et in*[illegible]*edientur*, pro, *ut in*[illegible]*ediantur*. 3.) *Pleonasmum*: in *medium maris*, i[illegible] *mare* [illegible] bi το *medium* abun[illegible]r. *Vatabl.* in [illegible] ad h. l. p. 1[illegible]. *Jun.* in Not. [illegible] cu[illegible] loc. p. [illegible]. Glass. l. [illegible]. Phil. sac. tract. [illegible] can. 22. [illegible] 4. [illegible] 94.

Vers. 17. *Et ego* [illegible] *c*[illegible] *bdar co Æ*[illegible]*ptiorum*, [illegible] *re*[illegible] *po*[illegible] *[illegible]ficabor in Pha-rore*, [illegible] *omni potentia ejus*, [illegible], *& i*[illegible] *equitatu ejus.*

I. Recurrit [illegible] I[illegible] Ezec[illegible] *go ecce ego*; ubi eadem dictio E[illegible]O [illegible]. 2.) *Enallage* tum *temporis*, pr[illegible], *obduro* pr[illegible] *futuro*, *obdurabo*; tum *numeri* singularis, *curru*, pro plurali, *curribus*, seu *curruum tota multitudine*, [illegible]s. 7. recensetur. (3. *Metonymia adj*[illegible] pro subje[illegible]cto: *potentia* enim pro *exercitu* est. *Ariam* in B[illegible] p. [illegible] in Annot. ad h. l. p. [illegible]2. G[illegible]; Phil. sac. tract. [illegible] can. 22 [illegible] p. 85.

II. Controversias huc pertinent [illegible] vide diremtas partim in Vind. *Exod.* 4. [illegible] partim in Vind. c. 7. v. 3. partim in Vind. [illegible] 4. v. 4. & 8.

Vers. 21. *Cumq; extendit et M*[illegible] *manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehementi & urente tota n*[illegible] *ver*[illegible] *in sic cum.*

Mose *Davidis* pugnare vide[illegible] *Ille* enim e[illegible]fert, *Deum vel ementer* [illegible] *ment*[illegible] *vent*[illegible] *mare vertisse in siccum*; hic ve[illegible] Psal. 78. v. 13. scribit, *Deum statuisse aquas veluti cumulum.*

R. Moses exponit *uti maris sub pedibus Israelitarum*; David autem *latera* [illegible] quæ fuerunt instar murorum, & acervi colle[illegible] mari. nam licet stetisset aqua mari, ut murus, tran[illegible] tamen non potuissent filii [illegible] nisi fundum ventus vehementer exsiccasset, limo quippe hæsissent impediti. *Walther.* in Harm. [illegible] ipt. p. 175.

Vers. 25. *Et removit rotam cu*[illegible] *um ejus*, [illegible] *duxit eam in gravitatem*, [illegible] *dixit Æ*[illegible]*ptius*, *fugiam a facie Israel, quia Dominus pugnat eis in Æ*[illegible]*ptios.*

Moses iterum adhibet 1.) *Enallagen numeri* singularis, *rotam*, pro plurali, *rotas*. 2.) *Metonymiam* tum *subjecti* pro adjuncto, *Æ*[illegible]*ptius* [illegible] pro *Æ*[illegible]*ptiis* est: tum *causæ* pro *effe*[illegible] siquidem *Israel*, pro *ejus posteris* ponitur. [illegible] præpositionis PRO: pugnat [illegible], h. e. pr[illegible]; ubi eventus prædi[illegible] Moses respondet, [illegible] 14. *Ariam.* in B[illegible] l. p. 59. *Jun.* [illegible] p. [illegible].

Vers. 26. *Reversaq; sunt aquæ*, [illegible] *operuerunt currus*, [illegible] *equites cunctis exe*[illegible]*itus Pharaonis, qui per equites in*[illegible] *erant.*

Bellarmin. [illegible] 4 de Eccles. not. [illegible] demonstraturus, *infeli*[illegible] *ce*[illegible] *eum* [illegible] *nem eorum, qui* [illegible] *iam opp*[illegible], *esse totam ve*[illegible] *a*, affert ex[illegible]

plum *Pharaonis*: primi [illegible] de *cujus misero fine*, puta [illegible] *in mari rubro* Mosesh.l. verba facit.

℞.(1.) *Infelix exitus hostium Ecclesiæ* non est *simpliciter certa veræ Ecclesiæ nota*: neque enim est *nota ipsa Ecclesiæ*; sed in du[illegible] relinquit animum, quoniam multi etiam *Ecclesiæ persecutores placidè obierunt*, ceu Trajanus, Aurelius, Antoninus Verus, Septimius Severus, &c. Est igitur argumentum a *particulare*: opponi enim possunt, & modò opposita sunt, exempla contraria. [illegible] *Infelicitas exitus vitæ æstimatur*, vel *duntaxat ex aspectu externo*, vel *ex vita antegressa*. Si *duntaxat ex aspectu externo*, negari nequit, etiam *sanctissimos Dei homines*, judició mundi, miserabilem interdum sortiri exitum: nam *Josias* strenuus Ecclesiæ defensor, *Apostoli*, *Martyres* miserabiliter perierunt. Si verò *non solum ex aspectu externo, sed etiam ex antegressa vita impietate* infelicitas æstimetur, fatemur *persecutores Ecclesiæ* justô Dei judició horribiliter ut plurimum perire, ac Deum sua judicia etiam in *hac vita* contra illos sæpius ostendere, uti in *Pharaone* hic videre est; sed ut potissima præmia; ita etiam potissimas *pœnas* differt in *alterum seculum*. 3.) Exemplum *Pharaonis* ab hac quæstione planè alienum est: ille enim nec *Papam*, nec Ecclesiam *Romanam*; sed *Deum*, *ejusq; Ecclesiam* oppugnavit, ideoque justô Dei judició miserè periit. Afferenda verò erant talia exempla, quæ ostenderent, *Papalis Ecclesiæ*, quatenus talis, oppugnatores miserè perisse. *Eckhard.* par.1. Pandect.c.8.97.not.14.p.425. Gerhard.tom. 5.LL.CC.loc.25.de Eccles.§.296.p.298.seq.

Vers.30. *Et servavit Dominus in die ipsa Israelem è manu Ægyptiorum, & vidit Israel Ægyptium mortuum juxta labium maris.*

Redit huc (1.) *Metonymia* tum *causa pro effectu*, quum *Israel* pro *ejus posteris* sumitur; tum *subjectis* pro *adjuncto*, quia *Ægyptius* pro *Ægyptiis* est. (2.) *Metaphora*: *manus* enim significat *machinationem*, & *labium* ripam seu *littus*. Ariæm.in Bibl.p.59. *Jun.* ibid.p.8t.

Vers.31. *Et vidit Israel manum illam magnam, quâ fecit Dominus in Ægyptios, & timuerunt populus Dominum, & crediderunt in Dominum, & in Mosen servum ejus.*

I. Rursum deprehenditur (1.) *Metonymia causæ* pro *effectu*: quia *Israel* est pro *Israelitis*, & *manus* pro *opere*, quod *manu* ut plurimum perficitur. (2.) *Enallage* tum *temporis* præteriti perfecti, *fecit* pro plusquam *perfecto*, *fecerat*; tum *numeri*, quia nomini collectivo singulari, *populus*, respondet verbum plurale, *timuerunt*: tum præfixi ו, quod *Dativo* exprimendo inservit, ejusque nota est: ובמשה ביהוה, *in Dominum*, & *in Mosen*, h.e. *Domino* & *Mosi*. Ariæm.& *Jun.*l.c. *Glass.*l.4. Phil.Sacr.tract.1.observ.5. not.1.p.6[illegible]1.

II. *Rhemenses* Annot.in 1.Tim.sect.9. & Annot. in 10.Rom. sect. 41. *in Ecclesiam credendum esse* affirmant, quòd *Israelitæ in Mosen credidisse ferantur*.

℞. Apud Hebræos verbum האמין, junctum præfixo ב non semper est idem, quod *credere in aliquem*, seu *omnem fiduciam in aliquem collocare*, cùm ex collatione locorum parallelorum evidentissimè pateat particulam ב interdum [illegible] poni pro ל, & denotare cum verbo suo idem, quod *credere alicui* sive *habere fidem alicujus verbis*, id quod manifestissi[illegible] [illegible] comparatione pr[illegible] [illegible] ubi quod prior [illegible] *runt* [illegible] *in servum ejus* id posteriori [illegible] crediderunt verbis e[illegible]: & quidem v.12. per ב, [illegible] per ל. igitur h.l. ponitur ב pro ל & significat ph[illegible] in Hebræo posita, credere alicui. Sicut etiam L[illegible] Interpretes ἐπίστευσαν τῷ Θεῷ καὶ Μωυσῇ, & V[illegible] Versio Latina, *crediderunt Domino & Mosi* [illegible] *ejus*, r[illegible] derunt, eamque Arias Montanus in ma[illegible] ine ad h.l. comprob[illegible]t. Postquam e[illegible] sum[illegible] Dei potentiam, Israelitæ vidissent, quam ille [illegible] Mosen in Ægypto & deserto exeruerat, Mosi [illegible] Deo loquenti, fidem adhibuerunt. Unde *Chaldæus Paraphrastes*, ratione *subjectæ materiæ* di[illegible] men addit, & dicit, Israelitas credidisse Deo, ut [illegible] *thori*, Mosi, ut *Ministro & præconi*. Nam h[illegible]c *ministerium & doctrina* Mosis intelligitur per m[illegible] nymiam *effecti*, uti apparet ex *Johan.* [illegible] v.46. *Luc.*16. v.29. *Tarnov.* Comm.in c.14. Johan.p.985. *Gerhard.* in Exeg.lo[illegible] 3.de Trin.§.100.p.1028.seq. (*Id.* tom.5.Panst.l.1. c.12.n.2.

III. *Ostorrodius* Instit.relig Christ[illegible] .15. cense[illegible] *e fide hominum in Christum*, non posse probari *æternam ejus Deitatem*, quòd Israelitæ approbentur [illegible] *credidisse in Mosen*.

℞. Locus hic non agit de *fide*, quatenus est *cordis fiducia*, quâ justificamur & salvamur; sed quatenus est *notitia & assensus*, quô fidem habemus illis, quæ Dei nomine nobis annunciantur. Neque enim *cordis sui fiduciam* ita dividebat populus (vel dividere debebat) ut *partem* ejus in *Deum* [illegible] partem in *Mosen* collocaret; siquidem in unum solum verum Deum omnis nostra fiducia debet recumbere: [illegible] d credebat Jehovæ & servo ejus Mosi, i.e. *fidem habebat* illis, quæ nomine Jehovæ Moses ipsi nunciabat; qui *Hebræâ linguâ idiotissimus* est. Quando autè Scriptura jubet *in Christum credere*, cordis fiduciam in ipsum ac *Deum* ponere jubet, *Johan.*14.v.1. *Gerhard.* tom. 1.LL. CC.loc.5.Dei Fil.§.120.seq. Feuerb.in Fasci 6.disp.1. Thes.[illegible]

IV. *Socinus* in Defens. animadv. cont. Eutr[illegible] p.p. 334.& *Autor Catech. Racov.* ad locum Matth. [illegible] 19.pro *Filii & Spiritus Sancti Deitate* facient[illegible], quod *in utriusq; æquè ac in Patris nomine Baptismus peragi debeat*; excipiunt, *in scripturâ nomine* [illegible] *esse, in aliis rebus, non minus, quam Baptismus, di*[illegible] *Deo conjungi personas*, *quæ ad essentiam ipsius* [illegible] *modo pertinent*; *ut cum populus credidisse* [illegible] *ilitur in Jehova, & in Mose servo ejus.* Q[illegible] *ero conjungitur cum Deo in credendo in illum*, *tanto magis cum eodem conjungi potest in baptizando in illum*, *quanto fides præstat Baptismo*, *& interiorem cultum magis præsefert.*

℞. Est *diversa utriusq; loci ratio.* Nam (1.) *fidem alicui adhibere*, est opus Deo & Mosi *commune*: adeò ut in eo possint conjungi; at *baptizatio* est opus *peculiare*, & in solius Dei nomine fieri debet, 1.*Corinth.*1.v.13. 2. In illa *fidei* adhibitione gradus *inæqualis* est: credidit enim populus Deo ut *Principali*; Mosi verò ut *instrumentali* [illegible]. At in Baptismo tam in nomine *Filii* [illegible] *Spiritus Sancti*, quàm in nomine *Patris* dicimur baptizari *Matth.*28.v. 19. *Franz.* in Vindic. Disp.2.thes.206. *Baldvin.* in Refutat. Catech. Arian.p.68.seq. *Gerhard.* in Exeg loc.3.de S. Trin.§.1[illegible]0.p.1028. *Thummi.* in Ἀντιθ. Theol.de S. Trin.p.45.

CAP. XV. v. 1. *Tunc cecinit Moses & filii Israel canticum hoc Domino, & dixerunt dicendo: Cantabo Domino, quia excellendo excelluit, equum & ascensorem ejus projecit in mare.*

I. Ecce (1.) *Enallagen* tum temporis futuri, *canet*, pro præterito, *cecinit*: quod præter sensum etiam particula אָז *tunc*, indicat: tum *numeri* singularis, *equum* & *ascensorem*, pro plurali, *equos* & *ascensores*, quotquot in exercitu suo duxit Pharao. (2.) *Hebraismum*: Dixerunt *dicendo*, i.e. dixerunt *ore*: & *excellendo* excelluit; h.e. *admodum* excelluit. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 153. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 81. *Glass.* l. 3 Philol. sac. tract. 1. can. 22. p. 85.

II. In V. I. etiam certam formam precandi, qualem Christianis esse existimo, inter alia hic locus comprobat, ubi Israelitæ cum Mose ad Deum orationem in χαρισικαν miserunt.

Smalc. cont. Franz. fol. 237. excipit 1. *hanc esse nominis divini celebrationem*, nequaquam autem *orationem*.

℞. Quasi verò *celebratio nominis divini* non sit *oratio*, & *invocatio* Dei, 1. Tim. 2. v. 1.?

2. Hanc tantum *semel* fuisse prolatam, non verò formulam *perpetuo* usitatam.

℞. Repetiit Maria Prophetissa illam ipsam Mosis orationem, Exod. 15. v. 20 & 21. nec dubium est, ita sæpe suo tempore fuisse istam repetitam; sicut *Psal.* 136. diversis temporibus repetitur 1. Paral. 16. v. 41. & 2. *Paral.* 5. v. 13. Esdr. 3. v. 11. *Franz.* disp. 8. Vindic. thes. 36.

Vers. 2. *Fortitudo mea & laus Dominus, & fuit mihi in salutem: iste Deus meus, & tabernaculum faciam ei; Deus patris mei, & exaltabo eum.*

Habes hic (1.) Metonymiam adjuncti occupati pro *objecto* suo occupante: *Dominus laus mea*, h.e. *Deus ille, quem laudo, seu carminis mei unicum argumentum & scopus.* (2.) *Ellipsin* tum *verbi* substantivi, *Fortitudo mea* & *laus*, scil. *est*: tum *pronominis* demonstrativi, *iste* Deus patris mei; ubi זֶה, *iste*, ex membro præcedenti repetendum. *Ariam.* in Bibl. p. 59. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 4. m. 5. p. 67.

Vers. 3. *Dominus vir belli; Dominus nomen ejus:*

Redit huc (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: Dominus, scil. *est*. (2.) Hebraismus: *vir belli*, i.e. *bellator*, seu *bellicosus admodum*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια; *Deus* enim dicitur *bellator*, tum quia summus est Imperator, bellis præsidens; tum quia Pharaonis exercitum disturbavit, & aquis suffocavit. *Ariam.* in Bibl. p. 59: *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 153. *Glass.* lib. 5. Phil. sac. tr. 1. cap. 7. p. 148.

Vers. 4. *Currus Pharaonis, & potentiam ejus dejecit in mare, & electio Ducum ejus submersi sunt in mari Suph.*

Moses utitur (1.) *Metonymia adjuncti* pro subjecto: *potentia* enim pro *exercitu* est. (2.) *Enallage* substantivi, *electio*, pro adjectivo, *electi*, Duces nimirum. *Ariam.* in Bibl. p. 59.

Vers. 5. *Abyssi operient eos, descenderunt in profunda, tanquam lapis.*

Est hoc loco (1.) *Enallage temporis* futuri, *operient*, pro præterito, *operuerunt*. (2.) *Metaphora*, à *descensu lapidis*, ob sui gravitatem, petita. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 153. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 82. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 49. m. 1. p. 385.

Vers. 6. *Dexterâ tua, Domine, magnificus es in fortitudine. Dexterâ tuâ, Domine, percuties inimicum.*

Vide-sis (1.) *Anaphoram* nam eadem vox, *dexterâ* iteratur in principiis sententiarum ambarum. (2.) *Enallaxin*: passivum enim נֶאְדָּרִי *magnificus es*, cum jod paragogico *neutraliter* significat, & *nudam qualitatis existentiam* indicat. Neque enim *passio* seu *effectus* ab alio efficiente dici potest *Deo* illatus. Quanquam aliqui velint, נֶאְדָּרִי, positum esse pro נֶאְדָּרֶת, *magnifica est*, scil. יְמִינְךָ, *dextra tua*, ut sit per *Apocopen* literæ ת, Chaldæis familiarem. (3.) *Hebraismum*: Dextrâ tuâ *magnificus* &c. h.e. *polles viribus mirabilibus*, seu *admodum insignis es robore ac potentia*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 254. Glass. lib. 3. Phil. sac tract. 3. can. 24. m. 2. p. 307. & tract. 4. can. 1. p. 406. lib. 5. tract. 1. cap. 7. p. 112.

Vers. 7. *Et in multitudine celsitudinis tuæ destrues insurgentes tuos, mittes iram tuam, devorabit eos, sicut stipulam.*

In versu hoc reperitur (1.) *Enallage* participii, *insurgentes*, pro nomine, *insurrectores*, ut ita dicam; i.e. *qui insurgunt contra te*. (2.) *Ellipsis* tum pronominis, *quæ* devorabit; tum nominis, *sicut ignis stipulam*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: *devorabit*, i.e. *penitus perdet*. Ariam. in Bibl. p. 59. *Jun.* ibid. p. 82. *Glass.* lib. 5. Phil. Sac. tract. 1. cap. 7. p. 134. & 307.

Vers. 8. *Et in Spiritu nasi tui coacervatæ sunt aquæ, steterunt sicuti acervus fluenta, coagulatæ sunt abyssi in corde maris.*

Usurpatur hoc loco (1.) Ἀνθρωποπάθεια: *nam Spiritus nasi* divinitram *Dei* notat, Metaphorâ ab *hominibus* deductâ, qui in vehementi iræ commotione fortiùs Spiritum ducere solent. (2.) Metaphora: *cor* enim de *mari* dictum, *interiorem ejus partem* notat, quia *cor* animalis *interius* in corpore est. *Glass.* lib. 5. Phil. Sac. tract. 1. cap. 7. p. 119. & cap. 11. p. 312.

Vers. 9. *Dixit inimicus: Persequar, comprehendam, dividam spolium, implebitur eis anima mea, evacuabo gladium meum, depauperabit eos manus mea.*

Redit huc (1.) *Enallage numeri* singularis, *spolium*, pro plurali, *spolia*, idque indicat plurale, *eis*. (2.) *Metonymia causæ* pro effectu: *anima* enim pro *desiderio* sumitur, ut quod *animæ* operatio est. *Ariam.* in Bibl. p. 59. *Vatabl.* in Not. ad h. l. p. 154. *Glass.* li. 5. Phil. sac. tract. 1. cap. 1. m. 1. p. 8.

Vers. 10. *Flavit spiritus tuus & operuit eos mare; &c.*

Goslavius in Refut. argum. Keckerm. par. 1. cap. 4. ad locum *Gen.* 1. v. 2. (*Spiritus Domini incubabat aquis*) Excipit, nomine *Spiritus* ibidem & hic intelligi *ventum*, non quidem *aërem commotum*, sed *excellentius* quid aere commoto: *nam ille*, addit, *cujus vi aquæ congregatæ fuerant, Israelitis mare transeuntibus, absque dubio excellentius quid fuit aere commoto, ut non mirum etiam sit, hunc ventum h. l. Spiritum Dei appellari.*

℞. Adversarius (1.) fallit *Gen.* 1. v. 2. nomine *Spiritus Dei* intelligi *ventum*, quippe qui tùm nondum erat, cùm *Spiritus Domini* incubabat aquis. (2.) Petit principium: quâ enim ratione demonstrabit, *ventum illum*, cujus hoc v. 10. fit mentio, non suas naturales habuisse causas, effectum hunc ad nutum & mandatum Dei *extraordinarie* producentes? (3.) Committit crimen falsi, asserens, *ventum illum*, cujus vi aquæ, Exod. 15. v. 10. congregatæ sunt, *Spiritum Dei* appellari. Adscribitur quidem ventus ille vehementissimus, qui mare exiccâsse dicitur,

Exod.

*Exod.*14.v.21. *Deo. Exod.*15.v.10. ſed non per additam vocem אלהים ſed per pronomen *poſſeſſivum* ך *tuus*; Aliud autem eſt, *attribuere creaturam Deo per pronomen poſſeſſivum*; & aliud, *denominare creaturam nomine Dei, ad nobilitatem & magnitudinem ejus denotandam*: Dictô enim modô ſi denominatur creatura, tum vox Dei ſumitur *figuratè*, nobilitatem & magnitudinem ejus, quod denominatur, Significans; ſi verò Deo aliquid adſcribitur per *pronomen poſſeſſivum* ך tum affixum hoc ſuam ſignificationem *propriam* retinet. *Thumm.* in Ἀποδ. Theol. de Spir. San. perſonal. p.72 73.74.

Verſ.11. *Quis ſicut tu in Diis Domine, quis ſicut tu magnificus in ſanctitate, terribilis laudib9, faciens mirabile?*

Iterum habes (1.) *Anaphoram*: oam ab initio ſententiæ iteratur, *Quis ſicut tu*. (2.) *Metonymiam adjuncti* pro ſubjecto: *idola* enim Gentium dicuntur *DII, ex hominum opinione*, non *ipſare*. (3.) *Enallagen numeri* ſingularis, *mirabile*, pro plurali, *mirabilia*. Ariæm. in Bibl. p.60. *Glaſſ.* lib.5. Phil. Sac. tract. 1. cap.10. p.216.

Verſ.12. *Extendiſti dexteram tuam deglutiet eos terra.*

Recurrit modò (1.) Ἀνθρωποπάθεια: *Dextera* enim *Deo* tributa, notat *divinam potentiam*, quam exeruit in *ira & vindicta* ſua adverſus boſtes; atque hinc phraſis, *dexteram extendere*, ſignificat, *pœnas demittere*. (2.) *Enallage temporis*, futuri, *deluitur*, pro præterito, *deluitvit*. (3.) *Metaphora*: nam *alveum maris*, quo deſcenderunt ſubmerſi Ægyptii, Moſes *faucibus terræ* comparat; ut Jon.2.v.6. *Ariam.* in Bibl. p.60. *Jun.* in Not. ad h.l. p.82. *Glaſſ.* lib.5 Phil. ſac. tract.1. cap.7. p.112.

Verſ. 13. *Deduxiſti in miſericordia tua populum hunc, redemiſti, portâſti, in fortitudine tua ad habitaculum Sanctitatis tuæ.*

I. Rurſum videas nunc (1.) *Enallagen temporis præteriti, deduxiſti & portâſti*, pro futuro, *deduces & portabis*. (2.) Ellipſin prononiinis relativi: *Quem* redemiſti. (3.) *Periphraſin terra promiſſæ*, per *habitaculum Sanctitatis divinæ* iodicatæ. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. pag. 154. Jun. in Not. ad eund. loc. pag.82.

Socinus par.2. de Chriſt. Servat p.70.& 71. Autor Catechiſmi Racovienſis p.236.& alii ex cœtu Photinianorum, diſputant, è verbo *redimendi* Chriſto attributô, non poſſe effici *ſatisfactionem*, hanc, *quâ Chriſtus pretium redemtionis pro peccatis noſtris Deo ſolverit, nosque hac ratione ab æterna damnatione liberaverit*, quia de *ipſo Deo* hîc ſcribatur, *eum redemiſſe populum ſuum ex Ægypto*, i.e. *liberâſſe nullô ſolutô preciô*; ac proinde vocem *redemptionis* ſimpliciter notare *liberationem*, quamvis veri precii vera ſolutio aliqua non interveniat.

℞. Cum *Chriſtus nos ex poteſtate Satanæ redemiſſe* dicitur, longè aliud eſt, quam cum *Deus populum ſuum è manu hoſtium terrenorum redemit*. Nam (1.) populus Dei *non tradiderat ſe hoſtibus ſuis*, ſed contra volontatem ſuam ab illis premebatur, idcirco non opus erat λύτρῳ ad redemtionem ejus, ſed *ſimplex liberatio*, absque λύτρῳ, ſufficiebat. Homines verò per peccatum, & Satanam, *ut ad voluntatem ejus viverent*, perſuaſi erant, quâ ratione Dominum reliquerant, cujus juſtitiam læſerant, ſicut de nonnullis ſcriptum extat, quòd *venditi ſint ſub peccato*, 1. *Reg.*21.v.20.52. Eſa.50.v.1.c.52.v.3. Ut ergo ex hac ſervitute ad priſtinam libertatem reducerentur, λύτρῳ utique opus erat, quod Scriptura exprimit, cùm ait, nos *magnô preciô per Sanguinem Chriſti, & mortem ejus intercedentem, redemtos eſſe*. Ergo verbum *redimendi* in ejusmodi dicto pro *ſimplici liberatione* accipi nequit. Si enim nullum pretium intervenit, cur *preciô magnô*, & per *Chriſti ſanguinem* redemti dicimur? (2.) *corporalis* redemptio è tribulationibus (de qua adductum teſtimonium) absque interveniente λύτρῳ per Dei *potentiam* fieri potuit, ſicut & Iſraelitis facta eſt; *Spiritualis* verò ſine precio fieri non potuit. Si enim Deus absque λύτρῳ peccatorem redimeret & juſtificaret, tum periclitaretur *naturæ Sanctitas*, quia non odiſſet peccatorem; & *juſtitia*, quia dimitteret reos; & *veritas*, quia pœnam, quam minatur, non infligeret; & *legis authoritas*, quia nulla foret ejus maledictio. (3.) Redemtio Dei, Iſraelitis in eductione ex Ægypto facta, fuit extrajudicialis, unde *abſoluta* eſſe potuit: hominis autem peccatoris redemtio, per Chriſtum facta, eſt *judicialis*, quia homo erat reus, accuſabatur à Diabolo, Deus ſedebat ad judicandum, & aderat legis ſententia, *morte morieris*; Ideoque neceſſarium erat, ut ad faciendam redemtionem *ſufficiens precium* interveniret. *Balduin.* in Refut. Catech. Ari an. p.426. ſeq. *Meiſner.* dec.3. Anthrop. diſp.5 q.1. n.23. *Thumm.* in Explicat. term. de Juſtificat. pag. 225. ſeqq.

Verſ.16. *Cadat ſuper eos terror & pavor in magno brachii tui, tacebunt ſicut lapis, donec tranſiret populus tuus, donec tranſiret populus iſte, poſſediſti.*

Habetur hîc (1.) *Hypallage*, cum ordo ſit inverſus: oam pro בִּזְרוֹעֲךָ הַגָּדוֹל per *brachium tuum magnum eſt*, בִּגְדֹל זְרוֹעֲךָ *in magno brachii tui*. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: *brachium* enim *Deo* tributum, notat: *potentiam ejus*, quia io *hominibus* per *brachia* potiſſimùm *corporis robur* in pugna exeritur. (3.) *Ellipſis* pronominis relativi אֲשֶׁר, *Quem* poſſediſti. *Ariam.* in Bibl. p.60. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.54. *Glaſſ.* lib. 5. Phil. ſac. tract.1. c.7. p.109.

Verſ.17. *Introduces eos, & plantabis eos in monte hæreditatis tuæ, baſi, ad ſedendum te, operatus es Domine, Sanctuarium, Domine firmaverunt manus tuæ.*

Recurrit modò (1.) *Ellipſis* tum præpoſitionis, IN, ex membro præcedenti repetendæ, *in baſi*, tum proooiminis אֲשֶׁר, Baſi, *quam* ad ſedendum &c. item, *Quod* firmaverunt. (2.) *Enallage* temporis præteriti, firmaverunt, pro futuro, firmabunt. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: nam *Deo* tribuuntur manus, & notatur *ejus omnipotentia*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.154.

Verſ.19. *Quia ingreſſus eſt equus Pharaonis in curru ſuo, & in equitibus ſuis in mare, & reduxit fecit Dominus ſuper eos aquas maris. & filii Iſrael ambulaverunt per ſiccum in medio maris.*

Iterum reperias (1.) *Enallagen numeri* ſingularis, *ingreſſus eſt equus in curru ſuo*, pro plurali, *ingreſſi ſunt equi in curribus ſuis*. (2.) *Pleonaſmum*: in *medio maris*, h.e. in *mari*. Ariæm. in Bibl. p.60.

Verſ.21. *Et reſpondit eis Miriam: cantate Domino, quoniam excellendo excelluit, equum & adſcenſorem ejus projecit in mare.*

Philologica huc pertinentia, vide propoſita in Vindic. Exod.15.v.1.

Verſ.23. *Et venerunt ad Marah, & non potuerunt bibere aquas de Marah, quia amara ipſa; idcirco vocabis nomen ejus Marah.*

In

Intextu hoc invenitur (1.) *Hebraismus*: nam pronomen demonstrativum הם, *ipsa*, nomini מרים *amaræ*, subjectum, loco verbi substantivi ERANT; ponitur. (2.) *Enallage* verbi activi pro passivo, *vocavit*, scil. *quisq́, vel is, qui illi nomen indidit*. i.e *vocatum fuit*. (3.) *Ellipsis* nominis: *EJUS* subaudi, *loci* Ariæm. in Bibl. p. 60. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 155. Jun. in Not. ad eund. l. p. 82.

Vers. 25. *Et clamavit ad Dominum, & docuit eum Dominus lignum, & projecit in aquas, & dulcuerunt aquæ ibi posuit ei statutum, & judicium & ibi tentavit eum.*

I. Vide-sis (1.). *Ellipsin* nominis partim ex v. 24. repetendi, & *clamavit* scil. *Moses*; partim ex membro præcedente iterandi, ibi posuit, subint. Dominus. (2.) *Synecdochen* tum *speciei* pro *genere*, puta *docere* pro *ostendere*; tum *generis* pro *specie*, quia per *lignum* illud notatur *lignum amarum*, quo amaræ aquæ dulcuerint, ut ita miraculum in altero miraculo fuerit, juxta *Rabinos* (3.) *Enallagen numeri* singularis, *statutum & judicium*, pro plurali, *statuta & judicia*. Vatabl. & Jun. ibid. *Glass.* l. 4. Philol. Sac. tr. 2. observ. 22. p. 743.

II. *Petrus* Cluniacensis, Abbas Epist. 2. Contra *Petrum de Bruis* locum hunc ad *lignum crucis ejusq́, mirandam efficaciam*, atque adeo ad *religiosam adorationem* accommodat; illudque lignum *ligneam Christi crucem* præfigurâsse autumnat. *Histor. Magdeb.* Cent. 12. c. 5. p. 841.

℞. Accommodatio hæc non habet fundamentum in *Scriptura*; ideoque eadem facilitate rejicitur, quâ profertur. Vera autem applicatio fit ad *lignum vitæ* JESUM CHRISTUM. Quando enim *spirituali* siti affligimur, h.e. tentatione de Dei gratia, & accedant ærumnæ hujus vitæ & morbi, quorum sensus est acerbissimus; tum quærenda est medicina, quæ amaritudinem crucis mitigat, & aquas tribulationis nobis dulces efficiat. Est autem amaritudo in cruce maxima ex sensu peccati & iræ Dei; & metu imminentis exitii æterni: Hæc omnia tollit Christus passione, & morte sua, & dato Spiritu S. afflictos sensu gratiæ Dei, & vivifica consolatione erigit. *Rung.* Comment. in cap. 15. Exod. pag. 558.

Vers. 26. *Et dixit si audiendo audieris vocem Domini Dei tui, & rectum in oculis ejus feceris, & auscultaveris præceptis ejus, & custodieris omnia statuta ejus; omnem infirmitatem, quam posui in Ægypto, non ponam super te; quia ego Dominus medicus tuus.*

Usurpatur hoc loco (1.) Hebraismus: *Audiendo audieris*. h.e. *sedulo* audieris. (2.) *Metaphora*, ab *auditu* ad *intellectum* transumta: *audire* enim est *obedire*. (3.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Quia ego*, scil. sum. (4.) ἀνθρωποπάθεια: nam *Deus* dicitur *medicus*; quia ex omnibus periculis ac malis, tam animarum, quàm corporum, (quæ *morbis & morti* comparantur sæpius) homines sibi confisos liberat, *Psal.* 147. v. 3. &c. *Ariæm.* in Bibl. p. 60. *Jun.* ibid. p. 82. *Glass.* lib. 5. Phil. Sac. tract. 1. c. 7. p. 149.

CAP. XVI. Vers. 3. *Et dixerunt ad eos filii Israel: Quis dabit mortuos esse nos per manum Domini in terra Ægypti in sedendo nos juxta ollam carnis, in edendo nos panem ad saturitatem, quia eduxistis nos in desertum hoc ad interimendum omnem, &c.*

In textu hoc occurrit (1.) Hebraismus; *Quis dabit mortuos esse nos?* i. e. *quis concederet mortuos esse nos?* Lat. Interpr. *Utinam mortui essemus.* (2.) ἀνθρωποπάθεια: nam per *manum Domini* notatur *plaga*, quâ Ægyptii à Domino cæsi sunt. (3.) *Enallage numeri* singularis, *ollam carnis*, pro plurali *ollas carnium*. Ariæm. in Bibl. p. 60. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 855. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 82.

Vers. 4. *Et dixit Dominus ad Mosen: Ecce ego pluens vobis panem de cælis, & egredietur populus, & colligent verbum diei in die suo, ut tentem eum, utrum ibit in lege mea; an non.*

Vide-sis (1.) *Enallagen* tum *temporis* præsentis; *pluens*, pro futuro. *pluam* q. d. *paratus sum depluere*; tum *numeri* pluralis, *colligent*, pro singulari. *colliget*. (2.) *Hebraismum*, quo τὸ *verbum* notat *ipsam rem*: verbum diei, h.e. *rem* seu *demensum diei*. Ariæm. in Bibl. p. 60. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 155. Jun. ibid. p. 83.

Vers. 5. *Et erit in die sexta, & parabunt; quod afferent, & erit duplum, super quod colligent die, die.*

Moses utitur (1.) *Enallage modi* indicativi; *parabunt & colligent*, pro imperativo; *paranto & colligunto*. (2.) *Epizeuxi*: substantivum enim יום *die*, repetit, ad *continuationem designandam*; ut *die die* sit *singulis diebus*, h.e. *quotidie*. Jun. in Not. ad h. l. p. 183.

Vers. 7. *Et mane & videbitis gloriam Domini in audiendo eum murmurationes vestras contra Dominum, & nos quid, quod murmuraretis contra nos?*

Nota hoc loco (1.) *Ellipsin* verbi: *Et manè* scil. *appetet*; & *nos quid*, subaudi, *sumus*: (2.) Præpositionem ב IN, infinitivo בשמעו *audiendo eum*; præfixam, notare Cum; *cum audierit*. (3) Antecedens poni pro relativo: contra *Dominum* pro contra *se*. Ariæm. in Bibl. p. 60. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 156. *Glass.* lib. 3. Philol. Sac. tract. 2. can. 13. p. 200.

Vers. 8. *Et dixit Moses: In dando Dominum vobis in vespera carnem ad edendum; & panem in matutino ad saturandum, in audiendo Dominum murmurationes vestras; quibus vos murmurantes contra eum. Et nos quid? Non contra nos murmurationes vestræ, quia contra Dominum.*

Observa hic (1.) antecedens iterum poni pro relativo: In audiendo *Dominum*, h.e. eò quòd, ipse audivit. (2.) Participium, *murmurantes*, adhiberi loco verbi, *murmuratis*. (3.) Adverbium *negativum* pro *comparativa* particula poni & conjunctionem causalem, *Quia*, pro adversativa, SED: *Non contra nos murmurationes vestræ, quia contra Dominum*, i.e: *Potius contra Dominum, quàm contra nos*; vel *non tam contra nos, quam contra Dominum* est murmur vestrum. (4.) *Ellipsin* verbi substantivi. *Et nos quid*, scil. *sumus?* & *contra Dominum*, subint. *sunt*. Ariæm. in Bibl. p. 60. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 156. *Glass.* lib. 3. Philol. Sac. tract. 2. can. 13. p. 197. & tract. 5. can. 22. p. 487.

Vers. 13. *Et fuit in vespera, & ascendit coturnix & operuit castrametationem, & in diluculo fuit stratum roris circum castrametationem.*

Enallage est tum *numeri* singularis, *Ascendit coturnix & operuit*, pro plurali, *ascenderunt coturnices & operuerunt*; tum abstracti, *castrametationem*, pro concreto, *castra*; tum *substantivi* pro adjectivo, *stra-*

stratum rei, i.e. *stratus res*. Ariam. in Bibl. p. 61. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 83.

Vers. 15 *Et viderunt filii Israël, & dixerunt vir ad fratrem suum: Man hoc ; quia non sciebant, quid illud. Et dixit Moses ad eos: Hic panis, quem dedit Dominus vobis ad vescendum.*

I. Ecce (1.) Hebraismum: *Et dixerunt vir ad fratrem suum*, i.e. *alter alteri dixit*. (2.) *Synecdochen generis* pro specie: nam *cibum* à Deo præparatum, Israëlitæ generali nomine vocant מָן, à מָנָה, *præparare*, quia ejus *speciem* ignorabant, *Sap.* 16. v. 20. (3.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Man*, scil. *est*; *Quid illud*, subint. *esset*; &, *Hic*, nim. *est*. (4.) *Enallagen temporis* præteriti, *dedit*, pro præsenti, *dat*. Ariam. in Bibl. p. 61. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 156. *Jun.* in Not ad eund. loc. p. 83.

II. *Bellarminus* l. 4. de Sacram. Eucharist. c. 24. autumat, *Sacramentum Eucharistiæ sub una tantùm specie licitè accipi posse*, cùm *illius figura*, nempe *Manna, manducationem sub una duntaxat specie significet ; figuratum autem figuræ debere respondere.*

℞. (1.) Nulla hinc legitima est consequentia: quia non est necesse, typos *ad amussim* respondere rebus significatis. Sic *serpens in deserto elatus* fuit figura *Christi crucifixi*, Joh. 3. v. 14. & tamen ex serpente nullus fluxit sanguis, qui tamen multus fluxit à Christi corpore, *Joh.* 19. v. 24. (2.) Si figuratum figuræ debet respondere, ergo sicut tam *Sacerdotibus* quàm Laicis dabatur absque potu, ita utriusque *solo pane Eucharistico* vescendum erit. (3) Paulo 1. *Corinth.* 10. v. 3. *Manna* non est *Eucharistiæ* figura, sed *duntaxat alterius partis*: nam alteri parti componitur *aqua*, fluens ex petra; eæque partes à suis discernuntur characteribus, *cibi* & *potus*. (4) Non illa tantùm figura attendi debet, quæ in *sola specie manducabili* consistere videbatur; sed etiam, quæ *cibum & potum* continebat. cujusmodi fuit *convivium Melchisedeci*, Gen 14. v. 18. quod Patres Eucharistiæ typum passim constituunt. *Eckhard.* par. 2. Pand. c. 31. q. 8. obj. 3. pag. 599. & q. 9. obj. 4. p. 606. seq. *Cham.* tom. 4. Panstr. l. 9. c. 7. n. 8. & 9. c. 9. n. 21. & 22.

Vers. 16. *Hoc verbum, quod præcepit Dominus: colligite ex eo vir ad os edere sui Homer, in cranium numeri animarum vestrarum, vir iis, qui in tabernaculo suo, accipietis.*

Redit huc (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Hoc*, scil. *est*; &, *qui*, subaudi, *sunt*. (2.) *Enallage* tum *temporis* præteriti, *præcepit*, pro præsenti, *præcipit*; tum *modi*, quia futurum indicativi, *accipietis*, est pro imperativo, *accipite*. (3.) *Pleonasmus*, siquidem particula hæc, פִּי, *os*, expletiva est cum servili ל, ut לְפִי, sit, *secundùm*. (4.) *Synecdoche partis* pro toto: *cranium* enim pro *capite*, & *anima* pro *personis* sunt. *Ariam.* in Bibl. p. 61. *Vatabl* in Annot. ad h. l. p. 157. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 83. *Glass.* lib. 3. Phil. sacr. tract. 1. can 38. p. 146.

Vers. 18. *Et mensi sunt in Homer, & non abundare fecit multiplicans, & diminuens non minoravit; vir ad os edere sui collegerant.*

I. Attende hic copulativam ו, ET, significare, *Postea*: Et mensi sunt, pro, *postea* mensi sunt. (2.) Voculam פִּי, *os*, esse itidem expletivam: *Ad os edere sui*, i.e. *secundùm edere suum*, seu *quantum comedere poterant*. Vatabl. & *Glass.* ll. cc.

II. *Anabaptistæ* contendunt, *communionem bonorum in Ecclesia necessariam esse, quia Deus unicuique Israëlitarum suum Gomor Mannæ æqualiter concesserit*, adeò ut *qui plus collegissent, non plura habuerint cæteris*, neque qui *minus collegissent, minus habuerint*; *quam rem*, ajunt, *typum fuisse futuræ in N. T. omnium bonorum communionis.*

℞. (1.) Typus ille de Manna *principaliter* non respicit *communionem bonorum*, sed principaliter *Christum* designavit, Christo ipso hunc typum sic interpretante, *Johann.* 6. v. 32. 33. 49. 50. 51. (2.) Concessit quidem unicuique Israëlitarum Dominus suum Gomor æqualitate *Arithmeticâ*, quia dabatur absque hominum industria; sed inde non sequitur, quòd etiam nunc servari debeat æqualitas *Arithmetica* inter Christianos: magna enim est laborum & ordinum inæqualitas. Alia est conditio *principis*, alia *privati* hominis; & difficilior est labor *gubernationis*, quàm *agriculturæ*. Ita ergo distribuit Deus unicuique suum Gomor, id est, mensuram bonorum & victus, proportione *Geometricâ*, secundum quam nimirum ipsa societas humani generis sapientissimè est distributa. *Riv.* Comm. in c. 16. Exod. p. 584. *Osiand.* in Enchir. Controv. Anabaptist. c. 7. q. 2. argum. 21. p. 163. seq.

III. *Pazmannus* in Hodeg. pro *communione Laicorum sub una specie in S. Cœna*, disputat, *ipsos sub una specie tantum accipere, quantum sub utraque, neque ullum pati defectum, sub una specie Eucharistiam sumentes: Quemadmodum enim*, inquit, *de Manna legimus: Nec qui plus colligebat, habuit amplius ; nec qui minus paraverat, defectum passus est: ita nec hic sub utraque specie sumit homo plus, neq; sub una specie accipit minus.*

℞. (1.) Quid in Cœna Domini accipiamus, non ex *ratiunculis* aut *similitudinibus nostris*, sed ex *institutione* Christi sumendum est, quæ nullo rationis umbraculo obscurari potest. *Indignus enim est Domino*, inquit Ambrosius in 1. Corinth. 11. *qui aliter celebrat hoc mysterium, quam ab eo traditum est: non enim potest devotus esse, qui aliter sumit, quam datum est ab autore.* (2.) *Manna* in Scripturis non dicitur fuisse typus *Eucharistiæ*, sed potiùs *beneficiorum Christi*, quæ etiam *extra Eucharistiam* esse possunt, *Joh.* 6. v. 33. & 1. *Cor.* 10. v. 3. (3.) Sed demus, Mannam fuisse typum *Eucharistiæ*, non tamen necesse est, typum & antitypum in *omnibus* convenire, aliàs sequeretur, *panem Eucharisticum per impluvium esse expectandum, corpus Christi à sole liquefieri*, &c. hæc enim accidebant *Mannæ*. Itaque *comparatio* illa nullius est usûs, utpote *allegorica*. (4.) Manna nusquam dicitur satis fuisse cum ad *esum*, tum ad *potum*, sed Mannam Judæi comederunt locô *panis*, *potum* verò simul aliunde adjunxerunt. Unde Christus mannam objicientibus, *Joh* 6. v. 5. *Unicuique* meminit. Est autem *Sacramenti ratio*, ut ostendatur *perfecta* animæ nutritio in Christo; ideoq non deficientis potus. Quarè necesse est, non tantùm *panem*, sed etiam *vinum* adhiberi. *Balduin.* in Phosph. l. 11. c. 9. p. 1036. & in Disp. de Commun. sub utraque Cœnæ specie, p. 163. 164. seq. *Cham.* d. l. c. 7. § 8. seq.

Vers. 19. *Et dixit Moses ad eos: Vir non reliquum faciat usq; mane.*

In textu hoc occurrit 1.) *Synecdoche* speciei pro genere: *vir* enim pro *homine* est. 2.) *Hebraismus*: nam verbum יתר, *reliquum faciat*, non notat *directam efficientiam*, sed *concessionem*. *Sinat superesse*, seu *concedat*, ut supersit. *Jun.* in Bibl. p. 83. *Glass.* lib. 3. Phil. sac. tract. 3. can. 28. m. 1. p. 322.

Vers. 21. *Et collegerunt illud in mane in mane, vir juxta os edere sui, & incaluit sol & liquefactum est.*

Vide-

Vid. (1.) Hebraismum: *In manè in manè*, h. e. *singulis manè*: ubi alterum *repetitum substantivum* loco *adjectivi distributivi* est, quo Hebræi carent. (2.) *Pleonasmum* particula namq; כְּ, *os*, expletiva est cum servili פּוּת. כְּ, *sit, juxta.* (3.) Metonymiam: *Incaluit*, hoc est *calefecit*; non enim *incalescit*, sed *calefacit* sol. *Ariam.* in Bibl. p. 61. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 82. *Glass.* lib. 3. Phil. sacr. tract. 1. can. 38. p. 146.

Vers. 23. *Et dixit ad eos: Hoc, quod locutus est Dominus: Requies Sabbati sanctitatis Domino eras: quod coquetis, coquite, & quod elixabitis, elixate & omne super abundans reponite vobis in custodiam usq; manè:*

In versu hoc habetur (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Hoc*, scil. *est.* (2.) *Metonymia*: nam שַׁבָּתוֹן, *Sabbatulum* vertunt, Vatablus *cessatiunculam*. Verùm *diminutivis* hic nulla ratio comparet, cùm formæ illud sit, זִכָּרוֹן, *memoria.* (3.) *Hebraismus*: Quod *coquetis & elixabitis*, h. e. quod *coquere & elixare vultis*; ubi verba *coquendi & elixandi de voluntate agendi* intelligenda sunt. *Ariam.* in Bibl. p. 61. *Glass.* lib. 3. Phil. sacr. tract. 3. can. .. p. 248. & lib. 5. tract. 1. p. 478.

Vers. 29. *Videte, quòd Dominus dedit vobis Sabbatum, ideirco ipse dans vobis in die sexto panem dierum duorum: manete unusquisq; sub se, ne egrediatur quisquam è loco suo in die septimo.*

I. Est hic (1.) Metaphora: *videre* enim denotat *considerare.* (2.) *Ellipsis* verbi substantivi, *Dans*, subaudi *est*, h. e. *dat.* (3.) *Synecdoche speciei* pro genere: nam *panis* est pro *cibo.* (4.) *Metonymia subjecti*, pro *adjuncto*: *sub se*, i. e. *in tabernaculo suo*; ubi *possessor* pro *re possessa* ponitur, unde mox dicitur, מִמְּקֹמוֹ, *in loco suo.* Ariam. in Bibl. p. 61 *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 157. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 83.

II. Moses sibi contradicere videtur: hîc enim cavet, ne *quis die Sabbatis è domo suo exeat*; at *Levit.* 23. v. 3. mandat, ut *exeant eo die.*

R. Nulla est ἀντίφασις. Hîc enim mandatur Israelitis, ne exeant ad *Man colligendum*, aut *aliud opus faciendum*; illic verò jubentur exire ad *convocationem sanctam.* Jun. l. c.

III. Sunt ex antiquis & recentioribus Theologis, qui *Sabbati cultum ante legem, Mosi divinitus datum, viguisse inficiantur*; quòd *tùm primùm is à Deo preceptus fuerit, cùm Mannam primùm Israëlita acceperant in deserto.*

R. Sabbati sanctificatio hîc ponitur & exigitur, non ut *res nova*, sed *qua jam olim instituta sit*, Gen. 2. v. 3. & quidem proponitur & exigitur, lege *nondum* promulgatâ. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Leg. c. 9. sect. 5. q. 2. p 101.

Vers. 31. *Et vocaverunt domus Israël nomen ejus Man, & illud tanquam semen coriandri album, & gustus ejus tanquam pasta cum melle.*

Gemina apparet contradictio. Nam 1. *Man* dicitur *album*, sicut *semen Coriandri*, id quod tamen *nigrum*, non *album.* 2. *Gustus Man* fertur tanquam *pasta mellita*, at *diversos habuit sapores*, Sap. 16. v. 21.

R. Ad I. *Man* assimulatur *coriandro*, non *colore*, sed *figurâ*, quòd *Man* fuerint *granula parva in morem granulorum coriandri*: nam *color* ejus erat sicut color *Margarita*, Num. 11. v. 7.

Ad II. Gustus *Man crudi* erat tanquam *pasta mellita*; at *quod coquebatur*, fiebat, ut coctione diversos sapores acquireret. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 83. *Vatal.* ibid. p 158.

Vers. 32. *Imple Gomer ex Manna, & custodiatur in futuras, &c.*

I. *Beierlinck.* in conc. select. 33. p. 360. ex *reservatione Manna* probare nititur *reservationem Eucharistiæ*, quòd *manna Eucharistia typus fuerit.*

R. (1.) Allegoricum est hoc argumentum, adeóque infirmum: nam *ex solo sensu literali duci firma argumenta*, Bellarminus l. 3. de verb. Dei, c. 3. docet. (2.) Manna, *contra Dei mandatum asservatum*, producebat vermes, *Exod.* 16. v. 20. idem in *asservato pane mystico* metuendum esse, testatur experientia. *Gerhard.* in Confess. Cathol. l. 2. spec. par. 2. art. 14. c. 3. p. 1029 arg. 5.

II. *Pistorius Apostata* in Hodeg. p. 300. censet, *reliquias Sanctorum religiosè esse asservandas*, quòd & *Judæi mannam religiosè asservârint.*

R. (1.) Judæi asservationis istius expressum habuerunt *mandatum* Dei, quo destituuntur reliquiæ Papistarum. (2.) Non reponitur manna ab Israelitis, ad *superstitiosum cultum*, sed ad *recordationem beneficii majoribus collati*: at Papistæ *elevant cineres & ossa Sanctorum ad cultum & peregrinationes*, & affingunt ejusmodi ἐθελοθρησκείαις, *peculiaria merita & indulgentias.* *Rivet.* Comm. in Exod. p. 594. *Menzer.* disp. 7. Antip. st. thes. 94. *Gisen.* de Papism. disp. 24. thes. 36. & 43.

Vers. 34. *Aaron posuit mannam in tabernaculo reservandam.*

Moses sibi non constare videtur: hîc enim narrat, *mannam fuisse asservatam statim a primo ejus casu*; cum tamen asservatio ista *demum erecto tabernaculo, extructaq; arcâ*, facta sit, Num. 17. v. 10.

R. Moses asservationem Mannæ per *prolepsin* sivè *anticipationem* hoc loco narrat: voluit nimirum ibi totam historiam de Manna συλλήβδην contexere, unde & *tempus defitionis* ejus v. 35. addit. *Glass.* l. 4. Philol. sacr. tract. 2. observ. 28. p. 753. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 158. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 83.

CAP. XVII. Vers. 1. *Et profecti sunt omnis cœtus filiorum Israel è deserto Sin, per profectiones suas super ore Domini & castrametati sunt in Kaphidim, & non aqua ad bibendum populum.*

In textu hoc reperitur (1.) *Enallage numeri*: nam verbo plurali, *profecti sunt*, respondet nomen collectivum singulare, *omnis cœtus.* (2.) *Metonymia causa* pro effectu: *os* enim, κατ' ἀνθρωποπάθειαν Deo tributum, ejus *mandatum* significat. (3.) *Ellipsis* verbi substantivi: *& non aqua*, subaudi, *erant.* Ariam. in Bibl. p. 61. *Glass.* lib. 5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 1. m. 2 p. 8.

Vers. 2. *Et jurgatus est populus cum Mose, & dixerunt; Date nobis aquas, & bibemus. Et dixit eis Moses: Quid jurgabimini mecum? quid tentabitis Dominum?*

Nota hic (1.) nomini collectivo singulari, *populus*, respondere verbum plurale, *dixerunt.* (2.) Verbô, *date*, Israelitas alloqui *Mosen*, & subintelligere *Aaronem* quoque: *Date* nim. *tu & frater tuus*, qui nos adduxistis. (3.) Conjunctionem *copulativam* poni pro causali: *Et bibemus*, pro, *ut bibamus.* (4.) Tempus futurum, *jurgabimini & tentabitis*, pro præsenti, *jurgamini & tentatis*, usurpari. *Ariam.* in Bibl. p. 61. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 258. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 84.

Vers. 3. *Et sitivit ibi populus ad aquas, & murmuravit populus contra Mosen, & dixit: Ad quid istud ascendere fecisti nos ex Ægypto, ad interficiendum me, & filios meos, & pecora mea in siti?*

Habetur hoc loco (1.) *Pleonasmus*: nam זֶה, *istud* redundat. (2.) *Enallaxis*: causalis enim UT, in voce, לְהָמִית, *ad interficiendum*, inclusa, ἔκβασιν, seu *eventum* duntaxat notat: *ut interficeres*, h. e. *ut ita consecutus inde fuerit præsentissima ex siti mortis metus.* Ariam. in Bibl. p. 61. *Glass.* l. 3. Phil. sacr. tract. 7. can. 19. p. 619.

Verſ. 5. *Et dixit Dominus ad Moſen · Tranſi coram populo, & cape tecum e ſenioribus Iſrael, & virgam tuam, quâ percuſſiſti in ea fluvium, cape in manu tua, & ibis.*

I. Vide-ſis (1.) *Ellipſin* pronominis: *cape tecum*, ſubint. *quosdam*. (2.) *Pleonaſmum*: nam, *in ea*, redundat. (3.) *Enallagen*: futurum enim indicativi, *ibis*, ponitur pro imperativo, *ito*. Ariæm. in Bibl. p. 61.

II. Deus ſibi non conſtare videtur: hic enim aſſerit, *Moſen* virgâ ſuâ percuſſiſſe fluvium, id quod tamen *Aaroni* injunxerat, *Exod.* 7. v. 19. & *Aaron* executus fuerat, v. 20.

R. Utrumque verum eſt. Nam Aaron *immediate* percuſſerat fluvium, Moſes autem *mediatè* per Aaronem, *Jun.* in Not. ad h. l. p. 54.

Verſ. 6. *Ecce ego ſtans coram te ibi ſuper petram in Choreb, & percuties in petram, & egredientur ex ea aqua, & bibet populus. Et fecit ſic Moſes in oculis ſeniorum Iſrael.*

In verſu hoc invenitur (1.) *Enallage*: præſens enim, *ſtans*, pro futuro eſt, *ſtabo*; & futurum, *percuties*, pro imperativo, *percutito*. (2.) *Pleonaſmus*: Percuties *in* petram, pro, *percuties petram*; ubi, IN, abundat. (3.) *Prolepſis*. Nam de executione divini mandati, & percuſſione rupis in Chorebo memoratur, idque per *anticipationem*: intercesſit enim prælium cum Amalekitis, qui venerunt, cùm ſe Iſraelitæ ad profectionem in Chorebum accingerent, ut ex v. 8. patet. *Ariam.* in Bibl. p. 62. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 158. *Jun.* ibid. p. 84. *Glaſſ.* l. 4. Phil. ſacr. tract. 2. obſerv. 28. p. 754.

Verſ. 7. *Et vocavit nomen loci, Maſſa & Meribah, propter jurgium filiorum Iſrael, & ſuper tentaſſe eos Dominum, dicendo: Num eſt Dominus in medio, &c.*

I. Redit huc (1.) *Ellipſis* vocis, ex v. 6. repetendæ: *Et vocavit*, ſcil. *Moſes*. (2.) *Pleonaſmus*: *In medio noſtri*, i. e. *inter nos*. Jun. in Not. ad h. l. p. 84.

II. *Oſiander* in diſp. de Omnipræſ. theſ. 11. ſtatuit, *divinam apud creaturas præſentiam per ſolam Dei ad-eſſentiam, & non per operationem, in Scripturis definiri*, velut h. l.

R. (1.) Verba Iſraëlitarum allata ne tantillum quidem probant, *Deum ſine operatione Iſraelitis affuiſſe*, ſed murmur eorum ex impatientia adverſus Deum exclamantium, deſcribitur. Quaſi dicant: *Figmenta ſunt univerſa promiſſiones Dei, quòd nobis adeſſe, & opem ferre velit*: Si illa providâ ſuâ curâ nobis adeſſet, cur inopiâ aquæ laboremus? *Gratioſâ* quidem *operatione* deſtitui ſe, Iſraelitæ quiritantur; inde tamen non ſequitur, *nullo planè modo* Deum apud ipſos occupatum fuiſſe. (2.) Verba iſta potiùs contra Oſiandrum faciunt: Nam Iſraelitæ præſentiam Dei, non pro *nuda adeſſentia*; ſed pro *præſentia auxiliatrice* habuerunt; neque enim dubitârunt de Dei *adeſſentia* (quippe ſciverunt, eum in coelo aliquo ultra mundano non contineri & concludi) ſed de Dei *auxilio*. (3.) Iſta phraſis Biblica, *eſſe Deum in medio aliquorum*, definitivâ ſuâ indole ſemper notat non *ſolam adeſſentiam*, ſed & *operationem Dei*, quâ de re videatur locus *Mich.* 3. v. 11. ſi hoc, ergo & in præſenti v. 7.

Theologi Würtembergici in Amic. Admonit. ſup. Deciſ. Theol. Saxon. p. 59. excipiunt, *ſe Deum non ſtatuere ocioſum, ſed verbis his adeſſentiam dici, operationem verò ſpecialem ab adeſſentia definitione excludi*.

R. Hæc non faciunt ad rem: Deum enim *non ocioſum* ſtatuere, nequaquam ſufficit; aſſerere autem, quòd verbis, ex Moſe adductis, *operatio ſpecialis à præſentia* (quæ incommodè hic, *adeſſentia* vocatur) *definitione excludatur*, probationem firmam ſolidamque requirit, quæ tamen hîc & alibi planè deficit. *Theologi Saxonici* in deciſ. 4. controv. p. 13. & in Apolog. illius deciſ. ſect. 3. c. 3. p. 475. ſeq. *Fevverborn*. in Κενωσιγρ. Χειρολογ. ſect. 7. c. 2. p. 19. & 21.

Verſ. 9. *Et dixit Moſes ad Jehoſuam: Elige nobis viros, & egredere, pugna in Amalec, cras ego ſto ſuper caput collis, & virga Dei in manu mea.*

Moſes utitur (1.) *Enallage* tum *modi* imperativi, *pugna*, pro infinitivo, *pugnatum*; tum *temporis* præſentis, *ſto*, pro futuro, *ſtabo*. (2.) *Metonymiâ cauſæ* pro *effectu*: nam *Amalec* pro *ejus poſteris*, Amalecitis, ponitur. (3.) *Metaphora*. *caput* enim *collis* pro *ejus cacumine* uſurpatur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 159. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 84.

Verſ. 12. *Et manus Moſis graves, & ceperunt lapidem, & poſuerunt ſubter eum, & ſedit ſuper eum, & Aaron & Chur fulcierunt in manus ejus ſtabilitas, usq; ad occumbere ſolem.*

In textu hoc offert ſeſe (1.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Graves*, ſcil. *erant*. (2.) *Pleonaſmus*: ſiquidem præpoſitio, IN, ante Vocem, *manus*, redundat. (3.) *Enallage* tum *numeri*, quia verbum ſingulare, יהי, & *fuit*, jungitur nomini plurali, ידי, *manus*, quo notatur diſtributio, *Fuerunt manus ejus*, ſeu *utraq; manus ejus fuit*: tum abſtracti, *ſtabilitas*, pro concreto, *ſtabilis* vel *ſtabiles*. Ariæm. in Bibl. p. 62. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 159. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 84. *Glaſſ.* l. 3. Philol. ſacr. tract. 3. can. 52. p. 397.

Verſ. 13. *Et fregit Jehoſchua Amalec, & populum ejus ad os gladii.*

Ecce (1.) *Enallaxin* præfixi ו, quod ſignificationem habet vocularum, ID EST: Amalec & populum ejus, pro, Amalec, *id eſt*, populum ejus. (2.) Metaphoram: *fregit* pro *perdidit*; & *os* pro *acie eſt*. *Glaſſ.* l. 5. Phil. ſacr. tract. 1. cap. 11. p. [illegible]8. ſeq.

Verſ. 14. *Et dixit Dominus ad Moſin. ſcribe hoc memoriale in libro, & pone in auribus Jehoſua; quia delendo delebo mentionem Amalec de ſub cœlis.*

Obſerva hoc loco (1.) *Prolepſin*: per *anticipationem* enim mentio fit *libri*, puta de *bellis Domini*. (2.) Hebraiſmum: *Pone in auribus Jehoſua*, i. e. *inculca ipſi Jehoſua*. (3.) *Epizeuxin*: *Delendo delebo*, h. e. *omnino* delebo. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 159. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 84.

Verſ. 15. *Et ædificavit Moſes altare, & vocavit nomen ejus, Dominus vexillum meum.*

I. Eſt hîc (1.) Ἀνθρωποπάθεια: *Dominus* enim dicitur *vexillum Moſis*, i. e. *adjutor ejus* nunc & imposterum, contra Amalecitas, & omnes alios adverſarios. (2.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi · *Dominus*, ſcil. *eſt*. Glaſſ. lib. 5. Phil. ſacr. tract. 1. cap. 7. p. 161.

II. *Enjedinus* in Explic. locor. V. & N. T. p. 25. negat, nomen יהוה eſſe ſolius *Dei proprium nomen*, cùm & *altari Moſis* hîc tribuatur.

R. Hic locus nihil pro Adverſario probat. Nam (1.) longè aliud eſt, *ſimplici nomine Jehova appellari*; & aliud, *per titulum, integrâ propoſitione conſtantem inſigniri*. Altare Moſis non *ſimplici nomine Jehova* appellatur, ſed *per titulum, integrâ propoſitione conſtantem*, inſignitur, *Jehovah eſt vexillum meum*. *Illud* DEI οὐσίαν & eſſentiam, *hoc* ejus auxilium, auxiliique recordationem ſignificat:

non

non mirum ergo, *hoc* quidem *creatura*, videlicet *memoria* ergò, attribui posse, *illud* verò non. (2.) *Jehova* vox non *directè* respicit *altare Mosis*, sed *ipsum Dominum*, cujus altare sit *symbolum* & beneficii, in Amalekitis funditus delendis, præstandi *memoriale*, uti ipse Moses tituli hujus causam in mox subsequenti v.16. exponit. Si ergo id altare est monimentum coram solio Jehovæ, utique aliud est, *altare ipsum*, aliud item, *Jehovah*, coram quo altare extructum, & in monimentum dedicatum est. (3.) Vexillum, quod a Mose appellatur *Jehovah*, est ejusmodi, in quo tutò inter maxima bellorum pericula liceat fiduciam reponere; quippe cum id sit ipse *Jehovah*, in quo bonum est confidere, *Psal.* 118. v.8. At *altare Mosis* non est *vexillum ejusmodi*, in quo tutò liceat reponere fiduciam. Ergo *altare Mosis* non est *vexillum*, quod a Mose appellatur *Jehovah*. (4.) Ille in eo aræ titulo intelligitur nomine *Jehova*, qui *perpetuum bellum contra Amalekitas erat gesturus*. (Nec enim præcedens titulus egit de alio *Jehovah*, quàm bellaturò in hostes. (At *altare Mosis* non erat gesturum bella contra Amalekitas. Ergo *altare* in eo titulo non intelligitur nomine Jehovæ. Huñ. tom.1. oper. Lat. p.96. *Jacob. Martin* l. 1. de trib. Eloh. c.20. n.195. *Gebel.* in Expl. dicti Jerem.33. v.16. p.160.161.162.

Verf. 16. *Et dixit: quia manus super solium Domini, bellum Domini in Amalec à generatione generationem.*

Advertenunc (1.) *Hypallagen*, cum inversus sit ordo: *Manus super solium Domini*, pro, *manum Domini super solium ejus*. (2.) Ἀνθρωποπάθειαν: *Manus Domini super solium ejus*, h. e. *juravit Dominus per thronum suum*, Jarchi & Abben-Ezrâ interpretibus. (3.) *Metonymiam causæ* pro effectu: *Amalec* enim pro *Amalecitis* est. (4.) *Ellipsis* tum verbi substantivi, *fore* bellum, tum præpositionis, IN: *In generationem*. (5.) *Hebraismus*. antecedens enim est pro relativo, bellum *Domini*, pro, bellum *sibi*. *Ariam.* in Bibl. p.62. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.159. *Glass.* l. 5. Phil. facr. tract.1. cap.7. p.110. seq.

CAP. XIIX. Verf. 4. *Et nomen unius Eliezer, quia Deus patris mei in auxilio meo, & eruit me à gladio Pharaonis.*

Moses utitur (1.) *Ellipsi verbi* tum activi, *Quia*, sc. *dixit*, ex v.3. tum substantivi, *in auxilio meo*, subint. *fuit*. (2.) *Paronomasiâ*: nam filium suum secundo-genitum nuncupat, אֱלִיעֶזֶר. h. e. *auxilium Dei mei*, quia *Deus sibi in auxilio fuerit*. (3.) *Metonymiâ adjuncti* pro subjecto: *gladius* enim pro *vi hostili* accipitur. *Ariam.* in Bibl. p.62. *Jun.* in Not. ad h.l. p.84. *Glass.* l. 5. Philol. facr. tract.1. cap. 4. m.6. p.68.

Verf. 5. *Et venit Jethro socer Mosis, & filii ejus, & uxor ejus ad Mosen in desertum, quo ipse castrametans ibi, montem Dei.*

In versû hoc reperitur (1.) *Enallage*: nam participium, *castrametans*, pro imperfecto indicativi, *castrametabatur*, ponitur. (2.) Hebraismus: *Quo ibi*, pro, *quo in eo*, h.e. *in quo* seu *ubi*. (3.) *Ellipsis* præpositionis: *Ad* montem. *Ariam.* in Bibl. p.62. *Glass.* l.3. Phil. facr. tract.2. can.26. not.1. p.222.

Verf. 7. *Moses egressus in occursum Jethronis, adoravit &c.*

Controversiam circa locum hunc motam, vide in *Vindic. Gen.* 23. v.7. decisam.

Verf. 8. *Et narravit Moses socero suo omnia, quæ fecit Dominus Pharaoni & Ægyptiis, propter occasiones Israel, omnem laborem, qui invenit eos in via, & eripuit eos Dominus.*

Habes hîc (1.) *Pleonasmum*; vox enim, *occasiones*, redundare videtur. (2.) *Metonymiam causæ* pro effectu: nam *Israel* pro *ejus posteris* est. (3.) *Prosopopœiam*: *labor* siquidem *invenisse* dicitur Israelitas; ubi מָצָא, *invenire*, sumitur pro *contingere* vel *evenire*. LXX. τὸν μόχθον τὸν γενόμενον αὐτοῖς, *qui evenit ipsis*. Ariam. in Bibl p.62. *Jun.* in Not. ad h.l. p.84. *Glass.* l.5. Phil. facr. tract.1. cap.9. p.213.

Verf. 11. *Nunc agnovi, quòd magnus Dominus præ omnibus Diis, quia in re, quâ superbierunt contra eos.*

Vide-sis (1.) Hebraismum: *agnoscere* enim dicitur Jethro, quòd *novum fidei augmentum acceperit*, quodque notitia fidei ejus novâ ἀποδείξει ex relatione Mosis desumtâ, confirmata fuerit: nec enim *verâ Dei notitiâ* prorsus expers fuisse dicendus est. (2.) *Ellipsin*: concisa enim est oratio, *Quia in re* &c. unde subaudiendum est, *perdidit eos*, aut aliquid simile. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p.160. *Glass.* lib. 3. Phil. facr. tract.3. can.4. p.240.

Verf. 12. *Et accepit Jethro socer Mosis, holocaustum & sacrificia Deo, & venit Aaron & omnes seniores Israel, ad manducandum panem cum socero Mosis coram Deo.*

Ecce (1.) Synthesin: *Accepit*, hoc est, *acceptum obtulit*; ubi duæ significationes in uno verbo, לָקַח, *accepit*, concurrunt. (2.) *Synecdochen speciei* pro genere: nam *comedere panem*, est, *convivium agere & epulari*. (3.) *Prolepsin*: per *anticipationem* enim dicitur, *coram Deo*, i.e. *tabernaculo fœderis*, quippe quod nondum erat. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.160. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.85. *Glass.* lib.3. Philol. facr. tract.3. can.2. p. 229.

Verf. 13. *Et fuit de crastino, & sedit Moses ad judicandum populum, & stetit populus super Mosen a mane usq; ad vesperam.*

I. Nota hoc loco (1.) מ pro ב positum esse: *De crastino*, pro *in crastinum*. (2.) עַל aliàs, *super*, significare *juxta*. (3.) Deficere vocem, *dies*: à *mane*, scil. *dies*. Vatabl. & *Jun.* ibid.

II. *Bellarminus* l. 5. de Pontif. Rom. c.9. demonstraturus, *non pugnare cum verbo Dei, ut unus idemq; sit princeps Ecclesiasticus & Politicus simul*, adducit exemplum *Mosis*, qui fuerit *summus Princeps temporalis, & summus Pontifex*.

Rc. (1.) *Moses* non fuit summus Pontifex, sed *Aaron*, docente Apostolo Hebr.5. & reliquis capitibus; ubi collationẽ instituturus inter Pontificem Leviticum & Christum, non *Mosen* cum Christo, tanquam Pontificem cum Pontifice, sed *Aaronicum* sacerdotium cum sacerdotio Christi confert. (2.) Si *Moses* vel maximè fuisset summus sacerdos, nihil tamen proficeret Bellarminus, cùm à forma *politiæ Mosaicæ* ad formam regiminis *Ecclesiastici sub regno Christi* argumentari non liceat, eò quòd dominium politicum sacerdotibus N. T. à Christo interdictum fuit, *Luc.* 22. v.25. Probè inquit *Gratianus* l.2. q.7. C. Nos si: *Multa concedebantur tunc, quæ nunc penitus prohibentur.* (3.) *Mosis* exemplum est *extraordinarium*, ejusque gubernatio *ad tempus tantùm* duravit. Unde quia medium concludendi est ἑτερογενές, nihil sequitur. *Meisner.* lib.4. de Legib. sect.2. art.2. q.6. p. 610. m.5. *Giesen.* de Papism. disp. 18. thes.35. & 36. *Brochm.* tom.1. Syst. Theol. art. de Script. facr. c.2. q. 19. ad 1. p.67.

III. *Idem Bellarminus* l.3. de Verb. Dei. c.4. contendit, *in Ecclesia Christiana debere esse unum tribunal, à quo omnes petant legis divinæ interpretationem, & cui omnes simpliciter acquiescant*; quòd *Moses, tanquam caput Ecclesiæ Israeliticæ, sederit, & ad oracula dubia, circa legem Domini exorta, responderit.*

℞. Exemplum *Mosis* eſt impertinens. Nam (1.) non bene ex *facto extraordinario* infertur ad *perpetuum ordinem*: fuit autem Moſis autoritas *extraordinaria*, ut facilè apparet, quòd in ejus locum nemo ſucceſſerit, qui eodem munere functus ſit, fatente *Gretſero* in colloquio Ratisbon. ſect.2. p.65. (2.) Ipſe etiam Moſes fuit *Propheta, extra ordinem* à Deo doctꝰ, & ἀμέσως inſpiratus, atque in id ipſum miſſus, ut Eccleſiæ Iſraeliticæ, jam tum incipienti, leges ferret potiùs, quàm latas interpretaretur. At in *Ecclesia Christiana* nemo eſt poſt Apoſtolos ſic miſſus *extra ordinem*: quin etiam leges Chriſtianæ pietatis jam ab initio conſtitutæ ſunt. (3.) Moſes non tale ſummum habuit tribunal, ut poſthabitâ etiam divinarum Scripturarum authoritate, pronunciare ipſi liceret, *quod vellet*: nam ipſemet omnibus in capitibus diligentiſſimè inculcat, *Dominum singula ad se locutum esse*. Hic ergo nihil aliud pronunciavit Moſes, quàm quod *Deus ipse* ei revelaverat: qua in parte *universalis ille & summus Bellarmini judex* vacillat. (4.) Moſes in Republ. Judaica ſummus fuit judex *politicus*, ad quem unum deciſio omnium litium pertinebat. Jam ſi in *tota Ecclesia Catholica* neceſſarium eſt, ut omnes interpretationes ad unius tandem arbitrium referantur; hodieque omnes Chriſtiani unum ſupremum caput habere debent, & id ipſum quidem non ex *Politicorum*, ſed *Ecclesiasticorum* numero: nam ipſe Bellarminus aſſerit, perperam licèt, Moſen ſummum fuiſſe ſacerdotem. (5.) Moſes non fuit *caput* Eccleſiæ Iſraeliticæ, ſed *minister*, verba Dei ipſi annuncians, *Deut*.5.v.5. (6.) Forma illa judicii Moſaici in V. T. non fuit *continuata*, ſed Jethronis conſiliô *immutata*, Exod.18.v.24. Ut ergo inter *primitivam Ecclesiam Mosaicam*, quæ per Moſen leges & ſtatuta Dei primum accepit, & *posteriorum seculorum Ecclesiam*, reſpectu *administrationis* iſtius, accuratè diſtinguendum eſt: ita nec *administratio Ecclesiæ* N.T. cum illis *initiis Mosaicis* eſt comparanda. Prima enim initia & Eccleſiæ & verbi revelationibus divinis ſternebantur; nunc verò Eccleſia verbô jam antè revelatô & propriô nititur, ad quod à Deo ipſo alligata eſt, *Esa*.8.v.20. *Ephes*.2.v.20. (7.) Munus hoc potiùs *Aaroni*, quàm *Mosi* tribuendum, quia Aaroni, ut *ordinario sacerdoti*, in ſacerdotio ſucceſſum eſt, non *Mosi*, fatente ipsô Bellarminô, qui l.3. de Verb. Dei. c.4. ait, *Mosen caruisse successoribus, nec fuisse ordinarium Pontificem, cui succederetur*. *Hutter*. LL.CC. p.62. *Lahus* de verb. Script. p. 381. ſeqq. *Gisen*. de diſp 18. th.37. *Cham*. tom.1. Panſtr. l.3. c.2. n.1.5.6. *Scharp*. in Curſ. Theol. pag. 99. ſeqq.

Verſ. 14. *Et vidit socer Mosis omnia, quæ ipse faciens populo, & dixit: quod verbum istud, quod tu faciens populo? cur tu sedes solus tu, & omnis populus stat, juxta te à mane usq; ad vesperam?*

In hoc textu offert ſeſe (1) *Enallage*: Ipſe *faciens*, h.e. *faciebat*; & tu *faciens*, pro *facis*. (2.) *Pleonasmus*: nam *verbum* redundare videtur. (3.) *Epizeuxis*: nam in hoc commate, *tu sedes solus tu*; pronomen *tu* iteratur. *Ariam*. in Bibl. p.62.

Verſ. 16. *Cum fuerit eis verbum, veniens ad me; & judicabo inter virum, & inter socium ejus; & notificabo statuta &c.*

Obſerva nunc (1.) *Hebraismum*, quo *verbum* pro *ipsa re* ſeu *negotio* ſumitur. (2.) *Enallagen* tum participii, *veniens*, pro ipſo verbo, *venit*; tum futuri, *judicabo & notificabo*, pro præſenti, *judico & notifico*. (3.) Ellipſin: *Venit*, ſubaudi, *quisq;* Ariæm. in Bibl. p.62. *Jun*. in Not. ad h.l. p.85.

Verſ. 18. *Cadendo cades etiam tu, etiam populus iste, qui tecum, quia grave præ te verbum, non poteris facere id solus tu.*

Adhibetur hîc (1. *Hebraismus*: *Cadendo* cades, i.e. *omnino* ſeu *certissime* cades. (2.) Metaphora: *cadere* enim eſt, *viribus deficere*. (3.) Polyſyntheton: *Etiam tu, etiam* populus, h.e. *tam tu, quam* populus. (4.) *Ellipsis* verbi ſubſtantivi: *qui tecum*, ſcil. *est*. (5.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Grave præ te verbum*, i.e. *res hæc gravior est viribus tuis*, ſeu, *supra vires tuas est*. *Ariam*. in Bibl. p.62. *Vatabl*. in Annot. ad h.l. p.161. *Jun*. in Not. ad eund. loc. p.85.

Verſ. 20. *Et monebis eos statuta & leges, & notificabis eis viam, ibunt in ea, & opus, quod facient.*

Recurrit huc (1.) *Enallage* tum *modi* indicativi, *monebis & notificabis*, pro imperativo, *mone & notifica*: tum *numeri* ſingularis, *opus*, pro plurali, *opera*, quæ facturi ſint. (2.) *Ellipsis* relativi, אֲשֶׁר, cujus ſignificationem ſuſcepit relativū בָּהּ; ut יֵלְכוּ בָהּ ibunt *in ea*, pro, אֲשֶׁר יֵלְכוּ בָהּ, *qua ibunt in ea*, i.e. *in qua* ibunt. *Vatabl*. in Annot. ad h.l. p.161. *Glass*. l.3. Philol. ſacr. tract.2. can. 26. not.2. p.222.

Verſ. 21. *Et tu videbis ex omni populo viros virtutis, timentes Deum; viros veritatis, odientes avaritiam, & pones super eos principes millenorum, principes, &c.*

Iterum videre licet (1.) *Enallagen modi*, quia futurum indicativi, *videbis & pones*, uſurpatur pro imperativo, *videto & ponito*. (2.) Hebraiſmum: *Viros virtutis*, i.e. *strenuos*; & *viros veritatis*, h.e. *veraces* ſeu *veridicos*. Ariæm. in Bibl. p.62. *Vatabl*. in Annot. ad h.l. p.161. *Jun*. in Not. ad h.l. p.85.

Verſ. 23. *Si verbum hoc feceris, & præcepit tibi Deus, & poteris stare, & etiam omnis populus iste super locum suum veniet in pace.*

Deprehenditur hôc locô (1.) *Pleonasmus*: nam *verbum* redundare videtur. (2.) *Ellipsis* pronominis, אֲשֶׁר, *quod*: Et *quod* præcepit. (3.) Metaphora: *stare* enim ſumitur pro *feliciter habere*, ſeu *bona conditione esse*. (4.) *Synecdoches speciei* pro genere: *venire* namque eſt, *ire* ſeu *vadere*. (5.) Hebraismus: *In pace*, h.e. *pacifice*. Ariæm. in Bibl. p.63. *Glass*. l.5. Phil. ſacr. tract.1. cap.12. p.377. & cap.15. m.6. p.451.

Verſ. 25. *Et elegit Moses viros virtutis ex omni Israel, & dedit eos capita super populum, principes millenorum, &c.*

I. Redit huc (1.) Hebraismus: *Viros virtutis*, h.e. *strenuos*, & *dedit*, i.e. *constituit*. (2.) *Metonymia causæ* pro effectu: *Israel* enim pro *ejus posteris* eſt. (3.) *Metaphora*: nam *capita* pro *primoribus* ponuntur. *Jun*. in Not. ad h.l. p.85.

II. Moſes *ſibi* repugnare videtur: hîc enim refert, *ſe de conſilio soceri ſui præfectos impoſuiſſe numeris Iſraelitarum*; at *Num.* 11. v. 25. dicit, *72. viros ſibi ad conſilium publicum auctoritate divinâ acceſſiſſe.*

℞. *Coordinata*, ut vulgò dicitur, non pugnant: nam *hæc* institutio Judæorum eſt in cauſis judicandis neceſſaria; *illa* conſilii publici, ad adminiſtrationem Reipublicæ. Aliud autem eſt, conſilium *publicum*; aliud *judicium*: & in optima quaque Reipubl. ſemper diſtinguitur: quemadmodum Romæ alia fuit *ſenatûs* in conſiliis, alia *centumviralis judicii* in litibus auctoritas. *Jun.* tom. 1. oper. Theol. p. 303.

Verſ. 26. *Et judicabant populum in omni tempore, verbum durum venire faciunt ad Moſen, & omne verbum parvum judicabunt ipſi.*

I. Rurſus habes hîc (1.) *Hebraiſmum*: nam *verbum* pro *ipſa re* ſeu *cauſa* ponitur. (2.) *Metaphoram*: *durum* enim pro *difficili* eſt, & *parvum* pro *exiguo*. (3.) *Enallagen temporis* futuri, *venire facient* & *judicabunt*, pro præterito, *venire faciebant* & *judicabant*. Ariæm. in Bibl. p. 63. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 161.

II. *Bellarminus* l. 3. de verbo Dei, c. 4. *ut Papam Romanum ſummum & unicum controverſiarum Theologicarum aſſerat in his terris judicem*, diſputat, *Moſen, cum conſtituiſſent judices minores, juxta conſilium soceri ſui ſibi reſervâſſe dubia circa religionem*; proinde etiam in N. T. *ejuſmodi ſummum judicem conſtituendum eſſe, qui de rebus fidei judicet, cui ſimpliciter ſtandum ſit.*

℞. (1.) Non ſequitur à *Moſe* ad *Epiſcopum Romanum*, quia *hic* non tenet eundem locum inter Chriſtianos, quem *Moſes* inter Judæos; tum quia Moſis judicium de fidei & religionis controverſiis, *indubitatâ Dei revelatione* conſtabat, quale non eſt *Pontificis Romani*; tum quia Moſi locutus eſt Dominus de facie ad faciem, *privilegio planè ſingulari ac peculiari*, & ne quidem ſanctiſſimis *Prophetis*, multò minùs *Romano Pontifici*, communi; *Num.* 12. v. 7. & 8. *Deut.* 34. v. 10. tum quia Moſes *immediatè* referebat multas cauſas ad Deum, *Exod.* 18. v. 19. quod *Pontifex Romanus* non ſolet facere. (2.) Judæi quidem à Moſe legis interpretationem petierunt, ejusque judicio ſteterunt, ſed non *ſimpliciter*, & *ſine fundamento*, ut Papa ſibi credi vult; ſed *propter autoritatem & revelationem*, quâ divinitus inſtructus erat, omnibusque innotuerat Moſes. (3.) Judices illi minores & cauſæ, de quibus textus loquitur, erant tantùm *civiles*, at de ſpiritualibus & eccleſiaſticis quæritur. (4.) Moſes non judicavit dubia circa religionem, ut *ſummus judex*, ſed ut *Propheta*, & *interpres legis*, & ut *internuncius Dei ad populum*, & viciſſim populi ad Deum, *Exod.* 18. v. 15. & c. 19. v. 7. & 8. *Hunn.* tom. 2. oper. Lat. p. 239. *Jacob. Mart.* diſp. 18. de loc. Theol. theſ. 156. ſeq. *Lakus* & *Scharpius* ll. c. *Ames.* tom. 1. Bellarm. enerv. l. 1. c. 5. theſ. 5.

Verſ. 27. *Et dimiſit Moſes ſocerum ſuum, & abiit ſibi ad terram ſuam.*

In textu hoc conſpicitur (1.) *Synecdoche generis* pro ſpecie: *dimiſit*, h. e. *deduxit*; & *terra* pro *regione* eſt. (2.) *Enallaxin* conjunctionis copulativæ pro pronomine. *Et abiit*, pro, *qui abiit*. (3.) *Pleonaſmus*: nam SIBI abundat. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 162. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 85.

CAP. XIX. Verſ. 3. *Et Moſes aſcendit ad Deum, & clamavit ad eum Dominus è monte, dicendo: ſic dices domui Jacob, & annunciabis filiis Iſrael.*

I. Ecce (1.) *Ellipſin*, juxta Hebræos, ut qui poſt voculam הָאֱלֹהִים. Dei, ſubaudiunt, הַר, *montem*, & legunt *ad montem Dei*, in quo ſcil. Deus ſe manifeſtavit, & legem tradidit. (2.) *Enallagen modi*: nam futurum indicativi, *dices & annunciabis*, ponitur pro imperativo, *dicito & annunciato*. (3.) *Metonymiam ſubjecti* pro *adjuncto*: eſt enim *domus* pro *familia*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 162. *Jun.* in Bibl. p. 85.

II. *Smalcius* in lib. de Divin. Chriſt. c. 4. p. 11. ex eo, quòd *Moſes in montem fuit vocatus, & ita eruditus à Deo, populum poſtea docuit, quæ ibi videret*; concludit, *Chriſtum hominem ante initium miniſterii ſui in cœlo fuiſſe, & à Patre edoctum eſſe.*

℞. Exemplum *Moſis* hîc fruſtra urgetur, cùm prius probandum ſit, *Chriſtum ſecundùm humanam ſuam naturam in cœlum adſcendiſſe, ibiq; voluntatem Patris demum cognoviſſe*: nec enim illo modo Chriſtus edoceri opus habuit, qui *ſapientia Patris æterna eſt*. *Steg.* diſp. Antiphot. 17. q. 3. ad 5. argum.

Verſ. 4. *Vos vidiſtis, quæ feci Ægypto, & ſuſtuli vos ſuper alas aquilarum, & adduxi vos ad me.*

Recurrit huc (1.) *Metonymia ſubjecti* pro adjuncto: *Ægyptus* enim pro *Ægyptiis* eſt. (2.) *Ellipſis*; nam comparandi paricula deeſt: עַל־כַּנְפֵי, *ſuper alas*, pro, כְּעַל, vel, כַּאֲשֶׁר עַל, *tanquam ſuper alas*, Chaldæo notante. Quemadmodum verò ſola aquila pullos ſuos ſuper alas ſuas portat, ne petantur à jaculo hominis; ita & Deus in *nube* excepit jacula, ab Ægyptiis in Iſraëlitas miſſa, *Exod.* 14. v. 20. & *Deut.* 32. v. 11. R. *Salomone* interprete. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 162. *Glaſſ.* lib. 3. Phil. ſacr. tract. 5. can. 31. m. 1. p. 514.

Verſ. 5. *Et nunc, ſi audiendo audieritis in vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum; & eritis mihi theſaurus dilectus præ omnibus populis, quia mihi omnis terra.*

In verſu hoc habetur (1.) Hebraiſmus: *Audiendo audieritis*, h. e. *attentè ſeu obedienter audieritis.* (2.) *Enallaxin* conjunctionis copulativæ ו, *Et*, quæ ſignificat, *utiq;*: Et eritis, i. e. *utiq;* eritis. (3.) *Ellipſis* tum particulæ comparativæ, quæ deeſt; סְגֻלָּה, *theſaurus dilectus*, enim eſt pro כַּאֲשֶׁר סגלה *tanquam theſaurus dilectus* tum verbi ſubſtantivi, *Quia mihi*, ſcil. *eſt*. (3.) *Metonymia ſubjecti* pro adjuncto: *Omnis terra*, h. e. *omnes populi terræ*. Ariæm. in Bibl. p. 63. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 162. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 85.

Verſ. 6. *Et vos eritis mihi regnum ſacerdotum, & gens ſancta. Hæc verba, quæ loqueris ad filios Iſraël.*

Occurrit hoc loco (1.) *Enallage* tum ſubſtantivi, *ſacerdotum*, pro adjectivo, *ſacerdotale*; tum modi indicativi, *loquêris*, pro imperativo, *loquere*. (2.) *Metaphora*: Iſraelitæ enim dicuntur *regnum ſacerdotale*, h. e. *populus ex omnibus gentibus ſelectus, Deoq; conſecratus.* (3.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Hæc*, ſcil. *ſunt*. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 162. *Glaſſ.* lib. 3. Phil. ſacr. tract. 1. can. 8. p. 36. m. 2.

Verſ. 8. *Et reſponderunt omnis populus pariter, & dixerunt: Omne, quod locutus eſt Dominus, faciemus, &c.*

I. *Enallage eſt numeri*: quandoquidem nomini collectivo ſingulari, *populus*, reſpondet verbum plurale, *reſponderunt & dixerunt*. Ariæm. in Bibl. pag. 63.

II. *Pontificii* putant, Sacerdotibus & Levitis *totius Eccleſiæ* titulum in Scripturis aſſignari, cùm hîc legatur *omnis populus*, hoc eſt, *Sacerdotes & Levitæ*, reſpondiſſe Moſi: *cuncta, quæ locutus, &c.*

℞. Manifeſtum *falſi* crimen in hoc loco committunt: neque enim *ſoli Sacerdotes & Levitæ*, ſed &, ut v.7. habetur, *omnes majores natu populi*, à Moſe convocati fuiſſe leguntur. Hîc ergo verè dici potuit, *ab omni populo* Moſi ſic reſponſum fuiſſe, licèt non *omnis populus* tùm præſens adeſſet, quia illi natu majores vel ſeniores populi, exploratâ priùs populi mente conſenſuque, ſic reſponderant. *Hutter.* LL. Theol. p.511.

Verſ. 9. *Et dixit Dominus ad Moſen: Ecce ego veniens ad te in caligine nubis, ut audiat populus in loquendo me tecum, & etiam in te credant in perpetuum, &c.*

I. Redit huc (1.) *Enallage* tum temporis præſentis, *venio*, pro futuro, *veniam*, h. e. *mox venturus ſum*; tùm ſubſtantivi, *caligine*, pro adjectivo, *caliginoſa*, nim. *nube*; tum numeri pluralis, *credant*, pro ſingulari, *credas*. (2.) *Pleonaſmus* præfixi ב, IN, quod Dativi casûs nota eſt: בְּךָ, *in te*, pro *tibi*. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p.162. *Glaſſ.* l.4. Phil. ſacr. tract.1. obſerv.5. not.1. p.672.

II. Deus hîc non videtur *promiſſis ſtetiſſe*: Promittit enim, ſe in *caligine nubis*, ad Moſen in montem Sinai venturum; cùm tamen v.18. *in igne* dicatur deſcendiſſe.

℞. Dicendum, quòd *in medio denſæ ac caliginoſæ nubis fuerit ignis, divinæ præſentiæ Symbolum*, è cujus medio Deus locutus dicitur, *Exod.* 24. v.16. & 17. *Gerhard.* tom.3. LL.CC. loc.15. de Leg. moral. §.29. p.41.

III. *Papiſtæ* negant, *fidem juſtificantem* per *fiduciam* eſſe definiendam, quòd *fides* non poſſit accipi *pro fiducia*, cùm *illa & Moſi* hîc attribuatur, quippe *in quem populus credere debeat.*

℞. Locus iſte nihil ad rhombum facit. Nam (1.) Verſio Latina ibidem nil planè habet de *Moſe, in quem populus credat*; ſed de *Deo*, ſic enim reddidit: *Et credas mihi* (verba Dei ſunt) *in perpetuum*. (2.) Quæſtio eſt de *fide juſtificante*, textus allatus agit de *objecto fidei communi*, non *ſpeciali & proprio*. Nam quando Iſraëlitæ approbantur *credere in Moſen*, non innuitur *cordis fiducia*, quâ juſtificamur & ſalvamur; ſed fides illa, quam tribuere debebant Moſi, ceu *fideli ſervo Dei*, veritatem divinam annuncianti, eumque ut *legatum* Dei venerari, quemadmodum ipſi Judæi id explicant, *Johann.* 9. v.29. & *Alphonſus de Caſtro* l.2. advers. hær. verbô *Adam*, hæreſ.6. *Dieteric.* Inſtit. Catech. p.506. ſeq. *Fewrborn.* faſc.6. diſp.1. theſ.56.

IV. Inſtantiam *Oſterrodis* à *fide in Moſen* contra argumentum noſtrum, pro *æterna Chriſti Deitate*, à *fide in Chriſtum*, depromptum, vide depulſam in Vindic *Exod.* 14. v.31. m.3.

Verſ. 10. *Et dixit Dominus ad Moſen: Vade ad populum, & ſanctificabis eos hodie & cras, & lavabunt veſtimenta ſua.*

Iterum videas (1.) *Enallagen* partim *modi* indicativi, *ſanctificabis*, pro imperativo, *ſanctifica*; partim *numeri*, quia nomini collectivo ſingulari, *populus*, reſpondet pronomen plurale, *eos*. (2.) Hebraiſmus: *Sanctifica*, i.e. *jube, ſe ſanctificare populum*, & lavare &c. *Jun.* in Not. ad h.l. p.85.

Verſ. 11. *Et erunt parati ad diem tertiam, quia in die tertia deſcendit Dominus in oculis omnis populi ſuper montem Sinai.*

I. Recurrit modò (1.) *Enallage* modi: *Erunt*, h.e. *ſunto*. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: nam *deſcenſu Dei* notatur *propoſitum Dei apparentis*, de *ſingularis gratiæ opere* inter Iſraëlitas efficiendo, putà *Decalogi promulgatione*. (3.) Hebraiſmus: *Deſcendet Dominus*, i.e. *deſcendam*; ubi *tertia* perſona pro *ſecunda* eſt. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.162. *Glaſſ.* l.5. Philol. ſacr. tract.1. cap.7. p.143.

II. *Oſterrodius* l.2. contr. Tradel. c.2. probare conatur, *Angelis* quoque in Scripturis nomen *Jehovah* tribui, ad quod allegat textum, in quo nomine *Jehova* intelligi putat *Angelum Jehovæ creatum*.

℞. Hic locus nihil probat pro adverſario: quandoquidem ibi non deſcribitur apparitio *Angeli creati*, qui vocatur *Jehovah*; ſed *ipſius Jehovæ*, creatoris cœli & terræ, quippe qui ita deſcribitur; quòd *ipſius ſit univerſa terra*; v.5 quin imò in toto hoc capite tota apparitio, omnisque ſecundùm eam actio & apparatus *ſolitariè & immediatè Jehovæ* adſcribitur. *Jacob. Martin.* l.1. de trib Eloh. c.21. n.198.209.212.

Verſ. 12. *Et terminabis populum circum, dicendo: cuſtodimini vobis aſcendere in montem, & tangere in terminum ejus: omnis, qui tetigerit in montem, moriendo morietur.*

I. Iteratur (1.) *Enallage modi* indicativi, *terminabis*, pro imperativo, *terminato*. (2.) *Ellipſis* præfixi מ: עֲלוֹת, *aſcendendo*, pro מֵעֲלוֹת, *ab aſcendendo*, h.e. *ne aſcendatis*. (3.) *Pleonaſmus*: *In terminum & in montem*, pro, *terminum & montem*; ubi ב, IN, redundare videtur. (4.) Hebraiſmus: *Moriendo morietur*, i.e. *omnino* morietur. *Ariam.* in Bibl. p.63. *Jun.* in Not. ad h.l. p.68. *Glaſſ.* l.4. Phil. ſacr. tract.1. obſerv.4. m.4. p.655.

II. Deus *ſibi* contradicere videtur: hîc enim Iſraëlitis *prohibet* aſcendere in montem, adeoque etiam ab ejus contactu jubet abſtinere; at v.13. *permittit* in montem aſcendere.

℞. Conciliatio peti poteſt ex ipſo textu: *Cum cœperit clangere buccina, adſcendent* בָהָר ad montem, non autem *in* montem. *Aliqualis* igitur ad montem acceſſus concedebatur, protractô longiùs buccinæ ſonô. *Gerhard.* tom.3. LL.CC. loc.15. de Leg. moral. §.29. p.40. ſeq.

Verſ. 13. *Non tanget in eum manus, quia lapidando lapidabitur, vel jaculando jaculabitur, ſive jumentum, ſive vir, non vivet: in protrahendo buccinam, ipſi aſcendent in montem.*

Rurſus conſpicitur (1.) *Enallage* modi: *Tanget, lapidabitur, jaculabitur, vivet*; pro, *tangito, lapidator, jaculator, vivito*. (2.) Hebraiſmus: *Lapidando lapidabitur*, h.e. *omninò* lapidabitur; & *jaculando jaculabitur*, i.e. *certiſſimè* jaculabitur. Item *aſcendent*, pro, *aſcendere poterunt*; ubi verbum יַעֲלוּ, *aſcendent*, effectum notans, de *poteſtate agendi* intelligendum. (3.) Synecdoche ſpeciei pro genere: vir enim eſt pro homine. (4.) *Enallaxis* præpoſitionis ב: *In protrahendo*, h.e. *cum protraxerit*. (5.) *Ellipſis* nominis: *Cum protraxerit buccina*, ſubaudi *vocem* vel *ſonum*. *Ariam.* in Bibl. p.63. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.163. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.86.

Verſ. 15. *Et dixit ad populum: Eritis parati ad tres dies, ne appropinquetis ad uxorem.*

I. Adhuc dum eſt *Enallage*, tum modi: *Eritis*, pro, *eſtote*; tum numeri ſingularis, *uxorem*, pro plurali, *uxores*, niſi per ἔλλειψιν poſt verbum, *appropinquetis*, ſubaudiatur, *ullus*. Vatabl. & *Jun.* ibid.

II. *Bellarminus* l.1. de Cleric. c.19. *pro perpetuo Sacerdotum in N.T. cœlibatu* affert exemplum *Iſraëlitarum*, qui Deo appropinquaturi, & legem ab ipſo accepturi, jubeantur *abſtinere ab amplexibus uxorum.*

℞. Lo-

℞. Locus hic *impertinenter* allegatur. Nam (1.) exemplum illud non eſt *perpetuæ abſtinentiæ*, ſed *tantùm per tertium tempus* & quidem *breviſſimum*. (2.) Quid ſi hoc non eſt exemplum *abſtinentiæ ab uxore? Uxores* quidem nominavit Interpres, ſed nullâ neceſſitate. Ex Hebræo enim ſonat: *Non tangite* mulierem. (3.) Non *ſolis Levitis* à Moſe præceptum ut ante promulgationem legis ab uxorum conſuetudine abſtinerent, ſed *toti populo*. (4.) *Continentia in conjugio* in N. T. à nullo *ſacerdotum* ordine requirebatur. (5.) *Pontificy* non negant hoc quicquid eſt de conſuetudine conjugali, non ad *peccatum* pertinere ſed ad *pollutionem ceremonialem*, eſt in hoc loco res manifeſta, cum paulò antè populus jubetur ſanctificari etiam lotis veſtimentis, & poſtea paratus eſſe in diem tertium &c. At nullus datur locus legis, quo *uſus uxoris* annumeretur *pollutionibus*. Ab iſtis autem *ceremonialibus obſervationibus* N. T. non tantùm ſimile aliquid *externum*, ſed & ampliùs multò aliquid concludere in V. T. eſt ludere cum ſanctis: *Gerhard*. tom. 6. LL. CC. loc. 26. de Miniſt. Eccleſ. §. 352. p. 590. ſeq. *Cham.* tom. 3. Panſtr. l. 17. c. 5. n. 3. 13. 14. *Ameſ.* tom 1. Bellarm. enerv. l. 3. c. 5. theſ. 5.

Verſ. 16. *Et fuit in die tertio, in eſſendo mane; & fuit voces & fulgura, & nubes gravis ſuper montem, & vox buccinæ fortis valdè: & expavit omnis populus in caſtrametatione.*

Ecce (1.) Hebraiſmum: *In eſſendo* manè, h. e. *cùm cœpiſſet eſſe*. (2.) *Enallagen* tum *numeri*, quia verbum ſingularis numeri, וַיְהִי, *& fuit*; jungitur nominibus pluralibus, *voces & fulgura*; tum abſtracti, *caſtrametatione*, pro concreto, *caſtris*. Ariæm. in Bibl. p. 63. *jun.* in Not. ad h. l. p. 86.

Verſ. 18. *Et mons Sinai fumabat totus ipſe à facie; quòd deſcendiſſet ſuper eum Dominus in igne; & aſcendit fumus ejus, ſicut fumus fornacis, & expavit omnis mons valdè.*

Moſe utitur (1.) *Metaphorâ: A facie*, h. e. *à ſuperficie*; & *expavit*, h. e. *contremuit*. (2.) Ἀνθρωποπάθειαν: *deſcenſus* enim, Deo tributus, notat *propoſitum Dei apparentis*, in peculiari quodam opere efficiendô. Ariæm. in Bibl. p. 63. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. pag. 143.

Verſ. 20. *Deſcenditque Dominus ſuper montem Sinai in ipſo montis vertice* &c.

Thummius in Ταπεινωσ... p. 289. probaturus, *Deum aliquando nudâ ſuâ eſſentiâ, ſine ulla efficaci operatione, ſuos ſolitum eſſe*; locum iſtum allegat, in quo nulla fit mentio *operationis*, quam in deſcenſu ſuo ſuper montem Sinai exercuerit.

℞. Locus allatus de *ſingulari modo* revelatæ præſentiæ Dei loquitur, teſte ex viſceribus textûs Moſaici *Oſiandro ſeniore* tom. 1. fol. 117. Differunt autem, *peculiari quodam & ſolenni modo* præſentiam ſuam manifeſtare vel revelare, & *nudâ propinquitate* adeſſe. *Theol. Saxon.* in Apolog. contr. Wurtemb. Theol. lect. 3. c. 4. p. 490.

Verſ. 21. *Et dixit Dominus ad Moſen: Deſcende, conteſtare in populum, ne fortè deſtruant ad Dominum, ad videndum, & cadet ex eis multus.*

Habes hîc (1.) Pleonaſmum: *In populum*, pro, *populo*, Ubi, IN, redundare videtur. (2.) *Ellipſin*: Ne fortè deſtruant, ſubaudi; *terminum, aſcendendo*, ex v. 24. & *ad videndum*, ſc. *eum*. (3.) *Enallagen numeri* ſingularis, *cadat multus*, pro plurali, *cadant multi*. (4.) Metaphoram: *Cadere* enim idem eſt, quod *interire ſeu mori*. Ariæm. in Bibl. p. 63. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 163. jun. in Not. ad eund. loc. p. 86. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. ſacr. tract. 1. cap. 12. p. 377.

Verſ. 24. *Aſcendes tu & Aaron tecum in montem, &c.*

Panigarolla part. 1. diſcept. 6. exinde probare vult, *ad montem Conciliorum, in quibus ſermones habentur cum Deo, ſolos Sacerdotes aſcendere*: in *montem* enim *ſolos Sacerdotes, Moſen & Aaronem aſcendiſſe.*

℞. Probatio iſtæc nulla eſt. Nam (1.) *Moyſes & Aaron*, juxta *Gretſerum* in colloq. Ratisbon. ſeſſ. 2. p. 64. fuerunt *ſummi ſacerdotes*: num verò *ſolis ſummis ſacerdotibus* fas eſt; ad montem *Conciliorum* aſcendere? (2.) *Moyſes* fuit *Dux Politicus*, Deut. 33. v. 5. Annum autem *perſonis politicis* Papiſtæ concedent poteſtatem aſcendendi ad montem Conciliorum? *Cham.* tom. 2. Panſtrat. l. 16. c. 10. §. 5. p. 339.

CAP. XX. Verſ. 1. ſeqq. *Locutusque eſt Dominus cunctos ſermones hos, &c.*

Flacius Illyricus par. 1. Clav. Theol. in voce *legis*, col. 564. negat, *notitias unius Dei & legis moralis adhuc in homine eſſe, quod ipſe Deus, cœlitus patefactâ doctrinâ, ſui agnitionem tam ſolicitè inculcâvit*, id quod opus non fuiſſet, ſi *naturâ* eſſet notum.

℞. Opus erat *verbô revelatô*, præter *notitias innatas*, ob *earundem imperfectionem & obſcuritatem*: quod enim de *Deo* & *lege ejus* per naturam ſcimus, obſcurum eſt & imperfectum. Acceſſit quoque falſa hominum opinio, quaſi *externa opera civilia* ſatisfacerent legi Dei, & non eſſet neceſſum, de *interiori* rectitudine cogitare. Deus ergo pro inexhauſta bonitate ſua verbum dedit, ex quo homo de ſui cognitione rectè edoceretur. *Meiſner*. in Diſert. de legib. q. 1. l. 3. p. 155. *Meyfart*. Prælect. in Compend. Hutter. Theol. loc. 11. de lege Dei, quæſt. 7.

Verſ. 2. Ego *ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſervitutis, &c.*

I. A. C. 1538. *Agricola* Iſlebius contendit, *legem moralem non eſſe in Eccleſia docendam*, quòd ea *Judæis tantùm* ſit data, iis nimirum, *qui erant educti ex Ægypto.*

℞. Falſum eſt, *tantùm judæis* datam eſſe legem moralem; eſt enim hæc lex operum data, i. e. poſita *univerſo generi humano*, niſi fortè datam intelligas, peculiariter de *publicatione*, per Moſen factâ, quæ potius pertinet ad *pactum Abrahami*. Nam alioquin propoſitam eſſe *omnibus*, manifeſtum, quia opus eſt Dei, ſcriptum in corda hominum, *Roman.* 2. v. 15. *omnes* ſunt transgreſſores legis, c. 3. v. 12. & per legem agnitio peccati, v. 20. *Hutter*. in lib. Chriſt. Concord. art. 6. c. 3. p. 510. *Cham.* tom. 3. Panſtr. l. 15. c. 3. n. 13.

II. *Dominicus à Soto*, lib. 2. de juſtit. & jur. quæſt. 5. art. 4. opinatur, *Chriſtianos liberatos eſſe à Decalogo, ut eſt à Moſe ipſo ſcriptus*; cum *ſaltem obliget Iſraëlitas, qui ex Ægypto fuerunt à Deo educti*. Chriſtianos autem *non fuiſſe ſervos in Ægypto.*

℞. Hac ratione nec *judæi, in terra Canaan nati*, obligarentur ad Decalogum à Moſe ſcriptum, cum nec *illi* fuerint ſervi in Ægypto, id quod tamen falſum eſſe, ex *Deut.* 32. v. 46. conſtat. (2.) *Alloquium* illud Moſis concernebat judæos, *ex Ægypto tum eductos*; *obligatio* verò omnes, etiam *Chriſtianos*, *Rom.* 13. v. 9. (3.) *Bellarminus* l. 4. de juſtif. c. 6. reſp. ad 1. ait, *nos* etiam ex Ægypto liberatos eſſe in *perſonis Patrum noſtrorum*: ideoque verba illa, *qui eduxi te de terra Ægypti*, nobis etiam convenire.

Verſ. 3. *Non erit tibi Dij alieni ſuper facies meas.*

In textu hoc occurrit (1.) *Enallage* tum *modi* indicativi, *erit*, pro imperativo, *eſto*: tum *numeri*; quia verbum ſingulare, יִהְיֶה, *erit*; jungitur nomini plu-

rali.

rali, אֱלֹהִים, *Dij*, quo notatur distributio; *Non erit tibi nullus Deorum &c.* seu, *non erunt tibi Dij &c.* (2.) *Metonymia adjuncti* pro *subjecto*: *idola* enim dicuntur אֱלֹהִים, quia per ea *Deus* coli ab hominibus existimatur: unde cum adjectione vocantur *Dij alieni.* (3.) Ἀνθρωποπάθεια: nam per *facies* Dei intelligitur ipse *Deus*, hinc phrasis, אֶל־פָּנָי, reddenda, *coram me*, eaque omnis, etiam occultissima cordis idololatria, prohibetur. Nam si vel sola *cogitatione* adhibetur Deus alienus, *ante Deum est*, cui etiam intima cordium sunt perspecta & explicata. *Arian.* in Bibl. p. 64. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 86. *Glass.* lib. 3. Philol. sacr. tract. 6. can. 12. m. 5 p. 549. & lib. 5. tract. 1. cap. 10. pag. 216.

II. *Noetius* circa annum Christi 257. apud *Ptolemaida Pentapoleos*, ut tradidit *Theodoretus*, docuit, *in Deo esse unicam personam*, quia *extra Deum non habendi sint Dij alieni.* Histor. Magdæb. Cent. 3. cap. 5. p. 104.

℞. Exinde nihil aliud sequitur, quàm Deum in *essentia*, unum esse, non verò unicam *personam*: contrarium enim indicat vox אֱלֹהִים, quæ *personarum pluralitatem* denotat. *Osiand.* tom. 1. Paraphr. Bibl. p. 117.

III. *Bellarminus* l. 5. de Grat. & lib. arbitr. c. 18. ex eo, quòd *Deus hominem præcipiat, quid facere vel non facere debeat*, nimirum *Decalogum*, concludit, *hominem esse liberi arbitrij in eo servando*, secus frustra ei præceptum à Deo dari, si in *via morum* non posset non deficere.

℞. (1.) A *Præcepto* ad *posse* N.V.C. Nam *Abrahamo*, Gen. 15. v. 5. datur præceptum: *Numera stellas*; *Lazaro*, Johann. 11. v. 43. *ut veniat è sepulcro*; *servo*, Matth. 18. v. 25. *ut solvat debitum mille talentorum*: quæ tamen omnia non inferunt *liberam* ipsorum potestatem agendi. (2.) Licet proinde Deus *pietatis opera* præcipiat, non tamen exprimit, quid homines *ex se & propria facultate* præstare valeant, sed tantùm, quid *Deo*, qui in creatione donis suis ipsos sufficienter ornaverat, sub ratione debiti exolvere teneantur. (3.) Si argumentatio à *præcepto* ad *posse* semper & in universum est firma, sequitur, hominem ex *solis naturæ viribus* posse se ad Deum convertere; quod tamen ne ipse quidem Bellarminus concedit: legitur autem præceptum istud *Zachar.* 1. v. 3. *Ezech.* 18. v. 11. (4.) Nec statim sequitur, *præceptum frustra homini esse datum*, si non sit in ipsius *libero arbitrio*, illud servare vel prævaricari, si maluerit; tum quia Deus olim *per creationem* concessa, in lege exigit, & sua repetit; licèt igitur *facultatem præstandi* homo per lapsum amiserit, Deus tamen jus & *facultatem postulandi* non amisit: tam quia lex *alios* potest habere *fines*, ob quos data sit, ut non illico is sit, quem Bellarminus fingit, velut de *Decalogi usibus* modò audiemus.

Bellarminus excipit I. se præsupponere *auxilium divinum* quo posito, hominem *verè propriéque* liberum esse.

℞. Iesuita (1.) Committit iguorationem elenchi: non enim nunc quærimus, de arbitrio post conversionem in *renatis*; sed de libertate arbitrij *ante* conversionem in *non renatis.* (2.) Sibi ipsi jugulum petit: quomodo enim potest ipsius instantia militare, si sibi vult quæstionem esse de *renatis*? Annon hac ratione nobis subministrat exceptionem contra regulam illam à *præcepto* ad *posse*? Nam ita argumentamur: Si a præcepto ad posse *semper* liceat argumentari, sequitur, etiam *non renatos* verè esse liberi arbitrii, ita ut possint legem Dei *perfectè* servare, vel eandem, *si maluerint*, prævaricari; cum ab illis æquè lex *perfectam* obedientiam postulet. At posterius absurdum esse, ipse *Bellarminus* agnoscit, ergo & prius.

2. *Legem*, etiamsi multos habeat fines, tamen etiam habere istum, ut sit *norma vivendi*, & ratione *hujus finis* exigere in homine necessariò *arbitrii libertatē.*

℞. Concedimus etiam hunc esse *legis* finem, ut sit *regula & norma vivendi*, sed non statim sequitur, *hominem suis viribus ex omni parte huic normæ se accommodare posse*, cùm ipsi etiam renati conquerantur, *legem esse spiritualem*, se verò carnales, ac sub peccatum venditos, *Rom.* 7. v. 14. *Meisner.* dec. 3. Anthr. disp. 3. q. 1. thes. 3. seqq. *Thumm.* disp. de Lib. Arb. thes. 5. seqq.

III. *Svvenckfeldius* cum *Pontificiis* doctoribus statuit, *legem moralem omnibus renatis servatu esse possibilem*, quòd *eam populo Israelitico Deus præceperit*, Deum autem non præcipere *impossibilia.*

℞. (1.) Concedimus, Deum non præcepisse in lege morali *simpliciter & absolute* impossibilia: etenim præceptorum moralium impletio possibilis est, tum *ante* lapsum, tum *post* lapsum. *Ante lapsum* quidem, quia talia præcepit Deus, quæ congruunt, adeóque facilia sunt naturæ *integræ*, qualem Deus initiò condidit: *post lapsum* verò, quoniam Christus legem perfectè pro nobis implevit, adeoque & nos in Christo, fide apprehenso, legem implere, ac illi satisfacere valemus. Unde *Hieronymus* l. 2. dialog. demandatis Dei dixit, ea esse impossibilia *natura*, possibilia autem *gratia*. (2.) Dominus eandem legem, quam primitus tulit, postmodum in monte Sinai repetiit & præcepit Israelitis, non quòd illis *ex se* servatu esset prorsus possibilis. (conqueritur enim Dominus, patres pactum illud irritum reddidisse, *Jerem* 31. v. 32.) sed ob alios, eosque maximos fines, 1. ut ostenderet, legem illam esse *immotam suam voluntatem*, cui natura hominis, sicut ab ipso condita fuerat, conformis esse debuit. Habet enim & hic locum illa maxima Theologica: *Deus ut non essentiam, ita nec mutat sententiam, seu voluntatem suam*, quæ lege exprimitur: 2. Ut perfectæ legis intuitu, *peccata sua agnoscant homines*: ex lege enim agnitio peccati, *Rom.* 3. v. 20. 3. ut *eidem quærant Christum*; siquidem lex pædagogus ad Christum, Gal. 3. v. 24. *Winckelm.* tom. 3. disp. 14. Giess. thes. 79. seq. p. 427. *Meisner.* & *Thumm.* ll. cc.

V. *Bellarminus* l. 2. de Christ. c. 6. censet, ex loco *Gen.* 1. v. 1. solidè non probari *personarum divinarum in una essentia pluralitatem*, cùm & hic nomen plurale אֱלֹהִים cum verbo numeri *singularis* יְהִי erit, conjungatur, id quòd non fieret, si quid mysterii ibi lateret.

℞. Fit hoc *per syllepsin*, omnibus propè linguis frequentatam; quando enim dicitur: *Non erit tibi Dij alieni*; sensus est: *Non erit tibi ullus ex Dijs alienis.* Non secus atque Esa. 1. v. 3. dicitur: *Novit asinus præsepe dominorum suorum*, h. e. *asinus quisque novit præsepe cujusque domini sui.* Moses autem procul dubio ab initio *propriè* locutus est, non *figuratè*, *Meisner.* par. 2. Philol. sobr. sect. 1. c. 3. q. 1. p. 378.

VI. *Grabius* Bremensis, *ut neget communicatam humanæ Christi naturæ omnipotentiam*, p. 109. contr. Hunn. propositionem istam sic limitatam: *Quod naturâ est omnipotens, est Deus*; falsitatis accusat, quòd Scriptura non tantùm id *Deum* dicat, quòd *naturâ sit omnipotens*; sed etiam id, quod *ab hominibus omnipotens habeatur*, & *exæquatur Deo*, ut h. l. Proinde, si quis humanitatem Christi, *realiter* omnipotentem esse pugnet, illum facere *eam* Deum, & idololatriam committere.

℞. (1.)

℞. (1.) Impertinenter iſtud de *Diis commentitiis* huc afferri, hinc patet, quia certum eſt, Scripturam idola, aliaque falſa numina vocare Deos, *tantùm ex hominum opinione*; nos autem ex *revelato Dei verbo* definimus, quid pro Deo ſit agnoſcendum, non ex *hominum opinione*, ſed *per eſſentiam*. Et rectè pronunciamus, naturam Chriſti humanam pro *Deo* per *eſſentiam* haberi non poſſe, cum non ſit *proprietate eſſentiæ* omnipotens, & proinde nec *Deus*. (2.) Nec ideo quoque Scripturâ humanam Chriſti naturam facit *Deum*, cum aſſerit, *ipſam in conſortium majeſtatis Dei verè perveniſſe, & ex unione perſonali, participem factam eſſe Deitatis τῦ λόγυ*; proinde nec tùm, cum pronunciat, ipſi communicatam eſſe *omnem poteſtatem in cœlo & in terra*, Matth. 28. v. 18. *Hunn.* tom. 4. oper. Lat. p. 506.

VII. *Carlſtadius* Wittebergæ, abſente Luthero, A.C. 1521. cum *imaginibus in templis* belligeratus, edocuit, *eaſdem eſſe removendas & tollendas*, quòd ſint *Dii alieni*; Deos autem alienos non eſſe habendos.

℞. (1.) *Deos alienos habere*, eſt, *aliquid locô Dei ſtatuere, timere, venerari, adorare*; velut explicatur *Deut.* 6. v. 13. Id verò abſque omni exceptione grande peccatum eſt. Sed imagines in noſtris templis non *habentur eô locô*, proinde nec *Dii alieni* ſunt. (2) Imagines, ubicunque locorum poſitæ, non ſunt *per ſe* Dii alieni, ſed *per accidens* fiunt Dii alieni, h.e. quando eis honor, *propriè* vero Deo debitus, attribuitur; ut quando *adorantur*, quando eis *ſerviunt*. Nam aliæ ſunt imagines; omni ſuperſtitione aut adoratione carentes; quæ *ornatûs* aut *memoriæ* gratiâ liberè & innoxiè habentur: aliæ ſunt, quæ *ſuperſtitioni* ſerviunt; & haſce, quia de iis non poteſt malum illud accidens, nimirum cultus & adoratio removeri, tollere convenit. *Wigand.* de Sacramentar. fol. 14.

Verſ. 4. *Non facies tibi ſculptile, & omnem ſimilitudinem, quæ in cœlis deſuper, & quæ in aquis deſub terram.*

I. Nota hoc loco (1.) *Enallagen modi* indicativi, *facies*, pro imperativo, *facito*. (2.) *Synecdochen generis*: mentio enim fit *ſculptilis*, & notatur *idolum*, cultui quippe proſtans. (3) Conjunctionem ET ſumi disjunctivè: *Et omnem ſimilitudinem*, pro, *aut ullam ſimilitudinem*, &c. (4.) Ellipſin tum pronominis relativi, *ſimilitudinem*, ſc. *eorum*; tum verbi ſubſtantivi, *Quæ*, nim. *ſunt*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 164. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 86.

II. *Urſinus* in Explic. Catech. p. 684. ſtatuit, præceptum Dei in Decalogo, *de non faciendis ſculptilibus*, diverſum eſſe à præcedente, *de non habendis Diis alienis*, eò quòd utrumque *diverſis periodis & verſibus ponatur*.

℞. (1.) Ipſe Urſinus l.c. concedit, de *verborum numeratione* non odiosè pugnandum eſſe, ſi modò *ſententia & doctrina Decalogi de vero Deo*, & *vero cultu Dei* integra retineatur. (2.) Diſtinctio verſuum & periodorum non eſt indubium diverſitatis præceptorum argumentum, alioqui verba illa apud Moſen in Exodo de *ſanctificando ſabbato*, v. 8. de *abſolvendis operibus intra ſpacium ſex dierum*, v. 9. de *non faciendo ullo opere die ſeptimo*, v. 10. itidem diverſa conſtituerent præcepta, quæ tamen nec ipſe Urſinus pro *diſtinctis* præceptis habere poteſt. (3.) Gnaris linguæ Hebrææ notum eſt, ſæpius *diſtingui verſiculis*, quæ neceſſariò ſunt conjungenda, & contra, *verſiculo conjungi*, quæ neceſſariò ſunt diſtinguenda, uti videre eſt, *Gen.* 14. v. 18. & 19.

Excipit 1. *Piſcator*, Volum. 2. p. 261. fore manifeſtam *tautologiam*, niſi verba de *non faciendis imaginibus* ſint peculiare præceptum.

℞. Non eſt tautologia, ubi *generale* per *ſpeciale* explicatur, & ubi *theſis* ad *hypotheſin* transfertur: ideoque quoniam primum noſtrum præceptum de *non habendis Diis alienis*, GENERALE eſt, omnes ac ſingulas ſpecies includens; conſequenter etiam prohibitionem de non *habendis idolis* (quæ Dii alieni, Gen. 35. v. 2. & 1. Sam. 7. v. 3. appellantur) includit. Poſt *generalem* verò cultûs idololatrici prohibitionem, Deus iſtud *nominatim* voluit interdicere, ad quod alioqui ſuperſtitio humana proximè propendet.

2. *Alius ex Neotericis*, in præcepto primo *Deos alienos propriè dictos*, in altero verò de ſculptilibus, *ipſorum figuras & imagines*, quæ eò, quòd alienos iſtos Deos repræſentent, *impropriè* Dii alieni dicantur, prohiberi.

℞. (1.) Ita verò fit diſceſſus à *Catecheſi Heidelbergenſi*, Calvinianis alioquin authenticâ. ubi quæſt. 4. & 45. Idololatria atque ſuperſtitio OMNIS primo præceptô prohiberi dicitur. (2.) Hoc ipſo genuina aliorum præceptorum Decalogi explicatio infringitur. Sic enim & *ſoli parentes* propriè honorandi, Magiſtratus, tutores & præceptores impropriè. Sic homicidium, adulterium &c. *propriè* non committenda; ira, laſcivia, malevolentia *impropriè*. (3.) Quid? quòd multæ gentes imagines pro *Diis* coluerunt, exemplô *Dagon Philiſtæorum*, 1. Sam. 5. v. 7. & gentilium, Rom. 1. v. 23.

3. *Non nemo ex iisdem*, primum præceptum, de *Diis alienis*, agere de cultu *interno*; præceptum verò de *imaginibus*, de cultu *externo*.

℞. Non conceditur. Nam (1.) verba Decalogi *generaliſſimè* intelliguntur de Diis alienis, *quocunque modô dictis*, de *quovis eorum cultu*. (2.) Quòd cultus eſt modò *internus*, modò *externus*, id non eſt generis *differentia*, ſed ex ejuſdem generis diſtinctis *accidentibus*: ex accidentibus autem *firma legis differentia* conſtitui non poteſt. (3.) Diſtinctio hæc in ſcripturis non habet fundamentum, quia cultus externus, qui fit per imagines, etiam ipſi Deo tribuitur, *Exod.* 32. v. 8. Oſe. 2. v. 16. *Gerhard.* tom. 3. LL. CC. loc. 15. de Leg. Mor. §. 47. *Eckhard.* in faſcic. contr. Calv. c. 11. q. 1. p. 268. ſeq. *Dieter.* Inſt. catech. p. 89. ſeqq. *Thumm.* in Explic. Decal. p. 160.

III. *Beza* volum. 1. fol. 256. *fraudis accuſat Lutherum*; quod in *minori Catecheſi verba de imaginibus omiſerit*: neque enim *fruſtra*, ajunt Neo-parurgenſes, Moſes poſt præceptum de *non habendis Diis alienis* ſubjunxit præceptum de *imaginibus*.

℞. Perperam Lutherus accuſatur *fraudis*. Nam (1.) nihil ex *Exodo* vel *alio codice Biblico* expunxit, ſed Biblia integritati ſuæ reſtituere maſculè elaboravit. Quod autem præceptum de imaginibus omiſit in *ſua Catecheſi*, id factum ſine dolo, *brevitatis* ſtudiô, propter captum rudiorum, quorum curtæ memoriæ ejuſmodi ſuccinctâ συνόψει mederi piè voluit: σύνοψις verò non eſt κακόνοια. (2.) Subjecit Deus *generali* mandato *ſpeciale*, ideo comprimis, ut populus Iſraeliticus ad Idololatriam alioqui nimis pronus, eò magis ab idolorum cultu avocaretur. *Eckhard.* ibid. q. 12. p. 270. *Thumm.* l.c. p. 72.

IV. *Leo Imperator* A.C. 727. Conſtantinopoli in concilio decrevit, *nullas prorſus ſtatuas eſſe ferendas*; quem Lutheri tempore ſecuti ſunt *Carlſtadiani & Anabaptiſtæ*, qui *omnes omnino ſtatuas voluerunt ſublatas*, quòd *Deus eas facere prohibuerit*: quod autem *facere* prohibuit, id quoque *habere* prohibuiſſe.

℞. (1.)

℞. (1.) Propositio hæc: Quod prohibitum est *facere*, id quoque prohibitum est *habere*; non est *universaliter* vera. Nam privatis prohibitum est *facere* monetas, quia ea res ad Magistratus pertinet; sed non sequitur, ideo etiam prohibitum esse privatis habere monetas. (2.) Prohibitio facturæ in præcepto divino non *absolutè* intelligenda est, siquidem Deus ipse imagines facere præcepit, videlicet duos *Cherubim* super arcam propitiatorii, Exod.25.v.28. & *serpentem aeneum*, Num.21.v.8. sed secundùm quid, nempe imagines non debent effici *eò fine*, *ut adorentur*. Id quod planum est: 1. ex ipso contextu. Verbis enim de non faciendis imaginibus *immediatè* annectitur: *Non adorabis, neque coles ea*. 2. Ex subjuncta declaratione: *Non facietis vobis Deos aureos, neque argenteos*, v.23. ubi quod antea *imagines* dixerat, jam in explicatione *Deos aureos & argenteos* vocat; subindicans, *illas demum imagines prohiberi, quibus cultus defertur*. 3. Ex loco parallelo, *Levit.26.v.1. Non facietis vobis idolum & sculptile, nec statuam erigetis, aut lapidem collocabitis in terra vestra, aut adoretis apud eum*. Si autem *remotò cultu adorationis*, columnam & lapidem erigere licet, quidni etiam *imaginem facere* liceat, *remotô cultu*?

Regerunt *adversarii*, utrumque prohiberi, & *effectionem* & *adorationem*.

℞. At nos hoc ipsum negamus: quando enim ipsa *effectio sculptilium* prohibetur, *tantum idola* intelliguntur; non autem *omnis imago* est idolum, in sacris prohibitum; *Huic* enim cultus exhibetur, *illi* verò non. *Carol. Magn.* in præfat. lib.1. contr. Synod. de Imag. Hist. Magdæb. cent.8 c.9.p.657. *Wigand.* de Sacram. p.18. *Gravver.* in Explicat. Mich. c.1. par.4. q.1. p.73. Eckhard. in fasc. contr. Calvin. c.11. q.4. p.275. *Hinckelmann*, disput. 2. de Anabaptism. error. cap.2. error.2.

Vers.5. *Non incurvabis te eis, neque coles ea, quia ego Dominus Deus tuus, Deus Zelotes, visitans iniquitatem patrum super filios, super tertianos, & super quartanos, in eos, qui oderunt me.*

I. Ecce (1.) *Enallagen modi* indicativi, *incurvabis & coles*, pro imperativo, *incurvato & colito*. (2.) *Ellipsin* verbi substantivi: *quia ego*, scil. *sum*, (3.) *Ἀνθρωποπάθειαν*, *Deo* enim *humanitus* tribuitur, tum *Zelus*; quô *vehemens ejus ira* adversus rebelles ac improbos notatur, qui quasi violatâ fide, quâ sibi eos Deus despondit, spiritualiter scortantur: tum *visitatio*, quâ *realis exhibitio supplicii* divini innuitur. *Jun.* in Not. ad h.l. p.86. *Glass.* lib.5. Philol. sacr. tract.1. cap.7. p.121. & 144.

II. *Imagines Christi & sanctorum non sunt religiosè colendæ*, quippe, *quibus Deus adimit omnem cultum, internum & externum*. Dum enim jubet, ne *imagines adoremus aut colamus*, *internam* devotionem imaginibus deferre prohibet: *incurvatione* autem easdem honorare dum vetat, quôvis *externô* cultu religiosô indignas esse monstrat.

Excipit I. *Andradius* in V.T. non licuisse Deum invisibilem in imagine visibili colere; *nunc* verò licitè CHRISTUM per imagines coli & adorari. Addit verò *Majerus jesuita* controv.7. p.189. hoc præceptum, tantâ latitudine acceptum, non fuisse *naturale*, sed *ceremoniale*, populo Israeliticô peculiariter præscriptum; in N. autem T. abrogatum esse, cessante jam ista in idololatriam pronitate.

℞. (1.) Falsum est, nunc licitè Christum *per imagines* coli & adorari: Christum enim adorandum & colendum esse, Apostoli docent; in *simulachris* verò & *per imagines* esse colendum & adorandum, Apostoli nequaquam docent. Sed *Apostolus* 1. Johann.5.v.20. cùm dixisset, Filium Dei venisse & dedisse nobis mentem, ut cognoscamus verum Deum, addit v.21. *Filioli, custodite vos*, seu *cavete à simulachris*. Quâ sententiâ ad legem, *Exod.20.v.5.* respicit, & eam in N.T. ratam esse debere ostendit. Græci enim *sculptile*, statuam seu imaginem, *Exod.20.v.5.* reddiderunt *εἴδωλον*, quâ voce Johannes etiam ibidem utitur. (2.) Non minus falsum est, *concessam esse* in N.T. *religiosam aliarum imaginum adorationem*. Nam præceptum hoc *Dominum, Deum tuum adorabis, & illi soli servies*; non minus in Novo, quàm in V.T. obligat, *teste Christô* Matth.4.v.10. Videant ergo *Andradius & Majerus*, quàm bene consulant Ecclesiæ Romanæ, ut in ejus gratiâ, Christi adventum ad *legem moralem abrogandam*, & *imaginum cultum erigendum*, non dubitaverint tam miserè detorquere.

2. *Bellarminus* l.2. de Imag. c.7. hôc præceptô tantùm prohiberi *istam imaginem*, quæ *idolum* dici potest, vel quia *adoratur pro ipso Deo*, vel quia *repræsentat eam rem, quæ non est Deus*. Addit aut. *Azorius* l.9. Instit. Moral. c.7. aliud esse *imaginem*, aliud *idolum*, nec ita à sacris promiscuè usurpari.

℞. (1.) Esse discrimen inter *imagines*, quæ non ad *cultum religiosum*, sed *ad alios fines licitos* adhibentur: & inter *idola*, quibus religiosus cultus defertur, concedimus: sed tale discrimen vocabulis hisce intercedere, quale Pontificii statuunt, ne[gamus]. Nam ipse *Bellarminus* l.2. de Im[a]g. c.11. & 16. Damascenum citans testantem, fuisse aliquos Christianos, qui Christi & Sanctorum imagines quasi *Deos* colerent, dicit, tales accedere ad *idololatriam*. Agnoscit igitur imagines, *quibus cultus divinus exhibetur*, rectè vocari *idola*: Et per *cultum imaginum* committi *idololatriam*. (2.) Reprehenditur quidem *idololatria illa*, quam Bellarminus describit, se[d] non *illa sola*. Nam Exod.20.v.5. interdictum fuisse *omnem imaginum cultum*, tam est certum è verbis Mosis, ut nemo id negare possit, nisi qui Mosi in os contradicere velit: Siquidem lex in *genere* loquitur de iis, quæ in cœlo, in terra, & sub terra sunt, v.4. in cœlo autem [s]unt *Deus, Angeli*, & *Spiritûs* justorum: in terra vivunt sancti, sub te[r]ra in pulvere dormiunt *corpora beatorum*. I[p]sæ videntur quoque se[nt]ire (ait *Azorius* l.9.c.6.q.6. Alex. p.2.q. m.3 sect.1. *Albert.* dist.9. art.4. *Bonavent.* l.3. dist.9. a.1.q ad 1. *Richard.* 3. dist.9. a.2. q.2 ad 1. *Palud.* di[st.9.] q.1.a.2. *Marsil.* 3.q.8.a.2. ad 2. *Henric.* Quodlib.15 q.6. Si ergo i[n] ilâ lege *quilibet imaginum cultus* judæis fuit prohibitus, utique non tantum illa imago, quæ *pro Deo adoratur*, vel, quæ *repræsentat eam rem, quæ non est Deus*, in ea prohibetur.

3. *Gregorius de Valentia* tom.3. disp.6.q.2. idololatriam esse cultum, quô honor divinus tribuitur creaturæ alicui, *sicut Deo*; ex quo infert, in religiosa imaginum Christi, Mariæ, & Sanctorum cultu non committi ido[lol]atriam.

℞. (1.) Assumentum illud peregrinum, *ut Deo*, ipsemet interdum omittit, utpote quando punct[a]t[im] scribit: *Asserimus, idololatriam esse cultum divinum Diis falsis, atque adeo creaturæ tribuere*. (2.) Testatur etiam res ipsa, assumentum esse illud peregrinum. Quando enim creaturæ alicui divinus honor exhibetur, eo ipso creatura ista *in Dei locum* evehitur, ac *pro Deo* habetur: siquidem *divinus honor* non est, nisi is, qui Deo debetur. 3. Si non est idololatria, nisi qui divinum honorem tribuit creaturæ, *ut Deo*, nec Israelitæ colentes Deum *in vitulo aureo* nec Ethnici colentes eum *in simulachris*, idololatræ erunt; Nec Ariani à priscis Ecclesiæ Doctoribus

idolo-

idololatriæ accuſare potuiſſent; illis enim nihil minus erat propoſitum, quàm Chriſto, ut Deo, divinum honorem deferre. (4.) *Thomas de Aquino* in 2. 2. q. 94. art. 1 & lect. 3. in c. 5. Ephes. in definitione idololatriæ peregrinum illud aſſumentum omittit, ac *ſimpliciter* eam definit *ſuperſtitionem, quâ creaturæ divinus cultus*, i. e. *Deo debitus honor, exhibetur.*

4. *Lechnerus* contr. Thumm. par. 1. de ador. Imagin. p. 9. omnino *cauſam & modum* illius prohibitionis fuiſſe, ne quis adoret imaginem, ut *Deum aliquem*, ad quam adorationem populus Iſraëliticus fuerit propenſior. hanc enim cauſam ab ipſo Deo addi, *Ego ſum Dominus Deus tuus.*

℞. Non *illud* tantùm, ſed & *hoc* ne, *ullâ ratione in imaginibus Deum coleret* (quia ſolus Deus adorandus, & ei ſoli ſerviendum, Matth. 4. v. 10) populo Dominus præcepit, *Deut.* 4. v. 15. ſed & v. 20 rationem reddit, cur non erigenda ſimulachra: ſe enim Iſraëlitas educendo ex Ægypto, *ſibi ſoli* eos vendicâſſe, qui transgreſſores quoque ſeverè puniturus ſit.

Alius ex Pontificiis, tantùm prohiberi, ne *alienorum Deorum* imagines ad cultum proponantur, ut *Jovis, Mercurii*, &c.

℞. Scriptura legem illam manifeſtè interpretatur etiam de *veri Dei* imagine ſeu ſimilitudine, ne & illa ad cultum proponatur, *Exod.* 20. v. 4. *Deut.* 4. v. 15. ſeqq. Eſa. 40. v. 18.

6 *Rayhingus* in Enchir. Cathol. p. 514. non ipſas imagines in ſe colendas & adorandas eſſe, ſed univerſum cultum ad *prototypum* eſſe dirigendum, h. e. in imaginibus & per imagines, eos, qui per imagines ſignificantur & repræſentantur, puta *Deum*, *Angelos*, & *Sanctos* colendos.

℞. (1.) Hic color etiam à *Paganis* afferri fuit ſolitus, nec tamen per illum ab idololatria ſe purgare potuerunt. (2) Etiam judæi cultum imaginum ad *Deum* retulerunt, & tamen ut idololatræ à Deo puniti fuere *Exod.* 34. v. 4. *Judic.* 17. v. 3. (3.) Deus talem cultum non probat, ſed damnat, Deut. 5. v. 8. & 9. Sanctorum verò cultum & adorationem, ſive fiat *per imagines*, ſive *abſque imaginibus*, cum Scriptura pugnare, alibi demonſtratur. (4.) Quomodo ita abſolutè Pontificij obvertere poſſunt, quòd unanimi conſenſu cultum illum non *imaginibus*, ſed *prototypo* deferant; cum tamen de *genere & modo cultûs*, qui imaginibus deferri debet, invicem nondum conveniant. Nam *Thomas, Bonaventura*, & multi alii, quos recenſet & ſequitur *Vasquez*, tom. 1. in par. 3. diſp. 108. c. 3. dicunt, imaginem honorari *eodem honore*, qui debetur prototypo; unde adorationem *latriæ* tribuunt imagini crucifixi, *Catharinus* in opere de ador. Imag. concluſ. 6. & 7. *Ayola* de Tradit. ſtatuunt. imaginibus non deberi *eundem honorem*, qui defertur *exemplari*, ſed *inferiorem*. Concilium *Tridentinum* confirmat ſeptimam ſynodum, in qua definitum, imagines *per ſe & propriè* adorandas eſſe. Sententiam illam, quam *Rayhingus* tuetur, hodierni Pontificii Doctores, tanquam *periculoſam, temerariam*, & *hæreſi proximam* communiter improbant, ut ex Suarez. tom. 1. in par. 3 diſp. 54. ſect. 3. concluſ. 3. patet. *Chemnit.* in exam. Concil. Trident. par. 4. p. 681. *Gerhard.* de Conf. Cath. l. 2. ſpec. par. 2. p. 725. ſeqq. *Brochm.* tom. 2. Syſt. Theol. art. de leg. c. 7. q. 3. p. 5[illegible] ſeq. *Ames.* in Bellarm. enerv. tom. 2. l. 6. c. 5. theſ. 43. Thumm. in Idol. Lechner. p. 6. & 7.

III. *Julianus Apoſtata* apud *Cyrill.* l. 5. contr. Julian. p. 107. hæc Dei verba bifariam impugnat: 1. quomodo *Zelotypia* Deo tribui poſſit, cùm *homo Zelotes & invidus reprehenſione dignus ſit?*

℞. *Cyrillus* l. c. reſpondet, Deum quidem ab *omni paſſione* alienum & immutabilem eſſe, ſed *æternam illam diſplicentiam & odium peccati* appellari *Zelum*, appellatione petitâ ab *humano* affectu, averſante rem antea dilectam, cum indignatione; ita hâc voce notari *Dei amorem* erga ſuos, & *odium* adverſus peccatores.

2. Quomodo *Deus*, ſi verus eſt *Zelotes*, paſſus fuerit in genere humano alios coli Deos? Nam ſi *ipſo*, inquit, *invito* culti ſunt, non eſt omnipotens; ſi *volente*, non eſt abominanda gentium ſuperſtitio.

℞. Etſi Deus odit idololatriam, eandem tamen *certô conſiliô volens toleravit*, voluntate nimirum *conſequente & judiciariâ*, vindicante hominum ſpontaneam a vero Deo ἀποςασίαν cœcitate & amentiâ, ut *Rom.* 1 v. 24. Hinc Paulus *Actor.* 14. v. 16. ait, Deum præteritis ætatibus *dimiſiſſe* omnes gentes ingredi vias ſuas, & Actor. 17. v. 30. *diſſimulaſſe tempora ignorantiæ*, quia videlicet gentes fœdere deſponſationis cum Deo ante multa ſecula exciderant. Id Eccleſiæ Judaicæ & Iſraeliticæ exemplo patet, quæ quia fœdere *circumciſionis* Deo erat obſtricta, quamprimùm ad idola deflexit, fame, bellis, & ſervitute oppreſſa fuit, ut hiſtoriæ *judicum* & *Regum* teſtantur. *Rung.* Comm. in c. 20. Exod. p. 713. ſeq.

IV. *Thummius* in Tapinoſigraph. p. 289. ſtatuit, *Deum nudâ ſua adeſſentiâ impios terrere*, quòd *viſitare dicatur iniquitatem patrum in filios.*

℞. Argumentum hoc planè ἀσύςατον eſt: nam cùm Deus iniquitatem patrum in filios viſitare dicitur, non *nudâ ſuâ adeſſentiâ impios terrere*, ſed *punire impietatem patrum in filiis* cenſendus eſt, juxta *Oſiand.* tom. 1. fol. 118. *Theol. Saxon.* in Apol. contr. Wurtemb. p. 490.

V. *Bellarminus* l. 3. de Verb. Dei c. 1. probare conatur, *Scripturam ſacram*, quoad *modum dicendi & tractandi*, eſſe *difficilem & obſcuram*, quia primâ fronte quædam videantur in eadem contraria; ut, quòd hic *filius debeat portare iniquitatem patris*, cui contradicere videtur illud *Ezech.* 18. v. 20. *Filius non portabit iniquitatem patris.*

℞. (1.) Fallit argumentum, cum Scripturas λεπτομερῶς conſiderat, non verò ὡς ἐπὶ τὸ ὅλον: neque enim plus concluditur, quàm *eſſe quadam in Scripturis obſcura*, quoad *modum dicendi*. Enimverò perſpicuitas ſcripturarum ὅλως in eo conſiſtit, quod, ut notârunt veteres, nihil uſquam obſcurè dictum ſit, neceſſarium quidem ad *fidem*, quod alibi non occurrat dictum perſpicuè. (2.) Fallit iterum, quod ab *una* vel *altera particula* concludit de *toto corpore*. Ut enim concedamus, occurrere *nonnulla in Scripturis verè obſcura*, h. e. ſic, ut à *locorum collatione lucem nullam accipere poſſint*, tamen ea ſunt *pauciſſima*, & quæ à Theologis etiam ſummis ignorari poſſint abſque ullo fidei detrimento. (3.) Lubentiſſimè acceptamus, quod in Scripturis aliqua occurrant, quæ *videntur ſaltim primâ fronte* aſpicienti, & non ſatis diligenter conſideranti, contraria, non tamen ſtatim ſunt, ſed ſi quis diligentiam adhibebit, ea facilè conciliabit. Ita loca citata facilè conciliantur, etiam ex contextibus. Nam Moſes loquitur de filiis, qui *ſequuntur peccata parentum*; expreſsè enim adduntur hæc verba, *in his, qui oderunt me*. Ezechiel verò de filiis, *qui recedunt ab iniquitate patris*, ut ex v. 17. patet. *Thumm.* in Disquis. de Verb. Dei, par. 2. p. 50. *Cham.* tom. 1. Panſtr. l. 15. c. 15. n. 4. 5. 6. 37.

VI. Pon-

VI. Pontificii ſtatuunt, *Chriſtianorum liberos, ſine baptiſmo demortuos, à reatu peccati ſui non ſolvi, ſed à regno gloriæ æternùm excludi; quòd parentes ipſorum baptiſmum neglexerint*; id verò *in liberis Deum eſſe puniturum*.

℞. (1.) Non ſequitur illatio: Deus parentum peccata viſitat in filios, ergo *eaſtatim* viſitat, immittendo ipſis *æterna* ſupplicia & pœnas. Ab *indefinita* namque *generis poſitione* non validus eſt proceſſus ad *definitam* ſeu *determinatam hujus vel iſtius ſpeciei poſitionem*. (2.) Diſtinguendum eſt inter Chriſtianorum filios, qui vel *eadem ſimiliáve paterna prælectiva crimina perpetrant*; vel *neque ea, neque alia prælectiva & voluntaria flagitia deſignant*. Si *prius*, tum meritò ii puniuntur cum parentibus, ſin *poſterius*, tum iidem ſuppliciorum paternorum *reſpectu ſui* ſunt expertes, quatenus illa maledictionem Dei complectuntur. At infantes, in infantili ætate demortui, *prælectivi hujus flagitii* ſuorum parentum, nempe *contemtionis baptiſmi*, non ſunt rei, neque aliis voluntariis ſceleribus ſe commacularunt; ideóque nec propter illam avitam baptiſmi contemtionem à Deo damnantur. *Fevverborn*. faſc.2. diſp.8. thes.7.& 22.

VII. *Calvinus* l.2. Inſtit. c.8. §.19. contendit, *homines finaliter malos & incredulos, ob majorum & parentum flagitia, graviorem in inferno ultionem & pœnam eſſe paſſuros, quod Deus Zelotes viſitet parentum peccata, à quibus odio habeatur, in filios*.

℞. Negatur *connexio*: neque enim pœnam *æternam*, ſed *temporalem* comminatur, h.l. Deus; ideoque non ſequitur, Deum, quia ſobolem pravam, ob pravorum parentum noxas, in *hac vita* punit, etiam in *altero ſeculo* infernalibus flammis rigidiùs eandem propterea torquere. Nam (1.) pœna æterna eſt invariabilis, h.e. omnibus & ſingulis perſonis, quæ propter finalem incredulitatem perſeveranter ejus reæ ſunt, certò infligitur, & inflicta ab illis nunquam tollitur. At pœna, quam tetris & iniquis ſceleroſorum patrum filiis hic Deus minatur, non eſt *invariabilis*: ſiquidem impiorum ſoboles interdum ad bonam frugem ſe recipit, fatente Calvino l.2. Inſtit. c.8. ſect.21. (2.) De *quali præmio* Deus v.6. loquitur, de *tali* etiam loquitur *ſupplicio*, v.5. quia comminationi ſupplicii per antitheſin annectit promiſſionem præmii. At Deus tantùm loquitur de *præmio temporali*, ut probat verborum ἐμφάσεις de *mille generationibus*, ſucceſſivæ enim & per mille annos continuatæ generationes tantùm in hoc ſeculo locum habent, *Eccleſiaſt*.1. v.4.8. Luc.20. v.34.35.36. *Fevverb*. l.c. diſput.5. thes.37.48.49.

Verſ.6. *Et faciens miſericordiam millibus, diligentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea.*

I. Moſes utitur (1.) *Metonymia cauſæ* pro *effectu*: nam חֶסֶד, *miſericordia*, ſumit pro *beneficio ex miſeratione profecto*. (2.) *Synecdoche*: numerum enim certum, *millia*, pro incerto ponit, nim: pro *permultis*, ſeu *usque in perpetuum*. (3.) *Ellipſi* vocis, ex v.5 repetendæ: *millibus*, ſubint. à *patribus*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.164. *Jun*. ad eund. loc. p.86. & *Glaſſ*. l.5 Philol. ſacr. tract.1. cap.1. m.3. p.11. & cap.15. m.4. p.450.

II. *Salus æterna non eſt à meritis humanis*, quia eſt à *Dei miſericordia*, benefacientе his, qui ipſum diligunt, & præcepta ejus cuſtodiunt.

Porſanus contra ſalvæum excipit I. Non ſequi, ſi ex *miſericordia*, ergo non ex *meritis*, cùm poſſint *ſimul* conſiſtere miſericordia & merita.

℞. Porſanus Apoſtolo audacter in os contradicit: nam *Rom*.11. v.6. *ſimpliciter* negat, gratiam & merita *ſimul* conſiſtere poſſe.

2. In gratiam eorum, *qui obſervant mandata*, mitti miſericordiam in mille generationes: ita meritum eſſe eorum, qui ſervant legem, ſed *miſericordiam* poſteritatis quia præter Chriſtum nemo poſſit mereri pro aliis.

℞. Conatus hic Porſani abſurdiſſimus eſt: nam verba ſunt diſerta: *Faciens miſericordiam his, qui diligunt me*, &c. & neget Porſanus, ad *hos* pertinere miſericordiam? Imò vident omnes, ſenſum eſſe, Deum non *illis* tantùm facturum miſericordiam, ſed & eorum *poſteris*. Nam & in altero membro, quis exiſtimet a *ſolis poſteris* ſumi pœnas peccatorum, non verò ab *ipſis peccantibus*? *Cham*. tom.3. Panſtr. l.14. c.14. n.1.10.21.22.

III. *Beza* in Abſterſi calum. Heſhus. fol. ... probare nititur, *hos fidelium ante Baptiſmum eſſe in fœdere Dei, & habere gratiam adoptionis*; quod *iis diligentibus Deum ipſe promittit Deus, ſe benefacturum in mille usque generationes*.

℞. (1. *Benefacere Dei*, & eſſe *in adoptione gratiæ Dei*, non ſunt idem: nam Deus benefacit etiam *gentibus*, externam diſciplinam præſtantibus; ſed in *adoptione gratiæ Dei* tantùm ii ſunt, qui verbo & Sacramentis in filios Dei ſunt recepti & regenerati. (2.) Sicut *comminatio* v.5. non eſt intelligenda *abſolute* & *ſimpliciter*, ſed *certò reſpectu*, veluti ſupra audivimus: ita ex adverſo *promiſſio* etiam non *abſolute* & *ſimpliciter*, ſed *certo reſpectu* accipienda eſt. *Wigand*. de Sacram. fol.66. *Eckhard* in faſc. controv. Calvin. c.19. q.12. obj 5. p.478.

Verſ.7. *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum: quia non inſontabit Dominus eum, qui aſſumſerit nomen ejus in vanum.*

I. Reperitur hic (1.) *Enallage modi* indicativi, *aſſumes*, pro imperativo, *aſſumito*. (2.) *Hebraiſmus* לֹא יְנַקֶּה, *non inſontabit*, ſi ita loqui liceat, h.e. *non declarabit inſontem*, pro, *declarabit ſontem*, & proinde *graviſſime puniet*. nam *pœna* eſt *criminis conſectaria*, atque hinc (3.) Metalepſis occurrit. *Vatabl*. in Annot. ad h.l. p.164. *Jun*. in Not. ad eund loc. p.86. *Glaſſ*. lib.3. Philol. ſacr. tract.3. can.15. p.266. & can 20. p.286.

II. *Non rectè benedicuntur aqua, oleum, panis, ceres & ſimilia, ad effectus ſupernaturales partim ſignificandos, partim efficiendos*, velut ad peccata venialia delenda, ad Dæmones fugandos, morboſque curandos: nam ſic *nomen Dei in vanum aſſumitur* contra ſeveriſſimam ipſius Dei prohibitionem.

Bellarminus l.3. de Cult. Sanctor. c.7. regerit, *aſſumere nomen Dei in vanum*, proprie nihil eſſe aliud, quam *pejerare*; eos autem, *qui aquam benedicunt*, non pejerare, ſed ſolum religioſè Deum precari.

℞. De ſenſu *proprio* jam non diſputabimus: ſed interim hoc certum eſt, nomen Dei non debere ne quidem impropriè ſumi in vanum. Sumitur autem in vanum, cùm res naturales ad *ſupernaturales uſus & operationes* benedictione conſecrantur ſine *ſingulari Dei inſtitutione*. *Ames*. tom. .Bellarm. Enerv. l.6. c.7. thes.29. & 3.

III. *In V.T. tam temeraria, quàm falſa prohibere juramenta*, ex noſtro textu manifeſtum eſt, ubi (1.) nulla addita eſt *reſtrictio*, ideoque legis *generalis* verba *generatim* intelligenda ſunt nimirum nomen Dei *nullo modo* eſſe aſſumendum in vanum, ac proinde nec in *juramento*, ſive id *falſum* ſit, ſive *temerarium*. (2.) Vox Hebræa שָׁוְא cumprimis ſignificat *vanum* ſeu *fruſtraneum*, ſicut etiam LXX. Interpretes reddiderunt μάταιον.

Smalcius de Divin. Chriſt. p.20. regerit, vocem illam Hebræam שָׁוְא ſignificare falſum.

℞. Sit

℞. Sit ita, tamen & comprimis significat etiam *vanum*, Job. 31. v. 5. Si ambulavi cum temeritate; LXX. μετὰ γελιαστῶν *cum ridiculis*, cum scurris. Malach. 3. v. 14. Dicitis, *vanum* (inutile habet Thargum) esse colere Deum; & statim in textu additur, *Quid emolumenti*, quòd custodieris custodiam ejus. Jerem. 4. v. 30. In vanum ornabis te, id est, *non ad utilitatem*, ut iterum habet Thargum; & ex contextu confirmatur: *Frustra* ornas te, contemserunt te amatores, animam tuam quærent. Similiter Psal. 127. v. 2. *Frustra* laborant ædificatores in ea; in quo loco nihil prorsus aliud potest denotare, quàm *vanum & frustraneum*, quod contextus optimè evincet. *Mentzer.* in Exeg. A. C. p. 832. seq. *Franc.* in Schol. sacrif. disput. 20. thes. 78. *Stegm.* disp. 18. Antiphotin. q. 5. p. 209.

Vers. 8. *Recordari diei Sabbathi, ad sanctificandum eum.*

Est hoc loco (1.) *Enallage modi* infinitivi זכור *recordari*, pro imperativo זכר *recordare.* (2.) *Metonymia causæ pro effectu*: nam *recordari* connotat *desiderium & curam*, estque idem, ac operam dare. (3.) Hebraismus: *Sanctificare* enim diem Sabbathi, est, *cessare ab operibus suis* die Sabbati, eumque in cultu Dei totum consumere. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 164. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 87. *Glass.* l. 3. Phil. sacr. tract. 3. can. 44. m. 3. p. 362. & lib. 5. tract. 1. cap. 1. n. 5. p. 14.

Vers. 10. *Et die septimo Sabbatum Domino Deo tuo, non facies omne opus tu, & filius tuus, & filia tua, & servus tuus, & ancilla tua, & jumentum tuum & peregrinus tuus, qui in portis tuis.*

I. Recurrit huc (1. *Ellipsis* verbi substantivi: *Sabbatum*, scil. *est*; & *Qui in portis tuis*, subint. *est*. (2. *Enallage modi* indicativi, *facies*, pro imperativo, *facito*. (3. *Synecdoche generis* pro specie: *Omne opus*, scil. *servile & mechanicum*, ut ex *Levit.* 23. v. 7. seq. & *Num.* 28. v. 18. patet. (4.) *Metaphora*: Intra *portas* tuas, h. e. intra *terminos jurisdictionis* tuæ, sumtâ translatione à *portis*, quibus oppida terminantur, *Gen.* 34. v. 20. *Ariam.* in Bibl. p. 64. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 87. *Glass.* l. 5. Philol. sacr. tract. 1. cap. 14. m. 2. p. 437.

II. Circa A. C. 71. *Ebion* (à quo Ebionitæ) docuit, *feriationem diei septimæ adhuc dum esse observandam*, quòd *eam Deus in decalogo observandam instituerit*, cui & Lutheri tempore calculum addidit Carolstadius de Sabbato.

℞. Præceptum de *Sabbato* proponitur in lege dupliciter: (1.) ut *res*, quatenus jubet *certô tempore* vacare DEO; (2.) ut *signum*, quatenus *præcisè diem septimum* determinat, & futurum aliquid olim designabat. *Priori* modo est præceptum *morale* seu *decalogi*, & adhuc durat: nam etiam hodie vacare Deo, uno aliquo & certo die oportet. *Posteriori* fuit præceptum *ceremoniale & figurale*: Ceremonialia autem eô fine & eâ ratione instituta sunt, ut durarent usque ad N. T. Qemadmodum ergo aliæ ceremoniæ Leviticæ; ita quoque *Sabbatum*, quatenus fuit *figura & signum* N. T. est abrogatum. Postquam enim Sabbati *res significata*, nimitum sanctificatio nostra per Christum (quæ consistit in remissione peccatorum, & donatione Spiritûs Sancti) est exhibita, cessat jam typus. *Pezel.* par. 3. Arg. & Resp. Theol. p. 167. seqq. *Wigand.* de sacr. fol. 23. b. *Baldvin.* 2. de cas. cons. cap. 13. cas. 2. p. 471. seq. *Gerh.* in Confess. Cathol. l. 2. spec. par. 1. p. 338. *Meelführ.* dec. 6. Vind. Evang. disp. 2. thes. 55-60. p. 39. seq.

III. *Bellarminus* l. 3. de Cult. Sanctor. c. 10. contendit, *observationem festorum*, velut diei Dominicæ, Paschatis, Pentecostes, & similium, pertinere ad cultum Dei, sanctamque esse atque religiosam; quòd Deus præceptum primæ tabulæ dederit de *observatione festorum*.

℞. (1. Bellarminus falsò dicit, *observationem festorum* hic loci præcipi, siquidem præcipitur tantùm, ut *dies ille septimus*, quem Deus ipse in verbo suo designat, religosè observetur. Jam verò ex *uno die festo* non possunt probari *multi*. (2.) Sabbatum Judæorum non est propriè loquendo dies festus, sed ut superius quid in V. T. distinguitur à *Chaggim* illis, quorum fit mentio *Deut.* 16. v. 16. (3. Nihil ibi præcipitur de *tempore cultûs*, præter septimi diei observationem generalem, & *specialia tempora* conventuum ex *speciali & variabili* occasione constituenda. *Ames.* tom. 2. Bellar. enerv. l. 6. c. 10. thes. 2. 6. 8. *Cham.* tom. 5. Panstr. l. 5. c. 8. n. 10. seq.

IV. *Eccius* in Enchir. LL. CC. cap. de Eccles. probare conatur, *Ecclesiam habere potestatem super Scripturam*, quòd *ipsamet autoritate sua Sabbatum*, quod tamen DEus in decalogo præcipit, *mutaverit in diem Dominicum.*

℞. (1.) *Morale* tertii præcepti, videlicet diem aliquem ex septem destinandum esse cultui divino in N. T. non est abrogatum; sed *ceremoniale*, quatenus præcisè *ipsum in ordine septimum diem* Judæi sanctificare tenebantur. (2.) Illud ipsum ceremoniale abrogatũ est, non *autoritate Ecclesiæ*, sed *Spiritûs Sancti institutione*, qui docuit per Apostolum, non esse nobis observandum dies & tempora, *Coloss.* 2. v. 16. *Gerhard.* & Cham. ll. cc.

V. *Radeccius* in Notis ad libr. Smigl. p. 12. negat, *festa Sanctorum in Ecclesiis Evangelicis licitè retineri*, cùm *festa pertineant ad tabulam decalogi primam*, in qua Deus religionis officia præscribit, quæ ad *numinis sui* peculiariter, non etiam ad *Sanctorum* cultum pertineant. *Neq; enim*, pergit ille, *dicit*: Sabbatum est *Abelis, Noachi, Abrahami*; sed: *septimô die Sabbatum est Domini Dei tui.* Ut ergo in V. T. non celebratæ fuerunt memoriæ *Patriarcharum*, ita nec in N. T. *Martyrum*, Johannis Baptistæ, Stephani, Jacobi, &c. videntur celebrari posse.

℞. Distinguendum est inter id, quod in hisce festis pertinet ad *honorem Dei*, & quod cedit in *memoriam Sanctorum*. *Prior* respectus facit, ut festa Sanctotum sint *festa & sancta*, quia Dei beneficia, per Sanctos nobis exhibita, in iis recoluntur, & quicquid cultûs adhibetur, omne illud in *nomen Dei* convertitur. *Posterior* verò respectus tantùm externus est, quòd hoc modo memoria Sanctorum simul recolitur, non effectu *venerationis*, sed affectu *charitatis*; ideoq; etiam denominationem tantùm *externam* inde Sanctorum festa consequuntur. *Stegm.* disp. Antiphot. 53. q. 5.

Vers. 11. *Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram & mare, & omnia, quæ in iis sunt, & requievit in die septimo, &c.*

Controversias, circa locum hunc occurrentes, vide in *Vindic. Gen.* 2. v. 2. & 3. decisas.

Verſ. 12. *Honora patrem tuum & matrem tuam, ut prolongentur dies tui ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dans tibi.*

I. Vide-ſis (1.) *Synecdochen* tum *ſpecies pro genere*, quia nomine *patris & matris* quivis *ſuperiores* denotantur, uti explicatio catechetica edocet; tum partis pro toto, *dies* ſiquidem pro *annis* ſunt. (2.) *Hebraiſmum*: ut *prolongentur* dies tui, h. e. *diutiſſime vivas*; ubi verbum Hebræum יַאֲרִכוּן *intranſitivè* accipitur, & de *annis* dicitur, qui prolongantur, cùm multi ſunt. (3.) *Enallagen temporis* præſentis, *dans* vel *dat*, pro futuro, *dabit*. Ariæm. in Bibl. p. 64. *Glaſſ*. l. 3. Philol. ſacr. tract. 3. can. 27. n. 2. p. 320. & lib. 5. tract. 1. cap. 15. m. 7. p. 452. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 164.

II. *Becanus* in Manual. Cathol. l. 1. c. 1. n. 7. in libell. de jud. controverſ. fid. p. 47. contendit *Scripturam eſſe obſcuram*, & quidem inter alias ob hanc quoque contradictionem apparentem: Hic enim *parentes Deus præcipit honorari, quos verò Chriſtus* Luc. 14. v. 26. vult *odio haberi.*

℞. *Apparens* hæc contradictio ſolutu non adeò difficilis eſt, ut inde Scriptura *difficultatis & obſcuritatis* arguatur: nam verba de *parentibus honorandis* intelligenda ſunt ἁπλῶς & *abſolute*, de *omni honore parentibus debito*, Coloſſ. 3. v. 20. at verba de *parentibus odio habendis*, intelligenda ſunt κατά τι & *ſecundùm quid*, nempe in caſu *perſecutionis*, ubi Chriſtum & ejus doctrinam plus debemus diligere, quàm parentes, quemadmodum clariſſimè explicatur *Matth.* 10. v. 37. *Odiſſe* enim hic non *hoſtilem quendam affectum* notat, ſed *parentum amori dilectionem Dei præferendam* eſſe monet. Uſitatum enim eſt in lingua Hebræa, *verba & nomina* quandoque poni pro *contrariis negatis*; ſic *odiſſe* dicitur, qui *non amat*, vel *obtemperat*. Meiſn. par. 2. Phil. ſobr. ſect. 2. cap. 2. q. 12. can. 8. p. 667. *Gerhard.* tom. 3. LL. CC. loc. 15. de Leg. Mor. §. 149. p. 234. *Garth.* in lib. de jud. controverſ. fid. & relig. Chriſt. p. 63. ſeq.

III. *Smalcius* de Divin. Chriſt. c. 5 p. 21. docet præcepto de *honorandis parentibus* in N. T. *aliquid eſſe additum à Chriſto*, quatenus etiam parentibus, & omnibus aliis, qui *parentum locô* ſunt, utpote *Magiſtratus, Dominus, maritus* præcipiat, quid eis faciendum ſit.

℞. Additio hæc planè eſt fruſtranea, præſertim cùm ſatis conſtet, quòd *parentum* nomine hîc & *Magiſtratus*, & *Domini*, & *mariti* comprehendantur. Ita *Magiſtratus*, 1. Sam. 24. v. 12. *Domini*, 2. Reg. 5. v. 13. & *mariti*, Jud. 6. v. 13. *patrum* nomine inſigniuntur. *Stegmann.* diſput. 19. Antiphot. q. 2.

IV. *Parentum conſenſum in liberorum nuptiis eſſe neceſſarium*, exinde patet, quòd *Deus liberis præceperit parentes honorare*; id quod videatur, cùm *liberi ſeipſos è patria poteſtate ſubtrahunt, inſciis vel invitis parentibus conjugia contrahendo.*

Bellarminus libr. de Matrim. c. 20. excipit, præceptum illud ad *mores informandos*, non ad *Sacramenta miniſtrãda* pertinere, eumque, qui in contrahendo conjugio non honorat patrem, *peccare*, ſed non continuò *matrimonium eſſe irritum.*

(1.) Exceptionis vis nititur falsâ hypotheſi, quod matrimonium ſit *Sacramentum*, & quod ad *eſſentiam conjugii* nihil aliud requiratur, quàm *conſenſus contrahentium*: (2.) Invertimus Bellarmini argumentum: nam ſi filius familiâs vel filiafamiliâs *peccant* contra quartum præceptum, contrahendo matrimonium citra conſenſum parentum uti fatetur Jeſuita; utique matrimonium, citra conſenſum parentum initum eſt contractus divinâ lege prohibitus, ac per conſequens, tale matrimonium eſt *per ſe* illegitimum & irritum. (3.) Illud ipſum retorquemus: Si enim præceptum Decalogi de parentibus honorandis pertinet ad *mores informandos*, quemadmodum dixit Bellarminus; ſane ad *liberorum matrimonia* id quoq; pertinet: tum quia vel maximè eſt contra *bonos mores*, liberos abſque parentum conſilio & voluntate matrimonium contrahere; tum quia ad parentes ſpectat, liberis de matrimonio proſpicere. Gerhard. tom. 7. LL. CC. loc. 28. de Conjug. §. 60. & 63. p. 114. & 119.

V. Deus non videtur *promiſſis ſtare*: hic enim promittit *liberis morigeris* vitæ longævitatem; cùm tamen *eorum aliqui præmaturâ moriantur morte*, Eſ. 57. v. 1. *Sap.* 4. v. 7. idque comprobant exempla *filii* viduæ Naimiticæ, *Luc.* 7. v. 12. & *filiæ* Jairi, *Matth.* 9. v. 18.

℞. *Exceptio* hæc eſt à *regula*, cujus exceptionis Deus ſuas habet cauſas; vel enim aliquos Deus abripit ex hujus vitæ ſtadio, ne malitia pervertat intellectum eorum, *Sapient.* 4. v. 11. vel ut ne mala impendentia experiri cogantur, *Eſa* 57. v. 1. *Hunn.* tom. oper. I. a1. p. 716.

Verſ. 13. *Non occides.*

I. *Pelagiani* & *Pontificii* ſtatuunt, *pravas concupiſcentias in homine renato non eſſe peccata*, cùm non ſint *externæ actiones*, quæ à lege Dei prohibentur, juxta illud: *Non occides, non mœchaberis*, &c.

℞. Lex non tantùm de *externis operibus* concionatur, ſed & præcepit *interiorem & perfectam obedientiam omnium virium erga Deum*, Deut. 6. v. 5. & *pravos interiores motus adverſùs proximum* prohibet, Exod. 20. v. 17. & Matth. 5. v. 22. 28. *Selnecc.* par. 3. Exam. ordinand. p. 144. ſeq.

II. *Manichæi* noluerunt vel *herbas* evellere, vel *poma* decerpere; *Tatiani à carnibus* abſtinuerunt, quidam ex *Eremitis* pulicibus & aliis inſectis infeſtantibus pepercerunt, quia putabant, inde præceptum hoc aliàs violari.

℞. Quintum præceptum non pertinet *propriè* ad *terra naſcentia*, vel ad *bruta animantia*, veluti volucres cœli, piſces maris, pecora campi, inſecta; ſiquidem utrumque conceditur à Deo, puta terræ naſcentia in hominis cibum, Gen. 9 v. 3 & bruta animantia ad eſcam mactare v. 2. Act. 10 v. 13. Sed in lege vocatur *homo*, cujus muniendi cauſa quintum præceptum, *nõ OCCIDES*, datum eſt, Gen. 9. v. 6. 1 Joh. 3. v. 15. *Chemnit.* in LL. Theol. par. 2. loc. Leg. Dei c. 6. præcep. 5. p. 45. ſeq.

III. *Anabaptiſtæ* contendunt, *Magiſtratum politicum non debere facinoroſos gladiò punire, cùm Deus in lege hac prohibeat hominis internecionem.*

℞. 1.) Lex Dei, *non OCCIDES*, non demum in N. T. promulgata eſt, ſed & in V. T. extitit; nihilominus tamen *Magiſtratus* V. T. *occidit facinoroſos*, Deo præcipiente & approbante, *Exod.* 22. v. 18. ſeq. *Deut.* 19. v. 13. (2.) Si propter legem illam moralem, *non occides*, abſolute & *ſimpliciter* in N. T. prohibitum eſſet *hominem occidere*, peccâſſet etiam *Petrus* Ananiam & Sapphiram divino judicio morti adjudicans, *Act.* 5. v. 9. quod quia abſurdum eſt, ipſimet *Anabaptiſtæ* fateri coguntur, legem Dei admittere.

mittere aliquam *limitationem*. (3.) Loquitur verò Deus de vindicta *privata*, ne quis ex *odio*, aut *suorum commodorum* causâ, vel in *alterius favorem*, quenquam trucidet; non autem de *publica*, quæ nihil aliud, quàm nervus Magistratûs politici, sine quo in tam effreni hominum malitia pax publica, honestas, judicia, conjugia, &c. servari non possent, uti discrimen hoc Paulus agnoscit *Rom.* 13. v. 4.

Regerunt illi, legem Dei, *non occides*, *generalem* esse, ideoque etiam obligare *Magistratum*, qui non debeat facinorosos occidere.

℞. (1. Etiam Magistratui V. T. dictum est, *non occides*; qui tamen licitè potuit sontes occidere. (2. Sanè præceptum de *homine non occidendo* obligat *Magistratum*, ut *hominem privatum*, ne scilicet *temerario ausu innocentes* occidat; Non autem ut *personam publicam* Dei judicia adversùs maleficos exercentem, Gen. 9. v. 6. Rom. 13. v. 4. Quos enim Magistratus *juxta leges* propter enormia facinora occidi jubet, illos ratione *officii* & ut *Dei ministe*r occidit, ac proinde non *humanâ temeritate*, sed *divinâ autoritate* capitales pœnas illis irrogat. *Osiand.* in Enchir. controv. Anabapt. c. 9. q. 4. obj. 2. p. 217. seq. *Gerhard.* tom. 6. LL. CC. Luc. 27. de Magistr. polit. §. 104. p. 1024. seq.

IV. *Weigelius* in postilla, & in libello vom Kriegsmuster negat *ullum Magistratum posse bonâ conscientia bellum*, etiam *defensivum*, *suscipere*; quod *Deus hominem occidere prohibeat etiam Magistratui*.

℞. (1.) *Etiam Magistratui* V. T. prohibuit Deus *hominem occidere*, cui tamen *formam belligerandi* præscripsit *Deut.* 20. per tot. (2. Lex DEI de *non occidendo privatam* vindictam solummodo prohibet, vindictam verò Magistratûs *publicam* non tollit; Deus enim *jus gladii* Magistratui concessit, Rom. 13. v. 4. ad quod *belligeratio* quoque pertinet, quæ est armata pacis publicæ adversùs hostes defensio, & injuriarum propulsatio. *Thumm.* in Imp. Wigel. p. 222. obj. 7.

V. *Flagellationem* in Papatu receptam, *quinto decalogi præcepto repugnare*, inde liquet, quia *generatim* eò prohibetur, *non occides*, nempe sive *alium*, sive *te ipsum*. Quod Synecdochicum *occidendi* verbum, stylô Spiritûs Sancti de *externo facto* acceptum, non modo *hominis internecionem*, sed & *membrorum mutilationem*, & *quamcunq; voluntariam sui ipsius vel alterius læsionem oppressionemq;* significat. Psalm. 56. v. 5. Prov. 25. v. 18. Jerem. 18. v. 18. Esa. 1. v. 21. & 23. Rom. 3. v. 15. Coloss. 2. v. ult. *Gretserus* l. 2. Apolog. pro Discipl. p. 234. regerit 1. quintô præceptô eum tantum *verberationem*, quæ *cum vita ademtione vitavé adimenda animò* conjuncta est; sub *homicidii* nomine prohibitum esse.

℞. Hanc corruptelam Christus *Matth.* 5. v. 21. & 22. ex professo refellit, ubi genuinum præcepti quinti sensum explicans quatuor *homicidii* gradus constituit, quorum primus *externum opus* concernit, quod est sanguinis effusio, vel læsione tantùm, vel cæde facta: alter est *ira temeraria*, ex naturæ petulantia injuriævé impatientia fluens: tertius *externos* continet *gestus*, irati & malevoli erga proximum animi indices. Quartus *linguâ* committitur, cùm quis ex malevolentia proximo imprecatur.

2. Ibid. p. 235. Etiam *Magistratus* interdum *verberibus* afficere maleficos, eusque *stigmatibus* notare, citra *homicidii* patrationem.

℞. Hoc nihil prorsus ad sensum facit. Nam (1.) Magistratui *divina autoritate* datus est gladius, ut *ex officio* plectat sontes, Gen. 9. v. 6. Exod. 22. v. 18. seq. Rom. 13. v. 4. *Privatis* verò omnibus non modò *usus gladii*, ad sontes etiam plectendos, ademptus, sed & quævis tum *sui* tum *aliorum* læsio temeraria prohibita est. (2.) Stigmata illa, quæ Magistratûs jussu maleficis imprimuntur, inuruntur *pœnæ* locô, juxta legem: at in flagellationibus Papisticis imprimuntur *religionis* causa; ea verò inustio pugnat cum lege divina, *Levit.* 19. v. 28. & *Deut.* 14. v. 1. D. *Zeemann.* in Carnif. Exuvit. p. 294. seq. & 407.

Verf. 15. *Non furtum facies.*

Distinctionem dominiorum & proprietatem rerum esse ordinationem Dei, & ipsi probari, Lex Dei de *non faciendo furtum*, manifestè docet. Sicut enim in usu *elementorum & Solis* non potest committi furtum; ita si Deus instituisset *communionem bonorum*, nullus esset usus illius præcepti.

Anabaptistæ regerunt, sicut in *facultatibus Respub.* potest committi *peculatus*, qui est furti species; ita posse etiam in *rerum communione* committi *furtum*.

℞. Ipse Decalogus addit declarationem, cùm v. 17. inquit: *Non concupisces domum proximi, aut quæ illius sunt.* Manifestè igitur sancit *proprietatem & distinctionem bonorum*. *Chemnit.* par. 2. LL. Theol. loc. de paupert. c. 3. p. 158. arg. 1.

Verf. 16. *Non respondebis in socium tuum testimonium falsitatis.*

In versu hoc (1.) *Enallage* tum *modi* indicativi, *respondebis*, pro Imperativo, *respondeto*; tum abstracti, *falsitatis*, pro concreto, *falsum*. (2.) *Synecdoche speciei pro genere* nam *respondere* pro *loqui* usurpatur. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 87. *Glass.* l. 5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 5. m. 6. p. 4[illegible].

Verf. 17. *Non concupisces domum proximi tui, non concupisces uxorem proximi tui, & servum ejus, & ancillam ejus, & bovem ejus, & asinum ejus, & omne, quod proximo tuo.*

I. Observa hic 1.) Indicativum, *concupisces*, identidem poni pro imperativo, *concupiscito*. (2.) Nomine *domus* synecdochicè notari *omnia proximi bona immobilia*, ut *agros, prata*, &c. 3.) Conjunctionem ו, ET, sumi disjunctive: *Aut* servum ejus, *aut* ancillam ejus, &c. (4.) Post verba: *Quod proximo tuo*, subaudiendum esse verbum substantivum EST. *Ariam.* in Bibl. p. 64. *Jun.* ibid. p. 87.

II. *Duo distincta esse præcepta. Non concupisces domum proximi tui*. Item, *non concupisces uxorem proximi tui*, &c. ostenditur ex discrimine tum *concupiscentiæ*, tum *objectorum*. Nam (1.) *decimò* præceptò concupiscentia *originalis*, seu primorum motuum; præceptô autem nonô *actualis*, seu consensûs & voluntatis prohibetur. (2.) Utrobique diversa ponuntur *objecta*: in *nono* enim præcepto dicitur, non concupisces *domum* proximi; in decimo autem præcepto extat, non concupisces *uxorem* proximi tui, &c. Qua de re uberiùs differentem vide *Brochm.* tom. 2. System. Theol. art. de Leg. c. 15. sect. 1. p. 165. seq.

Excipit 1. *Ursinus* in Catech. expl. p. 684. Verba de *non concupiscenda uxore* & de *non concupiscenda domo proximi*, unô versu à Mose hic poni.

℞. Si, quæ unô versu ponuntur, unum sunt præceptum, illa quoque scilicet de *non committendo ad-*

adulterio, homicidio, furto, &c. in unum coaleſcent præceptum; quoniam hæc omnia: *Non mœchaberis, non occides, non furaberis, non loquêris falſum teſtimonium, & non concupiſces*; à D. Paulo Rom. 13. v. 9. in uno ponuntur verſu.

2. *Schönfeldius* contr. Mentzer. conſequi inde, ſi ex *objectis concupiſcentiæ* diſtinguantur præcepta, fore illa *infinita*; quia fiat mentio *servi, ancillæ*, &c.

℞. Non conſequitur: viſum enim eſt divinæ ſapientiæ, in certas quaſdam claſſes diſtribuere res omnes, quæ ad proximum pertinent, & ſecundùm illas præcepta ordinare. Honor igitur patrius in præcepto *quarto* habetur; in *quinto* ipſum proximi corpus & vita; in *ſexto* ejus uxor; in *ſeptimo* facultates, in *octavo* exiſtimatio & fama; in *nono* rurſum (ut ipſa radix concupiſcentiæ arguatur) domus; in *decimo* uxor, ſervus, ancilla, &c.

3. *Smalcius* diſp. 7. contr. Franz. fol. 262. vocem, *concupiſcere*, in altero membro mutatam eſſe in verbum *deſiderari*, quòd non rem *novam*, ſed *priori ſimilem* prohiberi denotet; dici enim: *Non concupiſces domum, non deſiderabis uxorem proximi*, &c. Non autem hôc pactô: *Non concupiſces domum, non concupiſces uxorem*; quâ vocis mutatione ſignificari, non eſſe illa duo præcepta.

℞. (1.) In Hebræo eſt una & eadem vox, videlicet תחמד, non *concupiſces* domum, non *concupiſces* uxorem; nequaquam autem, non *deſiderabis* uxorē. (2.) Falſum eſt, utrobique *eandem* prohiberi rem: nam præceptô *nonô* damnatur *actualis*, & decimò *originalis* concupiſcentia, cui, tanquam *ignotiori*, illa, ceu *notior*, præmittitur. (3.) Scriptura hîc binis vicibus uſurpat *τὸ concupiſces*, ideoque non poſſunt niſi duo diſtingui & prohiberi. (4.) Exceptio illa potiùs militat contra Smalcium: Siquidem aliquis propter *diverſa vocabula*, diverſas etiam præceptiones inniti, cogitare poſſet.

4. *Id. Ibid.* fol. 263. procſus ſtatuendum videri, in his Moſis verbis repetitionem vocis, *concupiſces*, eſſe parùm neceſſariam.

℞. Illud Smalcii, *videtur*, refutatur per noſtrum, *non videtur*: nam & Deut. 5. v. 21. *τὸ concupiſcere* repetitur, licèt ibi duo diverſa ſint vocabula, nimirum, *non concupiſces uxorem*, ubi in Hebræo eſt תחמד; deinde *non deſiderabis domum, ſervum*, &c. ubi eſt תתאוה, quorum *hoc* dicit concupiſcentiam originalem, *illud* verò actualem. *Mentz.* tom. 2. diſp. Gieſſ. 1. theſ. 112. 113. 116. p. 46. ſeq. *Reinecc.* tom. 4. Panopl. Theol. p. 127. ſeq. *Franz.* in Vindic. diſp. 8. theſ. 118. & 119. *Eckhard.* in faſc. controv. Calvin. obj. 1. p. 267. ſeq.

III. *Smalcius* de divin. Chriſt. p. 21. autumat, *Chriſtum in* N. T. *perfeciſſe legem* de *non concupiſcendo*, dum non tantùm prohibeat; quod Lex prohibuerit, ne iſtiusmodi concupiſcentiis *delectemur*, ſed ne unquam *eas apud animos noſtros concipiamus*.

℞. Utrumque prohibet Lex de *non concupiſcendo*: de *priori* nullum eſt dubium; *poſterius* verò aſſerit Paulus, qui totus eſt in c. 7. ut concupiſcentiam etiam in *primo gradu*, quando concipitur, prohibitam eſſe demonſtret. *Non noviſſem*, inquit, *nempe cogitationes malas eſſe peccata, niſi lex dixiſſet, non concupiſces*, verſ. 7.

Smalcius diſp. 7. contr. Franz fol. 263. regerit, illam tantùm *concupiſcentiam* à lege Moſaica hîc prohiberi, *quâ quis de alienis rebus ad ſe pertrahendis cogitat, quibus poteſt mediis aut rationibus*; at ſub Evangelio non tantùm *tentationem meliorum vel rationum*, quibus quis aliena ſe pertrahere cogitet, ſed etiam *ipſam cogitationem de pertrahendis ad ſe alienis*, vitio jure verti. Differentiæ cauſam ſubjicit hanc, quòd omnia, quæ in lege Moſaica prohibita ſunt, *potiſſimum ad pacem & ſocietatem humanam conſervandam* præcepta ſint; quæ vero *mera cogitatione* violari aut rumpi nullô modô poſſit; at ſub Evangelio, *cordis puritas* maxime ſpectetur, & hoc unicè requiratur, ut *coram Deo* ſimus integri.

℞. (1.) Etiam in V. T. concupiſcentiam rei alienæ potuit animô concipere aliquis, qui *nondum de mediis tentandis* cogitavit; talem verò in legem de *non concupiſcendo* peccare, ex Apoſtolo audivimus Rom. 7. v. 7. (2.) Falſum eſt, *in* N. T. *majorem requiri cordis puritatem*, quàm *in* V. T. tam ſanctè enim *Iſraelitis* vivendum erat, quàm ſanctè vivendum eſt *Chriſtianis*, ut patet ex collatione locorum, *Levit.* 19. v. 2. & 1. *Pet.* 1. v. 15. & 16. *Franz.* in Vindic. diſp. 8. theſ. 121. ſeq. *Stegm.* diſput. Antiphot. 19. q. 7.

IV. *Uxorum communio à Deo non eſt conceſſa*: ipſe enim præcepit, ne *concupiſcamus uxorem proximi noſtri*.

Epiphanes, Carpocratis filius, teſte *Clemente* l. Strom. regeſſit, legem illam, *non concupiſces*, loqui de *Gentibus*, quarum uxores non ſint concupiſcendæ. *Hiſtor. Magdeb.* Cent. 2. cap. 5. p. 84.

℞. Nomine *proximi* non tantùm *Gentes*, ſed & *Iſraelitæ* veniunt intelligendi, quorum uxores etiam non erant concupiſcendæ, *Jerem.* 5. v. 8.

V. *Concupiſcentia prava, in omni homine exiſtens eſt peccatum propriè ſic dictum*: quia *prohibetur lege morali*: *Non concupiſces*, &c.

Coſterus in Enchirid. p. 240. ait, non caveri lege divina, ne *concupiſcentia ſit in membris noſtris*, ſed ne *ejus motibus & deſideriis conſentiamus*.

℞. Utrumque prohibetur, *prava concupiſcentia*, & *pravis concupiſcentiis obedire*. Quin potius lex requirit *omnimodam pravæ concupiſcentiæ abſentiam*; quia omnis illa prava concupiſcentia divinæ voluntati eſt contraria. Hinc Apoſtolus ipſos *primos motus* vocat *peccatum inhabitans*, Rom. 7. v. 17. & *legem membrorum, legi mentis repugnantem*, v. 23. Et dic mihi, quo legis præceptô damnabitur peccatum illud, quod *parvulis in Baptiſmo condonatur*? nullô ſanè, ſi non *concupiſcentiæ pravitas* ipſa lege de *non concupiſcendo* prohibetur. Ubi enim Lex non arguit, ibi peccati reatus eſſe nequit. *Eck.* tom. 3. Gieſſ. diſp. 3. theſ. 38. ſeq. *Meiſner.* par. 3. Philoſ. ſobr. ſect. 2. cap. 4. q. 9. p. 355. *Meyfart.* in AntiCoſt. tom. 2. p. 454. ſeq.

VI. *Nullus renatus, dum eſt in hac vita, omnem legis partem perfectè poteſt ſervare*: Nam *omnis renatus*, dum eſt in hac vita, *male concupiſcit*: quicunque autem *male concupiſcit*, transgreditur *aliquam legis partem*; quoniam mandatum illud, *non concupiſces*, unum eſt ex mandatis Legis.

Salmero Comm. ad Galat. diſp. 14. excipit, non eſſe ſenſum: *Noli habere primos concupiſcentiæ motus*, qui rationem præveniunt, quandoquidem in dormientibus inſunt, & ſæpe contra rationem & ſenſum prodeunt; ſed eſſe ſenſum: *Ne requieſcas motibus concupiſcentiæ, nec cedas carni, ad peccatum pellicienti.*

℞. Hæc

℞. Hæ non funt *repugnantia*, ut non poſſint ſimul prohiberi, ſed *ſubordinata*, quomodo *ſubordinata* ſunt ad peccandum gradus. Itaque non tantùm prohibetur, *ne concupiſcentia regnet*, ſed *omnino non ſit*, ut Auguſtinus l. de Perfect. juſtit. fatetur. Nec dubitamus, *motus dormientium*, ſi veniant à *concupiſcentia*, eſſe peccata; ideoque etiam *omnes illos primos*, qui præveniunt rationem, imò prodeunt contra rationem & ſenſum: nam hæc ipſa *rebellio* eſt, propter quam idem Auguſtinus l.5. contr. Julian. c.5. pronunciat, non eſſe ſine peccato eos motus. Proinde præcepto de non concupiſcendo non ſatisfacit, qui concupiſcentiis non aſſentitur ſi cor, concupiſcentia flammis flagrans, habeat: finis enim præcepti eſt *conſummata hominum perfectio*, & quidem *diſtinctè præcepta*, non tantùm *indicata*. *Meiſn.* l.c. *Cham.* tom.3. Panſtr.l.11. c.13. n.3.5.8.9.

Verſ. 18. *Et omnis populus videntes voces, & lampades, vocem buccinæ, & montem fumantem; & vidit populus, &c.*

I. Ecce 1. *Enallagen*. nomini enim collectivo ſingulari *populus*, reſpondet participium plurale, *videntes*, quod eſt pro verbo ſingulari, *videbat*. (2.) Metaphoram: ſiquidem קֹולֹת, *voces* ſignificant tonitrua, & הַלַּפִּדִם, *lampades*, fulgetra. (3.) *Synecdochen ſpeciei* pro *genere*. nam vox *buccina* pro *ejus ſonitu* eſt. (4.) Catachreſin: *viſio* enim conjunctim *fulgetro & tonitruo* tribuitur, quæ tantùm ad *fulgetra* pertinent; *tonitrua* namq; *audiebantur*. Utuntur autem Hebræi *ſenſu unô* pro *altero*, quod ſenſus conjuncti ſint quodammodo in uno loco. *Ariam.* in Bibl. p.64. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p.165. *Glaſſ.* lib.5. Phil. ſacr. tract.1. cap.10. p.250. & cap.18. m.2. p.466.

II. Moſes *ſibi* contradicere videtur: hîc enim refert, omnem populum *vidiſſe voces & ſonitum tubarum*, cùm *vox & ſonitus* non *viſu* percipiatur, ſed *auditu*. Hinc *Deut.*5.v.23. *Et fuit, quando audiſtis vocem è medio tenebrarum.*

℞. Dupliciter difficultas emollitur: 1. Eſt *Synecdoche*, quia enim Moſes dixerat, quòd *viderit populus fulmina Dei*, quæ non ſunt ſine tonitru, ideo ponuntur ſub eundem ſenſum & *tonitrua & fulmina*. 2. Tonitrua tam clara & manifeſta erant, ut *quaſi viderentur*; qua de re conſule *Auguſtin.* l.2. qq. ſup. Exod. q.72. *Walther.* in Harm. p.175. ſeq.

Verſ. 24. *Altare terræ facies mihi, & immolabis ſuper illud holocauſta tua, & pacifica tua, pecus tuum, & bovem tuum in omni loco, quô memorare faciam nomen meum, veniam ad te & benedicam tibi.*

I. Habes hîc (1.) *Enallagen* tum ſubſtantivi, *terra*, pro adjectivo, *terreum*; tum *modi* indicativi, *facies & immolabis*, pro imperativo, *facito & immolato*; tum *numeri* ſingularis *pecus tuum, & bovem tuum*, pro plurali, *pecora tua & boves tuos*. (2.) Ἀνθρωποπάθειαν: *adventu* enim Dei ad credentes in loco ſacro, *gratia & beneficentia divina exhibitio* notatur. *Ariam.* in Bibl. p.64. *Jun.* ibid. p.87. *Glaſſ.* lib.5. Philol. ſacr. tract.1. cap.7. p.143.

II. Deus *ſibi* repugnare videtur: hîc enim jubet ſibi altare fieri de *terra*; at c.27 v.1. id fieri præcipit de *lignis Setim*.

℞. Nulla eſt repugnantia, ſi dicas *internam* altaris partem fuiſſe de *terra ſolida* & compacta, *externam* autem de *lignis* dictis. *Walther.* in Harm. p.176

III. Photiniani negant, quòd *ſacrificia* V. T. *tantum in uno loco debuerint adminiſtrari*, cùm *Iſraelitæ hîc jubeantur ſacrificare in omni loco.*

℞. Iſraelitæ in deſerto conſtituti jubentur ſacrificare in omni loco, *quem arca quieſcens monſtrabat*, donec venirent ad requiem; tunc enim *ordinariè tantùm in uno loco* debebant adminiſtrare ſacrificia: ideoque iſtô peregrinationis tempore tantummodo *terreum* altare faciebant, aut *lapideum* ex rudibus lapidibus, quòd facilè deſtrui poſſet. *Franz.* in Schol. ſacrif. diſp.12. theſ. 70.

Verſ. 25. *Et ſi altare lapidum feceris mihi, non ædificabis eos exciſione: cum gladium tuum elevaveris ſuper illud, & pollues illud.*

Recurrit hîc (1.) *Enallage* tum ſubſtantivi, *lapidum*, pro adjectivo, *lapideum*; tum *modi* indicativi, *ædificabis*, pro imperativo, *ædificato*; tum abſtracti, *exciſione*, pro concreto, *exciſos*. (2.) *Synecdoche ſpeciei* pro genere: nam *gladius* pro *quocunq; ferreo inſtrumento* uſurpatur. (3.) Pleonaſmus: *Et pollues*, pro, *pollues*; ubi ET, redundare videtur, niſi dixeris ET, ſumi pro *Utiq;*. Ariæm. in Bibl. p.64. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.165. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.87.

Verſ. 26. *Et non adſcendes in aſcenſionibus ad altare meum, ut non detegatur nuditas tua ſuper illud.*

I. Iterum videas hoc loco (1.) *Enallagen* modi, *adſcendes*, pro *adſcendito*. (2.) Hebraiſmum: *Adſcendes in adſcenſionibus*, h.e. *per gradus*. (3.) *Metonymiam adjuncti* pro ſubjecto: *nuditas* enim pro *pudendis* ponitur. *Vatabl.* & *Jun.* ibid.

II. Ἀντίφασις quædam hîc apparet: nam prohibet Deus, ne Sacerdos *per gradus* ad altare adſcendat; at *gradibus* altare Salomonis, quod *cubitorum decem erat altum*, 2. *Paral.*4. v.10. carere non potuit.

℞. Nulla eſt ἀντίφασις. Deus enim hîc de *altis gradibus* loquitur, per quos ad altare non erat aſcendendum; altare verò Salomonis cùm tantæ eſſet altitudinis, ut ea, quæ ibi gerebantur, omnium oculis eſſent expoſita, haud dubiè *clivulus in circuitum altaris aſſurgebat*, in quem *molli & acclivi aſcenſu* fuit aſcendendum, id quod lege hâc Deus non inhibuit. *Jun.* in Not. ad h.l. p. 87. *Walther.* in Harm. Script. ſac. §.150. p. 180.

CAP. XXI. Verſ. 3. *Si non corpore ſuo venerit, in corpore ſuo exibit: Si Dominus mulieris ipſe, & exibit uxor ejus ſecum.*

In textu hoc reperitur (1.) *Synecdoche* tum *partis* pro *toto*, quia *corpus* pro *homine* eſt: Si in *corpore ſuo* venit, in *corpore ſuo* exibit, hoc eſt, ſi *ipſe ſolus* venit, *ſolus etiam*, ſine uxore exibit; tum *ſpeciei* pro *genere*; quàm partim analogia juris, partim ſequentes verſus oſtendunt: Si *Dominus mulieris*, aut ſi *pater liberorum* eſt, quos nexu ſecum obliget, ſimiliter exibunt. (2.) *Hebraiſmus*, quia *Dominus mulieris* eſt pro *marito*, & הוּא, *ipſe*, pro verbo *Eſt*. (3.) *Metonymia effecti* pro *cauſa*, exibit, hoc eſt, *libertatis jure donabitur*. Jun. in Not. ad h.l. p.87. & Glaſſ. l.5. Phil. ſacr. tract.1. cap.17. m.1. p.460.

Verſ. 4. *Si Domini ejus dedit ei uxorem, & peperit ei filios & filias; uxor & nati ejus erit Domino ejus, & ipſe exibit in corpore ſuo.*

I. Ecce (1.) *Enallagen* tum *numeri* partim pluralis, אֲדֹנָיו, *domini* ejus, pro singulari, אֲדֹנָיו, *dominus* ejus; partim singularis תִּהְיֶה, *erit*, pro plurali יִהְיוּ, *erunt*: tum *modi* indicativi, *erit & exibit*, pro imperativo, *esto & exito*. (2.) *Synecdochen* tum *generis* pro *specie*, quia nomine *uxoris* intelligitur *alienigena*, ex qua Dominus sibi parare volebat servos & ancillas; tum *partis* pro *toto*, siquidem *corpus* pro *homine* est: *ipse exhibet in corpore suo*, hoc est, *ipse solus sine uxore exibit*. Ariæm. in Bibl. p.64. *Jun.* in Not. ad h.l. p.87. *Glass.* l.3. Phil. sacr. tract.1. can.25. p.90. & lib.5. tract.1. cap.17. m.1. p.460.

II. Lex hæc videtur *Christo* repugnare, ut qui solam *fornicationem* facit causam divortii matrimonialis Matth 5.v.32. illa vero lex Mosis habet etiam *manumissionem servi*, qui libertate donatus, uxorem domino suo relinquere tenebatur.

℞. *Manumissio* non est causa *divortii*: neque enim ad *cohabitationis jus* hæc lex pertinet, quippe quod integrum mansit marito, libertate donato, erga servam uxorem. *Glass.* l.5. Phil. sacr. tract.1. cap. 17. m.1. p.460.

III. *Bellarminus* l.2. de Christ. c. 6. disput. argumentum ex *Gen.* 1. v. 1. pro *personarum divinarum pluralitate* deductum, non admodum esse solidum, cùm & hic nomen *plurale* cum verbo *numeri singularis* conjungatur; id quod non fieret, si quid mysterii ibi lateret.

℞. Fit hoc *impropriè & honoris causâ*, Moses autem Gen.1. v.1. *propriè* loquitur, neque hujusmodi *schema politicum* in phrasibus de *Deo* locum habet. *Meisner*. par. 2. Phil. sobr. sect.1. c.3. q.1. p.378. & 382.

Verf. 5. *Etsi dicendo dixerit servus: Dilexi Dominum meum, uxorem meam, & filios meos, non exibo liberius.*

In versu hoc reperitur (1.) Epizeuxis: *dicendo dixerit*, hoc est, *ingenue* dixerit. (2.) *Enallage temporis præteriti*, *dilexi*, pro præsenti, *diligo*. (3.) Hebraismus: *Non exibo*, id est, *noloexire*, seu libertate donari. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p.166. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.87.

Verf. 6. *Et accedere faciet eum Domini ejus ad Deos, & accedere faciet eum ad ostium, vel ad postem, & perforabit Domini, qui aurem ejus in tabula, & serviet ei in seculum.*

Habes hic (1.) *Anaphoram*; ab initio enim repetitur: *Et accedere faciet eum*. (2.) *Enallagen* tum *numeri* pluralis אֲדֹנָיו *Domini ejus*, pro singulari, אֲדֹנוֹ *Dominus ejus*: tum *modi* indicativi, *accedere faciet, perforabit, & serviet*, pro imperativo, *accedere facito, perforato, & servito*: (3.) *Metaphoram* à *Deo* sumtam: nam הָאֱלֹהִים *Dii* Chaldæo sunt דַּיָּנַיָּא, *judices*. (4.) *Synecdochen totius* pro *parte*. in *seculum*, hoc est, usque ad *jubilæum annum*, Levit. 25. v.9. seq. sive is *propè* fuerit, sive *longè* absfuerit. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.166. *Glass.* l.3. Philol. sac. tract.1. can.25. p.90. l.5. tract.1. c.10. p.215. & c. 16. m.4. p.458.

Verf. 8. *Si mala in oculis Domini sui, qui non desponsavit eam, & redimere faciet eam populo extraneo, non dominabitur ad vendendum eam, in prævaricando ipsum in eam.*

Observa hoc loco (1.) *Ellipsin* tum verbi, *si malæ*, scil. *videbitur*; tum pronominis, *Non desponsavit*, subint. *sibi*. (2.) Hebraismum. *Si mala in oculis Domini sui*, hoc est, si *displicuerit Domino suo*; & *non dominabitur*, i.e. *non habeto jus aut potestatem*. Ariem. in Bibl. p.640. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.1[illegible] *Jun.* ibid. p.88.

Ver[illegible]. 1[illegible]. *Et si tria hac non fecerit ei, & exibit gratis non argento.*

Vide sis (1.) *Pleonasmum*: nam ו, ET, redundare videtur, nisi vertatur per *atq;*. 2. *Enallagen modi* indicativi, *exibit*, pro imperativo, *exito*. ([illegible] *Ellipsin*. deest enim כ ante אֵין, ut sit כְּאֵין *in non argento*, pro *sine argento*. Vatabl. & *Jun.* l.c.

Verf. 12. *Percutiens virum, & mortuus fuerit moriendo morietur.*

I. Moses utitur (1.) *Synecdoche* tum *generis* pro specie, *percutiēs*, scil. *data operâ*, ut ex antith[illegible] 13. patet; tum *species* pro *genere*: *vir* enim pro *homine* est. (2.) *Enallaxi* conjunctionis copulativæ & pro[nominis] nominis relativi: *Et mortuus fuerit*, pro, *qui mortuus fuerit*. 3. Hebraismô: *moriendo* morietur, hoc est, *omnino* morietur. *Jun.* in Not. ad h.l. p.88.

II. *Bellarminus* l.1. de Purgat. c.8. loc.5. arbitratur Christum *Matth.*5.v.21. quum dixit, *qui occiderit, dignum esse judicio*, loqui de *judicio humano*, quo homicidium mulctatur morte *temporali* & quod *lex vetus nonaliam mortem comminetur homicidia*, *ut patet ex hoc loco.*

℞. 1.) Nullam a lege veteri mortem indici, præter *corporalem*, falsum est: scimus enim pronuntiatum, *maledictum esse, qui non permaneret in omnibus, quæ erant scripta in libro legis*, Deut 2[illegible]. 26 (2. In hoc Exodi capite non recensentur *pœnæ legis divinæ*, sed *justitiæ humanæ*, in reos criminum c[o]ercendæ, Itaque v.1. *Hæc sunt judicia*, id est, *judicialia præcepta*, ut exponit *Lyranus & Saa*, nempe quæ obtinere debebant *in foro humano*, ubi *judicia* erant exercenda. Nihil autem obstat, quò minus peccatoribus pœnæ sint à ju[d]icio *humano* infligendæ, & aliæ tamen à *Deo*. Nam & id fit hodie: neque enim vel *Papista* credit, *furem a Magistratu* suspensum, propterea nihil à *Deo* judice pati. *Cham.* tom. 3. Panstr. l.26. c.6. §.6. & 8. p.568.

III. Pro *pœnis capitalibus facinorosis hominibus irrogandis*, extat isthæc Dei constitutio, ut *homicida voluntarius iterum morte plectatur*.

Smalcius contr. Franz. disp. 6. poster. fol.396. Anabaptistas sequut9 excipit capitalium suppliciorum interrogationem non pertinere ad *nos Christianos*, sed ad *legem forensem Mosaicam*, quæ in N. T sit abrogata.

℞. (1.) *Ante institutam politiam Mosaicam* statim post diluvium magistratus institutus, ac datus illi gladius, quô utatur contra homicidas & alios facinorosos. Ergo leges de pœnis capitalibus *simpliciter & absolute* non pertinent ad *forenses & judiciales leges*, sed tantùm *secundùm quid*, ratione scilicet *determinationis personarum, graduum ac circumstantiarum*, quibus, & quando pœnæ capitales sint irrogandæ; interim *genus ipsum*, quòd scil Magistratui competat jus gladii in facinorosos, est *mora & perpetuum*. (2.) Id ipsum patet ex lege *naturæ*, omnium hominum mentibus inscriptâ, quæ apud gentes etiā ante promulgatam legem Mosaicam supplicia capitalia in usu fuisse ostendit. (3.) In N.T. *generalis* illa constitutio de pœnis capitalibus, sontibus à Magistratu irogandis non est sublata, cum Evangelium non tollat politias, & necessaria earum requisita, sed potiùs confirmet. (4. In specie, *ante institutum politiæ Mosaica* (ut dictum) viguit lex de homicidis capite plectendis, *Gen.* 9. v. 6. & *post finitam politiam Mosaicam* eadem durare jubetur a *Christo* Matth. 26. v 52. & a *Johanne* Apoc. 13. v. 10. Ergo *illa* est quoque lex *moralis*, non vero lex *propriè & specialiter* M[os]aica, licet sub Mose repetita *solemniter*, & scriptis comprehendi diviniti9 jussa fuerit. Neq; u[l]lum [illegible] est momentum, ex quo conjicere [illegible], in N. T. Christum abrogâsse capitale suppliciū, de *homicidis* sumendum. *Franz.* disp. 6. in A. C. par. 2. thes. 22. seqq.

12.ſeqq. *Gerhard.* tom.6.L.L.CC.loc.27.de Magiſt. polit.§.297.p 100 .ſeq.

Verſ. 13. *E qui non inſidiatus eſt, ſed Deus occurrere fecit ad manum ejus; & ponam tibi locum, qu[o] [fu]giet illuc.*

Redd[it] huc (1.) *Ellipſis* tum conjunctionis conditionalis. Et *qui*, pro, *Et ſi qui*. tum pronominis relativi, [qu]i *inſidiatus eſt*, ſcil. *ei*. (2.) Hebraismus. *Ponam*, i.e *not[abo, ſignabo].* (3.) *Pleonaſmus*: nam *illuc* redund[at]. *Ariam.* in Bibl. p.65. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.167. *Jun.* ibid.p.88.

V[erſ.] 14. *Et cum ſuperbierit [quis c]ontra ſocium ſuum, ad occidendum eum in [a]ſtutia, à cum altari meo [capi]es eum, &c.*

In textu hoc invenitur (1.) Metaphor[a]: *Vir* contra *[ſoci]um ſuum*, hoc eſt, *alter* contra *alterum*. (2.) [He]braiſmus: *in aſtutia*, id eſt, *aſtutè* ſeu *doloſe*. (3.) *Synecdoche partis* pro *toto*, ab *altari me[o]*, hoc eſt, *a loco ſacro*. (4.) *Enallage modi* indicativi, *capies*, pro imperativo. *capito*. Vatabl.& *Jun* l.c.

Verſ. 15. *Et percutiens patrem ſuum & matrem ſuam moriendo morietur.*

Ecce (1.) [En]allaxin conjunctionis copulativæ & disjunctivæ: *Et* matrem, pro, *aut* matrem, ἢ μητέρα, *Matt.* 15 v.4. (2.) Hebraiſmum: *Moriendo* morietur, hoc eſt, *omnino* morietur. *Jun.* in Not. ad h.l.p. 88. *Glaſſ.* l.4. Phil.ſacr. tract.1.obſerv.7.p.687.

Verſ 16. [E]t *fur[at]us vinum, & vendiderit eum, & inventus fuerit in manu ejus, moriendo morietur.*

I. Recurrit modò (1.) *Synecdoche* pro *genere*: *vir* enim pro *homine* eſt. (2.) *Enallaxis* conjunctionis copulativæ & disjunctivæ: *Et* vendiderit *& inventus* fuerit, pro, *ſive* vendiderit *ſive* inventus fuerit. (3.) *Metaphora*: nam *manus* pro *poteſtate* eſt. (4.) Hebraiſmus: *Moriendo* morietur, hoc eſt, *omnino* morietur. *Jun.* in Not.ad h.l.p.88. *Glaſſ.* lib.4. Phil. ſacr. tract.1.obſerv.7.p.688.

II. Sunt, qui ſtatuunt, *pœnam furum apud Moſen etiam fuiſſe capitalem*, quod *furta hominum* eſſent capitalia.

℞. *Pœna furti boum* non eſt æſtimanda ad *plagii pœnam*: Nam *furta boum* Deus voluit quintuplô compenſari, *Exod.* 22.v.1. *plagia* autem voluit eſſe capitalia, v.16. cujus ſeveritatis in *plagio* vindicando rationem Deus habuit maximam: nam qui fur abactor hominem inter Iſraelitas, citra dubium ad peregrinos Ethnicos eum detulit, adeoque corpus & animam ip[ſi]us vendidit, & perdidit in æternum *Franz* de Interpret.Script.orac.58.p.761.

Ve[rſ]. 19. *[Si ſu]rrexerit & ambulaverit in platea ſub baculo [ſu]o, & innocens erit percuſſor, tantùm ceſſationem ejus dabit & medicando medicabitur.*

Nota hîc (1.) verbum נִקָּה *innocens erit*, notare *declarationem*: Innocens *declarabitur*, puta ab *homicidio*. (2.) *Ceſſationem* ſumi pro *ceſſationis damno*. (3.) *Mendicando medicari*, eſſe, *plenam curationem præſtare*. Chaldæus vertit, *mercedem curationis reddere*. Ariæm. in Bibl.p.64. *Jun.* in Not.ad h.l.p.88. *Glaſſ.* lib.3. Philol. ſacr. tract.3.can.37.m.1.p.350.

Verſ. 21. *Veruntamen ſi die vel biduo ſteterit, non vindicabitur, quia argentum ejus ipſe.*

Vid[e]s (1.) [S]ynecdochen ſpeciei pro genere; *ſtare* enim eſt, *ſupervivere*. (2.) *Enallagen* modi indicativi, *vindicab[it]ur*, pro, *vindicatur*. (3.) *Metonymiam cauſæ* pro *e[ffect]u*. nam *argentum* ſumitur [pro] *re argento comparata*. (4.) [E]llipſin verbi ſ[u]bſtantivi: *Ipſe*, ſcil. *eſt*. Ariæm. in Bibl.p.64. *Jun.* in Not.ad h.[l].p 88.

Vatabl. ibid.p.167. *Glaſſ.* l.5. Phil. ſacr. tract.1.c.1.m. 2.p.11.

Verſ. 22. *Si rixati fuerint viri, [&] percuſſerit quis mulierem prægnantem, & abortivum quidem fecerit, ſed ipſe viderit, ſubjacebit damno, quantum maritus mulieris, &c.*

I. In Hebræo eſt (1.) *Enallage* tum *numeri* pluralis, *percuſſerint*, & *nati ejus egreſſi fuerint*, pro ſingulari, *unus illorum percuſſerit*, & *natus ejus egreſſus fuerit*. tum modi indicativi, *punientur*, & *dabit*, pro imperativo, *punitor et dato*. (2.) Epizeuxis: *puniendo* punietur. hoc eſt, *omnino* punietur (3.) Idiotiſmus: *Dominus uxoris*, id eſt, *maritus*. Ariæm.& *Jun.* l.c.

II. *Zanchius*, pro *animæ rationalis creatione* urget *embryonis occaſionem ordinaria homicidii pœnâ non mulctari*, ideoque *embryonem hominem non eſſe*, & per conſequens, *animam non habere omni tempore inquilinam*, ſed *tempore vicino partus demum à Deo immediatè illam infundi*; ſecus legem illam eſſe injuſtam, ſi *embryo* ſtatim præditus eſſet *animâ rationali*.

℞. (1.) Non ſtatim *homo non eſt*, cujus occiſio *ordinariâ* homicidii pœnâ non mulctatur: nam v.20. Dominus, percutiens ad mortem uſque *ſervum ſuum*, procul dubio *hominem* interficit, & tamen *ordinariâ* homicidii pœnâ non punitur, v.29.& 30. Dico igitur, Deum hic ſtatuere forum *ſoli*, non forum poli, ponere legem *forenſem*, non *moralem*. At verò ſæpe leges forenſes capitales pœnas irrogant, quæ tamen, ſi *extra circumſtantias* conſiderentur, *moraliter* non ſunt capitales: & contra ſæpè pœnas non capitales, & pecuniarias tantùm, irrogant delictis capitalibus. (2.) Embryonis occiſio *ordinariâ* homicidii pœnâ non punitur a Deo, non quòd *hunc hominem non eſſe* putâſſet, ſed ut oſtendat *ἐπιείκειαν* adhibendam in delictis *caſualibus*, qua de re vide *Deut.* 19 v.5. vir enim rixans *per ſe* non intendit lædere *embryonem*, ſed *alium virum*; ubi per *accidens* contingit, mulierem prægnantem lædi. Quòd verò pœnam talionis inculcat in læſa *muliere*, non obſtante eo, quòd & ipſa caſu fuerit læſa, cauſa eſt, quia mulierem præ oculis vidit; obſervare autem illico non potuit, eſſe eam prægnantem. Excipit *ille*, *Embryonem* apud LXX. Interpp. vocari τὸ παιδίον μὴ ἐξεικονισμένον cui ſtatim opponitur παιδίον ἐξεικονισμένον.

℞. (1) Diſtinctio iſta in textu non fundatur; Sic enim ille redditur: & *non fuerit mors*. Lutherus: Und ihr kein ſchade wiederfehret; rectiùs quàm *mors*, ut conſtat ex ἀνάγκης v.23. & ſeqq. (2.) Nobis illa nihil obeſt: nam τὸ ἐξεικονίζειν non pertinet ad *deſcriptionem formæ eſſentialis*, ſed ad *effigiationem accidentalem*; at in hac infans effigiatus, & non effigiatus utrobique homo eſt. Ita *Dannhavver.* in Colleg. Pſycholog.diſp.6.theor.4.p.193.194.195.

Verſ. 23. *Et ſi mors fuerit, & reddes animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum &c.*

I. Habes nunc (1.) *Apoſtrophen* ad *judicem*, ut cauſâ cognitâ, de *talionis* lege fideliter ſtatuat. (2.) *Metonymiam cauſæ* pro *effectu*: *anima* enim pro *vita* eſt. *Jun.* in Not.ad h.l.p.88.

II. *Manichæi*, teſte *Auguſtino* l.22.cap.79. contr. Fauſt.Manich. *Legem Moſis* negârunt *eſſe bonam*, ſed *inhumanam & tyrannicam*, eò quòd *parti læſæ conceſſerit vindictam*.

III. *Smalcius* contr.Franz. legem hanc accuſat, ut *puerile indultum*, cui nihil inſit ſanæ rationis, cum vix ullæ leges politicæ eam unquam probârint, *oculum* ſcilicet pro *oculo excindi*.

℞. (1.) Lex hæc nec *tyrannica* eſt nec *inſana*, ſed juſta & *ſana*, quemadmodum Deus ipſe non tantùm de hac, verùm etiam de *omnibus ſuis legibus*, tam *moralibus* quàm *forenſibus* & *ceremonialibus* loquitur, eaſque dicit eſſe præferendas omnium gentium legibus, Deut. 4. v. 6. & 8. (2.) Lege *talionis* Iſraëlitæ à peccatis abſterrebantur, *Deut.* 19. v. 20. adeò, ut nullâ ratione jurgiis & injuriis modus potuerit ſtatui, & finis exactior, quàm quando ſciebant eadem eſſe ſuſtinenda illis, quæ ipſi eſſent illaturi aliis. (3.) Hanc puniendi conſuetudinem Deum ipſum in ſuis *extraordinariis* ultionibus ſolitum fuiſſe ſervare, teſtatur præter experientiam veterem & novam, etiam V. & N. T. Scriptura *Eſa.* 33. v. 1. & *Apoc.* 13. v. 10. (4.) Eandem ſuam juſtitiam ita elucere Deus voluit, quando non tantùm pœnas *indulget*, ſed ſeverè *præcepit*, Levit. 24. v. 19. & 20. (5.) In uſu autem hujus legis *propriâ temeritate* non agebatur, neque ulli licebat *ſeipſum* ulciſci & vindicare de adverſario, *Deut.* 32. p. 35. *Levit.* 19. v. 18. *Prov.* 24. v. 29. Sed ad *judices*, divinâ ordinatione conſtitutos devolvenda erat cauſa, qui judicabant causâ cognitâ, juxta veritatem, ut qui alteri dentem excuſſiſſet, pateretur ſententiâ legis & ipſe dentem evelli; qui oculum eruiſſet, lueret pœnam oculi, quiſque reus & culpæ convictus redderet animam pro anima, &c. Sic enim *Deut.* 19. v. 21. *Non parcet*, præcipit Deus, *oculus tuus* (illico ſubjiciendo & annectendo) *animam pro animâ, oculum pro oculo*, &c. & v. 19. *Facietis ei, quemadmodum cogitavit facere fratri ſuo.* Præcipitur ergò *hic* vindicta *publica*, at *Matth.* 5. v. 38. ſeq. vindicta *privata* prohibetur. *Chemnit.* p. 2. LL. CC. loc. de Vindict. quæſt. 1. p. 125. *Althamer.* in Concil. locor. Script. contrad. fol. 30. *Franz.* in Schol. Sacrif. diſp. 20. thes. 90. 91. 92.

IV. Idem Schmalcius Contr. Franz. probaturus *Chriſtum in* N. T. *orationem Dominicam primo præcepto adjeciſſe* contendit, partem hanc quintæ petitionis, *ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, in N. T. *ignotam fuiſſe & inuſitatam; cum ibi licuerit per par reddere, & de debitoribus vindictam ſumere.*

℞. (1.) Veteribus *rem* ſeu *partem illam* ignotam non fuiſſe, hac ratione planum fit, quòd *Levit.* 19. v. 18. Iſraëlitæ vetantur eſſe *memores injuriarum inimicorum ſuorum*, quo ipſo inſtigantur, ut peccata debitoribus ſuis remittant, ſecus coram Deo eſſent maledicti, *Deutr.* 27. v. 24. & 25. (2.) Diligenter attendendum eſt ad diſcrimen inter peccata, *petulantiſſimè, malitioſiſſime*, & *in proximi pernicioſiſſimum detrimentum commiſſa*; & inter peccata, ex *infirmitate, incogitantia, ſimilibusque occaſionibus deſignata*: cujus diſcriminis fundamenta in contextu præſenti à Deo ipſo ſuppeditantur. *Illa à judicibus* debebant vindicari, *Deut.* 19. v. 21. *hæc* verò *à parte læſa* debitori lædenti condonari, Levit. 19. v. 18. Secus inter has duas leges erit irreconciliabilis *ἀντιλογία*, niſi diſcrimen jam indigitatum attenderis. *Franz.* l. c. thes. 51. 52. 53.

V. Argumentum *contra capitalem furti pœnam*, h. l. motum, vide reſolutum in *Vindic. Levit.* 24. v. 19.

Verſ. 28. *Et cùm cornupetierit bos virum vel mulierem, & mortuus fuerit, lapidando lapidabitur bos, & non comedetur caro ejus, & dominus bovis innocens.*

I. Moſes utitur (1.) *Synecdoche ſpeciei* pro *genere*; *bos* enim pro *quadrupede* eſt, juxta illud: Si *quadrupes* pauperiem fecerit. (2.) *Hebraiſmò*: *Lapidando lapidabitur*, hoc eſt, *omnino* lapidabitur. (3.) *Enallage* modi indicativi, *lapidabitur* & *comedetur*, pro imperativo; *lapidator* & *comeditor*. (4.) *Ellipſi* tum verbi, *innocens*, ſubint. *cenſebitur*; tum phraſeωs, ex ... emendæ, *ſi vitium non præſcriverit Dominus*. Vatab. in Annot. ad h. l. p. 167. *Jun.* ibid. p. 88.

II. *Socinus* in lib. de ſtat. prim. hom. c. 6. p. 158. ſtatuit, *beſtias propriè dictam pœnam e vera ipſorum culpa atque peccato fluentem incurrere poſſe*, cum divinum Dei mandatum ſit, ut *bos cornupeta*, qui hominem occidit, *lapidibus obruatur*.

℞. (1.) Si vox *peccati* accipiatur *Grammaticè*, pro quovis erratô, etiam culpa vacante; non negamus, quia *peccatum* hoc ſenſu tribui poſſit *brutis animantibus*, adeoque & *bovi cornupetæ*: ſed ſi ſumatur *Theologicè*, ut eſt erratum quoddam, à lege divinâ deficiens, & exinde culpam in divino judicio vindicandam, contrahens; negamus *ejusmodi peccatum* in *bruta* cadere, atque adeo nec in *bovem cornupetam*, quia culpæ *propriè* non ſunt capacia. (2.) *Pœna Levitica, bovi cornupetæ propter occiſionem hominis conſtituta*, non infert illius peccatum *propriè* acceptum, quaſi is culpam in Dei judicio contraxerit: ſiquidem (1.) Deus ſic punire voluit in ipſo bove dominum illius, quia illud ... diligentius debuiſſet cuſtodire, quam ab eo fuerat factum, v. 26. (2.) Monſtrare voluit Jehovah iram ac ſeveritatem in punienda hominis occiſione, etiam in *brutis*, ut vita humana omnibus hôc pactô commendaretur, & ut homines beſtiales morte beſtiæ ab homicidiis magis deterrerentur. (3.) Alloqui ſecuturum fuerit, etiam *non-ſentientia* peccare: nam Deus *terræ* maledixit, *Gen.* 3. v. 17. *terræ-fructibus* minatur maledictionem, *Deut.* 28. v. 18. & *tabernaculum cum omni ſupellectili Achanis* igni tradidit, *Joſu.* 7. v. 24. ſeq. à quibus tamen omnibus *propriè* nullum peccatum erat commiſſum, quod Deum ad talem pœnam decernendam commoverit. *Hunn.* in Exam. error. Photin. de peccat. actual. ſect. 2. c. 3. err. 2. n. 31. ſeqq. *Broch.* tom. 2. Syſtem. Theol. art. de Cruc. ... 2. q. 4. p. 4085. ſeqq. *Ames.* l. 5. caſu conſcient. c. 34. q. ...

III. *Gentiles* in *ſcripturam* V. T. debacchantur; quòd *viliora proponat, quam ut ex ore Dei profecta videantur*, veluti legem de *bove cornupeta* &c.

℞. (1.) Quidni verò dicant *viliora*, quàm ut *crearentur*? (2.) Quorſum autem lex de *bove cornupeta*, niſi ad *hominum commodum*, quemadmodum ex præcedentibus patet. (3.) At delicatulos iſtos rogatos velim, quales ſint leges, de *quadrupedum pauperie*, quas Roma eo tempore tulit, dum adhuc ruſtica erat? aut cur Imperatores Romani, in ipſo imperii culmine & ſplendore, leges illas, *ſi quadrupes* ex Pandectis non excluſerint? nimirum quia illo tempore tollendis litibus & jurgiis utiles fuerunt atque neceſſariæ. Et ſi ratione *Dei* ejuſmodi lex vilis cenſetur, annon ratione illorum hominum *perutilis*, qui utplurimum vitam *paſtoritiam* degebant. *Al...* de Verit. relig. Chriſt. c. 26. p. 425.

Verſ. 29. *Et bos cornupeta ipſe ab heri nudiustertius, & nunciatum hoc in dominis ejus, & non cuſtodivit eum, & occiderit virum vel mulierem, bos lapidabitur, & etiam dominus ejus morietur.*

Nota hoc loco (1) pronomen demonſtrativum הוא, ipſe, nomini נגח, *cornupeta*, ſubjunctum, poni locô verbi ſubſtantivi, *fuerit*. (2.) Duo adverbia connexa, *heri nudiustertius*, uſurpari pro *tempore* præterito indefinito, *antea*. (3.) Nomen בעל *dominus*, efferri numero plurali, בעליו, *domini ejus*, pro ſingulari, בעלו, *dominus ejus*. Artæm. in B... l. ... 65. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. ſacr. tract. 1. can. 21. p. 91. & ... ct. 5. can. 5. m. 1. p. 437.

Verſ. 30.

Verſ.30. *Si redemptio poſita fuerit ſuper eum, & dedit redemptionem animæ ſuæ juxta omne quod impoſitum fuerit ſuper eum.*

Eſt hic (1.) *Metonymia effecti* pro cauſa: *redemptio* enim uſurpatur pro *precio redemptionis.* (2 *Idiotiſmus,* quò ו in verbo וְנָתַן, mutat ſaltem ſignificationem præteriti, *dedit,* in ſignificationem futuri, *dabit.* (3. *Metonymia cauſæ pro effecto:* nam *anima* pro *vita* ponitur. *Ariam.* in Bibl. ad h. l. p.65. *Vat. ibi.* in Annot. ad h. l. 168. *Jun.* ibid. p. 88.

Verſ.32. *Si ſervum cornupetierit bos vel ancillam, argenti triginta ſiclos dabit dominus ejus, & bos lapidabitur.*

In textu hoc reperitur (1.) *Synecdoche generis* pro *ſpecie:* nomine enim *ſervi* notatur *ſervus alienigena.* (2. *Enallage* tum ſubſtantivi, *argenti,* pro adjectivo, *argenteos;* tum numeri pluralis, לַאדֹנָיו, *dominis* ejus, pro ſingulari, לַאדֹנוֹ, *domino* ejus; tum modi indicativi, *lapidabitur,* pro imperativo, *lapidator.* Jun. in Not. ad h. l. p.89. *Glaſſ.* lib.3. Philol. ſacr. tract.1. can.25. p.90.

Verſ. 36. *Aut notum eſt, quod bos cornupeta ipſe ab heri nudiuſtertius, & non cuſtodierit eum dominus ejus, reddendo reddet bovem pro bove, & mortuus erit ſibi.*

Philologica, huc pertinentia, vide propoſita in Vindic. *Exod.*21. v.29. quibus adde Hebraiſmum: *Reddendo reddet,* h. e. *omninò* reddet.

CAP. XXII. Verſ.1. *Si quis furatus fuerit bovem, aut ovem, & occiderit vel vendiderit, quinque boves pro uno bove reſtituet,* &c.

I. In textu hoc occurrit (1.) *Synecdoche ſpeciei* pro *genere:* nomine enim *bovis* pecus *magnum.* & nomine *ovis* pecus *parvum* notatur. (2.) *Enallage modi* indicativi, *reſtituet,* pro imperativo, *reſtituito.* Ariæm. in Bibl. p.65 *Jun.* ibid. p.89.

II. *Zepperus* lib.1. de legib. Moſaic. c.10. p.77. negat, *fures capitaliter eſſe puniendos,* putà *ſuſpendio* vel *gladio,* cùm pœna eorum capitalis adverſetur legi divinæ, ut quæ in *quadrupli* aut *quintupli reſtitutione* acquieſcat.

℞. (1.) Si fures ſint *robuſti,* nec *inepti,* qui laborent; idque, quod *furtim* ablatum eſt, tale ſit & tantum, ut ſit damno inſigni illi, cui ablatum eſt; non dubitamus eorum accedere ſententiæ, qui pro pœna *capitali* furum pugnant, præſertim, quia capitale ſupplicium in fures ſancitum eſt *publica lege,* omnium conſenſu approbatâ. Interim tamen in furtis *levioribus,* iiſdemque *nondum repetitis,* præſertim *extremæ neceſſitatis impulſu* perpetratis, ἐπιείκειαν Chriſtianus Magiſtratus adhibere debet. (2.) *Contumaciæ filialis* pœna in V.T. juxta ordinationem Dei fuit *capitalis,* Deut.21. v.18.19.20.21. quæ tamen noſtro tempore planè ſublata, adeò, ut puniantur quidem filii contumaces, ſed prorſus *alio genere pœnæ,* nimirum *non-capitali.* (3.) Lex Moſaica de pœna furti non fuit *universalis,* etiam Chriſtianos obligans; neque enim in N.T. ullibi iterata, aut de novo inculcata fuit: ſed *particularis,* judæos duntaxat concernens; id quod inter alia comprobat *ſpecialis conſtitutio de ſervis, & eorum venditione,* qui erat ultimus ſupplicii *furum* gradus, in N. autem T. locum non habet. *Meisner.* part.1. Phil. ſobr. ſect. 2. c.4. q. .m.1. p.586. ſeqq. *Gerhard.* tom.3. LL. CC. loc.15. de leg. moral. §.171. p.260. ſeq. *Broch.* tom.2. ſyſt. Theol. art. de leg. c.13. §.2. q.1. p.153. ſeq.

Verſ. *Si in perfoſſione inventus fuerit fur, & percuſſus fuerit & mortuus fuerit, non ei ſanguines.*

I. Moſes utitur (1. *Ellipſi* tum nominis, partim adjectivi *in perfoſſione,* ſcil. *nocturna;* hoc enim ex antitheſi v.3. patet: partim ſubſtantivi, *Non ei,* ſubaudi, *percuſſori,* nam hoc ex voce conjugata, *percuſſus fuerit,* eruendum: tum verbi, *Non ei ſanguines,* ſubintellige, *imputantor.* (2.) *Metonymiâ,* quâ *ſanguis* pro *cæde & occiſione* ponitur, ut ſenſus ſit; *Non ei ſanguines,* h. e. *ne eſto reus cædis.* Jun. in Not. ad h. l. p. 89, *Glaſſ.* lib.5. Philol. ſacr. tract.1. cap.12. p.351.

II. *Licet vim vi repellere:* quia *homicidium,* quo fur aut graſſator noctu veniens, nobiſque inſidias ſtruens, ob neceſſariam familiæ propriique corporis defenſionem, *interficitur,* Deus ipſe à pœna abſolvit.

Photiniani regerunt, leges *Moſaicas forenſes* in N.T. eſſe abrogatas, ideoque quod licitum fuit *judæis,* non ſtatim licitum eſſe *Chriſtianis.*

℞. (1.) Lex illa non eſt *merè forenſis Moſaica,* neque ad forum *judaicum duntaxat* accommodata; ſed potius *naturalis,* vel *ex naturæ principiis* deducta, Matth.24. v.43. quæ cùm ſint *communia,* in Chriſtiano etiam foro locum inveniunt. (2.) Non legitur in Evangelio *ſpecialis* abrogatio iſtius legis, vel mandatum contrarium, ideoque urgemus illud non immerito: ſiquidem *generalis* regula de abrogatis legibus forenſibus ſuas habet *limitationes,* nec *abſolutè prorſus* accipienda eſt. (3.) Ad minimum patet ex citata lege quòd homicidium *in caſu neceſſariæ defenſionis* commiſſum non ſit ἁπλῶς & *per ſe* malum, aut divinæ voluntati prorſus adverſum, quia ſic Deus *nullo tempore,* & *in nullis hominibus* illud approbâſſet: ſiquidem καθ' αὐτὸ præſupponit κατὰ παντὸς, hoc eſt, *univerſalitatem ſubjecti & temporis.* *Meisner.* in Conſid. Theol. Photin. c.3. m.2. p. 203. ſeq.

III. Sunt, qui cenſent; *Deum in Moſe capitalem furibus ſtatuiſſe pœnam, quod ipſe concedat nocturni furis trucidationem.*

℞. Probatio hæc eſt impertinens. Nam (1) non *jubet* hoc lex divina, ſed *permittit tantùm* fieri impunè. (2.) Non hoc vult Deus, ut fur nocturnus producatur *in publicum,* & *in publico* capitale luat crimen; ſed ſi *ex calore iræ occidatur,* ut reus cædis non ſit talis percuſſor. (3.) Innuit etiam lex, cædem permiſſam debere eſſe aliquo modò *præter intentionem occidentis,* cum non dicit, *Si quis occiderit,* ſed, *ſi quis percuſſus fuerit, & moriatur;* quaſi percuſſio tantùm ad *abigendum* aut *apprehendendum* fuit intenta, *mors* autem *per accidens* ex illa percuſſione ſecuta. (4.) Non permittitur hoc *de quolibet fure,* ſed de *perfoſſore tantùm aut effractore.* (5.) Permittitur hoc ſingulariter de *nocturno effractore,* non autem de *fure diurno:* hîc enim vicini acclamari poſſunt, illic non item. Ex quibus conſiderationibus apparet; *directè* non propter *merum furtum,* vel tentatum vel factum, iſtiuſmodi furem potuiſſe licitè occidi, ſed ad *avertendum periculum,* quod neque admitti debet, neque aliâ ratione potuit caveri. *Franz.* de interpr. ſcript. p. 754. *Ames.* l.5. caſ. Conſc. c.52. q.6.

Verſ.3. *Si ortus fuerit ſol ſuper eum, ſanguines ei; reddendo reddet: ſi non eſt ei, vendetur in furto ſuo.*

I. Nota hîc (1.) nomine *ſanguinum* metonymicè ſignificari *cædem.* (2. Poſt vocem *ſanguines,* ſubaudiri, *imputantor* poſt verbum, *reddet,* nim. fur & poſt phraſin, *Si non eſt ei,* ſcil. *facultas.* (2.) infinitivum שַׁלֵּם *reddendo,* adverbiaſcerē, & ſignificare, *omnino.* (4.) Cōjunctionem ו ante verbum וְנִמְכַּר, *& venditus fuit* mutare ſaltem ſignificationem *præteriti* in ſignificationem futuri, *vendetur.* (5.) Præpoſitionem ב, IN, ſignificare PROPTER: *in furto ſuo,* i. e. *propter furtum ſuum.* Ariæm. in Bibl. p.65. *Jun.*

in

in Not.ad h.l.p.89. *Glaff.*lib.5. Phil.facr. tractat.1. cap.12.p.251.

II. Ἀντιλογία quædam apparet: nam quomodo fur ad *restitutionem* adigi poteft, qui eft à percuffore interfectus.

℞.(1.)Hebræi cenfent, illud, *reddendo reddet*, cohærere cum illo primi verfus, *Quatuor pecudes pro una pecude*; ea verò, quæ de *fure nocturno & diurno*, v.2.& 3.dicuntur, per *parenthefin* interjecta effe.(2. *Ofiander.* tom.1.Paraphr.Bibl.p.122. interpretatur de *fure adhuc vivo*, qui deprehenfus quidem, fed non occifus fuerit. Vide *Vatabl.*in Annot.ad h.l. p.168.

Verf.4. *Si inveniendo inventum fuerit in manu ejus furtum, à bove usque ad afinum, usque ad agnum, vivos duos reddet.*

Ecce (1.) *Epizeuxin: Inveniendo* inventum fuerit, h.e.*omninò* feu totum.(2.)Metaphoram: *manus* enim pro *poteftate & cura* eft. (3. Hebraismum: *A bove usque ad afinum, usque ad agnum*, i.e. *five bos, five afinus, five agnus fuerit*; ubi præfixum מ, A, cum fequente עַד USQUE, pofitum, notat *diftributionem*.(4.) *Enallagen modi* indicativi *reddet*, pro imperativo, *reddito.* Vatabl. in Annot. ad h.l.p.169. *Jun.*in Not. ad eund.loc.p.89. *Glaff.*lib.4.Philol. facr.tract.1.obferv.4.in.5.p.657.

Verf.5. *Cùm jumentaverit vir agrum vel vineam, & dimiferit jumentum fuum, & jumentaverit in agro alterius, bonitatem agri fui, & bonitatem vineæ fuæ reddet.*

Obferva nunc(1.)nomine *viri* fynecdochicè intelligi *hominem*.(2.)Conjunctionē, ו, pro, ID EST, poni: *Et* dimiferit, pro *id eft* dimiferit. (3.) Abftractum, *bonitatem*, notare concretum fuperlativum, *optimum*.Vatabl.& *Jun.*ibid.

Verf.6. *Cùm egreffus fuerit ignis, & invenerit fpinas, & comeftus fuerit acervus, vel feges, vel ager; reddendo reddet fuccendens fuccenfionem.*

Reperitur hoc loco (1.) *Profopopœia: igni* enim tribuitur *comeftio*.h.e.*abfumptio*. (2,)*Ellipfis* nominis: *Acervus*, fcil.*frugum*.(3. Epizeuxis· *Reddendo* reddet, i.e. *omnino* reddet. (4.) *Enallage* abftracti, *fuccenfionem*, pro concreto, *fuccenfum*, h.e. quod *igne confumptum* fuerit. *Ariam.*in Bibl.p.65.*Vatabl.* in Annot.ad h.l.p.169.*Glaff.*lib.5. Philol.facr.tract. 1.c.9.p.203.

Verf.8. *Si non inventus fuerit fur, & accedet dominus domus ad Deos, fi non mifit manum fuam in opus focii fui.*

Nota hic (1.) in verbo, נִקְרַב, convertere fignificationem præteriti, *acceffit*, in fignificationem futuri, *accedet*.(2.)Nomen, בַּעַל, *dominus*, fubftantivo הַבַּיִת, *domus*, in genitivo cafu additum, notare *rei poffefforem*, puta *patremfamilias*. (3.) Per *Deos* intelligi *judices*, metaphorâ à *Deo* defumtâ. (4.) *Hebraismum*: nam *mittere manum fuam ad rem proximi fui*, ufurpatur pro *furripere & furari*. (5.) *Ellipfin*: nam ante verba, *fi non mifit*, fubaudienda funt, *jurejurando fe purgaturus.* Ariam.in Bibl.p.65.*Vatabl.*in Annot.ad h.l.p.167. *Jun.*in Not.ad eund.loc.p.89. *Glaff.*lib.3. Philol.facr.tract.1.can.35. m.1.p.127.& lib.5.tract.1.cap.10.p.215.

Verf.15. *Si Dominus ejus cum eo, non rependet: fi mercenarius ipfe, venit in mercede fua.*

Vide-fis(1.) *Enallagen* tum *numeri* pluralis, *dominus*, pro fingulari, *dominus*; tum *modi* indicativi, *rependet*, pro imperativo, *rependito*; tum pronominis, הוּא, *ipfe*, fubjuncti nomini, שָׂכִיר, *mercenarius*, pro verbo fubftantivo, *eft*. (2.) *Ellipfin* verbi, partim fubintelligendi, *cum eo*, fcil. *fuerit*; partim ex membro præcedenti in eodem hoc verfu repetendi: *Si mercenarius ipfe*, non rependito. *Ariam.* in Bibl.p.66. *Jun.* in Not.ad h.l.p 89. *Glaff.*lib.4. Philol.facr. tract.2.obferv.9.p.718.

Verf. 17. *Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam*, &c.

Confenfus parentum requiritur ad rationem matrimonii liberorum: quia *permittitur arbitrio patris, an ftuprator filiæ fuæ accipiat eam in uxorem*, nec ne. *Bellarminus* lib.de Matrim.c.20.excipit.ibi non agi de matrimonio jam *contracto*, fed de *futuro*. cum ftupri præcedentis. Non enim illa conjunctio viri cum puella, quæ infcio patre, erat facta, *copula conjugalis* fuit, fed *ftuprum*: ergo non eft exemplum *conjugii à patre irritati*, fed *tantùm conjugii futuri* pro arbitrio patris.

℞.(1.)Agitur *in genere* de omni feductione puellæ, v.16. *Si quis pellexerit virginem, & cubaverit cum ea.* Non eft autem credibile, nullam unquam puellam Ifraeliticam ita pellectam fuiffe, ut contractus aliquis in futurum verbis *temporis præfentis* interceflerit, cùm quotidiana teftetur experientia, promiffione illâ, tanquam blanditiis maximè idoneis ad confenfum in ftuprum puellas follicitari. Quarè cum lex non diftinguat, an *intercefferit promiffio matrimonialis*, nec ne, fed *abfolute*, ac *fimpliciter*, parenti liberum relinquat, an conftupratam ftupratori elocari velit, nec ne; quin imo, cùm ex libertate recufationis patri relictâ, haud obfcurè colligatur, ftupratorem eam fibi uxorem petere, quam carnaliter cognovit; ideo nec nos facile diftinguere debemus, fed jus patriæ poteftatis parenti relinquere *integrum*. (2. Agi fateor de *futuro matrimonio*; nempe, quia nullum fupponitur effe, aut effe poffe fine patris voluntate & confenfu. Si ergo pater *vellet*, nuptiæ erunt; fi *nollet*, non erunt: nam quis credat, nolle filiam nuptias, quæ jam fui copiam fecerit? Poffe *virum* nolle fateor; fed ejus voluntatem lex negat attendendam. Nam fi pater filiæ velit, ducenda eft, five velit, five nolit *ille*, & quidem eâ lege, ut nunquam eam poffit dimittere, Deut.22.v.28.& 29. fed fi *nolit* pater, non poteft; ideoque conjugium filiæ prorfus pendet ab arbitrio patris.(3.) Pater non minorem habet poteftatem in filiam *virginem*, quàm in filiam *ftupratam*: fi ergo in patris poteftate & arbitrio relinquitur, an velit filiam conftupratam ftupratori, id petenti, elocare; utique in nuptiis filiæ confenfus patris eft neceffarius, neque virgo poteft nubere fine confenfu patris. *Gerhard.* tom.7.LL. CC.loc.28. de conjug §.61. p.115. & §.63. p.121. *Cham.* tom.3.Panftr.l.18.c.11.n.16.19.20. *Ames.* tom. 3.Bellarmin.enerv.l.6.c 3.thes.6.

Verf.18. *Præftigiatricem non vivificabis.*

I In textu hoc offert fefe(1.) *Synecdoche fpeciei pro genere*: Deus enim nominat *præftigiatricem*, & fubintelligit etiam *præftigiatorem*, *& omnem artis nefariæ exercitatorem*, Levit.19.v.26 & *Deut.*18.v.10. (2.)*Enallage modi* indicativi, *vivificabis*, pro imperativo, *vivificato*.(3. *Hebraismus*, quo verbum *vivificandi* pro *confervatione in vita* accipitur. *Non vivificabis*, h.e. *non fines vivere*. Jun.in Not. ad h.l. p.89. *Glaff.*lib.3.Philol.facr.tract.3.can.4.p.240

II. *Fridericus Martini*, Canonum apud Friburgenfes in Brisgoja Profeffor primarius, in Appendice tractatus de jure cenfuum, p.520.contendit, *lamias occidendas effe eò folò nomine, quod Deum abnegant, Dæmoni fidelitatem promittunt*, &c. *etiamfi hominem nullum venenò necaverint, fegetibusque & animalibus non nocuerint*: quia fuit *malefica*, quæ lege divinâ jubentur occidi.

℞. Vox

℞. Vox Hebræa מְכַשֵּׁפָה non designat mulierem, quæ *pactum solummodò cum Diabolo init*; sed ut è LXX. versione, (*φαρμακοὺς οὐ περιβιώσετε, veneficos non fines vivere*) liquet, talem, quæ per *sortilegia & artes magicas veneficia ad perniciem hominum & pecudum exercuit*; quam ignis supplicio mactari debere, Carolina edidit constitutio. *Thumm.* in tract. Theol. de sagar. impiet. p. 94. seq.

Vers. 19. *Omnis cubans cum jumento, moriendo morietur.*

Hic quoque est (1.) *Synecdoche speciei* pro *genere*: non solùm enim *coitus hominis cum jumento*, sed & *omnes nefariæ libidines* per analogiam prohibentur, ut ex *Levit.* 18. v. 22. & c. 20. v. 15. patet, (2.) Hebraismus: *moriendo morietur*, h. e. *omnino morte plectitor.* Jun. in Not. ad h. l. p. 89.

II. Instat *Martinius* l. c. *spurcitiem sagarum & libidinem, quam cum Dæmone exercent, esse detestabiliorem coitu hominis cum jumento*, eò quòd *hic* fiat contra speciem, *illa* contra speciem & genus; coitum autem lege divinâ *mortem mereri*, si fiat cum jumento.

℞. Concedimus, coitum cum jumento mereri mortem, quòd *realiter* committatur cōtra speciem, at verò Dæmonem cum sagis *in rei veritate* stupri habere consuetudinem, negamus, quia *spiritus* corporali earuis copulâ cum fœmina misceri nequit. *Thumm.* ibid. p. 99. & seq.

Vers. 20. *Sacrificans Diis exscindetur, præterquam Domino soli.*

I. Moses utitur (1.) *Metonymia adjuncti* pro *subjecto*; idola enim vocat *Deos*, ex *hominum opinione*, quia ab *idololatris pro Diis coluntur.* (2.) *Synchysi*: nam vox illa יָחֳרָם *exscindetur*, ad finem sententiæ pertinet. (3.) *Enallage modi* indicativi, *exscindetur*, pro imperativo, *exscinditor*, seu, *ut anathema perditor.* Glass. lib. 4. Phil. sacr. tract. 2. observ. 23. p. 744. & lib. 5. tract. 1. cap. 10. p. 216.

II. *Beza* Volum. 1. fol. 153. statuit, *Magistratum politicum capitaliter debere hæreticos punire, cùm non serviant soli Deo, ideoq; occidantur.*

℞. Agitur hîc propriè de *idololatris*, qui *Diis alienis sacrificia offerunt, atq; ad gentilium impia & idololatrica sacra sese conferentes, ab Ecclesia penitus deficiunt.* Tales voluit Deus è medio tolli, ne populum Israëliticum ad Ethnicam idololatriam seducerent, quemadmodum eandem ob causam gentes *Cananæas* extirpari voluit, ne docerent Israëlitas cunctas facere abominationes, quas ipsi operati sunt Diis suis, *Deut.* 20. v. 18. Alia verò est *hæreticorum* in N. T. ratio, qui ratione *externæ professionis* sunt in *visibili* Ecclesia, & hâc ratione à *gentilibus* sive *paganis* distincti.

Regerit ille fol. 156. & distinguit inter idololatriam *internam*, & *externam*, hæreticosque idolomaniam committere dicit, dum falsas de Deo opiniones alunt, aliisque instillant; nihil enim aliud eos facere contendit, quàm quod ex opinionibus illis falsis *idolum* quoddam constituant.

℞. At enim hac ratione nimis severa lex statueretur in *avaros*, qui & ipsi *idolis* serviunt, unde *avarus* vocatur εἰδωλολάτρης, *Ephes.* 5. v. 5. Proinde multò satius est, ut, quemadmodum *peccata ipsa* distinguuntur, ita & *pœnarum* fiat distinctio; & quia *idololatria hæreticorum* (si modò ita nominanda est.) *spiritualis* est, etiam *spiritualiter* imprimis puniatur, nimirum *gladio spiritus*, quod est *verbum Dei*: propter periculum autem, quod inde redundare posset ad populum, à Magistratu etiam debitô modô coërceatur. *Balduin.* tom. 2. disp. Witteberg. 6. c. 4. thes. 72. 90. seqq. *Gerhard.* tom. 6. L L. CC. loc. 27. de Magistr. Polit. §. 344. p. 1091. & §. 347. p. 1095. seq.

Vers. 22. *Omnem viduam & pupillum non affligetis.*

Iteratur hoc loco (1.) *Synecdoche speciei* pro *genere*: nam per *viduam & pupillum* intelligitur *quivis invalidus, & injuriis hominum expositus*, ut comprimis sunt *viduæ* atque *orphani.* (2.) *Enallage modi* indicativi, *affligetis*, pro imperativo, *affligitote.* Jun. in Bibl. p. 89. *Glass.* lib. 5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 15. m. p. 452.

Vers. 23. *Si affligendo afflixeris eum, quia si clamando clamaverit ad me, audiendo audiam clamorem ejus.*

Occurrit modò (1.) Epizeuxis: *affligendo* afflixeris, h. e. *omnino* afflixeris: *clamando* clamaverit, i. e. *constanter & assiduè* clamaverit; *audiendo* audiam, pro *utique seu certissimè* audiam. (2.) *Aposiopesis*: nam post verba, *si affligendo afflixeris eum*, subintelligitur, *Te postea affligam.* (3.) *Enallage numeri* singularis, *eum*, & *clamaverit*, pro plurali, *eos*, & *clamaverint*, nempe *viduæ* & *pupillus.* (4.) Ἀνθρωποπάθεια: *auditus* enim *Deo* tributus, notat *ejus benevolentiam in satisfaciendo optatibus credentium.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 170. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 89. *Glass.* lib. 5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 7. p. 140.

Vers. 24. *Et accendatur nasus meus, & occidam vos in gladio, & erunt uxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli.*

In versu hoc habetur (1.) Ἀνθρωποπάθεια: אַפִּי enim, *nasus*, Deo tributus, *iram* ejus notat. (2.) *Metonymia causæ* pro effecto: *gladius* namque pro *bello* ponitur, quippe quod *gladiis* ut plurimum peragitur. Vide *Glass.* l. 5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 1. m. 2. p. 101 & cap. 7. p. 107.

Vers. 25. *Si argentum mutuaveris populo meo, pauperi tecum, non eris ei sicut fœnerator: non ponetis super eum morsum.*

I. Redit huc (1.) *Metonymia materiæ* pro materiato: *argentum* enim ponitur pro *pecunia* ex argento confectâ. (2.) *Ellipsis*: Pauperi, subint. *qui est* tecum. (3.) *Enallage modi* indicativi, *eris* & *ponetis*, pro imperativo, *esto* & *ponito.* (4.) *Metaphora*: de *usura* namque usurpatur *mordere*, quâ facultates alterius quasi paulatim admordentur, corroduntur & consumuntur. *Arsam.* in Bibl. p. 66. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 89. *Glass.* lib. 5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 11. p. 309.

II. *Scholastici* negant, *usuras*, quando pro pecunia mutuata aliquid ultra sortem accipiatur, *esse licitas*; quòd Deus lege illâ *easdem* prohibuerit?

℞. (1.) Concedimus, omnem usuram *propriè dictam* esse illicitam; non autem *censum annuum*, quippe qui contractus est licitus, nec ad eam referendus. (2.) Fatemur & hoc, usuram *propriè* dictam hac lege prohiberi; notanter enim Deus dicit: *Non eris ei* כְּנֹשֶׁה *sicut fœnerator*; non ponetis super eum נֶשֶׁךְ *usuram mordentem vel rodentem.* (3.) Damus quoque istud, *egeno* officium mutuationis *gratis* esse præstandum; hoc enim vult lex allata: *Si argentum mutuaveris populo meo* הֶעָנִי *paupere, afflicto, oppresso*; ubi ה demonstrativum præfixum est instar cujusdam *determinationis.* Vides hîc, legem hanc de *prohibitis usuris* ad talem casum minimè accommodari posse: illa enim loquitur de mutuo *debito*, non nisi *egenis* dando; nos autem loquimur de mutuo *indebito*, quod datur *opulentis*, ut res suas ipsi augeant & propter augmentum, quod ex pecunia nostra capiunt, compensationis locô *quotannis* aliquid ultra sortem nobis expendant; id quod gratitudo exposcit. Nulla est ergo consequentia. *Usuram* non

licet

licet exercere, ergo nec *cenſum* accipere; nondum enim evicerunt Scholaſtici, *hunc* ad *illum* neceſſariò & abſolutè referri. Nec valet collectio: cenſum exigere à *paupere* non licet, ergo à *nemine*, ne quidem *opulento*; non à *parte* in quantitate ad *totum* in quantitate (ut loquuntur vulgo) nihil efficitur. *Gerhard.* tom.6.L.L.CC. loc.27. de Magiſtr.Polit. §.240.p.924. *Meiſner.* par.3.Phil.ſobr.ſect.1.c.6. q.1.p.210.& 240. *Jun.* tom.1.oper. Theol.p.404.

Verſ.26. *Si pignerando pigneratus fueris veſtem proximi tui, usq; ad ingredi Solis, converteris illam ei.*

Adverte hîc (1.) *Epizeuxin: Pignerando pigneratus fueris*, h.e. *ullo pignore acceperis*. (2.) *Synecdochen ſpeciei* pro genere; nominatur enim *veſtis*, quâ pauper tegitur, vel in quo dormit; & intelliguntur *quæcunq; utenſilia*, quibus pauper carere nequit. (3.) *Enallagen generis*: nam שַׂלְמָה, *veſtem*, fœmininũ eſt, cui relativum maſculinum, וֹ, *illum*, in verbo תְּשִׁיבֶנּוּ, *converteis eũ*, ſubjicitur, quod refertur ad aliud ſubintelligendum nomen, vel חֲבֹל, *pignus*, ut Abben-Ezræ placet; vel לְבוּשׁ, aut בגד, *veſtis*, ſecundum R. Kimchi. *Jun.* in Not. ad h.l.p.89. *Glaſſ.* lib.3.Phil.Sa. tract.2.can.16.p.203.& lib.5.tr.1.c.15.m.7.p.453.

Verſ.28. *Deos non execraberis, & Principi in populo tuo non maledices.*

I. Ecce (1.) *Metaphoram*: *judices* enim dicuntur אֱלֹהִים, *Dii*, teſte *Chaldæo* quia *Dei ipſius* agunt vicem. (2.) *Enallagen modi* indicativi, *execraberis & maledices*, pro imperativo *execrator & maledicito*. Jun. in Not. ad h.l.p.90. *Gl.* l.5.Phil.S.tr.1.c.10.p.215.

II. *Magiſtratum politicum eſſe à Deo ordinatum*, inde patet, quòd *Principes* vocãtur *Dii*, quia *locum Dei tenent*; proinde *munus eorum* reprehendi non poteſt, niſi reprehendatur *ipſius Dei munus*.

Reſpondent *Anabaptiſtæ*, *Judæis* fuiſſe permiſſos Magiſtratus propter *imperfectionem*; at aliam eſſe rationem N.T., ubi Chriſtiani *perfecti* ſint, nec Magiſtratu egeant.

℞. (1.) Imprimis Prophetæ prædixerunt, omnes *Reges* terræ ſervituros Chriſto, quod non poteſt fieri, niſi in Eccleſia ſint *Reges*. Pſal.72.v.11. membra enim Eccleſiæ Chriſto ſerviant, ceu ſuo capiti. (2.) Quod de *perfectione* Chriſtianorum Adverſarii adferunt, cautè intelligendum eſt: Perfecti enim ſunt perfectione *partium*, non autem *graduum*, 1.Cor. 13.v.12. neceſſum igitur eſt, Magiſtratum civilem eſſe. *Bellarminus* l.3.de Laic.c.3. *Meyfart.* Prælect. in Comp. Hutter. loc.27.c.2.q.3.

II. *Tannerus* in Relat.hiſtor. de colloq. Ratisb. contendit, *rectè feciſſe Principes Papiſticos*, qui *Evangelicos miniſtros ex ſuâ ditione profligârunt, Papam* quippe *habentes pro Antichriſto*, idque eſſe, *Principi maledicere*.

℞. Locus hic ad *cruentas Papiſtarum deformationes* minimè pertinet: neque enim eſt *maledicere ordinario cuidam Principi*, cùm *Papam Antichriſtum dicimus*: alias *Paulus Apoſtolus* etiam eſſet *calumniator*, qui Papam, in eo, quo nunc ſe jactat, ſtatu, appellat hominem *ſceleroſum, filium perditum, adverſarium*, 2.Theſſ.2. v.3.4.8. Neque injuriâ aliquâ oneramus *imperium, Cæſarem*, alioſque *Papiſticos ſtatus*, alioqui ſequeretur, orthodoxos veteres, *Arianos dicendo hæreticos*, pari oneraſſe injuria *Imperiũ, Imperatores*, alioſque *ordines. Ariana* lue infectos; id quod tamen falſum eſt. *Hunn.* tom.2. oper.Lat.p. 483. *Lyſer.* in Depuls.neceſſ.p.86.

Verſ.29. *Plenitudinem tuam, & lachrymam tuam non tardabis; primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.*

I. Moyſes adhibet (1.) *Ellipſin* tum nominis, *Plenitudinem*, ſcil. *frugum*, h.e. *fruges maturas*; tum verbi, *Tardabis*, ſubint. *dare* ſeu *offerre*. (2.) *Metaphorã*: *lacryma* enim, humor ex oculis flentium manans, metaphoricè *muſtum & oleum* notat, quia guttatim ad *lacrymarum* modum deſtillat, quando *uvæ & olivæ* calcantur aut premuntur in torculari. (3.) *Enallagen modi* indicativi, *tardabis & dabis*, pro imperativo, *tardato & dato*. Ariæm. in Bibl.p.66. *Jun* in Not. ad h.l.p.90. *Glaſſ.* lib.5.Phil.ſac.tr.1.c.12.p.340.

II. *Caſſianus* c.25.collat.21.pro *jejunio quadrageſimali* pugnaturus, negatur, *nos, qui ſubſtantiarum omniumq; fructuum decimas offerre præcipimur, multo magis neceſſe habere, ut ipſius quoq; converſationis noſtræ, & humani uſus, operumq; noſtrorum decimas offeramus; in qua ſupputatione quadrageſima evidenter impleantur.*

℞. (1.) Caſſianus ſumit *falſum*, juberi nos decimas offerre ſubſtantiarum, omniumque fructuum. Primò enim id mandatum peculiare fuit *Judæis*, non commune *Chriſtianis*. Deinde neque ipſis Judæis imperatæ *omnium ſubſtantiarum*, ſed tantùm *omniũ fructuum*. (2.) Unde conſequentia? Debentur Deo decimæ omnium *fructuum*, ergò omnium *actuum*. Quaſi eadem *horum & illorum* ratio eſſet? Atqui ne apud Judæos quidem ita fuit: nunquam enim dictũ, exactam ab aliis fuiſſe *decimam actuum*, aut decimã *dierum*. (3.) Plena inde ſequitur *injuria*: neque enim jus faſque eſt, cui *totum* debeas, eundem jubere cõtentum eſſe *unâ duntaxat particulâ*. (4.) Denique manifeſta *ſocordia* hinc origo: nam qui pro *tota vita*, audiunt à ſe tantùm exigi *decimam partem*, quid niſi reliquum, quicquid eſt, deliciis & negotiis ſecularibus ſecuri indulgeant? *Cham.* tom.3. Panſtr.l.19. c.7.n.53.ſeq.

CAP.XXIII.v.1. *Non feres auditionem mendacii, ne ponas manum tuam cum impio, ad exiſtendũ teſtem injuriæ.*

In verſu hoc reperitur (1.) *Enallage* tum modi indicativi, *feres*, pro imperativo, *ferto*; tum ſubſtantivi, *injuriæ*, pro adjectivo, *injurium*. (2.) *Hebraiſmus*: nam *ponere manum cum aliquo*, eſt, *adjuvare cauſam ejus*; quæ & locutio ſynecdochica eſt. *Vatab.* in An. ad h.l.p.171. *Jun.* in Not. ad eund.loc p.90.

Verſ. 4. *Cùm occurreris bovi inimicantis tibi, vel aſino ejus erranti, reducendo reduces eum illi.*

I. Ecce (1.) *Synecdochen ſpeciei* pro *genere*: nam *generale* præceptum de *diligendis inimicis*, *particulari* exemplô, de *reducendo inimici bove vel aſino errante* proponitur. (2.) *Epizeuxin*: *Reducendo reduces*, h.e. *omnino* reduces. *Jun.* in Not ad h.l.p.90. *Glaſſ.* lib.5.Phil.ſacr.tract.1.c.15.m.7.p.453.

II. *Chriſtus præceptis ſecundæ tabulæ Decalogi non addidit præceptum de inimico diligendo*: nam *Deus* in Levitico *præcipiens bovem aut aſinum inimici errantem ad ipſum reduci, inimici dilectionem* in V. T. *præcepit*.

Smalcius diſp.7 contr.Franz.fol.241. excipit, per *inimicum* hic intelligi *Iſraelitam*, qui alium offendit; & *hunc* eſſe diligendum: non verò *extraneum*, de quo diligendo nullum datum eſſe præceptũ in univerſa lege, nec dari etiam potuiſſe, cùm voluerit Deus, ut *populus Iſraeliticus* ſemper terrori eſſet omnibus *hoſtibus extraneis*.

℞. (1.) Per *inimicum* intelligitur *proximus*, quemadmodum explicatur *Levit* 19.v.18. *proximi* autem appellatione *omnes homines* intelligi, teſtis eſt Chriſtus Luc.10.v.27.& 36. (2.) Deus toties in veteri lege *eandem charitatem* erga *domeſticum*, & erga *extraneum* commendat Iſraelitis, velut comprimis patet ex *Lev.*19.v.31. *Prov.*25.v.21. & ad communem ſocietatem ſemper invitabantur Ethnici, *hoſte*

quan

quantumvis. *Franz.* par.1. diſp.7. in A.C.theſ.119. ſeq. & in Vindic. diſput.8.theſ.57. *Jacob. ad Port.* contr.Oſtorr. Inſtit.p.267. *Stegm.* diſput.19. Antiphot.q.1.

Verſ. 5. *Cùm videris aſinum odientis te, cubantem ſub onere ſuo, & ceſſaſtis à relinquendo eum relinques cum eo.*

Redit huc (1.) *Synecdoche ſpeciei* pro *genere*: nam *generalis* doctrina de *diligendis inimicis* particulari exemplô, de *ſublevando aſino collapſo*, traditur. (2.) *Idiotiſmus* Hebræorum ו, quod præteritum חָדַלְתָּ, *& ceſſâſtis*, mutat in ſignificationem futuri. *ceſſabis*, (3.) *Epizeuxis*: *Relinquendo relinques*, h.e. *omnino* relinques. (4.) *Ellipſis* nominis: *Relinques*, ſcil. *rem tuam*, teſte Chaldæo. *Chemnit.* lib.1. Harm. Evang. c.16.p.319. *Ariam.* in Bibl.p.66. *Jun.* in Not. ad h.l. p.90. *Glaſſ.* l.4. Phil. ſacr. tract.2. obſ.1.p.698.

Verſ. 7. *A verbo mendacii elongabis te, & innocentem ac juſtum ne occidas, quia non juſtificabo impium.*

I. Vide-ſis (1.) *Enallagen* tum ſubſtantivi, *mendacii*, pro adjectivo *mendace*; tum modi indicativi, *elongabis*, pro imperativo, *elongato*. (2.) *Synecdochen ſpeciei* pro genere: nam *occidere* pro, *injuriâ afficere*, ponitur. (3.) *Hebraiſmum*: *juſtificabo*, h.e. *juſtum declarabo*. Vatabl. in Añot. ad h.l.p.171. *Jun.* ibid.p.90.

II. *Nunquam licet judici contra veritatem ſibi certò notam agere*, utut teſtium probationes ipſi contrarientur; ſic enim *contra hanc ipſius Jehova monitionem* faceret.

Regerit 1. *Adrianus* apud Greg. de Valent textum iſtum agere de cauſis *criminalibus*, in quibus judex *ſecundum conſcientiam* debeat pronnnciare; neque innocentem ſciens & volens occidere, cùm factum hoc *intrinſecè* malum ſit; aliam verò eſſe rationem cauſarum *civilium*, in quibus judex ſemper ſecundùm *allegata & probata* judicare teneatur.

℞. Nulla hic aſſignatur evidens *diverſitatis* ratio: *utrobiq;* enim veritas & innocentia opprimeretur, ſi judex contra ſuam conſcientiam, actorum fidem ſecutus, judicare vellet; jam verò non licet ulla in re, vel minimâ, aut veritatem, aut innocentiam opprimere. Quod ut fiat, mandat Deus, ut ad munus judicis adminiſtrandum tales aſſumantur viri, qui Deum timeant, veritatem ament, turpe lucrum oderint, *Exod.* 18.v.21.

2. *Cajetanus*, non *judicem*, ſed *teſtes* productos occidere innocentem, Judex itaque non niſi *ex accidenti* occidit inſontem, quatenus videlicet vult fungi ſuô officio, licet inde ſequatur mors innocentis, quam ipſe nequaquam vult.

℞. Exceptio hæc nulla eſt; nam quid aliud eſt, judicē fungi officio ſuo, quàm exequi injuſtũ cõmunitatis judiciũ; quod fiat, vetat Jehovah, *Exod.* 23,2.

3. *Gregorius de Valentia* tom.3.diſp.5. quæſt.11. punct.2.p.1329. verba textûs intelligenda eſſe de *juſto & inſonte*, non exiſtimato reo, judicio humano certo communitatis.

℞. Hæc reſponſio è diametro pugnat cum verbis ipſius Jehovæ: etenim ſi prohibetur judex *ſequi ſententiam multitudinis*, in cauſa injuſta; ſi etiam interdicitur judici *damnare inſontem*: quâ quæſo vel ſpecie veri dicetur, quòd judex poſſit ac debeat in cauſa dicenda potiùs ſequi judicium *communitatis* erroneum, quàm exploratiſſimam veritatem, licet ſibi ſoli notâ? Pilatus certè, dum condemnavit Chriſtum innocentem, ſecutus judicium communitatis, non autem exploratiſſimâ veritatem, Matt.27.v.24. graviſſimè peccavit. *Gerb.* tom.6. LL.CC. loc.27. de Magiſtr. Polit. §.292. p.998. *Brochm.* tom.2. Syſt. Theol. art. de Magiſtr. Polit. c.3. cat.9. p.5059. ſeq.

Verſ. 8. *Et munus non accipies, quia munus excæcabit videntes, & pervertet verba juſtorum.*

Uſurpatur hic (1.) *Enallage* tum *modi* indicativi; *accipies*, pro imperativo, *accipito*; tum *temporis* futuri, *excæcabit & pervertet*, pro præſenti; *excæcat & pervertit* (2.) Metaphora: *excæcatio* enim *judicii perverſitatem & videntes* notant *ſapientes*, Deut.16. v.19. (3.) Hebraiſmus: *Excæcat & pervertit*, h.e. *occaſionem excæcationis & perverſitatis ſubminiſtrat*, & ita ad corrumpendum jus, & pervertendam juſtitiam inducit. *Ariam.* in Bibl.p.66. *Jun.* in Not. ad h.l.p.90. *Glaſſ.* l.3. Phil. ſacr. tract.3. can.10.p.253. & lib.5. tract.5. cap.12. p.359.

Verſ. 9. *Et peregrinum non opprimes, & vos noſtis animam peregrini, quia peregrini fuiſtis, &c.*

Nota hoc loco (1.) indicativum, *opprimes*, poni pro imperativo, *opprimito*. (2.) copulativam ו, ET, ly אַתֶּם. *& vos*, præfixam, ſignificare כִּי, *quia*. (3.) *Nòſſe*, idem eſſe, ac *expertum eſſe*. (4.) *Animam* ſumi pro *affectu*, metonymicè. *Jun.* in Not. ad h.l. p.90. *Glaſſ.* lib.5. Phil. ſacr. tract.3. cap.1. m.1. p.8.

Verſ. 11. *Et ſeptimo relinques eam, & dimittes eam, & comedent inopes populi tui, & reſiduum eorum, comedet beſtia agri. Sic facies vineæ tuæ olivetō tuo.*

Recurrit huc (1.) *Enallage*: tum τοῦ ו & וְאָכְלוּ *Et comedent*, pro, *ut comedant*: tum *numeri* ſingularis, *beſtia comedat*, pro plurali, *beſtiæ comedant*; tum ſubſtantivi, *agri*, pro adjectivo, *agreſtes*. (2.) *Ellipſis* conjunctionis ET: *Oliveto tuo*, pro, *Et oliveto tuo*. Ariæm. in Bibl.p.66. *Jun.* in Not. ad h.l.p.90.

Verſ. 13. *Et in omnibus, quæ dixi ad vos, cuſtodite vos, & nomen Deorum alienorum non memorabitis, non audietur ſuper os tuum.*

In textu offert ſeſe (1.) *Metonymia adjuncti* pro *ſubjecto*: idola enim, dicuntur *Dii*, ex *hominum opinione*. (2.) *Enallaxis*: nam עַל, *ſuper*, notat Ex: עַל־פִּיךָ *ex ore tuo*. Glaſſ. lib.3. Phil. ſacr. tract.6. can.12. m.7. p.549. & lib.5. tract.1. cap.10. p.216.

Verſ. 15. *Solennitatem infermentatorum cuſtodies, ſeptem diebus comedes infermentata, quemadmodum præcepi tibi ad tempus menſis Abib, quia in eo egreſſus es ex Ægypto, & non videbuntur facies meæ vacuè.*

Iteratur nunc (1.) *Enallage modi* indicativi, *cuſtodies, comedes, videbuntur*, pro imperativo, *cuſtodito, comedito, videntor*. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: nam *facies Dei* notat *locum conventûs ſacri divinitùs ordinatũ*. Jun. in Not. ad h.l.p.90. *Glaſſ.* lib.5. Phil. ſacr. tract.1. cap.7. p.104.

Verſ. 16. *Solennitatem quoq; in exitu anni, quando congregaveris omnes fruges tuas de agro &c.*

I. *Joſephus* lib.1. Antiq. Judaic. ſtatuit, *mundum autumnali tempore conditum eſſe*, quòd *Hebræi juſſi fuerint ſolemnitatem Tabernaculorum*, quæ agebatur *menſe ſeptimo*, hoc eſt, *in autumno*, celebrare in exitu anni, ſeu, quando redeunte anni tempore, cuncta cõduntur; at *exitus anni*, ut in circulo, cohæreat *initio*.

℞. Autumnum clauſiſſe annum, pariter ac anni initium fuiſſe apud Hebræos, non eſt, qui negat. Verùm hoc in quæſtionem vocatur, an *ideò ſervârint hoc anni initium*, quòd *mundus iſto anni tempore ſit conditus?* Non poteſt certè vel unus apex produci è Scripturis, quo doceri & demonſtrari poteſt, populum Iſraëliticum *ideo orſum fuiſſe annum ab autumno, quia mundus iſtâ anni parte conditus fuit*. Commoditas potiùs *propria* hunc uſum introduxit. Inter alia enim ſerviebat hæc anni obſervatio anno *jubilæo*, quo agri priſtinis dominis ex divina lege ceſſerunt: oportuit namque annum in frugum collectione terminari, ut novus poſſeſſor ſementem in

annum ſequentem faceret, veluti è *Brugenſi* probè annotavit *Salianus*. Sed nec *Sabbaticus* annus, niſi per ſementem diſtinguebatur. *Brochm.* tom.1. Syſt. Theol. art. de Creat. c.2. q.9. arg.3. p.209. ſeq.

II. Moſes *ſibi* contradicere videtur; hîc enim ſolennitatem *in exitu anni* jubet cuſtodiri, quando Iſraelitæ congregaverint omnes fruges ſuas de agro; at verò *Exod.* 12. v.2. menſem *Niſan* ſtatuit menſium omnium primum principiumque anni.

℞. Duplex fuit *calculus anni Judaici*: unus rerum *Eccleſiaſticarum*, alter *civilium* & politicarum. De *priori calculo* poſterius dictum intelligendum eſt, de *poſteriori* prius. Sciendum namque apud Hebræos veteres menſem *Tiſri* fuiſſe primum, eosque annum ſuum à novilunio ejusdem inchoâſſe; quam conſuetudinem in rebus civilibus etiamnum obſervant Judæi, & hanc ob cauſam, Neomeniâ menſis *Tiſri*, caput anni nuncupant, & ab eo temporum ſupputationes deducunt: Jubilæum quoq; ac ſeptimum annum ab eo incipiunt, ne duorum annorum fructꝰ perdant, *Levit.* 25. v.8. Poſt eductionem autem ex Ægypto, anni principium translatum eſt in menſem *ſeptimum*, quem *Abib* poſtea *Niſan* dixerunt, Exod. 34. v.18. qui jam nominatur *primus*, Eſther. 3. v.7. & quidem ratione *feſtorum*, ut nimirum calculus fieret ab hoc menſe, ſalvo veteri jure menſis *Tiſri* in *civilibus* cauſis. *Walther.* in harm. Script. p.176. ſeq.

Verſ. 18. *Non mactabis ſuper fermentato ſanguinem victimæ meæ, neq; pernoctabit adeps feſti mei uſq; ad mane.*

Moſes utitur (1.) *Synthesi*: תִזְבַּח, *mactabis*, h. e. *mactando fundes*; ubi *unum* verbum pro *duobus* ponitur, *brevitatis* causâ. (2.) *Metonymiâ adjuncti* pro *ſubjecto*: חַגִּי, *feſti mei*, i. e. *ſacrificii feſti mei*, Chaldæo interprete; ubi *feſtum* pro *hoſtia* ſumitur, quæ die feſtâ immolatur. (3.) *Enallage modi* indicativi, *mactabis* & *pernoctabit*, pro imperativo, *mactato*, vel potiùs *mactando fundito*, & *pernoctato*. Jun. in Not. ad h.l. p.90. *Glaſſ.* l.3. Phil. ſacr. tract.3. can.2. p.229. & lib.5. tract.1. cap.4. m.3. p.60.

Verſ. 20. *Ecce ego mittens Angelum coram te, ad cuſtodiendum te in via, & ad introducendū te in locum, quem paravi.*

I. Habetur hîc (1.) *Ellipſis verbi* ſubſtantivi: *Mittens*, ſc. *ſum*, h. e. *mitto*. (2.) *Enallage temporis* præſentis, *mitto*, pro futuro, *mittam*. (3.) *Synecdoche generis* pro ſpecie: *Angelus* enim κατ᾽ ἐξοχὴν pro *Chriſto Filio Dei* ponitur. *Ariam.* in Bibl. p. 67. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.172. *Glaſſ.* l.5. Phil. ſacr. tr. 1. cap.14. m.2. p.441.

II. *Oſterrodius* contra Tradel. l.2. c.2. probare conatur, nomen *Jehovah* in Scripturis *Angelis* quoq; tribui; ad quod allegat præſentem textum.

℞. (1.) Locus iſte nihil probat pro Oſtorrodio. Fit quidem ibi mentio *Angeli*, ſed non vocatur *Jehovah*, velut è textu manifeſtum eſt. Quæ autem hîc conſequentia: *Deus dicit, ſe miſſurum Angelum, ergo Deus dicit Angelum eſſe Jehovam?* nulla ſanè. (2.) Hoc loco non *creatus Angelus*, ſed *ipſe Filius Dei* eſt intelligendus, qui propter *miſſionis* officium paſſim in Scriptura nomen hoc obtinet. *Gen.* 48. v.16. *Mal.* 3. v.1. Id oſtendunt omnia attributa, quæ in textu ipſi aſſignantur: *in ipſo* enim *eſt nomen Dei*; *ipſi debetur obedientia, ab omni populo præſtanda*; *eidem poteſtas animadvertendi in rebelles tradita eſt*, v.21. *eſt cuſtos Eccleſiæ ſuæ, protegens & regens eam, & deducens in terram præparatam*, v.23. *Rung.* Comm. in c. 23. Exod. p.873. ſeq. & 877. *Jacob. Martin.* l.1. de trib. Eloh. c.21. n.198. & 209.

Verſ. 21. *Cave tibi a facie ejus, & audi in voce ejus, ne rebelles in eum, quia non parcet prævaricationi veſtræ, quia nomen meum in medio ejus.*

Invenitur hoc loco (1.) Metaphora: *facies* enim pro *conſpectu*, & *auditus* pro *obedientia* ponitur. (2.) *Metonymia adjuncti* pro *ſubjecto*; quia *nomen Dei* ſumitur pro *ipſo Deo*. (3.) *Pleonaſmus*: In *medio ejus*, h.e. *in eo*; ut ſenſus ſit: *Ego ſum in illo, & ille in me*, Johan. 14. v.10. *Jun.* in Not. ad h.l. p.90. Confer *Glaſſ.* lib.5. Phil. ſacr. tract.1. cap.4. m.7. p.75.

Verſ. 23. *Quia ibit Angelus meus ante te, & introduces te ad Amorrhæum, & Chittæum, & Phereſæum, & Chananæum, Chivæum & Jebuſæum, & ſuccidam eum.*

I. Redit huc (1.) *Synecdoche generis* pro *ſpecie*: nam per *Angelum Domini* κατ᾽ ἐξοχὴν *Chriſtus* notatur. (2.) *Metonymia ſubjecti* pro *adjuncto*: nominatur enim *Amorrhæus*, & intelligitur *ejus terra*. (3.) *Enallage numeri* ſingularis, *Amorrhæum, Chittæum*, &c. pro plurali, *Amorrhæos, Chittæos, &c.* *Jun.* in Bibl. p.90. *Glaſſ.* lib.5. Phil. ſacr. tract.1. c.14. m.2. p.441.

II. *Cabaliſtæ* arbitrantur, *Angelum iſtum fuiſſe Michaelem*, quia מַלְאָכִי, *Angelus meus*, literis transpoſitis ſit מִיכָאֵל.

℞. Luſus hic eſt *anagrammatiſticus*, quo *per ſe* nihil probatur, neque etiam *ſenſum hunc* intendit Spiritus Sanctus: quis autem *Angelus ille* fuerit, ex ſubjunctis *epithetis* patet, nempe ipſe *Filius Dei*. Glaſſ. l.2. Phil. ſacr. part 1. tr.2. ſect. art.7. m.1. p.437.

Verſ. 24. *Deſtruendo deſtrues Deos, & confringendo confringes ſtatuas eorum.*

I. Iteratur nunc (1.) *Epizeuxis*: *Deſtruendo deſtrues*, h.e. *omnino* deſtrues; & *confringendo* confringes, i.e. *omninò* confringes. (2.) *Enallage modi* indicativi, *deſtrues & confringes*, pro imperativo, *deſtruito & confringito*. (3.) *Metonymia adjuncti* pro *ſubjecto*: Idola enim dicuntur *Dii*, ex *hominum opinione*. Jun. in Not. ad h.l. p.90.

II. Nonnulli ex *Caroloſtadii* Sectatoribus mordicus contenderunt, *in pia Eccleſiarum reformatione omnes ſtatuas & imagines Chriſti, Apoſtolorum, Martyrum ex templis eſſe removendas*; quòd *Deus ſtatuas confringi mandaverit.*

℞. (1.) Aliud eſt *idolum*, aliud verò *imago hiſtorica*. *Idolum*, definiente Bezâ, dicitur, ſimulachrum ad numen repræſentandum, cui cultus exhibetur; unde etiam *idololatria* nuncupatur: quales fuerunt ſtatuæ *Jovis, Baalis, Molochi*, &c. Atq; *has* à Magiſtratu removendas eſſe concedimus, quia tantum fuerunt ad *cultum* & concurſum populi erectæ? Alia vero eſt ratio *imaginum hiſtoricarum* Chriſti, Apoſtolorum & Martyrum, quæ *per ſe* hiſtoricæ ſunt repræſentationes iſtarum perſonarum, & quibus *per ſe* nullus exhibetur cultus, licèt *per accidens*, tantùm ſervierint idololatriæ, quemadmodum & *Sol* Perſarum idolomaniæ; idola ideoque *propriè ſic dicta* non ſunt. (2.) Diſcernendum eſt inter populum V. & N. T. *Legale* fuit præceptum *Iſraelitis* datum, de evertendis idolorum ſtatuis; quod ſi *ſimpliciter* obligaret *Chriſtianos*, etiam *templa*, in Papatu ædificata, eſſent diruenda, cum & *lucos & delubra* Chananæorum Deus juſſerit ſuccidi, *Exod.* 34. v.13. *Deut.* 7. v.5. Id quod vero dum non faciunt *Caroloſtadiani*, eo ipſo oſtendunt, quid reſpondendum ſit ulteriùs de *toleratis hactenus imaginibus*, videlicet removendum eſſe *abuſum* iſtarum, quod fit fideli inſtitutione; poſtea *res ipſas* libertati Chriſtianæ ſubjectas eſſe, & vel aboleri, vel memoriæ causâ retineri, vel in alios uſus transferri poſſe. *Rung* Comm. in Exod. p.879. ſeq. *Gravver.* in E poſ. Mich. part.4. q.1. p.75.

Verſ.

Verſ. 25. *Et ſervietis Domino Deo veſtro, &c.*

I. Vide-ſis (1.) *Enallagen* perſonæ enim primæ, *deſtruam*, v. 23. mutatur in tertiam *benedicet*. (2.) *Synecdochen*: nam *panis & aqua* pro *omnibus ad vitam neceſſariis* (inter quæ præcipuum ſunt *cibus & potus*) accipiuntur. (3.) *Ellipſin*: Removebo *morbū*, ſubint. *quemvis*. (4.) *Pleonasmum*: *E medio tui*, i. e. *è te*; ubi ly *medium* redundare videtur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 173. *Jun.* ibid. p. 90. *Glaſſ.* l. 5. Phil. ſacr. tract. 1. cap. 15. m. 3. p. 449.

II. *Oſtorrodius* in Inſtit. c. 5. & 21. ſentit, *in libris V. T. non contineri religionem Chriſtianam*, cùm *promiſſiones* V. T. non niſi *corporales* fuerint, religionis autem Chriſtianæ in N. T. ſint *ſpirituales*.

℞. Eſt ambiguitas in voce *Veteris Teſtamenti*: nam ſi ſumitur pro *univerſo illo Eccleſiæ ſtatu, qui duravit ab Adamo reconciliato uſq; ad Chriſtum, in carne manifeſtatum*; nemini certè dubium eſſe debet, quin Patres habuerint promiſſiones *ſpirituales*. Nam habebant promiſſiones de *venturo Meſſia*, Gen. 22. v. 18. Gal. 3. v. 16. habebant promiſſionem *remiſſionis peccatorum*, Pſal. 32. v. 1. & 2. Salvati denique ſunt per *gratiam Domini JEſu Chriſti*, Actor. 15. v. 11. Sin ſumatur ea pro *fœdere cum ... Moſaico*, non niſi promiſſiones te... ... habuit, idque quia lex carne infirmabatur. *Rom.* 8. v. 3. *Brochm.* tom. 1. Syſt. Theol. art. de Script. c. 3 q. 5. obj. 5. p. 77. & 80.

Verſ. 27. *Terrorem meum mittam ante te, & frangam omnem populum, quibus ingredieris in eis, & dabo omnes inimicos tuos ad te cervice.*

Eſt hic (1.) Hebraiſmus: *Terrorem meum mittā ante te*, h. e. *terrebo omnes advenientes te*; *& dabo omnes inimicos tuos ad te cervice*, i. e. *vertam ante te in fugam*. (2.) *Metaphora*, qua *frangere* ſumitur pro *perdere*. (3) *Pleonasmus*: *Quibus in eis*, pro, *in quibus*: ubi τὸ *eis* abundare videtur. (4.) *Enallage numeri*: nomini enim collectivo ſingulari, *populum*, reſpondet pronomen plurale, *quibus*, pro *ad quem*. Ariæm. in Bibl. p. 67. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 173.

Verſ. 28. *Et mittam crabronem ante te, &c.*

Recurrit modò (1.) *Enallage numeri* ſingularis, *crabronem*, pro plurali, *crabrones*, ſeu *crabronum quaſi exercitum*; item *Chivvaeum, Chananaeum, & Chittaeum*, pro, *Chivvaeos, Chananaeos, & Chittaeos*. (2) Metaphora: *crabrones* enim *divinitus immiſſos terrores* notare videntur, quibꝰ hoſtes populi Dei, tanquam *aculeatis crabronibus* fodicabātur, ut locô ſuô ceſſerint, v. 27. (3.) *Synecdoche ſpeciei* pro genere: *Chivvaeos* enim, *Chananaeos, Chittaeos* nominat Moſes, & *cæteros* quoque v. 23. memoratos ſubintelligit. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 173. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 90. *Glaſſ.* l. 3. Phil. ſacr. tract. 1. can. 22. p. 85. & lib. 5. tract. 1. cap. 11. p. 333.

Verſ. 29. *Non ejiciam eum à faciebus tuis &c.*

Repetitur hoc loco *Enallage* tum abſtracti, *deſolatio*, pro concreto, *deſolata*; tum numeri ſingularis, *beſtia*, pro plurali, *beſtiæ*. Vatabl. in Aññot. ad h. l. p. 173.

Verſ. 30. *Parum parum expellam illum à conſpectu tuo, donec fœtaveris & hæreditet terram.*

Adverte (1.) Epizeuxin: *Parum parum*, h. e. *admodum ſenſim & paulatim*; ubi adverbium מְעַט, *parum*, repetitum, ſuperlativam facit locutionem. (2.) Synecdochen: *fœtaveris*, i. e. *numerô auctus fueris*. Jun. in Not. ad h. l. p. 90. *Glaſſ.* l. 3. Phil. ſacr. tract. 5. can. 2. m. 1. p. 432.

Verſ. 31. *Et ponam terminum tuum à mari Suph, & uſq; ad mare Philiſtæorum, &c.*

In textu hoc reperitur (1.) *Synecdoche generis* pro *ſpecie*: nam per *deſertum* notatur *Sur* Ægyptum ſpectans; & per *flumen*, Euphrates. (2.) Metaphora: *manus* enim pro *poteſtate* eſt. *Vatab.* in Not. ad h. l. p. 173. *Jun.* ibid. p. 90.

Verſ. 32. *Non inibis eis, & Diis eorum fœdus.*

I. Iterum habes (1.) *Enallagen modi* indicativi, *inibis*, pro imperativo, *inito*. (2.) *Ellipſin* præpoſitionis: *Eis*, pro, *cum eis*. (3.) *Metonymiam adjuncti* pro *ſubjecto*: idola enim dicuntur *Dii ex hominum opinione*. *Ariam.* in Bibl. p. 67. *Vatabl.* & *Jun.* l. c.

II. *Albericus Gentilis* lib. 3. de jure belli cap. 19. negat, *licitum eſſe pro Magiſtratus fœdera inire cum diverſæ religionis hominibus*, cùm Deus expreſsè *interdixerit fœdus cum infidelibus inire*.

℞. 1. Mandatum illud Dei de *non pangendis fœderibus cum hominibus infidelibus* non erat *univerſale*, reſpectu omnium omnino infidelium, ſed ad *certos populos*, nempe *incolas terræ Chanaan*, unicè directa. Hos enim Deus ſingulari conſilio *ſimpliciter* volebat deletos & exciſos: à *particulari* autem ad *univerſale* N. V. C. (2.) Si prohibitio hæc divina ita *generaliter & abſolute* eſſet accipienda, certè non modo non cum infidelibus nulla eſſet incunda confœderatio, ſed & *cum illis*, & *inter illos* ne quidem *habitare* liceret: nam eadem prohibitio volebat, ut Judæi tales infideles *in medio ſui* non ferrent, v. 33. (3.) Prohibitio illa erat *conditionata*, ut ne Judæis, quippe ad idololatriam maximè pronis ac proclivibus, ejusmodi confœderationes cederent in laqueum, v. eod. 33. (4.) Prohibitio illa pertinebat ad *legem Moſaicam forenſem*, quæ nos hodie obligare nullo modo poteſt: ſiquidem jam ſub Nov. Teſt. τὸ μεσότειχον inter Judæos & Gentes eſt ſublatum, & maceria diruta, *Epheſ.* 2. v. 14. *Coloſſ.* 3. v. 11. (5.) Quin ex ipſa etiam Dei intentione, *ad tempus* ſaltem durare debuit, eò usque nimirum, donec Chananæi penitus eſſent exciſi, quippe à Deo ſingulariter maledicti. Agnoverunt hoc pii Reges Judaici, cumprimis *David & Salomon*, qui cum Rege *Hiramo* talia fœdera inierunt, ut navigationes in Tharſis, aliaque id genus *politica* commercia tutò utrinque inſtitui & exercēri poſſent, 2. *Sam.* 5. v. 11. 1. *Paralip.* 14. v. 1. 1. *Reg.* 5. v. 1. ſeqq. (6.) In N. T. fœdera pacis inter vicinos, vel alios etiam peregrinos, eſſe poſſunt, *abſq; ullo religionis reſpectu*, dicente Apoſtolo, Rom. 12. v. 18. *Cum omnibus hominibus pacem habete, quantum in vobis eſt.* At ſi periculum immineat ob *religionem*, tum in defenſione non ſunt quærenda præſidia eorum, qui ipſimet ſunt Chriſti hoſtes, nec fœdera cum illis incunda. Ut enim nulla eſt ſocietas *Chriſti* cum *Belial*, 2. *Cor.* 6. v. 14. ita inter filios *Dei & Diaboli* nulla poteſt firma coire conjunctio animarum & ſtudiorum. *Rung.* Comm. in c. 23. Exod. p. 880. ſeq. *Hutter.* in LL. Theol. p. 953. *Gerhard* tom. 6. LL. CC. loc. 27. de Magiſtr. Polit. §. 154. p. 798. & §. 157. p. 802.

Verſ. 33. *Non habitabunt in terra tua, ne fortè peccare faciant te mihi, cùm colueris Deos eorum, quia erit tibi in laqueum.*

I. Continuat Moſes (1.) *Enallagen modi* indicativi, *habitabunt*, pro imperativo, *habitanto*. (2.) *Metonymiam adjuncti* pro *ſubjecto*: idola enim *Deos* vocat, ex *hominum opinione*, ea pro Diis colentium. (3.) Metaphoram: *laqueum* namque pro *exitio, ejusq; cauſa* accipit. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 90. *Vatabl.* ibid. p. 173. *Glaſſ.* lib. 5. Phil. ſacr. tract. 1. c. 10. p. 216. & cap. 11. p. 321.

II. *Auguſtinus* in Exod. c. 23. quæſt. 94. rectè aſſerit, λατρείαν & δουλείαν, tanquam *Synonyma*, permutari; nam explicans textum iſtum, inquit: *Hic Græcus δουλεύσῃς habet, non λατρεύσῃς; unde intelligitur, quia & δουλεία debetur Deo, tanquam Domino, λατρεία verò nonniſi Deo, tanquam Deo.*

Bellarminus l. 1. de sanct. beatitud. c. 14. excipit, ex hoc loco colligi, *latriam* non posse communicari *creaturæ*, quia unus tantum sit *Deus*; at *duliam* posse communicari, quia multi sint verè & propriè *domini*.

R. Jesuita contradicit Apostolo, qui 1. *Corinth.* 8. v. 6. *unum duntaxat Dominum esse* affirmat. Si ergo *latria* communicari nequit, quia unus est *Deus*, nec *dulia* poterit, quia unus est *Dominus*. Sin vocem *Domini* accipias *latiore* sensu, regero istud *Psal.* 82. v. 9. *Dixi, vos Dii estis*. Si ergo *dulia* communicatur, quia multi sunt *Domini*, communicabitur quoque *latria*, quia multi sunt *Dii*, quod absurdum est. *Meisner.* part. 2. Philos. sobr. sect. 1. cap. 1. q. 12. p. 133.

CAP. XXIV. Vers. 1. *Et ad Mosen dixit: Adscende ad Dominum, tu & Aaron, &c.*

Ecce (1.) *Hebraismum*: Adscende ad *Dominum*, h. e. ad *me*; ubi antecedens pro relativo est. (2.) *Enallagen modi* indicativi, *incurvabitis*, pro imperativo, *incurvate*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 173. *Jun.* ibid. p. 90. *Glass.* l. 3. Phil. sacr. tr. 2. can 13. m. 3. p. 200.

Vers. 4. *Scripsit autem Moses universos sermones Domini, &c.*

Bellarminus l. 4. de Verb. Dei c. 4. autumat, *Scripturas non admodum necessarias esse, sed Ecclesiam illas facilè carere posse*, quòd *demum a Mose initium ceperit Scriptura, cùm tamen ante hu mille annos ∞ Ecclesia nulla fuerit*.

R. (1.) Concedimus, Scripturas non *simpliciter* esse necessarias, sed κατά τι, nempe *quatenus Deo visum est*, in eas redigere totam eam doctrinam, quàm prius sive ipse sive per quosdam Prophetas fine Scripturis proponebat. (2.) Dupliciter *Deus veritatu suæ memoriam conservavit*: nempe vel *extraordinariè*, vel *ordinariè*. Extraordinariè quidem per *oracula*, varias revelationes & inspirationes: *ordinariè* verò per *Scripturam*, & per *Traditionem*. Et *traditione* quidem usus est ab initio mundi; sed nunquam *sola*. Nam quemadmodum post Mosen *traditioni* adjunxit Scripturam, tanquam fundamentum; sic ante eum *inspirationem* adhibebat, quæ dogmata cõservaret præcipuè, imò verò innovaret, cùm paulatim ab iis hom'nes dilaberentur. Quemadmodum ergo tunc necessaria erat *extraordinaria inspiratio*, ut ne corrumperetur *traditio*, quod factum est in Ethnicis: Sic deinceps, cum Deus noluit ejus inspirationis usum esse frequentem, necessaria fuit *Scriptura*, medium ordinarium, multò etiam magis, cum omnino subtraxit hominibus eandem, ut non modò non sit frequens, sed etiam nulla. Quarè, qui nobis *Scripturam* auferunt, restituant oportet *extraordinarias inspirationes* sive revelationes, aut ne negent, auferri à se *media necessaria* conservandæ veritati. *Cham.* tom. 1. Panstr. l. 8. c. 15. n. 5. 9. & l. 9. c. 7. n. 2. 7.

Vers. 7. *Et cepit volumen fœderis, & legit in &c.*

I. In textu hoc reperitur (1.) Hebraismus: *In auribus populi*, h. e. *audiente populo*. (2.) *Enallage numeri*: nomini enim collectivo singulari, *populus*, respondet verbum plurale, *dixerunt*. (3.) Metaphora: *audiemus*, i. e. *obediemus*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 174.

II. *Judæi* statuunt, *librum Geneseos à Mose conscriptum fuisse, antequam Deus verba Decalogi scriberet*, propterea quòd hic mentio fiat *voluminis fœderis*, ante allatas Decalogi tabulas.

R. In Mosaica illa relatione est figura *anticipationis* sive ὕστερον πρότερον, Scripturis sacris familiaris: volumen enim illud fœderis fuit *liber testamenti*, quod Deus cum Israelitis in monte Sinai iniit, h. e. *liber legis*, Hebr. 9. v. 19. quem scribendi Moses tunc demum mandatum accepit, cùm Deus Decalogi tabulas suò digito scripsisset, *Exod* 34. v. 27. Nullum igitur dubium est, quæ *Exod.* 24. v. 4. de scriptione & dedicatione voluminis fœderis referuntur, gesta esse posteà, quæ *Exod.* 34. v. 27. describuntur, ita ut Deus Decalogum priùs scripserit in tabulis, quàm Moses suos libros conscriberet. *Chemnit.* par. 1. Exam Concil. Trident. p. 8. *Gerhard.* in Exegdoc. 1. de script. sacr. c. 16. p. 33.

Vers. 8. *Et cepit Moses sanguinem, & sparsit super populum, & dixit: Ecce sanguis fœderis, &c.*

I. Observa (1.) adverbium demonstrantis, הנה, *ecce*, æquipollere pronomini demonstrativo, *Hoc*, teste Apostolo, *Hebr.* 9. v. 20. (2.) Verbum substantivum deficere; ideoque supplendum: Hoc *est* sanguis, &c. (3.) הדברים, *verba*, Hebræis notare ipsas *res gestas*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 174. *Glass.* lib. 3. Phil. sacr. tract. 5. can. 15. not. 1. p. 467.

II. *Pistorius* in Hodeg. p. 499. pro *una specie in S. Cœna* disputans, *integrum* ait *esse Sacramentum, sive utare eo toto, sive dimidio, sive planè non utare*; cum in V. T. *tamilis fuerint in fœdere, qui sanguine testamenti non aspergebantur, quàm qui aspergebantur*.

R. (1.) Nititur hæc hypothesis figmento *concomitantiæ*, quam & Scriptura & pia Antiquitas ignoravit. (2.) Sibi contradicit: nam quomodo *singulæ* totius Eucharistiæ partes possunt esse *tota* Eucharistia? cùm *pars totum* non sit *ipsum totum*. (3.) Ex simili hoc Pistorii sequitur, proinde esse, *sive sumatur Eucharistia*, sive *ab ea planè abstineatur*. Nimirum satis ei est, si Missam spectet populus Papisticus. Nã quia Sacerdos est *os Ecclesiæ*, secundùm *Gabrielem Biel*, potest *ipse* pro *ea* non tantum *bibere*, sed etiam *edere*. (4.) De *applicatione fœderu* in V. T. ita clarè docet Moses *Gen.* 17. *Exod.* 12. &c. ut nulla opus sit nostrâ responsione. *Mentzer.* disp. Antipistor. in thes. 108. seq. p. 565. seq.

III. *Klebitius* in lib. de Victor. veritat. part. 1. arg. 16. pro *metonymia sacramentali* in verbis Cœnæ, *hoc est corpus meum, hic est sanguis meus*; profert hanc propositionem, *hoc est testamentum*, sive *sanguis est fœdus*.

R. Isthæc propositio, *hoc est testamentum*, ibidem non legitur, neque sanguis aspersus dicitur *ipsum fœdus*; sed ista, *hic est sanguis testamenti*. Nam sanguis victimarum *reverâ* fuit sanguis fœderis, quod Deus cum Israelitis in deserto pepigit, illoque hoc fœdus obsignavit & confirmavit. Nec *significavit* tantùm sanguinem fœderis istius, quia nullus alius sanguis fuit, quo vetus istud fœdus confirmatum esset, id quod clarè docet adverbium הנה, *ecce*, quod sanguinem coràm monstrat adesse, sensu eo: *Ecce sanguis victimarum, quo jam in vos sparso, fœdus hoc inter vos & Deum sancitur*. Cùm verò pronomen demonstrativum τοῦτο, *hoc*, pro הנה, *ecce*, ponatur, *Hebr.* 9. v. 20. omnino censendum est, eandem demonstrationis scil. *rei præsentis* vim habere, præsertim, quòd eadem verba recitentur etiam à Christo in sacræ cœnæ institutione, ita ut novum fœdus sanciendo, Dominus ad *fœdus illud antiquum* respexerit, & inde verba fœderalia mutuatus fuerit (discriminis causâ duabus tantùm voculis, *meis* & *novi*, additis, *Hic est sanguis meus novi fœderis*) sanè non est dubium, quin & *hic vere præsens* demonstretur *sanguis Christi in Eucharistico populo*; & propter paritatem rationis, etiam præsens demonstretur *corpus Domini*, his verbis: *Hoc est corpus meum*. Invertimus ergo argumentum & dicimus, *sanguinem Christi* in S. Cœna esse: si enim ibi in V. T. fuit *verus sanguis*, quia de vero ibi sanguine dicitur; cur hic in N. T. minus esset, & is non adesset sanguis, de quo dicitur?

dicitur? idq; confirmat Apostolus 1. *Joh.* 5. v. 6. *Husmelmann.* in Colloq. Jhever. apud *Wigand.* de Sacram. fol. 572. b. *Gerlach.* tom. 1. disp. 12. thes. 70. seq. *Gerhard.* tom. 5. LL. CC loc. 24. de Sacr. Cœn. §. 95. p. 198. *Bellarm.* lib. 1. de Sacram. Eucharist. c. 11. *Glass.* l. 3. Phil. sacr. tract. 5. can. 15. p. 467. seq.

IV. *Pistorius* in Hodeg. p. 360. contendit, *Sacramentum Eucharistiæ esse rem permanentem*, adeoq; *ante actionem manducandi & bibendi corpus & sanguinem Christi fuisse præsentia in prima illa cœna*; cum & *sanguis vitulorum apud Mosen* h. l. *fuerit sanguis testamenti, antequam totus populus eo fuisset adspersus, & manserit sanguis testamenti, quamdiu speciē retinuit.*

℞. Quam speciem sanguinis mihi narras, Pistori? Num etiam vitulorum sanguis transsubstantiatus fuit, solâ specie (sive accidentibus) remanente? nugæ! Item: Sanguis ille fuitne sanguis testamenti, sine aspersione? Ita nimirum poculum Domini non est κοινωνία sanguinis Christi, nisi bibatur: *Bibite*, inquit Christus. *Hoc est sanguis meus*, *Matt.* 26. v. 28. *Marc.* 14. v. 24. *Mentzer.* disp. Antipist. 9. th. 34 seq.

V. *Bellarminus* lib. 1. de Miss. c. 8. pro *sacrificio Missatico* urget *sanguinem* N. T. *apud Christum in prima cœna esse sanguinem victimæ immolatæ, & verè ac propriè sacrificatæ*; eò quod *sanguis V. T. apud Mosen fuerit sanguis victimæ jam immolatæ, & verè ac propriè sacrificatæ.*

℞. (1.) In explicandis figuris V. T. non *nostris* vel *allegoriis* vel *consequentiis* est standum, quomodo, quando, & quibus in rebus quælibet sit in N. T. impleta; sed *sola Scriptura* N. T. est audienda, quæ tradit figuram illam in *unico propitiatorio Christi sacrificio, in cruce Deo Patri oblato* impletā esse. Quòd autem istæ victimæ præfigurarint *Papisticum Missæ sacrificium*, eadem Scriptura N. T. nil prorsus habet. (2.) Par est ratio *sanguinis vitulorum*, Exod. 24. v. 8. & *sanguinis Christi*, Matth. 26. v. 28. quatenus spectatur *sanctio & confirmatio testamenti*. In hoc tertio comparationis subsistendum est, alioqui sequeretur, sanguinem N. T. *cruentè & visibiliter* in Eucharistia effundi debuisse, cùm & sanguis V. T. *cruentè ac visibiliter* fuerit effusus. *Mentzer.* disp. 10. Antipist. thes. 63. 64. 65. *Hutter.* l. 1. contra Bellarm. de Miss. c. 8. p. 178. 179. 180.

Vers. 10. *Et viderunt Deum Israëlis, & sub pedibus ejus sicut opus lateris Sapphyri, &c.*

Moses utitur (1.) *Synecdoche*: Viderunt *Deum*, h. e. *signa præsentiæ ejus*, de quibus v. 16. (2.) *Ellipsi* verbi substantivi: *Et erat* sub pedibus &c. (3.) Ἀνθρωποπαθεία: *pedes* enim *Deo* tribuit metaphoricè. (4.) *Metonymiâ materiæ* pro *materiato*: nam לְבֵנַת, *laterem*, pro *structura lapidea*, seu *pavimentato opere*, quod lateribus constare solet, ponit. *Ariam.* in Bibl. p. 67. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 91. *Glass.* lib. 5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 1. p. 21.

Vers. 11. *Et ad selectos filiorum Israel non misit manum suam, & viderunt Deum, & comederunt ac biberunt.*

Vide-sis (1.) *Synecdochen generis* pro specie: *selecti* enim sunt *Principes Israëlitici populi*. (2.) Ἀνθρωποπάθειαν: Non *misit manum suam*, i. e. non *afficit ullo malo*. (3.) *Metonymiam adjuncti* pro subjecto: *Comederunt ac biberunt*, h. e. *vivi & incolumes manserunt*, id quod his *vitæ actionibus*, ut *signis certis* Moses exprimit. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 174. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 98. *Glass.* lib. 5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 4. m. 6. p. 71.

Vers. 12. *Dixit autem Dominus ad Mosen: Ascende ad me in montem, & esto ibi, &c.*

Osterrodius Instit. c. 16. docet, *Christum ante initium sui ministerii in cœlum adscendisse, & cum Deo de mysterio Evangelii, orbi terrarum revelando, conversatum fuisse*; cùm & *Moses, qui Christi typum gessit, in monte Sinai adscenderit, & per aliquot dies cum Deo conversatus fuerit, antequam ei legem tradidit.*

℞. (1.) Summa dissimilitudo inter *personas illas comparatas* occurrit: nam *Christus* in principio apud Deum fuit. *Johan.* 1. v. 1. & 2. in eo habitat plenitudo Deitatis corporaliter, *Coloss.* 2. v. 9. & in ipso omnes thesauri sapientiæ & cognitionis sunt absconditi. ibid. v. 3. & proinde ad mysterium Evangelii cognoscendum & discendum, tali colloquio & institutione non indigebat. *Moses* non item; unde ab uno ad alterum non perpetuò datur consequentia. (2.) Moses *Christi typus* fuit, non quoad *Personam*, sed in quibusdam, quæ spectabant *officium mediatorium*, Christum repræsentavit. *Tarnov.* in Comm. Joh. c. 3. part. 1. q. 22. p. 279. seq. *Jacob ad Part.* in Defens. fid. orth. contr. Osterr. Instit. p. 157. seq.

Vers. 14. *Et ad Seniores dixit: Sedete nobis &c.*

In textu hoc invenitur (1.) *Pleonasmus*: nam τὸ *nobis* redundat. (2.) *Ellipsis* tum nominis, *in hoc*, scil. *loco*; tum verbi, *Vobiscum*, subint. *sunt*. (3.) Hebraismus: *Quis dominus verborum*, h. e. *qui habet controversias, seu dubia aliqua*; ubi *dominus* notat *res subjectum, & verba* pro *negociis* stant. *Ariam.* in Bibl. p. 67. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 174. *Glass.* lib. 3. Phil. sacr. tract. 1. can. 35. m. 2. p. 128.

Vers. 17. *Et aspectus gloriæ Domini sicut ignis, &c.*

Est hic (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Erat* sicut ignis &c. (2.) Prosopopœia: *comedere* enim tribuitur *igni*, estque idem ac *consumere*. (3.) *Metaphora*: nam ראש, *caput*, significat *cacumen*. Jun. in Bibl. p. 91. *Glass.* l. 5. Phil. sacr. tr. 1. cap. 9. p. 203. & cap. 12. p. 337.

Vers. 18. *Ingressusq; Moyses medium nebulæ &c.*

I. *Gretserus* l. 1. Apol. pro Discipl. p. 80. pro *spontanea proprii corporis flagellatione* urget, *jejunium quadragintadiale Mosis.*

℞. N. C. nam *miraculosum* isthoc jejunium *singulari Dei mandato*, non ad *carnem macerandam*, sed alia de causa susceptum, non ad *imitationem*, sed in *admirationem* nobis propositum est, quod *Alensis* etiam adnotavit. *Zeamann.* in carnif. Esavvit. p. 399.

II. *Papistæ* κακοζηλίᾳ quadam *Quadragesimale jejunium Ecclesiæ obtrudunt*, quòd *Moses 40. diebus & noctibus in monte Sinai jejunaverit.*

℞. Jejunium illud fuit *miraculosum*, quod imitari nos non possumus, nec etiam ad imitandum nobis est propositum, sicut *Chrysostomus* inquit; alioquin etiam per 40. dies & noctes *nil planè comedendum aut bibendum nobis* esset. Quin imò si Mosis exemplum allos ad imitationem obstringeret, debuisset & in V. T. Quadrigesimale institui jejunium; quod cū factum non sit, vanitas hujus argumenti apparet. *Chemnit.* in Exam. Concil. Trident. par. 4. p. 761. *Osiand.* in Ench. controv. Pap. c. 22. err. 4. p. 281. obj. 2.

CAP. XXV. Vers. 2. *Loquere ad filios Israel, & accipiant mihi oblationem ab omni viro, quem spontaneum faciet eum cor ejus, capietis oblationem meam.*

I. In versu hoc habetur (1.) *Enallaxis* conjunctionis copulativæ & causalis: *Et accipient*, pro *ut accipient*. (2.) *Synthesis*. Nam in verbo יִקְחוּ, *accipient*, latet verbum conjugatum, *offerendo*; id quod peregrina constructio indicat. (3.) *Pleonasmus*: pronomen enim, *eum*, redundat. (4.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *cor* namq; pro *animo* est. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 91. *Glass.* l. 3. Phil. sacr. tract. 3. can. 2. p. 229.

II. *Costerus* in Enchir. controv. relig. c. 5. p. 197. contendit, *hominem in rebus spiritualibus habere liberum arbitrium*, eò quòd *spontaneus possit Deo primitias offerre.*

℞. (1.) Argumentum planè non eft contra nos, omni ex parte æftimatum: nec ratione *temporis*, loquitur enim de ftatu *poft* converfionem: nec ratione *fubjecti*, loquitur n. de homine *renato*: nec ratione *effecti*, loquitur enim de *officiis pietatis erga Deum*, non de *actu converfionis*, de quibus tamen omnibus quæftio *precisè* eft intelligenda. (2.) Jefuita fub nomine *fpontanearum oblationum* fallaciam *æquivocationis* occultat: vult enim *fpontaneum & voluntarium* effe ratione *oppofitorum*, ita ut homo, fi modò bona adfit intentio, poffit hoc vel illud arripere, & fub *cultu divini nominis* facere, quod eft falfum, vi clariffimorum textuum, *Deut.* 12.v.2.& 32. *Jofu.* 1.v. . *Eph.* 2.v.10. *Rom.* 14.v.23. Et hinc Pontificii fuam Ἐθελοθρησκείαν extruunt. Verùm ita dicuntur ratione *caufæ efficientis*, quia renati talia opera non *coactè*, fed *libero* agunt & *fpontaneo fpiritu*. *Me fart.* in Anticolft. tom.2. difp.5. thef.27.29.30. p.215. feq.

Verf. 4. *Et hyacinthum, & purpuram, & coccum bis tinctum, & byffum, & capras.*

Mofes ufurpat (1.) *Enallagen abftractorum* pro *concretis*: *Hyacinthum, purpuram, & coccum*, pro *pannos hyacinthinos, pannos purpureos, & fericum coccineum*, five Coccô bis tinctū. (2.) *Ellipfin* nominis: *capras*, i.e. *pilos caprarum*, LXX. Τρίχας αἰγείας *pilos caprinos*. Chaldæus voce derivata utitur, עִזַּיָּא, *capri*[illegible], pilis caprinis, ab עזא, *caper, capra*. Alii tamen ma[illegible], nomen עִזִּים, *capræ*, fynecdochicè accipi, pro *pilis caprinis*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.175. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.91. *Glaff.* lib.3. Phil. facr. tract.1. can.39. n.6. p.157.

Verf. 5. *Et pelles arietum rubrò tinctorum, & pelles taxorum, & ligna Sittim.*

Recurrit huc (1.) Enallage: *Pelles arietum rubro tinctorum*, h.e. *rubro tinctas*; ubi adjectivum *pofterius* fubftantivo fubjicitur, cum deberet *prius*. (2.) *Synecdoche*, juxta LXX. qui *ligna Sittim* reddunt ξύλα ἄσηπτα, *ligna imputribilia*; Hebræi autem volunt, effe *fpeciem cedri* optimam. *Vatabl.* & *Jun.* l.c. *Glaff.* l.3. Phil. facr. tract.1. can.14. p.52.

Verf. 8. *Et facient mihi fanctuarium, & habitabo in medio eorum.*

Offert nunc fefe (1.) *Enallage modi* indicativi, *facient*, pro imperativo, *faciunto*. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: *habitatione* enim Dei *gratiofa ejus præfentia* intelligitur. (3.) *Pleonafmus*: *In medio* eorum, h.e. *inter eos*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.175. *Jun.* ibid. p.91. *Glaff.* l.5. Phil. facr. tract.1. cap.7. p.[illegible]1.

Verf. 11. *Et operies eam aurò mundò, à domo & à foris operies eam, & facies fuper eam coronam auri per circuitum.*

I. Vide-fis (1. *Enallagen* tum *modi* indicativi, *operies & facies*, pro imperativo, *operito & facito*; tum fubftantivi, *auri*, pro adjectivo, *auream*. (2.) Hebraismum: *A domo & à foris*, i.e. *intrinfecus & extrinfecus*. Ariæm. in Bibl. p.68.

II. *Feuardentius* l.10. Theomach. c.29. *Virginibus* in cœlis adfcribit *aureolam*, h.e. quandam fpecialis ac fpiritualis honoris & gloriæ coronam; eámque *Altenftaig*, in Lexico futuram virginibus pronunciat *in ea parte*; idipfum enim fignificatum effe per *arcam fœderis* in V.T.

℞. Nos ut profitemur, *varios fore gradus gloriæ in cœlis*, ita dicimus, argumentum tam effe detortum ut vel folum fufficiat ad fidem omnem abro[illegible]andam importunitati Sophiftæ: multum quoq; in hac aureola eft ridiculi. Nam quid eas partes oportet percurri corporis, quas nunc fine pudore cogitare, nedum nuncupare poffumus? Quafi non fatis, fi affequuti fimus *univerfi ipfius corporis gloriam*? Quis ergo fanus affenfum præbeat *Francifcano*, allegoriam fuam nec argumentô, nec conjectur[illegible] aut confirmanti aut illuftranti? Nos audacter omnem autem con[illegible]ter rejicimus. *Cham.* tom. . Panftr. l.25. c. 4. n.5. [illegible]

Verf. 12. *Et fundes ei quatuor annulos aureos, & pones fuper quatuor angulus ejus, & duos &c.*

Iteratur modo (1.) *Enallage* tum modi indicativi, *fundes & pones*, pro imperativo, *fundito & ponito*; tum *fubftantivi* pro adjectivo: *aurum* n. pro *aureo* eft. (2.) *Synecdoche*: *cofta* namq; pro *latere* eft. *Buxtorff.* in Lex Hebr. p.642. *Ariæm.* in Bibl. p.68.

Verf. 18. *Et facies duos Cherubim* [illegible]

I. Habes hic (1.) *Enallagen* fubftantivi *auro*, pro adjectivo, *aureo*. (2.) *Ellipfin* nominis *auro* ex antecedente repetendi, *ductis*, fc. *auro*. (3.) *Enallaxin*: quia מ pro ב p[illegible]tum, & מִשְּׁנֵי, ve[illegible]m, *in duabus* non, *a duabus*. Ariæm. in Bibl. p.68. *Vatabl.* in Annot ad h.l. p.176.

II. *Legem moralem non effe prohibitivam, in templis imagines haberi* ex eo probatur, quod *Deus in tabernaculo fuper arcam fieri jufferit imagines Cherubim*.

Excipit 1. *Judæorum* [illegible]rma. Deum p[illegible] accepiffe *hominibus*, non *fibi ipfi*; ideoq[illegible] p[illegible]uiffe præcipere *Mofi*, ut faceret in tabernaculo C[illegible]bimos.

℞. (1.) Præcepta Deca[illegible]i funt explicationes *juris naturæ*, exceptô illo de *Sabbatho* [illegible]res autem prohibitæ *jure naturæ*, funt pr[illegible], quia *malæ*; nō autem *malæ*, quia *prohibitæ* & pr[illegible] nec à DEO præcipi poffunt. (2.) Si imagines [illegible] prohibitæ, certe propter periculum *idololatriæ*: at idem eft periculum, fi *Deus* ju[illegible]t eas fi[illegible].

2. *Urfinus* in Explic. catech. p.[illegible]8. *mandatū* Dei, Mofi datum de fabricandis Cherubin, fuiffe *fpeciale*.

℞. Non dicimus, *neceffarias* effe imagines in templis, quemadmodum fuerunt neceffariæ Mofi, qui mandatum *peculiare* de illis accepit, dicimus autem eas *tolerari* poffe, idque ex allato teftimonio rectè colligimus; quæ enim *fimpliciter lege morali* funt prohibita, ea Deus non præcipit.

3. *Beza* in Colloq. Mompelg. p[illegible]. perinde id fuiffe, ac fi *in templo Cherubim non fuiffent pofiti* nimirum extra *omnium*, etiam *Sacerdotum* confpectū, in Sancto Sanctorum.

℞. (1.) Nihil refert, quòd illas imagines populus non afpexit: fed quæritur, an liceat *illarum exemplo* imagines pingere, aut fculpturâ exprimere? an id per fe impium fit? Ad quam quæftionem hoc exemplum accommodatur, contra eorum errorem, qui arbitrantur *fimpliciter* à Deo prohibitum effe, imagines pingere aut fculpere. (2.) in templo Salomonis imagines quædam *in Sacerdotum & populi confpectu* fuerunt citra Dei prohibitionem: quin & *ferpens aneus*, in deferto Ifraeli[illegible]s infpiciendus, à Mofe fuit propofitus, *Num.* 21.v.8.

4. Id ibid. *Cherubinos* fuiffe propofitos, ut *typos* majeftatis illius Meffiæ, ipfis Angelis dominantis, cujus *nunc veritatem* habemus.

℞. Sanè imagines illæ fuerunt *par[illegible] cultus Levitici*, ideoque neceffariæ, quod de *noftris imaginibus hiftoricis* nō dicimus. Quamvis verò imagines in N.T. non fint *typi futurorum*, tamen poffunt effe *mnemofyna præteritorum*. *Jacob Andre.* in Col[illegible]. Mompelg. p.91. & 3[illegible]5. ad marg. *Gerhard.* tom.3. LL. CC. loc.15. de leg. mor. §.66. p.104. & §69. p.110. feq. *Bellarm.* l.2. de Imag. Sanctor. [illegible].7.

III. *Angelos*, incorporeos licèt *depi[illegible] & fculpi* licitè po[illegible]e, ex eodem hoc loco con[illegible]at, quia *depicti & fculpti funt* in V.T. & *in tabernaculo pofiti*.

Regerit 1. *Calvinus* lib. [illegible] Inftitut. c.11. id [illegible]ctum effe ad *pædagogiam veteris legis*, nunc autem *præteriiffe feculum illud puerile*.

℞. Nos non quærimus, *quorfum id factum fu[illegible]*, fed

ſed tantùm diſputamus, *pin . poſſe rem incorpoream & ſculpi*. Proinde ſicut ad pædagogiam populi Iſraëlitici potuerunt effigiari Angeli; cur ad pædagogiam rudis plebeculæ in N.T. non poterunt ſimiliter effingi? Nam licèt præterierit ſeculum illud, quod *pueri le* dici poterat reſpectu *noſtri*; tamen & *noſtrum* dici poteſt *puerile*, reſpectu *futuri ſeculi in cœlo*.

2. *Chamierus* l. 21. Panſtr. Cathol. tom. 2. c. 5. n. 2. non bene concludit à *Cherubinis* ad *imagines*, cum *illi* non fuerint *imagines*. nihil enim repræſentabāt ſuâ exteriori forma, ſuisve lineamentis.

R. Negari non poteſt, Cherubinos illos (1.) fuiſſe *imagines*, expanſis alis & vultibus efformatas, v. 20. & 2.) repræſentâſſe *Angelos*, quibus Meſſias dominetur, velut non obſcurè innuunt *Beza* in Col. Mompelg. p. 255. & *Junius* in Annot. Bibl. ad h. l. p. 92. *Bellarm*. l. 2. de imagin. c. 8.

Verſ. 20. *Et erunt Cherubim expandentes alas &c.*

I. Ecce (1) *Enallagen modi* indicativi, *erunt*, pro imperativo, *sunto*. 2. Pleonaſmum: *In alis*, pro, *alis*; ubi, IN, abundare videtur. 3. *Metaphoram*: Facies *viri ad fratrem ſuum*, h. e. *alterius facies ad alterum reſpectabat*; quia loquendi ratione, *unius rei ſimilis ad ſimilem conjunctio & applicatio* exprimitur, puta *Cherubini* ad *Cherubinum*. *Arias*. in Bibl. p. 68. *Jun*. ibid. p. 92. *Glaſſ*. l. 5. Phil. ſac. tr. 1. c. 12. p. 370.

I. *Bellarminus* l. 2. de Imagin. c. 12. contendit, *imagines ſanctorū religiosè eſſe colendas*, propterea quòd in V. T. *imagines Cherubim ſuper arcam exiſtentes, neceſſario fuerint adoratæ ab iis, qui arcā adorabant*.

R. (1.) *Carolus Magnus* l. 1. contra Synod. de Im. c. 15. de hoc argumento ita ſentit *Quis tam demens, ut imaginum adorationem hoc exemplo conetur aſtruere?* Rationem addit c. 9. quia *neq; arca, neq; Cherubim, neq; cætera hujuscemodi ad adorandum in V. T. facta fuiſſe reduntur*. (2. Negamus ergo *Cherubinos adoratos fuiſſe*, & teſtem damus *Gabrielem Vasquem*, qui in par. 3. Thom. diſp. 104. c. 6. idem quoque negat. (3. Nec Iſraëlitæ *arcam* adorabant, ſed *Deum*, ad arcam gratiosè præſentem; qui promiſerat, ſe illo loco auditurum, & inde reſponſa daturū, v. 22. (4.) Neque adorabatur, quicquid erat *ſupra arcam*: alioquin ipſum *aurum*, ex quo facti erant Cherubini, adoratum fuiſſet; nam & erat *ſupra arcam*. Siquidem non ſtatim quæ ſimul ſunt, ſimul neceſſario adorantur. Magi *Chriſtum* infantulum, in præſepi poſitum, adorabant; nec tamen ipſum *præſepe* ſimul adorabant. Sic hodie *Pontifex Romanus*, equitans aſello, eſt adorabilis, teſte *Tannero* in Thō. p. 698. nec tamen *aſellus*, cui inſidet, eſt adorabilis. Vidimus apud Papiſtas *imagunculas* diligenter ornatas tum ſericis, tum lineis veſtibus; & vidimus Papiſtas adorantes eas *imagunculas*: dicamusne apud Papiſtas adorari *veſtes*? Vidimus altaria, mappis lineis operta: ergo eas *mappas* adorat Sacerdos? (5.) Ad *Cherubim* Deus præſentiam ſuam propriâ promiſſione adſtrinxerat, v. 22. & Pſal. 98. v. 1. non ita ad alias *imagines*. (6.) Imò argumentum à *ſimili* (ut, ſicut in V. ita & in N. T. *cultum & adorationem Dei ad certa loca, & externa ſymbola alligemus*) refutatur ab ipſo Chriſto, *Johann*. 4. v. 21. *Chemn*. in Ex. Conc. Trid. par. 4. p. 698. *Gerhard*. tom. 3. LL. CC. loc. 15. de Lege Mor. §. 97. p. 160. & par. 2. lib. 2. ſpec. Confeſſ. Cath. p. 32. ſeq. *Eckhard*. par. 1. Pand. controv. Pontif. c. 13. q. 6. obj. 1. p. 595 *Himmel*. de Inv. nat. par. 2. claſſ. 3. c. 3. membr. 2. p. 833. *Cham*. tom. 2. l. 21. c. 5. n. 1. & 3.

II. *Bozius* arbitratur, *per Chriſtum & Mariam Deum eſſe propitium, & votis reſpondere*: ſuper arcam enim fœderis *duos Cherubinos ſediſſe, à quibus propitiatorium tenebatur, atq; effigiem unius, fuiſſe maris, alterius, fœmina, Chriſtum & Mariā ſignificantiū*.

R. (1.) Unde habet Adverſarius, *effigiem unius Cherub fuiſſe maris, alterius verò fœminæ*? (2.) Falſum eſt, *per Cherubinos Deum fuiſſe propitium, & votis reſpondiſſe*. (3.) ô miſeros *Collyridianos*, quibꝰ nondū erat natus *Bozius*, quem opponerent *Epiphanio* tā hæreticè clamanti: *Μαρίαν μηδεὶς προσκυνείτω: Mariam nemo adoret!* Cham. tom. 2. Panſt. l. 16. c. 10. §. 5. p. 339.

Verſ. 22 *Inde præcipiam & loquar ad te ſuprà propitiatorium, &c.*

I. *Iconolatræ* in Synodo Nicena II. pro *imaginum adoratione*, urſerunt, *imagines æquiparari arcæ teſtamenti, quæ fuerit adorata*.

R. (1.) *Carolus Magnus* l. 2. de Imag. c. 26. ita reſpondet: *Arca condita eſt, Domino imperante; imagines conduntur, artis induſtriâ juvante; illa à ſancto viro Moſe, iſta à quolibet opifice. Quarè ſi imagines arcæ Domini teſtamenti æquiparari debent, inveniant (ſi queunt) opificem, qui Moſis meritis æquiparari queat*. Hæc ille apud *Magdeburg*. Cent. 8. c. 9. p. 646 ſeq. (2. Adde, nec *arcam* fuiſſe adoratam, nec *imagines* arcæ æquiparari.

II. *Socinus* par. 2. de Chriſt. c. 2. p. 81. & *Autor Catechiſmi Racovienſis* p. 242. ut eludant locum *Rom*. 3. v. 25. de *ſatisfactione pro peccatis noſtris* agentem, docent, *Chriſtum* ibi vocari *propitiatorium*, ſicut *fœderis arca* dicta fuerit כַּפֹּרֶת *propitiatoriū*, non quòd *Deum populo Iſraëlitico placaverit*, aut *ipſi Deo pro peccatis populi ſatisfecerit*; ſed quia *Deus in ea ſe propitium & placatum populo ſuo*, & quidem *ſua ſponte præbens, reſponſa dederit*.

R. Hoc argumentum perpetuis laborat *principii petitionibus*. Nam (1.) nondum probarunt hæretici, *Chriſtum* eodem modo dici *propitiatorium*, quô *arca* olim ſic indigitabatur. Contrarium potius ex univerſa Scriptura patet: quia enim *arca* typum geſſit *Chriſti* Servatoris, utique non eadem vis potuit *per ſe* ineſſe *typo*, qui ineſt *antitypo*; alioquin enim typus non eſſet typus. (2. Neq; illud probatum eſt, *Chriſtum* tantùm dici *ἱλαστήριον* ſeu *propitiatorium*, quatenus *Deus in ipſo ſe nobis placatum oſtendit*, non verò, quod *nobis ſuo ſanguine Patrem placatum reddiderit*. Nam rurſus contrarium ex ipſo typo elucet: ſiquidem *arca fœderis* tribuitur expreſsè vis propitiandi & juſtificandi; Hebr. 9. v. 1. & 5. Jam verò hæc vis & efficacia arcæ non *per ſe* & reſpectu *ſui* inerat, ſed tantùm, *quatenus typum geſſit Chriſti*, Hebr. 8. v. 5. Ergo infallibiliter ſequitur, quod Chriſtus *effectivè* dicatur placamentum, arca verò *typice*; & quòd arca placationem *figuraverit quam Chriſtus* implere & conſummare debuit. Nihil autem novi eſt, quod *typo* nomen ejus, qui, quod præfiguratum fuit, adimplevit, attribuatur, etiamſi res tales ipſe efficere non potuerit: quemadmodum *ſacrificia* vocabātur *expiatoria* ſacrificia; item hirci, tauri, *expiationes*; & hircus apopompæus *portabat iniquitates populi*, cùm tamen bruta illa *per ſe* vim illam expiandi non haberent: quia tamen *præfigurabant* Chriſtum, per quem facta illa cum Deo propitiatio, hinc & nomen illud ſortiuntur, quemadmodum Epiſtola ad Hebræos explicat. *Hutter*. LL. CC. The. p. 428. *Balduin*. Refut. Catech. Arian. p. 443. ſeq. *Meiſner*. dec. 1. Anthrop. ſacr. diſp. 5. q. 1. theſ. 41.

Verſ. 27. *E regione clauſuræ erunt annuli in domos vectibus, ad portandum menſam*.

Ecce (1.) *Enallagen* modi: *Erunt*, pro, *ſunto*. (2.) *Synecdochen* ſpeciei: *domos*, h. e. *receptacula*, ſeu, qui recipiēt vectes. (3.) *Paronomaſiā*: Añuli לְבָתִּים לְבַדִּים, *ad domos vectium*, ſive, in *ſedes vectium*. Jun. in Not. ad h. l. p. 92 *Glaſſ*. l. 5. Phil. ſac. tract. 2. c. 2. p. 522.

Vers. 29. *Et facies scutulas ejus, & cochlearia ejus &c.*

Redit huc (1.) *Enallaxis*: nam יְסַךְ, *tegetur*, est pro, יָסַךְ, a סָכַךְ, *obtexit* (2.) *Pleonasmus*: siquidem, *in eis*, redundare videtur. (3.) *Ellipsis* præpositionis מ, EX: *Aurum mundum*, pro, *ex auro mundo*. Ariæm. in Bibl. p. 68. *Glass.* l. 3. Phil. sacr. tr. 2. can. 26. m. 2. p. 221.

Vers. 30. *Et dabis super mensam hanc panem facierum ad facies meas jugiter.*

I. Nota hoc loco (1.) נָתַן, *dedit*, idem esse ac שִׂים, *posuit*. (2.) *Panem propositionis* dici *panem facierum*, non quòd *faciem haberet*, sed quia *ante faciem Dei erat*. (3.) *Faciem* Deo tribui ἀνθρωποπαθῶς: *Ad facies meas*, h.e. *coram me*; ubi de *loco sacro* divinitus ordinatô, sermo est. *Aria.* in Bib. p. 68. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 92. *Glass.* l. 5. Phil. sacr. tract. 1. c. 7. p. 104.

II. *Fevardentius* l. 10. Theomach. c. 23. statuit, *Doctores*, eò quòd aliquibus ante cæteros heroicis virtutibus floruerint, *in cœlis aureolam esse habituros*; & addit *Altenstaig* in Lexico, eam coronam futuram Doctoribus *in ore*; id enim indigitatum esse per *panes propositionis*.

℞. Allegoriâ hac ex V. T. quid potuit fingi ridiculum magis? *panibus propositionis* significari *aureolam Doctorum*? Non miror à Franciscano dictû, Francisci typici prole: sed mirer, si quisquam sanus assensum præbeat, & quidem allegoriam nec argumentô, nec conjecturâ aut confirmanti, aut illustranti. Nos, audacter somniantem, constanter rejicimus. *Cham.* tom. 3. Pan. l. 25. c. 4. n. 5. 6. 11.

III. *Bellarminus* lib. 4. de Sacram. Eucharist. c. 24. disputat, *non esse ullo modo probabile, Christum in S. Cœna imperaturum fuisse manducationem utriusque speciei, cùm panes propositionis manducationem sub una specie significârint & præfigurârint*, quippe *quibus nullus potus addebatur: figuratum autem figura debet respondere.*

℞. (1.) Ex suprà dictis patet, aliquam figuram Eucharistiæ *geminam speciem* habuisse, puta *Melchisedeci oblationem*, Gen. 14. v. 18. Ergò verisimile est, *Christum imperâsse usum utriusq; speciei.* (2.) Ex iisdem constat, non esse *indefinitè* verum, *oportere figura respondere figuratum*, sed *finis tantum circumstantiis*, quatenus constare possunt ex *institutione*. Secus oporteret concludi, non communicari plebi Christianæ *sanguinem Christi*, sed *solum panem*; deinde *Sacerdotibus* manducationem *solius panis* incumbere, cùm *panes propositionis Sacerdotes* In atrio Ecclesiæ comederint, *Levit.* 24. v. 5. (3.) Mentio quidem fit *panum propositionis*, sed dubio procul non *sine potu* comederunt Clerici panes illos, quoniam in aliis cedentibus, ex sacrificiis in usum edentium & offerentium, *potus* adhibitus fuit, 1. *Samuel.* 1. v. 9. *Franz.* par. 3. disp. 1. in A.C. thes. 61. 62. 79. 80. *Cham.* tom. 4. Panstr. l. 9. c. 11. n. 3. 4. 19.

Vers. 31. *Et facies candelabrum aurô &c.*

Moses iterat (1.) *Ellipsin* præpositionis EX: *Auro mundo*, pro, *ex auro mundo*. (2.) Metaphoram: *femur* enim est *hastile*, & *poma* sunt *sphærula*. (3.) Enallagen: *Erunt*, h.e. *sunto*. Ariæm. in Bib. p. 68. *Jun.* ibid. p. 92.

Vers. 37. *Et facies lucernas ejus septem, & ascendere &c.*

I. Rursus videas (1.) *Ellipsin* nominis: *Ascendere faciet*, scil. *Sacerdos*, ex *Exod.* 27. v. 21. & *Levit.* 24. v. 3. (2.) Hebraismum: *Super latus facierum ejus*, h.e. *ultra citraq; se.* Jun. in Not. ad h. l. p. 92.

II. Controversiam de *Septem sacramentis*, vide in *Vindic. Exod.* 37. v. 23. diremtam;

III. *Papistæ* contendunt, *reliquias Sanctorum usu cereorum & lampadum esse honorandas*, etiam *sole lucente*; cùm & *candelabrum cum septem lucernis fuerit ante arcam.*

℞. (1.) *Abusus cereorum & lampadum* non minus improbatur, quàm *cultus reliquiarum*. (2.) *Usus candelabri* ante arcam habuit *mandatum* DEI, & fuit *ceremonia Mosaica*: at *usus luminis* in Papatu ante *statuas Sanctorũ* est ἐθελοθρησκεία & superstitio. *Scharp.* in Curs. Theol. loc. de Eccl. triumph. contr. 3. q. 1. obj. 6. p. 1547.

CAP. XXVI. Vers. 1. *Et tabernaculum facies decem cortinis bysso &c.*

Moses utitur (1.) *Enallage* tum *modi* indicativi, *facies*, pro imperativo, *facito*; tum abstracti, *hyacinthô & purpurâ*, pro concreto, *hyacinthinô & purpureô pannô*. (2.) *Ellipsi* præpositionis EX: *Bysso retorta*, pro, *ex bysso retorta*, &c. (3.) *Pleonasmo*: nam EOS abundare videtur. *Ariam.* in Bibl. p. 69. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 178. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 92 seq.

Vers. 2. *Longitudo cortinæ unius octo & viginti &c.*

Conspicitur hic (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Longitudo cortinæ unius*, scil. *erit*. (2.) *Synchysis*: ordo enim verborum, *Latitudo quatuor in cubito cortinæ unius*, turbatur, qui sic reponitur: *Latitudo cortinæ unius quatuor cubitorum* &c. Ariæm. & *Vatabl.* ibid.

V. 3. *Quinq; cortinæ erunt conjunctæ, mulier &c.*

In textu hoc reperitur (1.) *Pleonasmus*: nam plures voces repetuntur, *distributionis* causa. (2.) Metaphora: *Mulier ad sororem suam*, h.e. *altera cum altera*; qua loquendi ratione, *unius rei similis ad similem applicatio exprimitur*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 178. *Glass.* lib. 4. Phil. sacr. tr. 2. observ. 14. m. 2. p. 729. & lib. 5. cap. 12. tr. 1. p. 370.

Vers. 4. *Et facies laqueolos hyacinthi super &c.*

Observa (1.) Substantivum, *hyacinthi*, pro adjectivo, *hyacinthinos*; & מ pro בּ poni in voce מִקָּצָה *ab externo*, pro, *in extremitate*. (2.) *Labium* metaphoricè significare *oram*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 178. *Jun.* ibid. p. 93. *Glass.* lib. 5. Phil. sacr. tr. 1. c. 11. p. 310.

Vers. 7. *Et facies cortinas caprarum &c.*

Habes hoc loco (1.) *Ellipsin*: nam post vocem *cortinas*, subaudi, *è pilis*. (2.) *Synecdochen*: *tentorium* enim pro *operimento* ponitur. (3.) Hebraismum: *Undecim cortinas facies eas*, i.e. *ex undecim cortinis omnia illa facies*. Ariam. & *Vatabl.* l. c.

V. 17. *Duæ manus tabulæ uni dispositæ, mulier &c.*

Ecce (1.) Metaphoram: *manus* enim significant *cardines*, &, *mulier ad sororem suam*, notat *altera ad alteram*. (2.) Ellipsin: *Disposita*, scil. *erunt*, ut gradus scalæ. *Ariam.* in Bibl. p. 69. *Glass.* lib. 5. Phil. sac. tr. 1. cap. 12. p. 344.

V. 22. *Et in angulis tabernaculi ad mare facies &c.*

Nota hic (1.) *Synecdochen*: In *angulis*, i.e. *lateribus toto ab angulo uno ad alterum*. (2.) Metonymiam: *mare* enim mediterraneum ponitur pro *occidente*, quia *Judææ incolis ibi occasus est*. (3.) Enallagen: *facies*, pro, *facito*. Ariæm. in Bibl. p. 69. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 93. *Glass.* lib. 5. Phil. sac. tract. 2. cap. 7. p. 565.

Vers. 33. *Et dabis velum subter uncinos, &c.*

Attende (1.) Verbum *dare* idem esse ac *ponere* seu *appendere*. (2.) Nomen בֵּית *domus*, cum genitivo accipi pro *loco*. (3.) *Superlativum* efferri per substantivum, in genitivo casu seipsum regens, ut *sanctitate sanctitatum*, h.e. *sanctissimum*, scil. *locum*, in tabernaculo sive templo. *Vatabl.* in An. ad h. l. p. 180. *Glass.* l. 3. Phil. sac. tr. 1. can. 16. m. 2. p. 56. & can. 17. p. 143.

Vers. 34. *Pones ad propitiatorium super arcam testimonii, &c.*

Keckermannus lib. 3. Syst. Th. c. 8. probaturus verba cœnæ, *hoc est corpus meũ*, nõ esse *literaliter* intelligenda, asserit, panẽ esse *signũ* corporis Christi quẽadmodũ operculũ arcæ *sit*, h.e. *significet*, propitiatoriũ.

℞. (1.) Hæc propositio, *operculum arcæ est propitiatorium*, ibi non legitur, nec per bonam consequentiam inde deducitur, ideoque, ut *conficta*, authori suo jure remittitur. (2.) Posito autem, *operculum arcæ* ibidem dictum fuisse propitiatoriū, quod signum, typus & figura esset propitiatorii Christi; non ideo quoque *panis Dominicus* est figura corporis Christi, sed communicat & exhibet corpus Christi. 1. *Cor*. 10. v. 16. *Gerlach*. tom. 1. disp. 12. thes. 73. *Meisner*. part. 1. Phil. sobr. sect. 1. cap. 5. q. 3. class. 2. m. 5. p. 221.

CAP. XXVII. v. 2. *Et facies cornua ejus &c.*

Enallage est (1.) *formæ*: nam *cornua* metaphoricè significant *angulos* seu *eminentias*, cornuum formam habentes. (2.) *Modi* indicativi, *erunt*, pro imperativo, *sunto*. Jun. in Not. ad h. l. p. 94. *Glass*. lib. 5. Philol. sacr. tract. 1. cap. 11. p. 308.

Vers. 4. *Et facies ei cribrum, opus &c.*

In textu hoc occurrit (1.) Metonymia: *Opus retis*, h. e. *foraminosum, ut rete*. (2.) *Enallage* substantivi, *æris*, pro adjectivo, *æneum*. Ariæm. in Bibl. p. 70. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 94.

Vers. 8. *Cavum tabularum facies &c.*

Videsis (1.) *Enallagen* tum substantivi, *tabularum*, pro adjectivo *tabulatum*; tum modi indicativi, *facies*, & *facient*, pro imperativo, *facito*, & *faciunto*. (2.) Ellipsin: *Videre fecit*, subaudi, *Dominus*; & *sic facient*, scil. *artifices*. (3.) Hebraismum: *Videre fecit Dominus*, i. e. *ego*; de se loquitur in tertia persona. (4.) *Synecdochen generis* pro specie: *mons* enim pro *Horeb* est. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 181. *Jun.* ibid. p. 94.

V. 20. *Et tu præcipies filiis Israel, & accipient &c.*

I. Redit huc (1.) *Enallage* tum *modi* indicativi, *præcipies*, pro imperativo, *præcipe*; tum *numeri* singularis, *lucernam*, pro plurali, *lucernas*. (2.) *Enallaxis* conjunctionis copulativæ & causalis: *Et accipient*, pro, *ut accipiant*. (3.) *Synthesis*: Ut *accipiant*, h. e. *accipiendo afferant*; ubi in uno verbo לָקַח, *accepit*, duæ significationes concurrunt. (4.) *Ellipsis* præpositionis: *Luminari*, i. e. *pro luminari*. (5.) *Metonymia adjuncti* pro subjecto: *Lucernam*; h. e. *lychnuchum instructum lucernis suis*. (6.) Catachresis: *jugiter*, i. e. *quotidie*. Ariæm in Bibl. p. 70. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 181. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 94. *Glass.* lib. 3. Phil. sac. tract. 3. can. 2. p. 229.

II. Deus sibi contradicere videtur: hîc enim vult, in tabernaculo *lucernas jugiter ardere*; at v. 21. disponit, ut *à vesperâ ad manè tantùm accensa maneant*, id quod etiam videre est ex *Exod.* 30. v. 8. *Levit.* 24. v. 3. 1. *Sam.* 3. v. 2.

℞. Nulla est contradictio. Vox enim תָּמִיד, *jugiter*, non ad *lucernæ lumen*, sed ad *ejus accensionem* refertur, uti Hebræa vox commonstrat, לְהַעֲלֹת, *ad evehendum* seu *instruendum*, scil. *lucernas, ut luceant*. Nam *singulis diebus* à Sacerdotibus illa *lucernarum accensio* fieri debebat, non tamen *jugiter accensa* manebant lucernæ. *Glass.* l. 3. Phil. S. tr. 5. can. 6. p. 439.

III. Argumentum *Papistarum*, pro *usu lampadum in templis coram Sanctorum reliquiis & imaginibus*, vide confutatum in *Vindic. Exod.* 25. v. 37. m. 3.

Vers. 21. *In tabernaculo conventus ab extra &c.*

I. Observa (1) deficere verbum substantivum EST, post τὸ QUOD complendum. (2.) Præpositionem עַל, *super*, notare, *juxta*. (3.) *Testimonium* metonymicè poni pro *arca testimonii*. (4.) Indicativū, *disponet*, esse pro imperativo, *disponito*. (5.) Pronomē אֹתוֹ, *eam*, singulare referre נֵר, *lucernam*, singulare, v. 20. pro plurali, *eas*, scil. *lucernas*. (6.) Conjunctionē, ET, stare pro AUT: *Et filii* h. e. *aut* filii. (7.) Nomē *seculi* significare *perpetuum*. (8.) Post vocem, *statutum*, subintelligi, *esto*, & post verba, *a filiis Israel*, subaudiri, *observandum*. Ariæm. in Bibl. p. 70. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 182. *Jun.* in Not. ad eund. l. p. 94.

II. Objectionem Judæorum, contra *legum ceremonialium cessationem*, vide dilutam in Vind. Exod. 12. v. 14.

CAP. XXIIX. v. 2. *Et facies vestes sanctitatis Aarō fratri tuo, ad gloriam & decorem.*

I. Est hoc loco *Enallage* tum *modi* indicativi, *facies*, pro imperativo, *facito*: tum abstracti, *sanctitatis*, pro concreto, *sanctas*. Vat. in Ann. ad h. l. p. 182. *Jun.* ibid. p. 95.

II. *Bellarminus* l. 2. de Imag. c. 12. disputat, *imagines Sanctorum esse religiosè colendas*, quòd *sancta* sint, propter *relationem ad Sanctos*; quemadmodum *vestes Sacerdotum* dicantur *sanctæ*, propter significationem, & quia dedicatæ fuerint cultui divino.

℞. Nego, *quicquid sanctum est, etiam religiosè colendum esse*: nam & *Aaron* sanctus erat, similiterque omnes *Sacerdotes*; nec tamen aut *hi*, aut *ille*, colendi cultu religioso. Atque adeò nunquam *eos* sic Israelitæ coluerunt, sive vivos, sive mortuos: multò minùs eorum *vestes*, quantumvis dicantur sanctæ. *Cham.* tom. 2. Panstr. l. 21. c. 5. n. 14. seq. vide *Vind. Exod.* 3. v. 5. m. 2.

Vers. 3. *Et tu loqueris ad omnes sapientes &c.*

Recurrit modò (1.) *Enallage* tum modi, *loqueris*, i. e. *loquere*; tum numeri, *Quem: eum*, pro, *quos eos*. (2.) *Metonymia* subjecti: *cor* enim pro *animo* est. (3.) *Pleonasmus*: nam, *eum*, redundare videtur. (4.) *Hebraismus*: Ad *sanctificandum*, h. e. ad *sequestrandum atq; dedicandum* eum. *Ariam.* in Bibl. p. 70. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. 182. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 95.

Vers. 4. *Hæc autem erunt vestimenta, quæ facient: Pectorale & Ephod, &c.*

Enjedinus in Explic. locor. V. & N. T. ut locum *Psalmi* 110. v. 5. applicet *Davidi*, quasi is fuerit *Sacerdos, utendo veste Sacerdotali Ephod*, ex textu præsenti hanc propositionem elicere conatur, quòd *omnis ille, qui utitur veste Sacerdotali Ephod, sit Sacerdos.*

℞. Præsens textus loquitur de *Ephod*, κατ᾽ ἐξοχὴν ita dicto, quod erat *superhumerale solius Sacerdotis*; quo nunquam, nisi quando ingrediebatur sanctum Sanctorum, coram Jehovah utebatur; v. 35. Colligitur inde, utentem hoc superhumerali, non fuisse tātùm *Sacerdotem*, sed *summum Sacerdotem*, qualis erat Aaron. Reliqui enim *inferiores* illud nunquam gesserunt. Pertinebat autem vestis hæc ad ritum, & ceremoniam Sacerdotii non *Melchisedeci*, sed *Aaronis*: proinde quia Christus debebat esse secundùm ordinem *illius*, non *hujus*, Sacerdos, nunquam illâ usus fuit. *Jacob. Martin.* l. 1. de tribus Eloh. c. 32. n. 349. p. 393. seq.

Vers. 7. *Duæ scapulæ junctæ erunt ei &c.*

Enallage est numeri: nomini enim plurali, *scapulæ*, respondet verbum singulare, *erit*, ad *distributionem* indicandam, pro *erunt*. Ariæm. in Bibl. p. 70.

Vers. 11. *Opere artificis lapidis, apertionibus &c.*

In versu hoc habetur (1.) *Ellipsis* adverbii: חֹתָם, *sigilli*, pro כַּאֲשֶׁר חֹתָם, *tanquam sigilli*, h. e. sicut gemmarius uti solet in sigillis cælandis. (2.) Hypallage: *Aperies seu sculpes ambos lapides super nominibus filiorum Israël super ambos lapides*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 183. *Jun.* ibid. p. 85.

Vers. 26. *Et facies duos annulos auri &c.*

Adverte hoc loco (1.) *Enallagen* tum modi, *facies & pones*, pro *facito & ponito*; tum substantivi, *auri*, pro adjectivo, *aureos*. (2.) *Metaphoram*: nam *labium* notat *oram*. (3.) *Synecdochen* speciei: in *domum*, h. e. in *sedem*. Ariæm. in Bibl. p. 71. *Jun.* ibid. p. 95.

Vers. 30. *Et dabis in pectorali judicii Urim &c.*

I. Nota hîc (1.) *dare*, pro, *ponere*, & ב, IN, infinitivo præ-

præfixum, esse pro, QUANDO. (2.) *Per faces Domini*, ἀνῆσμενον θεόν notari *locum sacrum*, in quo Deus salutarier se patefecit. (3.) תמיד, *juguer*, certū tempus significare, quoties scil. ingreditur Aaron in tabernaculum coram Domino, ut eodem versu antecedit. *Ariam*. in Bibl. p. 71. *Glass*. lib. 3. Phil. sac. tr. 5. can. 6. p. 439.

II. *Aaron fuit V. T. summus Pontifex* : quia *ipsi summum sacerdotum singulari autoritate & mandato divino fuit commendatum*.

Gretserus in Colloq. Ratisbon. sess. 2. p. 64. seq. excipit, Aaronem fuisse summum Pontificem, *in suo genere*, propter reliquos Sacerdotes; non autem *simpliciter & absolute*, respectu *fratris*, qui fuerit superior, utpote *politicus dux*, & simul *Ecclesiasticus Sacerdos* vel *Pontifex*.

℞. (1.) Apostolus *Hebr*. 7. v. 11. disertam facit mētionem *supremi Pontificis*, & nominat notanter *Aaronem ipsum*, non autem *Mosen*. (2.) *Aaron*, non *Moses*, exercuit cultum in tabernaculo Domini, *Exod*. 28. v. 30. (3.) Moses *Propheticâ* autoritate fuit superior Aarone, *Pontificatu* verò Aaron superior. *Hunn. & Heilbrunner*. in Coll. Rat. sess. 2. p. 64. seqq.

III. *Bellarminus* l. 4. de Rom. Pontif. c. 3. pro *infallibili judicio Papæ Romani* pugnaturus, *summi Sacerdotis* in V. T *pectorale* urget, in quo *Urim*, h. c. *doctrina*, (à radice ירה *docuit*) & *Thummim*, i. e. *veritas* (à radice אמן *credidit*) juxta mandatum Domini posita erant: hinc colligit, *Deum isto signo promisisse, in summi Sacerdotis pectore habituram doctrinam & veritatem*. ideoque *illum non erraturum, cùm populum doceret*. Et quia V. T. est *figura Novi*, hinc sequi putat, & *Romanum Pontificem in judicio esse infallibilem*.

℞. 1. Negatur consequentia: tum quia nulla fert ratio, ut concludatur de *Episcopo Romano* magis, quàm de *Hierosolymitano*, *Constantinopolitano*, aut quolibet; de quibus tamen consequentiam non valere, neque ipse Bellarminus negabit: tum quia Pontifex judaicus non fuit typus *Episcopi Romani*, sed *Christi*, quippe qui solus nec in *doctrina* errare, nec in *vita* delinquere potuit, sique verè habuit *Urim* seu doctrinæ puritatem, & *Thummim* seu vitæ perfectionem: tum quia Episcopus Romanus *signo illo* caret, cùm illud nec habeat nec gestet. (2.) Falsum est, *Pontificem judaicum non obnoxium fuisse erroribus*: nam revera sæpe erravit, ut cum *Aaron* idololatriæ autor exstitit, *Exod*. 32. v. 3. 21. 25. *Urias* tempore Achaz altare Damascenum in templum Hierosolymitanum introduxit, 2. *Reg*. 16. v. 16. *Caiphas* Christum morte mulctandum esse judicavit, *Matt*. 26. v. 57. *Johann*. 11. v. 49. seq. (3.) Pontifex judaicus non habuit *Urim & Thummim* post destructionē primi templi, *Ezech*. 2 v. 63. *Nehem*. 7. v. 65. (4.) Non igitur, pectorale adhibitum fuisse à Pontifice ad *cognitionem vera doctrina*, multò minùs ad *novas leges condendas*; sed potius ad *inquirendum à Deo*, & ad *prædictionem dubiorum eventuum*, 1. *Samuel*. 28. v. 6. *Doctrina* enim scriptō Mosis volumine contēta habebatur, nec opus erat, illam ex *fulgore pectoralis* primum addiscere. (5.) Fatetur Bellarminus, non adhuc convenire inter Hebræos & Christianos, quid *Urim* & *Thummim* significent: ergo inde malè ducit firmum argumentum, dum obscurum probat per obscurius. (6.) Patuit suo pudori idem Jesuita consuluit, qui has voces deducat ירה & אמן contra præcepta Grammaticæ, unam tantum literā thematis retinens in voce derivata, & elisionem literarum fingens, sine ulla nota aut compensatione. Multi enim notant *Arias* in libro, cui titulum fecit, *Aaron*, & *Delrio* L. 4. Disquis. Magic. c. 1. q. 2. sect. 1. pag. 489. nomen אורים deduci ab אור, quod est, *illuxit*, (unde nomen אור lux, Gen. 1. v. 3. in plurali אורים, luces. vel ut Pagninus vertit, illuminationes) תמים verò derivari à תמם *perfecit*, unde תום, *perfectio*, Ps. 25. v. penult. & tandem תמים, *perfectiones*, juxta *Pagninum*. (7.) Si maximè *Urim & Thummim* significarent *doctrinam & veritatem*, & licet hæc ipsa verba *pectorali* fuissent inscripta; hinc tamen min mè sequeretur, *Sacerdotes summos errare non potuisse*. Per istas enim voces, non quales semper *futuri sint*, sed quales *esse debeant*, monuisset Deus: fuissent *admonitiones officii*, non *certæ notæ infallibilitatis*. Sic *Glossa interlinearis* hoc ipso Exodi c. 28. cum jubentur artifices vestimentorum Aaronis sumere aurum, hyacinthum, purpuram, & coccum bis tinctum, habet: *Nihil vile, vel sordidum in Sacerdotibus, vel opere debet apparere*. Quare ridiculum sese fassus præbet Bellarminus, qui ex *Urim & Thummim* concludit, non, *debere non errare*, sed, *omnino non posse errare Pontifices*. (8.) Propositio hæc: *Vetus Testamentū est figura Novi*; non *absolutè*, sed cum hac determinatione, *secundum Scripturæ interpretationem*, accipi debet, secus multa inferret absurda: non enim, ut in V. T. *unum tabernaculum* fuit; ita in N. T. *unum externum templum* esse debet. *Rung*. Comm. in c. 28. *Exod*. p. 954. seq. *Eckhard*. par. 1. Pandect. C. V. c. 7. q. 6. obj. 4. p. 450. *Meisner*. par. 2. Phil. sobr. sect. 2. c. 3. q. 3. p. 394. seqq. *Brochm*. tom. 2. Syst. Theol. art. de Pont. Rom. c. 5. sect. 5. q. 2 a. p. 843. obj. 4. *Scharp*. in Curs. Theol. p. 1704. *Cham*. tom. 1. Panstr. l. 3. c. 3. n. 5. seq. *Ames*. tom. 1. Bell. Enerv. l. 3. c. 6. thes. 16.

Vers. 41. *Et indueres facies illa Aaronem &c.*

Metonymia est *adjuncti* pro *subjecto*: nam *manum implere* sumitur pro, *consecrare ad officium sanctum*; signum enim & ritus quidam *analogicus consecrationis* olim erat, *traditio certarum partium de sacrificiis in manus*. Glass. l. 5. Phil. sac. tr. 1. cap. 4. m. 6. p. 71.

Vers. 42. *Et fac eis feminalia lini &c.*

I. Spiritus Sanctus utitur (1.) *Enallage* tum substantivi, *lini*, & *nuditatis*, pro adjectivo, *linea*, & *nudam*: tum modi, *erunt*, pro *fiunto*. (2.) *Euphemismo*: nā *honestatis* rationem statuit, cum *pudenda* ouda carnem vocat. *Jun*. in Not. ad h. l. p. 96.

II. *Bellarminus* lib. 1. de Cleric. c. 19. differit, *continentiam ab uxoribus in V. T. imprimus requisitam fuisse in iis, qui res sacras tractaturi erant*; ut in *Aarone & filiis ejus*, *qui cum ingrederentur tabernaculū. feminalibus lineis, a renibus usq; ad femora, debebant esse tecti*: quo perpetuum *Ministrorum in N. T. cœlibatum adumbratum fuisse*, *Beda* vult l. 3. de Tabernac. c. 9.

℞. (1.) Per *femoralia* Sacerdotum Leviticorum denotetur sanè *castitas*: sed cùm castitas etiam *conjugatis* sit communis, ut in hoc ipso capite *Bellarminus* concedit; ideo pro astruendo *perpetuo Sacerdotum cœlibatu*, in femoralibus illis Leviticis, ipse, etiam curiosè quærens, nihil invenire poterit. (2.) Causa hujus constitutionis *de feminalibus lineis Sacerdotum*, non est *typica conjugii Sacerdotalis in N. T. prohibitio*, quod ait *Bellarminus*, nullâ Scripturarum auctoritate nixus, sed *honestatis ac munditiei observatio*. Hanc enim legis causam Moses disertè addidit: *Ut operiant carnem turpitudinis suæ*; videlicet, ne partes eæ, quas natura voluit tectas, inter obeundum munia sacra detegerentur, *Exod*. 20. v. 26. (3.) Subjicit quidem Bedæ allegoriam Bellarminus: sed cum illa castitate minimè pugnat *conjugium*, aliàs etiam V. T. Sacerdotes oportuisset esse cœlibes. Proinde Bedæ allegoriam non curamus, quippe contenti iis, quæ certo constant divinitus instituta, revelataque: tantū allegoriis indulgendum, nihil est,

est quod non ex quolibet efficiatur. *Gerhard.* tom. 6. L. L. loc. 26. de Minist. Eccles. §. 152. p. 59. seq. & libr. 2. spec. conf. cathol. part. 2. p. 124. seq. *Brochm.* par. 2. Syst. Theol. art. de minist. Eccl. c. 2. q. 10. obj. 5. p. 925. seq. ... tom. 3. Pansstr. l. 1. c. 5. n. 2. & 12.

V. 43. *Et erunt super Aaronem, & super ... os &c.*

Ecce (1.) *Enallaxin* tum præpositionis ב IN, cum adverbio QUANDO ; *in ingrediendo ipsos*, pro, *quando ingrediuntur* ; tum *conjunctionis* copulativæ & caussalis: *Et non ferent*, i. e. *ut non ferant*. (2.) *Metonymiam* tum adjuncti pro subjecto ; *sanctuas* enim pro *sanctuario* est ; tum *caussæ* pro effectu, quia *iniquitas* cum verbo *ferendi* seu portandi, *reatum pœnæ* innuit. (3.) *Synecdochen* tum *totius* pro parte siquidem עלם idem est ac *continuum*, donec sanctuarium duraret: tum *partis* pro toto, *semen* namque pro *tota posteritate* est. *Ariæm.* in Bibl p. 72. *Vatab.* in Annot. ad h. l. p. 186. *Jun.* ibid p. 96. *Glass.* l. 5. Phil. sac. tr. 1. cap. 1. membr. 3. p. 11.

CAP. XXIX. v. 1. *Et hoc verbum, quod facies &c.*

In textu hoc reperitur (1.) Hebraismus. *verbum* enim pro *re* est. 2.) *Ellipsis* verbi substantivi *Et hoc verbum*, scil. *est*. 3.) *Prosopopœia*; quia *filij* vox de *bove* usurpata, *pullum* seu *fœtum* ejus significat: *Filium bovis*, h. e. *juvencum*, seu *nondum depulsum a lacte*. Ariæm. in Bibl. p. 72. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 187. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 96. *Glass.* lib. 5. Phil. sac. tr. 1. cap. 9. m. ... p. 191.

Vers. 7. *Oleum unctionis fundes super caput Aaronis, atq; hoc eum consecrabitur.*

I. *Hungerus* in Colloq Ratisb. sess. 2. p. 66. contendit, *Mosen fuisse V. T. summum Pontificem. Aaronæ superiorem* propterea quòd *ordinaverit Aaronem*.

R. Moses, tanquam *Propheta Domini*, non tanquam *summus Pontifex*, ordinavit Aaronem: nam munere Sacerdotali, post institutum Aaronem, nunquam legitur esse functus. *Hunn.* in Coll. Rat. sess. 2. p. 66. *Cham* tom. 2. P an l. 9. c. 10. n. 14. seq.

II. *Bellarmin.* l. 1. de Clerie. c. 7. disputat, *jus eligendi summum Pontificem cæterosq; Ecclesiæ pastores & ministros, non convenire populo jure divino*; quia & *Aaron sine consensu populi, à solo Mose fuerit electus in Pontificem.*

R. (1.) Aaron non fuit à *Mose* electus vel vocatus sed à *Deo*: Moses fuit duntaxat *minister*, per quem divinalla, & quidem *immediata*, vocatio & Aaroni & populo Israelitico manifestata fuit. Quæstio autē non est de *immediata* illa vocatione, qua quispiam *voce ipsius Dei*, citra adminiculum suffragiorum operam. numeri sacro destinatur ; ad quam ea propter opus non est populi suffragio: verùm quæstio est de *missione ordinaria*. Hinc cum medium concludendi est *extraordinarium*, nemine dubitante est ... , ex quo nihil sequitur. (2.) A *Mose* ad *Pon... em Romanum* argumentum duci non potest, ut ... madmodum Aaron à solo *Mose* fuit vocatus, ... penes solum *Pontificem Romanum* sit jus vocandi ministros Ecclesiæ. Num enim Pontifex Romanus etiam *Mosis* successor est, ut quod semel à Mose *extraordinariè*, peculiari Dei mandato factum, id toto N. T. tempore a Romano Pontifice *ordinariè*, sine ullo Dei mandato, fieri debeat? Num ministri N. T. eum Leviticis Sacerdotibus succedunt? Atqui Epistola ad Hebræos docet, Aaronem ac totum Leviti... Sac rdotium fuisse *unius Christi* typum. (...) Repug... at hoc argumentum hypothesi Bellar... nam Aaron vocatus est à *principe politico* ... m Moses fuit Princeps politicus populi Israe... neque tam ... Bellarmino probatur, hod eministros Eccl... *principibus politicis* esse vocandos. (4.) Quid? quòd expressò Dei mandato cautum, ut

Israelitæ i. e. primores Israelitarum, Levitis ad tabernaculum adductis manus imponerent, *Numer.* 8. v. 10. quia ceremonia significatum fuit, *ip... etiam populi voluntate & consensu.* Minist... 10 eos consecratos esse; sicut pecudi manus solebant imponi ab illis qui ad sacrificium eam adducebant. *Gerhard.* tō. L. L. C. C. loc. 26. de Minist. Eccles. §. 100. p. 172. seq. *Eckhard.* par. ... Pandect. c. p. c. 9. q. 6. obj. 1. p. 469. *Hunn.* in Demonstr. Minist. Luther. p. 249. seq. *Br... cl.* tom. 2. Syst. Th. art. de Minist. Eccles. c. 2. q. 4. ad 1. obj. p. 910. seq.

V. 9. *Et cinges eos balthéo, Aaronem & filios &c.*

I. Nota hic (1.) pronomen EIS ante vocem, *natos, ad filios Aaronis* referri: nam *pater* locô tiaræ habebat *cidarim*, v. 6. (2.) עולם, *seculum*, idem esse ac *perpetuum*, per *Synecdochen*. (3.) *Manum implere* metonymicè significare, *ministerio sacro consecrare*. Jun. in Not. ad h. l. p. 96.

II. *Papistæ* urg... nt, *successionem Episcoporum in N. T. esse notam veræ Ecclesiæ*, cùm & *talis fuerit successio Sacerdotum in V. T.*

R. (1.) Successio in Sacerdotio V. T. *divinâ lege* fuit alligata ad *stirpem unam*, & *locum unum*, in Novo nullum ejus rei mandatum à Christo & Apostolis relictum est. (2.) Successio *doctrinæ* propriè successio æstimanda est. nam *localis* communis tam est hæreticorum. In multis enim Ecclesiis *Asiæ* fuit continua Episcoporum successio ab Apostolis, & tamen Ecclesiæ & Episcopi earum, discessione facta ab orthodoxa Ecclesia, hæresin *Arii* vel aliorum hæreticorum amplexi sunt. Verum hinc illud Hieronymi: *Non sunt filij sanctorum, qui tenent loca sanctorum, sed qui eorum opera exercent.* (3.) Neque *semper* Ecclesiam N. T. successio illa *localis* comitatur exstitit enim Ecclesia, antequam ulla fuit Episcoporum successio, putà in *initio Ecclesiæ* N. T. *Run...* Comm. in c. 29. Exod. p. 979. *Eckhard.* par. 1. Pand. C. P. c. 8. q. 7. n. 5. p. 42.

Vers. 12. *Et capies e sanguine juvenci, & dabis &c.*

Hoc loco (1.) *lare* est propone e. ex Hebræorum more. (2.) *Cornua altaris* denotant metaphoricè *angulos* seu *eminentias*, cornuum formam habentes. (3.) Post verba, *Et omnem sanguinem*, subaudi, *reliquum*. Ariæm. in Bibl. p. 72. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 187. *Glass.* lib. 5. Phil. sac. tract. 1. c. 11. p. 368.

Vers. 14. *Et carnem juvenci, & pellem &c.*

Vide sis (1.) *Enallagen* tum *modi* indicativi, *combures*, pro imperativo, *comburito*; tum abstracti, *castrametationem*, pro concreto, *castra*. (2.) *Pleonasmum*; nam IN ante vocem *igne* & AB ante præpositionem EXTRA, redundare videntur. (3.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: *Peccatum*, i. e. *sacrificium pro peccato*, seu, quod pro peccato expiando offerebatur. (4.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Peccatum hoc*, scil. *est*. Ariæm. in Bibl. p. 72. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 96. *Glass.* l. 5. Phil. sac. tract. 3. m. 4. p. 47.

Vers. 18. *Et suffire facies totum arietem &c.*

I. Redit huc (1.) *Ellipsis*: Holocaustum *hoc*, scil. *est*. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: *Odor quietis*, i. e. *sacrificium gratum*, quippe *quiescere faciens iram Dei*. (3.) *Enallage abstracti* pro concreto: *Ignitio*, h. e. *oblatio ignita*, quia tota igni absumi debebat. *Ariæm.* in Bibl. p. 72. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. 188. *Jun.* ibid. p. 96. *Glass.* l. 5. Phil. sac. ... c. ... p. 141.

II. *Gretserus* in Colloq. Ratisb. sess. 2. p. 67. statuit, *Mosen fui... summum Pontificem*, quòd *jussus fuerit à Deo sacrificare.*

R. Moses ideo non fuit *summus Sacerdos*, quòd jubetur à Deo sacrificare: nam in prima sacerdotii Aaronei constitutione, *extra ordinem* illa debebat præstare, quæ *ex ordine* ad Sacerdotem pertinebat; sicut

sicut & *Elias* extraordinariè, & peculiari Dei jussu sacrificavit in monte Carmel, 1. *Reg.* 18. v. 33. jam cùm Aaron fuerat ordinatus, subsequentibus festis non *Moses*, sed *Aaron* sacrificavit. *Hunn.* in Colloq. Ratisbon. sess. 2. p. 67. *Ames.* tom. 1. Bellarm. enerv. l. 3. c. 9. thes. 10.

Vers. 22. *Et tolles ab ariete adipem, & caudam &c.*

Iteratur nunc (1.) *Enallage* tum *numeri* singularis, *intestinum*, pro plurali, *intestina*; tum *pronominis demonstrativi*, nomini subjuncti, אוה, *ipse*, pro verbo substantivo, EST, id quod & *ellipticè* post verba, *Quæ super eos*, subaudiendum. (2.) *Metonymia adjuncti* pro subjecto: *Impletionum*, i. e. *consecrationũ*. Ariæm. in Bibl. p. 72. *Vatabl.* in annot. ad h. l. p. 188.

Vers. 23. *Tortamq́, panis unius, &c. v. 40. & vinum ad libandum, &c.*

Oblatio panis & vini non erat propria Sacerdotio Melchisedeciano. quia Sacerdotes Levitici, juxta mandatum Dei, panem & vinum quotidie obtulerũt.

Bellarminus l. 1. de Miss. c. 6. regerit, panem à Leviticis Sacerdotibus offerri solitum, *oleò conspersum fuisse*, & alterius sacrificii quasi condimentũ & *partem extitisse*; *Melchisedecum autem purum putum panem obtulisse, & in oblatione illa Melchisedeci, panem & vinum fuisse, ut sacrificium principale.*

R. Nihilominus manet *convenientia* in *re*, & *differentia* duntaxat erit in *modo*; eum tamen Sacerdotium *Aaronicum* & *Melchisedecianum* planè distincta sint, & non convenire debeant, *Hebr.* 7. v. 11. Unde promptum est colligere, quod *differentia illa* nõ consistat in *oblatione sacrificii incruenti*, cùm oblationes rerum inanimatarum, factæ à Sacerdotibus Leviticis, planè *incruenta* fuerint. *Meisner.* par. 2. Phil. sobr. sect. 1. c. 3. q. 5. n. 2. p. 417. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Cæn. Domini. c. 9. q. 13. p. 3022.

Vers. 29. *Vestem autem sanctam, quâ utetur Aaron, habebunt, &c.*

Controversiam de *reliquiarum & vestium sanctarum cultu*, vide in *Vindic. Exod.* 28. v. 2. diremtam.

Vers. 32. *Aaron & filii ejus vescentur carnibus arietis consecrationum, &c.*

Argumentum Bellarmini, pro *unica Eucharistiæ specie*, *à participatione sacrificiorum* desumptum, vide solutum in *Vindic. Levit.* 6. v. 26. m. 2.

Vers. 33. *Et comedent ea, quibus expiatum est in eis, ad implendum manum eorum, ad sanctificandum eos: & alienigena non comedet, quia sanctitas ea.*

Usurpatur modò (1.) *Enallage* tum *modi* indicativi, *comedent*, pro imperativo, *comedunto*; tum abstracti, *sanctitas*, pro concreto, *res sancta*. (2.) *Pleonasmus*: redundat enim, EIS, & IN, præcedenti pronomini, QUIBUS, jungendum. (3.) *Metonymia adjũcti* pro subjecto: nam *manum implere*, sumitur pro *consecrare ad officium sanctum*. (4.) *Ellipsis* verbi substantivi; Sanctitas *ea*, scil. *sunt*. Ariæm. in Bibl. p. 73. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 189. *Glass.* l. 5. Phil. sacr. tr. 1. c. 4. m. 6. p. 71.

V. 36. *Et juvencum peccati facies diei, super &c.*

I. Ecce (1.) Ellipsin: *Peccati*, h. e. *pro peccato*; & *diei*, i. e. *per diem*, seu per singulos dies. (2.) *Synecdoche generis* pro specie: *Facies* pro *parabis*. Vatabl. & *Ariam.* ibid.

II. *Socinus* in Prælect. c. 22. fol. 141. contra *expiationem & satisfactionem typicam sacrificiorum* V. T. urget, vocabulum אטח *de sacrificiis* usurpatum, significare idem, quod *mundare*, eoque uti Mosen, cùm agit de expiando *altari*.

R. Credendum est, *mundatione altaris* hîc nihil aliud innui, quàm quòd *ipsamet peccata hominum* in quorum medio, & simul variis eorundẽ prævaricationibus constitutum est altare, expientur: id quod textus ex versione *Ariæ* optimè evincit: *Et juvencũ peccati facies super expiationes, & expiabis super altare in expiando te super eo.* *Franz.* in Schol. Sacrif. disp. 15. thes. 72. 82. 87.

Vers. 37. *Septem diebus expiabis altare & sanctificabis, & erit, &c.*

I. Controversiã de *expiatione sacrificiorum typica*, vide in *Vindic. v. præced.* decisam.

II. *Bellarminus* l. 2. de Effect. Sacram. c. 26. nugatur, *in N. T. esse septem Sacramenta*, ob *celebritatem numeri septenarii in expiationibus* V. T. hic enim *altare septem diebus expiari jubetur.*

R. (1.) Cur Jesuita ita continet se intra *expiationem*? aut ei quis permisit *aliorum* magnificentiam *suis* terminis circumscribere? certè *Hostus & Eccius* intra expiationem non subsistunt. Sed, ne ipse quidem omnia Sacramenta refert ad *expiationem*, verùm confirmationem assignat *augmentationi*, Eucharistiam *nutritioni*, *propagationi* Matrimonium; *regiminis* ordinem, Imò *virtutibus* omnia, quæ certè virtutes expiari non debent. (2.) Non *septenarius* tantùm est expiatorius, sed etiam *binarius*. Nam *Exod.* 29. v. 1. consecrandis Sacerdotibus, *duo* arietes immaculati adhibentur, *Levit.* 5. v. 7. habes *duos* turtures, vel *duos* pullos columbarum: c. 14. v. 4. *duos* passeres; c. 16. v. 5. *duos* hircos, & sic frequentissimè in eo libro. Cur ergo *septenario* hæreamus potiùs? (3.) Hac ratione concludi potuit, *in V. T. etiam fuisse septem sacramenta*: erat enim & numeri *septenarii* solennitas eadem. Quòd si *ea* consequentia nulla sit, cur securior *hæc* est? An quia, *sic vos non vobis*? *Cham.* tom. 4. Pan. l. 4. c. 2. n. 2. 14. 15.

Vers. 38. *Hoc, quod facies super altare: Agnos, filios anni duos diei jugiter.*

I. Recurrit jam (1.) *Ellipsis* tum verbi substantivi, Et *hoc*, scil. *est*; tum præpositionis *diei*, h. e. *in die unoquoq́*. (2.) Hebraismus: *Filios anni*, i. e. *anniculos*, nimirum qui annum non excesserint, etiamsi annum præcisè non complevissent. *Ariam.* in Bibl. p. 73. *Jun.* ibid. p. 97. *Glass.* l. 3. Phil. sac. tr. 1. can. 36. m. 2. p. 133.

II. *Eccius* in Enchirid. p. 172. statuit, verbum *facere* in verbis cœnæ *Luc.* 22. v. 19: *Hoc facite in mei commemorationem*, idem esse, ac *sacrificare*: cum & h. l. *sic* accipiatur.

R. (1.) Significatio verbi *facere*, ut & radicis Hebraicæ עָשָׂה, admodum *generalis* est, notans *quemcunq́, actum*, & propterea nihil certi ex *nuda voce* concluditur; sed statuendum est de illius significatione ex *subjecta materia*, qua de agitur. Christus autem ibi *Sacramentum*, non *sacrificium* instituit, ideoque de *oblatione* aut *sacrificandi actione* intelligi nequit. (2.) Locus *Exodi* nihil ad rem facit. Moses enim prius describit *oblationem arietis & agni*; post addit mandatum: *Hoc facietis*, i. e. *hanc oblationem observabitis*. (3.) Si maximè ad *ritus observantiam*, seu *hostiæ oblationem* referretur, nihil tamen concludi posset, quia ibi sensus ex *præcedentibus* est clarus; in *institutione* verò cœnæ nihil omnino de *sacrificio* præcedit, nec illius mentionem Christus vel unô tantùm apiculô inspergit. *Meisner.* par. 2. Phil. sobr. sect. 1. c. 1. q. 17. p. 158. seq.

Vers. 40. *Et vinum ad libandum ejusdem mensuræ in agno uno.*

Cardinalis de *Turrecremata*, probaturus *communionem Laicorum sub specie saltem panis*, docet, *solos Sacerdotes*, non autem *offerentes*, de sacrificiis, quæ in liquida materia offerebantur, puta in *vino*, sumpsisse; observandam autem esse conformitatem ad sacrificia veteris legis, quæ figuræ fuerint Sacramenti *Eucharistiæ*.

℞. Nihili est hæc causa: (1.) quia alioquin nulla debuit esse *Sacerdotis* communio *calicis*, cùm in veteribus sacrificiis ne *Sacerdotes* quidem biberent quicquam vini; nam vinum adhibebatur ad *libandum*. Quod autem *libare* vertit Editio Latina, Hebraicè est נָסַךְ cui *effusionis* significatio est. Itaque *Numer.* 15. illud יַיִן לַנֶּסֶךְ redditur: *Et vinum ad libafundenda.* (2.) Quia distinguunt Papistæ in Eucharistia *sacrificium* à *sacramento*, atque *illud* volunt esse Sacerdoti eximium, ad *plebis* certè communionem non pertinere. Itaque si non est ridicula hæc similitudinis affectatio, cur oportuit similitudinem sacrificiorum quæri in *plebis* communione? (3.) Quia *Chrysostomus* in 2. Cor. hom. 18. ait, *nunc non sic esse*, quemadmodum in lege veteri; verùm *omnibus* corpus proponi, & unum poculum. Eucharistia enim instituta est in *edendo & bibendo*, & quidem communis *omnibus fidelibus*, In qua calix Domini pari conditione *cunctis* traditus est, sicut *Theophylactus* inquit. Quid igitur est abrogatio V.T. si ideo mutanda est institutio Christi, ut nullum sit discrimen inter V. & N.T. *Chemnit.* in Exam. Concil. Trid. par. 2. p. 312. *Eckhard.* par. 2. Pand. c. 31. q. 9. obj. 13. p. 616. *Cham.* tom. 4. Panstr. l. 9. c. 12. n. 2. 3. 4. 5.

Vers. 46. *Et scient, quia ego Dominus Deus eorum, qui exire fecit eos de terra Ægypti, ad habitandum me in medio eorum, &c.*

Habes hic (1.) *Metonymiam causæ* pro effectu: *Scient*, h.e. *experientur*. (2.) *Ellipsin* verbi substantivi: Quia ego, scil. *sum*. (3.) Ἀνθρωποπάθειαν: *habitatio* enim Dei, *gratiosam ejus præsentiam* denotat. (4.) Pleonasmum: *In medio eorum*, i.e. *inter eos*. Ariæm. in Bibl. p. 73. *Jun.* ibid. p. 97.

CAP. XXX. Vers. 4. *Facies alteri suffitûs coronam aureolam per gyrum.*

Fevardentius l. 10. Theomach. c. 29. *Martyribus in cœlis* assignat *aureolam*, quam illis futuram esse in ticati icibus, *Altenstaig.* in Lexico asserit; eandem enim significatam fuisse per *coronulam super altare suffitûs*.

℞. Allegoriâ hac quid fingi potuit ridiculum magis? *Coronulâ super altare suffitûs* significari *aureolam Martyrum*? At hoc ipsum nec argumentô, nec conjecturâ, aut confirmat, aut illustrat Franciscanus: ideoque eâdem facilitate rejicitur, quâ profertur. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 25. c. 4. n. 6. & 11.

Vers. 7. *Et suffire faciet super illud Aaron suffimentum aromatum in manè in manè, in bonificando eum lucernas sufficere faciet illud.*

Hebraismus est: *In manè in manè*, h.e. *singulô manè*. Geminatio enim substantivi Hebræis ultra proprium significatũ includit *distributivũ*, ut אִישׁ אִישׁ, *vir, vir*, i.e. *singuli viri*. Vatabl. in Añot. ad h.l. p. 191.

Vers. 10. *Et expiabit Aaron super cornua ejus semel in anno de sanguine peccati expiationum semel in anno expiabit super illud in generationibus vestris, sanctitas sanctitatum illud Domino.*

Iô textu hoc reperitur (1.) Metaphora: *cornua* enim altaris notant *ejus angulos* seu *eminentias*, cornuum formam habentes. (2.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: חַטָּאת namque, *peccatum*, significant *oblationem pro peccato*. (3.) Hebraismus: *Sanctitas sanctitatum*, i.e. *sanctissimum* erit. (4.) *Enallage* antecedentis pro relativo: *Domino*, h.e. *mihi*: Dominus enim *de seipso* loquitur. *Ariam.* in Bibl. p. 73. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p. 91. *Jun.* ibid. p. 97. *Glass.* l. 3. Phil. sacr. tract. 2. can. 14. p. 200. & lib. 5. tract. 1. cap. 3. m. 4. p. 47.

Vers. 12. *Quia levabis caput filiorum Israel ad visitatos eorum, & dabunt quisq́; redemtionem animæ suæ, Domino, in visitando eos, &c.*

I. Nota hoc loco (1) *Enallaxin* conjunctionis & adverbii: כִּי enim notat cum. (2.) *Metaphoram*: nam *caput* Hebræis *præcipuum* est in numeratione, oempe *summa*. (3.) *Enallagen* numeri: *Quisq́; dabunt*, i.e. *singuli*. (4.) *Metonymiam causæ* pro effectu: *anima* siquidem pro *vita* est. *Ariam.* in Bib. p. 73. *Jun.* in Not. ad h.l. p. 98. *Glass.* l. 3. Phil. sacr. tract. 5. can. 8. p. 441 & lib. 5. tract. 1. cap. 12. p. 338.

II. *Bellarminus* l. de Cleric. c. 29. censet, *Clericos ab omni omnino jurisdictione civilis Magistratûs exemtos esse*, eò quòd & *Levitæ apud Hebræos ab ea exemti fuerint.*

℞. Sacerdotes à *quibusdam oneribus ac tributis* immunes esse concedimus, idque etiam evincit exemplum *Levitarum* apud Hebræos, quos Deus ab *oneribus civilibus* penitus exemptos esse voluit, v. 13. & *Num.* 1 v. 47. seq. Verùm ab *omni omnino jurisdictione civilis Magistratûs exemtos esse*, ἀπαῤῥήτως negamus, ac contrarium illô ipsô *Levitarum* exemplo, quod Bellarminus adducit, demonstrari potest: nam quòd Levitæ etiam *Regi* fuerint subjecti, historia V.T. in *Davide, Salomone, Hezekia, Josia*, satis clarè testatur. *Gerhard.* tom. 6. LL. CC. loc. 27. de Magistr. Polit. §. 465. p. 1277. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Minist. Eccles. c. 2. q. 12. p. 931. *Ames.* tom. 2. Bellarm. enerv. l. 3. c. 6. thes. 33.

Vers. 16. *Et capies argentum expiationum à filiis Israël, & dabis illud super opere tabernaculi conventûs, & erit filiis Israel ad memoriam coram Domino, ad expiandum super animabus vestris.*

Ecce (1.) *Metonymiam materiæ* pro materiato. *argentum* enim pro *pecunia* est. (2.) Hebraismum: *Coram Domino*, h.e. *coram me*; ubi antecedens est pro relativo: Dominus namq; *de se* loquitur in tertia persona. (3.) *Synecdochen partis* pro toto: nam *animæ* pro *personis* sumuntur. *Vatabl.* in Anoot. ad h.l. p. 91. *Jun.* ibid. p. 98. *Glass.* l. 3. Phil. sacr. tract. 2. can. 8. p. 186.

Vers. 23. *Et tu cape tibi aromata capitis, myrrhæ libertatis quingentos, & Cinnemon aromatis, dimidium ipsius; quinquaginta & ducentos, & calami aromatis, quinquaginta & ducentos.*

Vide-sis (1.) *Pleonasmum*: nam TIBI redundat. (2.) *Metaphoram*: Aromata *capitis*, h.e. *omnium præstantissima*; ubi *caput* significet *maximè præcipuum*. (3.) *Enallagen* substantivi, *libertatis & aromatis*, pro adjectivo, *libera* seu *proba*, (Chald. דְּכְיָא, *pura, incorrupta*) & *aromatici*. (4.) Ellipsin: *Quingentos*, scil. *siclos*, vel quingenta *pondo*, ex *Onkelo Chaldæo*. Ariæm. in Bibl. p. 74. *Vatabl.* & *Jun.* l.c. *Glass.* lib. 5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 8. p. 171. & cap. 12. p. 337.

Vers. 25. *Et facies ipsum oleum unctionis &c.*

I. Redit huc (1.) *Ellipsis* præpositionis: *Ipsum*, h.e. *ex ipso.* (2.) *Enallage* abstracti, *sanctitatis*, pro concreto, *sancta*. (3.) Hebraismus: *Unguentum unguenti*, i.e. *suavissimum & optimum*, seu *artificiosissimè paratum*. Vatabl. & *Jun.* ibi.

II. *Bellarminus* l. 2. de Confirmat. c. 8. nugatur, *in confirmatione hominum baptizatorum, chrisma debere esse ex oleo & balsamo*, quoniam *unguentum, quod h.l. Dominus jussit fieri, quo ungerentur tabernaculũ & Sacerdotes figura fuerit chrismatis, quo ungatur Ecclesia, quæ est verum Dei tabernaculum, idq́; unguentum constiterit ex oleo olivarum & balsamo.*

℞. (1.) In argumento hoc nulla est consequentia: *Typus in V.T. fuit oleum & balsamum*, ergo *etiam antitypus in N.T. est oleum & balsamum*: Estne idẽ typus & antitypus: *Agnus victima* typus in V.T. & *agnus Dei* in Novo? Non puto. (2.) Concedamus, *unctionem illam tabernaculi* fuisse typum *unctionis Ecclesiæ in N.T.* ergo concludimus, non fuisse

eandem unctionem. Diſtinguendum enim inter *umbram & rem ipſam*. Illa unctio, quæ oleô fiebat, adumbrabat (non Papiſticum *confirmationis* Sacramentum, ſed) hanc *noſtram ſpiritualem*, quæ ſit oleô Spiritûs Sancti; id quod ex terminorum proportione liquet. Ut enim Tabernaculum in V. T. non erat *ipſa Eccleſia* Novi, ſed *umbra* ejus: ita etiam unctio illa non fuit *unctio* N. T. ſed tantùm *ejus umbra*. *Reinecc*. tom. 4. Panopl. p. 279. ſeq. *Jacob Martin*. in Partit. Theol. diſp. 21. theſ. 49. & 50.

Verſ. 34. *Et dixit Dominus ad Moſen: Cape tibi aromata, ſtacten, & onycham, & Chalbanum, aromata & thus mundum, pondus in pondere erit.*

Moſes utitur (1.) *Pleonaſmô*: nam TIBI redundat. (2.) *Synecdoche generis* pro ſpecie: *aromata* enim, סַמִּים, pro *nardo* ſunt. Bis ea vox ibi ponitur, priori loco *genus* ipſum notat, poſteriori *ſpeciem*. Nam quia *nardus* præcipuus eſt in unguentis odoratis, ideoque *generis* nomen κατ' ἐξοχὴν obtinet. Obtinet autem in *plurali*, quia non tantùm *ſpicâ ſuâ*, ſed etiam *foliis* celebratur, gemina dote, ut loquitur *Plinius*. lib. 12. Natur. Hiſtor. c. 12. (3.) Hebraiſmô: *Pondus in pondere*, i.e. *æqualis ponderis*. Ariæm. in Bibl. p. 74. *Jun*. in Not. ad h. l. p. 98. *Glaſſ*. lib. 5. Phil. ſacr. tract. 1. cap. 14. m. 1. p. 440.

Verſ. 37. *Et ſuffitus, quem feceris, ſecundùm confecturam ejus, non facietis vobis, ſanctitas erit tibi Domino.*

In textu invenitur (1.) *Hypallage*, inverſa ſiquidem ſunt verba Hebræis, quæ ſic Latinè ordinabis: *Secundùm ſuffitûs, quem feceris, confecturam*. (2.) *Pleonaſmus*: relativum enim, EJUS, ſuo ſubſtantivo, *ſuffitus*, luxurioſè poſtponitur, energeticè tamē. (3.) *Enallage*, tum modi indicativi, *facietis*, pro imperativo, *facitote*; tum abſtracti, *ſanctitas*, pro concreto, *res ſancta*. (4.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Domino*, ſcil. *eſt*. Vatabl. in Not. ad h. l. p. 93. *Jun*. in Not. ad eund. loc. p. 98. *Glaſſ*. l. 3. Phil. ſacr. tract. 2. can. 25. m. 2. p. 218.

CAP. XXXI. Verſ. 2. *Vide, vocavi in nomine Bezaleel, filium Uri, filii Chur, tribus Jehudah.*

Habes hic (1.) Metaphoram: *Vide*, h.e. *conſidera*; niſi verbum רְאֵה pro adverbio, הִנֵּה, *ecce*, uſurpetur, qua de re confer, 2. Sam. 7. v. 2. & 1. Paralip. 17. v. 1. (2) Hebraiſmum: *In nomine*, i.e. *nominatim*. (3.) *Ellipſin* præpoſitionis: *Tribus Jehudah*, pro, *de tribu Jehudah*. Ariæm. in Bibl. p. 74. *Vatab*. in Not. ad h. l. p. 193. *Jun*. in Not. ad eund. loc. p. 98.

Verſ. 3. *Et replevi eum Spiritu Dei in ſapientia, & in intelligentia, & in ſcientia, & in omni opificio, &c.*

I. Ecce (1.) Metaphoram: *Replevi*, h.e. *inſtruxi*. (2.) *Metonymiam cauſæ* pro *effectu*: per *Spiritum Dei* enim intelliguntur *divina dona*. (3.) *Hebraiſmum*: antecedens namque *Dei*, pro relativo, *meo*, ponitur. *Vatabl*. & *Jun*. ibid.

II. *Iconololatræ* in *Synodo Nicena* II. contenderunt, *licitè adorari poſſe imagines, cùm illas Deus per Beſeleelem*, Spiritu Dei repletum, *fieri præceperit*.

℞. (1.) *Carolus Magnus* l. 1. contr. Synod. de Imag. c. 16. dicit, non valere ſequelam, ob commiſſam elenchi ignorationem, cùm non ſolùm dementiſſimum, ſed etiam inſaniſſimum ſit, illa, quæ allegoricis plena ſunt ſenſibus, & tropicis, per *legislatorem* prælata figuris, imaginibus, quas *unusquisque opifex* pro captu ingenii ſui, quales voluerit, imò quales potuerit, effecit, aſſimilare conari. (2.) Nego, quicquid juſſu Dei factum eſt, etiam religioſè adorandum eſſe: nam & *clavos tabernaculi*, & *cornua altaris* fieri juſſit Dominus; nec tamen aut *illi*, aut *hæc* religioſè adoranda, atq; adeò nunquam ea ſic Iſraëlitæ coluerunt, ut in ſimili de *Sacerdotum veſtibus* ait Cham. tom. 2. Panſtr. l. 21. c. 5. n. 15.

Verſ. 4. *Ad excogitandum cogitationes, ad faciendum in auro, & in argento, & in ære.*

Redit hue (1.) *Hebraiſmus*: Ad *excogitandum cogitationes*; ubi verbum nomen ſuum conjugatum regit. (2.) Metonymia: *Cogitationes*, h.e. *res induſtriè inventas*. Vatabl. & *Jun*. l.c.

Verſ. 13. *Sabbata mea cuſtodietis, quia ſignum illud inter me, & inter vos, &c.*

I. Vide-ſis (1.) *Enallagen* tum modi, *cuſtodietis*, pro, *cuſtoditote*; tum numeri, *Sabbata*, pro, *Sabbatum*. (2.) *Hebraiſmum*: nam הִיא, *iſtud*, ſtat pro, EST. (3.) Ellipſin: *Quia ego*, ſcil. *ſum*. Ariæm. in Bibl. p. 74. *Jun*. ibid. p. 99.

II. *Pareus* lib. de lit. & ſent. verb. cœn. p. 269. autumat, Deum propoſitionem illam, *Sabbatum eſt pactum Jehovæ*, v. 6. explicare per hanc, *Sabbatum eſt ſignum pacti*, v. 13.

℞. Adverſarius committit crimen *falſi*: Sabbatum enim dici ſignum *inter Deum & Iſraelitas*, hîc legitur; at Sabbatum eſſe ſignum *pacti*, hoc loco non reperitur. Non inox ſignum *pacti* eſt, quod ſignum eſt *inter Deum & homines*: Verùm Sabbatum eſt ſignum *quietis & ſanctificationis*, ut ipſe textus indicat. *Gravver*. in Propugn. Anti-Par. p. 17.

Verſ. 14. *Et cuſtodietis Sabbatum, quia ſanctitas ipſum vobis: profanantes illud, &c.*

I. Recurrit modò (1.) *Enallage* tum abſtracti, *ſanctitas*, pro concreto, *ſanctum*, tum numeri, quia verbum ſingulare יוּמָת, *morietur*, jungitur nomini plurali, מְחַלְלֶיהָ, *profanantes illud*, quo notatur diſtributio: *Profanantium quisque morietur*. (2.) Epizeuxis: *Moriendo morietur*, h. e. *omninò* morti traditor. (3.) *Synecdoche partis* pro toto: *anima* enim pro *perſona* eſt. (4.) Pleonaſmus: *E medio populorum ſuorū*, i.e. *è populis ſuis*; ubi, *medio*, redundat. *Jun*. in Bibl. p. 99. *Glaſſ*. l. 3. Phil. ſacr. tract. 3. can. 52. p. 357.

II. *Beza* libr. de puniend. hæretic. p. 153. cenſet, *hæreticos ob hæreſin morte mulctandos eſſe*, cùm & *Sabbati contaminatores & violatores mortis pœna à Deo adjudicentur*.

℞. Præceptum de *violatione Sabbati* nil ad rem, cùm ſit *ceremoniale*, & ipſo Bezâ fatente, *unius temporis*. Quomodo ergo, cùm ſit abrogatum, capitale ſupplicium *hæreticis* inde decernetur. *Thumm*. tract. de Hæred. non occid. ſed coercend. p. 58. ſeq.

Verſ. 16. *Cuſtodiant filii Iſrael Sabbatum in generationibus: pactum eſt ſempiternum.*

I. *Goclenius* pro *metonymia Sacramentali* in verbis Cœnæ, *hoc eſt corpus meum*, inſtat & urget hanc propoſitionem, *Sabbatum eſt fœdus Dei*, i. e. *ſignificat fœdus Dei*, eamque latêre putat in præſenti textu.

℞. (1.) Propoſitio illa ἄγραφος eſt, & à *Goclenio* conficta. Etenim ſi Hebraicum textum conſuluerimus, tale nihil dicitur; ex quo *Junius* in Bibl. rectè ita reddidit: *Obſervabunt filii Iſraelis Sabbatum ipſum, celebrando Sabbatum per generationes ſuas, fœdere perpetuo*. Ubi non de *ipſo Sabbato* dicitur, quòd ſit *fœdus*, ſed Iſraelitis injungitur, ut *fœdere perpetuo Sabbathum celebrent*. (2.) Etiamſi diceretur, *ipſum Sabbatum eſſe pactum*, non tamen tropus in *copula* ſtatim quærendus eſſet, ſed locum inveniret in *prædicato*, ubi pactum *ſynecdochicè* foret poſitum pro *conditione pacti*, ab unâ parte requiſitâ, qualis eſt *obſervatio Sabbati*, reſpectu Judæorum. *Gerhard*. tom. 5. LL. CC. loc. 24. de S. Cœn. §. 95. m. 4. p. 199. *Meiſner*. par. 1. Phil. ſobr. ſect. 1. c. 5. q. 3. claſſ. 2. m. 3. p. 220. ſeq.

II. *Sabbatarii* olim docuerunt, *Sabbathum etiam a Christianis die septimo esse colendum*, quia *Deus illius observationem vocet cultum sempiternum.*

℞. Observatio Sabbati *Judæis* erat statutum *sempiternum*, sed *in generationibus suis*, id est, *quamdiu Synagoga & politia Judaica durabat*: neq; enim vox עוֹלָם hic *infinitam æternitatem*, sed *longam temporis durationem*, suis tamen circumscriptam definitamq; terminis, designat, nimirum durare debuit Sabbathũ *in perpetuum*, hoc est, *longo quidem tempore*, *usq; ad adventum Messiæ*, quo expiravit. *Coloss.* 2. v. 16. *Hunn.* tom. 3. oper. Lat. p. 1445. *Balduin.* l. 2. cas. consc. cap. 13. cas. 2. p. 471. seq. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Leg. c. 9. sect. 5. q. 1. p. 99.

Vers. 17. *Inter me & inter filios Israel signum ipsum in seculum, quia sex diebus fecit Dominus cœlos & terrã, & in die septimo cessavit & respiravit.*

Observa (1.) *Ellipsin* verbi substantivi: *signum ipsum*, scil. *est*. (2.) *Synecdochen totius* pro *parte*: לְעֹלָם, i. e. *tempore bene longo.* (3.) *Enallagen* antecedentis pro relativo: *Fecit Dominus*, h. e. *ego feci*; de se enim Deus loquitur. (4.) Ἀνθρωποπάθειαν: *humanitus* namque de *Deo* dicitur *respiratio*, sumtâ nimirum *metaphorâ ab homine*, recreante se post defatigationem laboris, *Exod.* 23. v. 12. *Ariam.* in Bibl. p. 74. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 194. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 99. *Glass.* l. 5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 7. p. 132.

Vers. 18. *Et dixit Mosi, ut complere eum loqui secum in monte Sinai, duas tabulas testimonii, tabulas lapidis, scriptas in digito Dei.*

Iterum videas (1.) τὸ UT, notare postquam: *Ut complere eum loqui*, h. e. *postquam complevit loqui.* (2) Substantivum, *lapidis*, poni pro adjectivo, *lapideas.* (3) *Digitum* ἀνθρωποπαθῶς *Deo* tribui, & *potentiam ejus operatricem* denotari, sicut *digitorum* adminiculô homo scribit, ut sensus sit, *divinitus sculptas.* Ariæm. in Bibl. p. 75. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 99. *Glass.* l. 5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 7 p. 113.

CAP. XXXII. Vers. 1. *Et vidit populus, quòd tardaret Moses ad descẽdendum e monte, & congregatus est populus super Aaronem, & dixerunt ad eum: Surge, fac nobis Deos, qui eant ante nos; quia huic Mosi viro, qui ascendere fecit nos è terra Ægypti, non novimus, quid fuit ei.*

I. In textu hoc reperitur (1.) Synecdoche: *Populus*, h. e. *magna pars populi*, nam illi, quos Moses armavit contra idololatras, v. 26. non sunt in idololatris numerandi, teste *Apostolo*, 1. Cor. 10. v. 7. (2.) *Enallage*: tum quia nomini collectivo singulari, *populus*, respondet verbum plurale, *dixerunt*; tum quia verbum, *surge*, ponitur pro adverbio, *agè*. (3.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Deus* enim est pro *cultu*, in honorem Dei instituto. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 99. *Glass.* l. 5. Phil. sacr. tr. 1. cap. 3. m. 4. p. 46.

II. *Aaronem in illa μοσχολατρείᾳ errâsse, ut judicem definiendo*, adeoque *illius fuisse authorem*, negat *Gretserus* in Colloq. Ratisbon. Sess. 2. p. 60. & Sess. 3. p. 72. & 75. quòd *vi multitudinis coactus*, *ex metu permiserit, ut eadem illa idololatria committeretur.*

℞. (1.) Aaronem neutiquam *coegit* populus, ut vitulum aureum conflaret, sed *rogatus* à populo, ut Deos formaret, qui populum præcederent; imprudenter annuit injustæ petitioni, v. 2. seqq. quo etiam nomine Moses, ad populum redux, Aaronem arguit, quòd *maximum peccatum super eum induxerit*, v. 21. Licèt ergo populus incitârit & instigârit Aaronem, Aaron tamen est executus, v. 4. & sic *author* idololatriæ extitit. (2.) Imò, *definivit Aaron, ut judex.* Nam ad ipsum, tanquam ad *Judicem*, Moses totum populum remisit, *Exod.* 24. v. 14. unde & quæstio de novo cultu instituendo, à populo relata est ad illum, & illius responsum expectatum, tanquam *Judicis.* (3.) Demonstrabitur v. 5. quòd Aaron *in officio suo* peccaverit, sive *metu* fecerit, sive *alia de causa*: hoc enim non facit ad rem. Et est ridiculum, eum, qui metu peccat, non peccare in *decisionibus.* Annon exprimi metu potest etiam bulla & Anathema Pontifici? Certè ipse metus est peccatum *officiale*, si fit *in officio*, ubi non debet esse. Si ergo hæc excusatio valet, nullus homo potuit *in officio suo* peccare, quia omnis culpa potest in concupiscẽtiam & affectus rejici; & juxta *Platonem*, nemo sponte malus. *Heilbrunn.* in Colloq. Ratisbon. Sess. 2. p. 63. & Sess. 3. p. 75. *Lebav.* par. 1. Analys. Colloq. Ratisbon. p. 74. *Gisen.* de Papism. disp 8. thes. 4. 5. 6. *Brochm.* tom. 2. System. Theol. art. de Pontif. Rom. c. 5. sect. 5. q. 2. p. 840. seq.

Vers. 3. *Et abruperunt omnis populus inaures auri, quæ in auribus suis, & adduxerunt, &c.*

I. Moses utitur (1.) *Enallage* tum *numeri*, quia nomini singulari, *populus*, respondet verbum plurale, *abruperunt*; tum substantivi, *auri*, pro adjectivo, *aureas.* (2.) *Synecdoche generis* pro specie: *Omnis populus*, hoc est, *maxima populi pars.* (3.) *Ellipsi* verbi substantivi: *Quæ*, scil. *erant.* Ariæm. in Bibl. p. 75. *Glass.* l. 5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 14 m. 1. p. 435.

II. Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim dicit, *omnem populum contulisse ad vitulum aureum materiam*; at v. 26. *Levitas fuisse Jehovæ*, h. e. *non consensisse in idolomaniam illam*, adeóque v. 29. *singularem reportâsse scribit benedictionem.*

℞. *Synecdoche* hic est, Scripturis usitata, dum *omnis populus* nominatur, & *potissima pars* intelligitur; quemadmodum etiam Apostolus 1. *Corinth.* 10. v. 7. restringit his verbis: *Ne sitis idololatræ*, sicut τινες, QVIDAM *eorum*, &c. *Frantz.* in Schol. sacrif. disp. 7. thes. 18. *Glass.* l. c.

Vers. 4. *Et cepit è manu eorum, & formavit illud in stylo, & fecit illud vitulum fusionis. Et dixerunt: Isti Dii tui Israel, qui ascendere fecerunt te è terra Ægypti.*

I. Iteratur nunc (1.) *Enallage* tum *numeri*, quia nomini singulari, *populus*, respondet verbum plurale, *dixerunt*, unà cum pronomine plurali, *eorum*; tum substantivi, *fusionis*, pro adjectivo conjugato, *fusilem.* (2.) *Ellipsis* partim præpositionis, *illud*, pro, *ex illo*; partim verbi substantivi, *Isti*, scil. *sunt.* (3.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Isti Dii tui sunt*, h. e. *iste est verè divinus cultus*, propter quem meremur gratiam Dei nostri, qui nos de terra Ægypti eduxit. *Ariam.* in Bibl. p. 75. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 99. *Glass.* lib. 5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 3. m. 4. p. 46.

II. *Non fieri, ut homo renatus planè non labatur*, triste exemplum *Aaronis* testatur, *qui idololatriæ Israeliticæ autor extitit.*

Smalcius contra Franz. fol. 360. regerit 1. *non constare, an perversè & datâ operâ Aaron peccaverit.*

℞. Aaronem *perversè & datâ operâ peccâsse*, constat tum ex v. 5. ubi *solennitates ipse proclamavit*; tum ex v. 25. ubi *populum à mandatis Dei nimiùm quantùm abduxit*; tum ex *Deut.* 9. v. 20. ubi *in specie contra Aaronem vehementer Deus irascitur, ita ut illum perdere vellet.* Tenuéne & leve hoc est?

2. *Etiamsi Aaron perversè & datâ operâ peccâsset, tamen in eo non perseverâsse.*

℞. Peccatum hoc Aaronis non sufficiebat: Annon enim *alterâ vice* (quæ *habitus* repræsentat naturam) *Num.* 12. v. 1. seqq. gravissimum peccatum commisit adversus Mosen, ibique à Domino acerrimè reprehenditur? Annon etiam *Num.* 20. v. 11. 12. 24. commisit peccatum, ut Deus ipsi introitum

in terram Canaan deneget. *Habitus* non tantùm in *repetito uno peccato*, sed in *gravi multipliciter iterato* etiam consistit; sicut Deus ipse judicat, cum *Num.* 14.v.22. Israelitas gravissimè accusat, quòd hucusq; decem vicibus tentâssent ipsum, nec voci ejus obedivissent. *Franz.* disp.13. Vindic.thes.53. seq.

III. *Renatos peccatum regnans non tantùm posse, sed etiam actu ipso patrare, quo excutiant gratiam DEI, fidem & Spiritum Sanctum*, similiter *in Aarone, vitulum aureum ad adorandum faciente*, videre est: quis enim dixerit, *Aaronem*, idololatriae ducem, *habuisse illo temporis Spiritum Sanctum*, cùm Paulus de *idololatris* affirmet, quòd non sint haeredes regni coelorum, *Ephes.*5.v.5.

Sohnius tom.2 p.778. excipit, *Aaronem, etsi graviter lapsus sit, non tamen lapsum esse sine lucta Spiritûs & carnis, nec tota anima ac plena voluntate, nec ex destinata malitia, sed ex infirmitate.*

℞. Juxta censuram Spiritûs S. *peccatum regnans* in nobis regnat, tum *nostrâ ὑπακοῇ, obedientia & assensu*, conjuncto cum peccati conceptione & machinatione, Rom.6.v.12. Jacob.1.v.15. tum *ipsâ completâ patratione*, Rom.6.v.13. & Gal.5.v.16. Quando igitur renati in peccata sic consentiunt, eaq; perficiunt, tùm *peccata regnantia* committunt, quale etiam fuisse *Aaronis idololatriam*, ex modò dictis patet, idque fatentur *Sohnius* ipse tom.2.p.558. & *Richardus* Anglus in Diatrib.c.21.p.63.seqq. *Fevverborn.* fasc.2.disp.6.thes.84.85.86.p.258.seq: *Rung.* in Comm.c.32. Exod.p.1038.

IV. *Imagines non esse religiosè colendas*, inde patet, quòd *Israelitae volentes Deum ipsum imagine vituli colere*, de quo pronunciant, *isti sunt Dii tui Israël, qui te eduxerunt de terra Aegypti*; *idololatriam committunt*, quae sanè à Deo prohibita est.

Bellarminus lib.2. de Imag.c.13. regerit 1. Israelitas non voluisse *Deum ipsum colere imagine vituli*, sed existimâsse, *Deum coeli esse vitulum.*

℞. Aut loquitur Jesuita de *illo ipso vitulo aureo*, cum hanc opinionem tribuere Israelitis, est absurdum: Aut loquitur de *alio vitulo*, quem repraesentavit ille aureus: sed hoc cum textu pugnat, disertè enim & δεικτικῶς loquitur, *hi sunt Dii tui*, (manu & voce ad vitulum praesentem directâ) *qui te eduxerunt ex Aegypto.* Sciebant autem, se à *Jehovah* eductos esse, *Exod.*14.v.31.& 31.c.20.v.1. *Hunc* igitur *in imagine vituli* colere volebant. Nam qui aliàs *ei vitulo*, jam recens conflato, poterant tribuere suum ex Aegypto discessum, qui eam conflationem praecesserat; nisi statuatur, id *signum* esse *ejus Dei*, à quo educti fuerant?

2. *Si Judaei voluerint tantùm signum corporeum non fuisse opus, ut facerent vitulum, cùm habuerint nubem & columnam ignis, quae meliùs ducebant, quam vitulus, qui portari necesse habebat: non ergo signum corporeum, sed Deum corporeum quaesivisse.*

℞. (1.) Idololatrarum furores non reguntur *ratione*, sed *impetu*: itaque non debet inquiri ratio, cur *hoc* illi velint potiùs, quàm *illud*. Nam nec sanè Ethnicis deerant aliae rationes sibi repraesentandi Deũ, quàm per brutas effigies; & tamen eorum nonnulli malebant brutas effigies. (2.) Nubes, & columna nubis, non erant illis pro *imaginibus Dei*, neque adeò illas unquam coluere: at illi volebant *imagines*. (3.) Non quaerebãt Deos, à quibus *ducerentur*; sed Deos, quos *viderent*: quae causa extitit idololatriae; cùm homines, sensibus addicti, non possent in Deitatem solo spiritu moveri. (4.) Non *simpliciter signum* quaerebant; sed *signum tale*, quale Gentes aliae habebant.

3. *Nullam causam reddi posse, cur potiùs vitulum fecerunt, quàm ovem, aut aliquid aliud, nisi quia assueti erant videre Apim, vitulum, maximum Aegyptiorum Deum: Judaeos ergo, quia viderant in Aegypto in summo honore vitulum, putâsse illum esse Deum, & ideo illos imaginem vituli statuisse.*

℞. Verisimile est, ex contagione ab Aegyptiis Israelitas *mutuatos* esse vitulum, quia sciebant ab iis *bovem* coli. Sed non sequitur, si *Aegyptii* ipsum illum bovem pro *ipsissimo Deo* habuerunt, etiam *Israelitas* habuisse: cùm tantum *ab iis eam formam fuerint mutuati*. Caeteroquin *Deum verum* non potuerunt *Apim* credere, nisi *Jehovam ipsum* crederent: solemnitatem enim proclamârunt *Jehovae*, v.5. Quanquam nec Aegyptios bovem illum habuisse pro *ipso Deo*, sed pro *bove consecrato*, multis probari potest: id tamen nihil nunc ad me.

4. *Israelitas putâsse beneficium liberationis de Aegypto se accepisse, non à Deo Mosis, sed ab Api, Deo Aegyptiorum.*

℞. At quaenam id ratio persuadet? Nam (1.) Judaei intelligebant, & Aegyptii ipsi fatebantur, *Jehovam*, ut educeret Israelitas, *Apim* superâsse, & judicia in eum exercuisse, *Exod.*18.v.11. *Num.*33.v.4. (2) Nimis absurdum foret, adscribere *adversae partis Deo*, liberationem ex Aegypto. (3.) Quî sperare poterant Judaei, se ab Aegyptiorum Deo liberatos, quẽ nunquam coluerant? à quo promissa nulla habebãt? quem etiam favere potiùs Aegyptiis verisimile erat, à quibus impensè colebatur? Hoc verò est, Israelitas non in *idololatris* numerare, sed omnino *ratione destitutos* fingere. Cùm contrà haberent & Patrum monita, & cultum proprium, & solennia promissa, & miracula patrata; atque haec quidem, quasi in cõtentionem veniente Deo illo Aegyptiorum: deniq; *Aaronem* ipsum testem, quem quis non credat dixisse *ex suo sensu*, festum esse *Jehovae*? Probè *Johannes Ferus* in cap.7. Actor. *Judaei venerati sunt Deum in vitulo, quem formavit Aaron, idq; patet ex ipsorum verbis, hi sunt Dii tui, &c. peccârunt verò, quod idolum extra primum Dei praeceptum fecerunt.* *Rung.* Comm.in c.32.Exod.p.1034. *Broehm.* tom.2. System.Theol.art.de Leg.c.7.q.3. p.56 seq. *Cham.* tom.2.Panstr.l.21.c.11.n.20.21.23.24.26. *Ames.* tom.2.Bellarm.enerv.l.6.c.5.thes.46.47.49.

V. *Ecclesiam visibilem posse errare atq; deficere*, cõstat ex exemplo *Ecclesiae Israeliticae* V.T. nam tempore Mosis *totus ferè populus, consentiente & praeeunte Aarone Pontifice idolum vituli adoravit*, sicque *in fide erravit, & ab ea defecit.*

Excipit 1. *Gretserus* in Colloq. Ratisbon. Sess.2. p.71. *Aaronem non adorâsse vitulum, sed permisisse fieri vitulum, ne lapidaretur aut occideretur*; multò autem minùs *ipsum fecisse*, cùm *non fuerit aurifaber.*

℞. Num Aaron *ipse* vitulum adoraverit, vel non, nihil ad rem facit: sufficit enim demonstrâsse, *Aaronem fuisse autorem idololatriae, & cultum falsum publicè proponendo, in fide errâsse, ut Pontificem.* Et quòd *in instituendo cultu idololatrico fuerit autor*, verba textus clarè indicant: *Fecitq; populus, quae jusserat Aaron* (non, *permiserat fieri*) v.3. *formavitq; ille, & fecit ex illis*, &c. (haud verò *formari*, aut *fieri permittit*) v.4. Idq; *Aaron ipse* fatetur.v.24. *Projeci* aurum in ignem, egressusq; est hic vitulus. *Heilbrunn.* in Coll. Ratisb.Sess.2.p.71. *Hunn.* tom.2. oper.Lat.p.468.

2. *Becanus* in Manual.controv.l.1.c.3.conclus.4. n.42.seq. non esse *eandem Synagogae & Ecclesiae rationem*, cùm *haec* sit *universalis*, extra quam nemo salvari possit; *illa* verò *particularis* fuerit, extra quam potuerint homines salvari: tametsi ergo defecisset *Synagoga tota*, adhuc tamen potuisse homines salvari, neque ideo *omnẽ Ecclesiam Dei* in terris defecisse.

℞. (1.) Differentiam esse inter Ecclesiam *Israeliticam*

ticam Veteris, & *Christianam* N.T. non negamus; ea tamen non eſt poſita in *doctrina fidei*: neq; enim ea alia eſt in Veteri, & alia in N. T. Itaque ſi Eccleſia *Iſraelitica* potuit obſcurari, ad paucitatem redigi, & publicum ejus miniſterium corrumpi, etiam *Christiana* poteſt: nam hoc ipſius fatum eſt prædictum, 1. *Timoth*. 4. v. 1. *Apoc*. 12. v. 14. (2.) Tametſi Eccleſia Iſraelitica non fuit univerſalis, *eodem gradu*, quo Eccleſia Chriſtiana; tamen verè fuit *catholica*, ſinu ſuo complexa particulares Eccleſias, in civitatibus & domibus collectas, ac quotquot ex gentibus ad verum Deum convertebantur: nam illæ omnes fuerunt membra illius Eccleſiæ Iſraeliticæ. (3.) Falſum eſt, etiamſi *tota Synagoga* defeciſſet, non tamen continuò *omnem Eccleſiam Dei* in his terris defeciſſe. Quam enim quæſo nominare nobis poterit *Becanus* Eccleſiam inter Gentes, quæ habuerit publicum divini cultûs exercitium, ab omnibus corruptelis liberum, cùm Eccleſia Iſraelitica idololatriâ eſſet corrupta? Si enim de *viſibili* Eccleſia hoc intelligit (ut ſalvis ſuis hypotheſibus intelligere cogitur) monſtranda erit alia viſibilis Eccleſia tempore Moſis, quàm *Iſraelitica*. Si de *inviſibili* Eccleſia loquitur, re ipsâ noſtram ſententiam confirmat: nam & nos dicimus, ſi vel maximè *viſibilis* Eccleſiæ miniſterium corrumpatur, atque Eccleſia ad tantam paucitatem redigatur, ut externa ejus facies vix appareat, Deum tamen ſemper *inviſibilem* aliquam Eccleſiam conſervare.

3. *Id. ibid*. n. 44. tempore Moſis non defeciſſe *totam* Synagogam, ſed *partem* ejus; cùm non defecerit *Moſes*, nec *alii quidam*.

℞. (1.) Imò locus hic evidenter oſtendit, Eccleſiam eô, quo dictum eſt, modô deficere, & *inviſibilem* fieri poſſe: neque enim tunc erat aliquis cœtus integer & conſpicuus, in quo ſincerus & purus Dei cultus *publicè* vigebat. (2.) *Aliquos* in populo Iſraelitico ab hac idololatria fuiſſe impollutos, ſuprà cõceſſimus; illi tamen reſpectu reliquorum fuerant *pauci*, nec potuerunt impedire, quò minùs *publicum divini cultûs exercitium* idololatriâ pollueretur. *Gerhard*. tom. 5. LL. CC. loc. 25. de Eccleſ. §. 88. ſeq. p. 725. ſeqq. *Cham*. tom. 5. Panſtr. l. 1. c. 16. n. 8. & 9.

VI. *Judæi* negant, in nomine *Elohim* myſterium *Trinitatis* quærendum eſſe, cùm notet *rem tantùm unam ſingularem*, dum *vitulo*, in cultum idololatricũ erecto, tribuitur.

℞. Nec h. l. deſinit eſſe *plurale*, quia non ipſum vitulum, ſed *verum Jehovam*, qui ex Ægypto eos eduxerat, Iſraelitæ in illo vitulo colere voluerũt, v. 5. eo nomine appellârunt. *Gerhard*. in Exeg. loc. 2. de Deo, §. 53. p. 651.

Verſ. 5. *Quod cum vidiſſet Aaron, ædificavit altare coram eo, & præconis voce clamavit, dicens: Cras ſolennitas Domini eſt.*

I. *Summum Pontificem, in doctrina fidei publicè definientem, errare poſſe*, exemplum *Aaronis, ſummi in V. T. Pontificis*, ſatis ſuperque commonſtrat: *Is enim vitulum, à ſe conflatum, populo adorandum propoſuit, & coram eo altare ad ſacrificandum ædificavit, ac publicè pronunciavit*, cras eſt ſolennitas Domini; *hoc autem dicendo, definivit tanquam Pontifex.*

Excipit 1. *Pazmanus* in Hodeg. lib. 8. cap. 5. *Aaronem* tùm nondum fuiſſe ſummum Sacerdotem, ſed *Moſen*, qui ab hoc ſcelere immunis.

℞. Summum Sacerdotium non *Moſi*, ſed *Aaroni* fuit commendatum; ideo quoque Apoſtolus *Hebr*. 7. v. 11. cùm ſummum Sacerdotium Chriſti confert cum ſummo ſacerdotio V. T. nullam planè facit mentionem *Moſaici*, ſed *Aaronici* Sacerdotii, cui opponit Sacerdotium *Melchiſedeci*. Erat autem *Aaron* jam tùm *conſtitutus* Pontifex, *extraordinariâ Dei vocatione*, *Exod*. 28. v. 1. & 4. Sacerdotii autem efficacia, à *vocatione* dependet, quippe quæ facit ſacerdotẽ, *Hebr*. 5. v. 4. quæq; lapſum hunc præceſſit.

2. *Gretſerus* in Colloq. Ratisbon. ſeſſ. 2. p. 64. *Aaronem* fuiſſe quidem *ſummum Sacerdotem*, ſed non *ſimpliciter*, reſpectu *Moſis, & illo vivente*.

℞. (1.) Aaron *ſimpliciter* fuit ſummus Sacerdos: nam & Hebraicè vocatur כֹּהֵן הַגָּדוֹל, is *Sacerdos*, qui *Magnus* eſt, nempe *omnium Sacerdotum maximus*; & Græcè ἀρχιερεύς, hoc eſt, qui *præſit omnibus Sacerdotibus*, ſicut à nomine pendeat; & *ſummus* Latinè, qui non poteſt non ſimpliciter ſignificare eũ, ſupra quem in eodem ordine nemo eſt. Itaque *ſummum Sacerdotem* eum oportet eſſe, & quem ſupra ſe reliqui agnoſcant, & qui ſupra ſe nullum agnoſcat Sacerdotem. Aaron igitur aut verè dictus eſt *ſummus* Sacerdos, aut non agnovit ſuperiorem ſe ullum alium Sacerdotem. (2.) *Aaronem* fuiſſe in Levitico Sacerdotio Pontificem *planè ſummum*, patet tum ex *ſolenni ejus inauguratione*; ubi omnia inſignia, ad ſummum Pontificatum pertinentia, non *Moſi* tribuuntur, ſed *Aaroni*, *Exod*. 28. v. 4. & 40. v. 13. tum ex *annuo ingreſſu in ſanctum ſanctorum*, quoniam *Aaroni* licuit eò ingredi quotannis in feſto propitiationis, *Levit*. 16. v. 2. id quod tamen nemini licuit, præterquam *ſoli ſummo Pontifici*, v. 17. (3.) Si vivente Moſe Aaron non fuit ſummus Pontifex, ſequitur, quòd nunquam per omnem ſuam vitam ſummus Pontifex fuerit, quia Aaron ante Moſen mortuus eſt, *Numer*. 20. v. ult.

3. *Id*. l. c. p. 72. Aaronem non *ædificâſſe* altare, ſed *permiſiſſe ædificari*, quia non fuerit *cæmentarius*.

℞. (1.) Certum eſt, quòd *populus* manum admoverit, ſed *jubente* & diſponente *Aarone*; quâ de re tam clarus eſt textus, ut mirari ſatis nequeant cordati homines, auſum fuiſſe Gretſerum, id, quod Aaron *feciſſe* legitur, ad *nudam* torquere *permiſſionem*, ac ſi Aaron id *ſolummodo permiſerit*. (2.) *Tannerus in ſua Relatione* concedit, *Aaronem fortè ipſo quoq; facto fuiſſe cooperatum*: quomodo igitur cum ſocio ſuo in *Colloq. Ratisb*. Seſſ. 2. p. 73. *cooperationem omnem* apertè negavit, & per *excluſivam* particulam, *ſolummodo*, ad *nudam permiſſionem*, id, quod Aaron *fecit*, reſtrinxit? (3.) Non ideo Aaron factus fuit *cæmentarius*, quando altare in cultum populo extruxiſſe fertur: nam & *Noah*, Gen. 8. v. 20. *Abraham*, Gen. 12. v. 8. *Iſaac*, Gen. 26. v. 25. *Jacob*, Gen. 32. v. 7. *Angelus Domini*, Judic. 13. v. 19. & 20. altaria extruxerunt: quis verò dixerit, ipſos fuiſſe *cæmẽtarios*?

4. *Id. ibid*. *Aaronem* non clamâſſe, ſed *multitudinẽ confuſam*, voce præconis, idq; ipſum permiſiſſe.

℞. (1.) *Præconis* vox non habetur in textu Hebraico, ſed *ſimpliciter* dicitur, quòd Aaron *clamaverit, & dixerit, ſolennitas Domini cras*; uti vertit *Arias*. (2) Textus *per ſe* clarus & manifeſtus eſt, *ipſum Aaronem clamâſſe*, non verò *ſolùm permiſiſſe*: ex ſolo enim *literali* ſenſu petenda eſt explicatio.

5. *Id*. d. l. p. 71. Aaronẽ, quicquid *exteriùs* fecerit, *interiùs* tamen à fide non defeciſſe, & idcirco non probari, illum eam idololatriam *actu* perpetrâſſe:

℞. Cùm Aaronem Jeſuita *exteriùs* idololatram fuiſſe dicit, non *interiùs*, ex eo facit hypocritam turpiſſimum, quo ipſo in ſuum *Sacerdotium* peccavit, quòd non erat *interior* functio tantùm, ſed magis *exterior* ad populum, quia *viſibile* miniſterium. *Heilbrunner*. in Colloq. Ratisb. Seſſ. 2. p. 71. & Seſſ. 3. p. 75 *Hunn*. tom. 2. oper. Lat. p. 468. & 613. *Rung*. Comm. in c. 32. Exod. p. 1041. ſeq. *Libav*. par. 2. Analyſ. Colloq. Ratisb. 419. *Balduin*. in Phosph. Cathol. l. 8. c. 5. p. 766. *Cham*. tom. 2. Panſtr. l. 9. c. 10. n. 15.

II. Nomen *Jehovah* non eſſe *uni ac ſoli vero Deo proprium*, Pagninus & Druſius inde probare cupiunt, quòd etiam *vitulo* hîc tribuatur.

℞. *Ipſe vitulus conflatilis* non vocatur *Jehovah*; hoc tantùm dicitur, cultum deferendum vitulo, cedere in honorem *ipſius Jehovah*. Verba enim textus ita habent: *Aaron extruxit altare coram vitulo, proclamavitq́, dicendo, feſtum Jehovæ cras eſto*. Nimirum *Spiritus S.* reſpicit ad *intentionem Aaronis*, & verba illius μιμητικῶς recitat: putabat enim Aaron, ſe *vero Deo* feſtum celebrare. *Gerhard.* in Exeg. loc. 2. de Nat. Dei. §. 35. p. 631. *Brochm.* tom. 1. Syſt. Theol. art. de Deo & SS. Trin. c. 2. q. 3. obj. 1. p. 111.

III. *Aaronem non habuiſſe vitulum conflatilem pro Deo, ſed Deum verum in vitulo illo colendum ſanxiſſe*; ex textu conſtat, quòd indicturus diem feſtum in honorem *vituli*, ſolennitatem *Jehovæ* eſſe pronunciat: at nomen illud יהוה *proprium* nomen *DEI Iſraël* eſt.

Bellarminus l. 2. de Imag. Sanct. c. 13. regerit, non improbabiliter dici, quòd Judæi putaverint, *in vitulo illo aureo ſe colere Deum verũ*; in quo tamen peccârint graviſſimè, tum quia *idolo ſacrificârint*, & *in ipſo idolo divinam vim ineſſe crediderint*; tum etiam quòd imaginati fuerint, *Deum eſſe corporeum, & ipſi idolo ſimilem*: Ex quo ſequi, ut putarent, ſe colere *Deum verum*, ſed revera non colerent niſi *figmẽtum ſuum*.

℞. (1.) Hæc eſt plena confeſſio, quam volumus: hoc enim fundamento noſtrum argumentum nitebatur, quòd *in hoc vitulo Judæi putabant, ſe colere Deum verum*, ac proinde *non ipſum vitulum eſſe Deum verum*. (2.) Ipſos in hoc ipſo peccâſſe, nemo noſtrûm negat: imò, ſi non peccâſſent, non fuiſſent idololatræ. (3.) *In vitulo fuiſſe vim divinam, & Deũ exiſtimatum corporeum, vituloq́ ei ſimilem*, vix eſt veriſimile, ſed, ut de *cæteris Iſraëlitis* dubitari queat, certè de *Aarone*, non poterit perſuaderi. Utrumque autem Bellarmino probandum. Si enim ex eo, quòd *vitulo ſacrificârint*, id colligitur, utique pari ratione colligere poterimus, Pontificios etiam ſtatuere, quòd *imaginibus* vis aliqua divina inſit (fruſtra renitente Conciliô Tridentinô) cùm thure, precibus, votis, &c. eas colant. *Gerhard.* tom. 3. LL. CC. loc. 15. de Leg. Mor. §. 92. p. 153. *Cham.* tom. 2. Panſtr. l. 21. c. 11. n. 27. & 28.

Verſ. 7. *Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens: Vade, deſcende, corrupit populus tuus, quem eduxiſti de terra Ægypti.*

I. *Ellipſis* eſt nominis, ex v. 8. aſciſcendi: *Corrupit*, ſcil. *viam ſuam*, ut vult *Ariamontanus* in Bibl. p. 75. vel, ut mavult *Junius* in Not. ad h. l. p. 99. *Corrupit*, nim. *ſe*.

II. *Autor Catechismi Racovienſis* p. 148. contra argumenta ex collatione *Eſa.* 8. v. 14. cum *Luc.* 2. v. 34. *Eſa.* 45. v. 23. cum *Rom.* 14. v. 10. *Eſa.* 41. v. 4. & 44. v. 6. cum Apoc. 1. v. 17. *Eſa.* 35. v. 4. cum Matt. 11. v. 4. *Zachar.* 12. v. 10. cum Joh. 19. v. 37. *Pſalm.* 68. v. 19. cum Epheſ. 4. v. 7. hoc regerit, *non poſſe ex his locis probari divinam Filii naturam*, cùm *alia ratio* eſſe poſſit & ſit, cur illud, quod in V. T. de *vero Deo* dictum, in Novo referatur ad *Chriſtum*, etiamſi non ſit *verus Deus*, nimirum *unio Chriſti cum Deo in potentia*: Si enim de *Moſe* dicitur, quòd *Iſraëlitas eduxerit ex Ægypto*, quod tamen alibi *Deo* tribuitur; *multò magis propter unionem Chriſti cum Deo, hæc Chriſto tribui poſſunt.*

℞. (1.) Si *unio Chriſti cum Deo* complectitur *æqualitatem potentiæ*, utique etiam Chriſtus erit *verus Deus*, & ratione *eſſentiæ* cum Patre unum: quia *potentia & eſſentia* in Deo realiter non differunt. (2.) Diverſiſſima eſt ratio inter ea opera, quæ *Deo & Moſi conjunctim* adſcribuntur, & inter ea, quæ *per Filium Pater operari* dicitur: Moſes fuit fidelis in domo *Dei*, tanquam *miniſter*; Chriſtus autem fidelis eſt in domo *ſua*, tanquam *Filius*, qui ipſam etiã præparavit, *Hebr.* 3. v. 6. Pater per *Filium* omnia condidit, Joh. 1. v. 3. c. 5. v. 19. Jam verò *creatio* eſt opus ſoli Deo proprium, ideoque de *Moſe* hoc nunquam dicitur, nec dici poteſt. Moſes ex *Ægypto* eduxit Iſraëlitas: Chriſtus ex *inferno & Satanæ poteſtate* nos liberavit; ad quod opus requirebatur *divina* potentia. *Gerh.* tom. 1. LL. CC. loc. 5. de Patr. & Fil. §. 27. p. 441. ſeq.

Verſ. 8. *Receſſerunt citò de via, quam præcepi eis; fecerunt ſibi vitulum fuſionis, &c.*

Redit huc (1.) *Enallage* tum *numeri*, quia nomini collectivo ſingulari, *populus*, v. 7. reſpondet verbum plurale, *receſſerunt, fecerunt*, &c. tum ſubſtantivi, *fuſionis*, pro adjectivo conjugato, *fuſilem*. (2) Metaphora: *via* enim pro *ritu & vita cultu* accipitur. (3.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Iſti*, ſcil. *ſunt*. (4.) *Metonymia ſubjecti* pro adjuncto: *Iſti Dii tui ſunt*, h. e. *iſte eſt verè divinus cultus*, &c. Ariæm. in Bibl. p. 75. *Jun.* in Not. ad Exod. 32. v. 4. *Glaſſ.* lib. 5. Phil. ſacr. tract. 1. cap. 3. m. 4. p. 46. & cap. 12. p. 376.

Verſ. 9. *Et dixit Dominus ad Moſen: Vidi populum hunc, & ecce populus durus cervice ipſe.*

Ecce (1.) ἀνθρωποπάθειαν, ſiquidem *viſio*, *Deo* tributa, *exactiſſimam ejus notitiam* innuit: *Vidi*, h. e. *exactiſſimè ſcio*. (2.) *Metaphoram*: nam *durum* eſſe *cervice*, notat *contumaciam & protervitatem*, translatione ſumtâ à *juvencis refractariis*. (3.) *Hebraiſmum*: pronomen enim demonſtrativum; nomini ſubjunctum, הוא, *ipſe*, locô verbi ſubſtantivi, EST, ponitur. *Ariam.* in Bib. p. 75. *Jun* in Not. ad h. l. p. 99. *Glaſſ.* l. 5. Phil. ſacr. tract. 1. c. 7. p. 138. & cap. 11. p. 311.

Verſ. 10. *Et nunc dimitte me, ut accenſâ irâ meâ, conſumam eos, & faciam te in gentem magnam.*

I. Iterum habes (1.) ἀνθρωποπάθειαν, *humanitus* enim à Deo dictum, *Dimitte me*, quaſi precibus Moſis alligatus & conſtrictus, non poſſet populum delere, niſi impetratâ a Moſe veniâ, & conceſſione. (2.) Hebraiſmum: *Faciam te in gentem magnam*, i. e. *efficiam, ut ex te oriatur gens magna*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 195. *Jun.* ibid. p. 99. *Glaſſ.* l. 3. Phil. ſacr. tract. 1. cap. 7. p. 147.

II. *Judæi* in Thalmud, ord. 1. tract. 1. diſt. 1. & *Mahometiſtæ* in Alcorano, c. 43. delirant, *Deum pro ſe orare: orat* enim Moſen, *ut ſe dimittat*.

℞. Illud, *dimitte me*, non intelligendum eſt *propriè*, quaſi Deus Moſen oraverit, ut ſe dimittat; neq; enim Moſen *ſuperiorem ſe* habebat: ſed *metaphoricè*, & ſignificat, Deum precibus Moſis placatum id feciſſe, quod illi ſolent, qui ab aliquo impediuntur, ne in alium aliquem ſeverè animadvertant. *Bellarm.* l. 1. de Bon. Oper. in partic. c. 7.

III. Locus hic videtur repugnare *Dei* tum *libertati*, tum *omnipotentiæ*: quomodo enim *Moſes poteſt Deum tenere*, ſi *ille* agens liberrimum, & *omnipotens* eſt?

℞. Verba illa, *dimitte me*, non accipi debent *abſolutè*; neque enim Moſes Deum impedire potuit, ne faceret Deus, quod *vellet*, cùm ſcriptum ſit Job. 9. v. 13. *Deus, cujus iræ nemo reſiſtere poteſt*: verum *comparatè*, promiſit enim Deus, ſe preces ex pœnitenti corde & fide profectas, exauditurum, inde *contra preces Moſis* non *poteſt*, id eſt, non *vult* agere. Unde *Tertullianus* in Apologet. c. 39. *Invincibilem ligant, & omnipotentem vincunt piorum preces.* *Gerhard.* tom. 1. LL. CC. loc. 3. de Natur. Dei, §. 169. p. 339. ſeq.

IV. Coter...

IV. *Cotennus* in Apologet. pro *Matre Dei*, c.18. aſſerit, *rogari poſſe Mariam, ut imperet filio, jure matris*: propterea quòd *Moſes Deum non dimiſerit, ut ipſius furor iraſceretur contra Iſraelitas, licèt id Deus voluerit à Moſe.*

℞. Quorſum hoc? An illud, *dimitte me*, ſignificabit, *deſine imperare mihi*? Atqui falſum: nam *Moſes Deo nō imperabat*; quis enim credat? Imò ſtatim ipſe Moſes *deprecatus eſt faciem Jehovæ Dei ſui*, v.11. i. e. *orabat Dominum*. Non *imperabat* igitur, non *jubebat*. Et tamen ſi hoc ipſum concederetur, ex vi argumenti, non *ſola Maria* juberet natum, non *ſola* imperaret. Nam cur non etiam *Moſes*? cur non reliqui *ſancti*? *Cham.* tom.2. Pan.l.20.c.1.n.16.&17.

V. *Vorſtius* tract. de Deo & attrib. div. p. 209: ſentit, *in Deo eſſe accidens*, putà *furorem*, quem ipſi Moſes attribuit.

℞. (1.) In Hebræo non habetur vox, *furor*; ſed ita legitur: *Ut excandeſcat naſus meus.* (2.) Illud, *Ut iraſcatur furor meus*, non *propriè*, pro ſubitanea & vehementi quadam commotione, quæ hominum more in Deo fiat, accipitur; ſed *metaphoricè*, & notat *immutabilem Dei diſplicentiam*, quâ perpetuo averſatur & *peccatum*, & propter peccatum *ipſas quoque perſonas*, niſi fiat reconciliatio. Dicitur ergò *Deus furere*, cum id facit ſine ulla perturbatione, quod homines impellente furore faciunt, id eſt, *perdit ac deſtruit*. *Hunn* tom.1. oper. Lat p.87. *Bellarm.* l.1. de Bon. Oper in partic. c.7.

Verſ.12. *At quid dicent Ægyptii dicendo: In malo exire fecit eos, ad occidendum eos in montibus, & ad conſumendum eos de facie terræ? Reverſere ab ira furoris tui, & pœniteat te ſuper malum populo tuo.*

I. Moſes utitur (1.) Hebraiſmo: *In malo*, h.e. *malitioſè*. (2.) Metaphorâ: *facies* enim terræ notat *ejus ſuperficiem*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: *Pœniteat te*, h.e. *muta ſententiam*. (4.) *Ellipſi*: nam poſt verba, *ſuper malum*, ex v.14. ſubintelligendum, *Quod facere propoſuiſti* &c. *Ariam.* in Bibl. p.75. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.195. *Jun.* ibid p.99.

II. Rationem *Verſtij*, contra *ſimplicitatem Dei*, vide confutatum in *Vind. Exod.* 4.v.14.m.2.

Verſ.13. *Recordare Abraham, Iſaaci, & Iſraël, ſervorum tuorum quibus juraſti eis, & locutus es ad eos: Multiplicabo* &c.

I. *Pleonaſmus* eſt: nam pronomen EIS redundat. Cætera tum *Philologica*, tum *Polemica*, huc pertinẽtia, vide in *Vindic. Geneſ.* 8.v.1.c.13.v.15.c.15.v.5. conſignata.

II. *Bellarminus* l.1. de Beat. Sanctor. c.19. diſputat, *Sanctos defunctos piè atq; utiliter à viventibus invocari, cùm ipſe Moſes oraverit Deum, allegatis meritis Sanctorum, Abrahami, Iſaaci, & Iſraelis, qui jam obierant, ut illis orationes ipſorum juvarentur.* Et adducit *Theodoretum* qui quæſt. 67. in Exod. dicat, *Moſen, cùm ſe non exiſtimaret ſufficientem ad placãdum Deum, adhibuiſſe etiam patrocinium Patriarcharum.*

℞. (1.) Fatetur ipſe *Bellarminus* d.l. *non poſſe ex hac orationis formula colligi, quòd pii V. T. directè invocaverint Sanctos defunctos, ut interceſſores & mediatores apud Deum*; hactenus igitur argumentum eſt à quæſtione alienum. (2.) Quæſtio *propriè* eſt de *Sanctis, à Pontifice Romano canonizatis*, ut loquuntur, quia, ut *Bellarminus* diſputat l.c. c.10. *ſanctos non canonizatos nequaquam licet publicè colere.* Atqui hujus canonizationis nullum apud Moſen extat veſtigium: neque Papiſtæ Abrahamum, Iſaacum & Iſraëlem in precibus ſuis invocant. (3.) Ex hoc loco potiùs ſequeretur, *nos orare magis pro ſanctis defunctis*, quàm *ſanctos defunctos pro nobis*; cum hic Abraham, Iſaac & Iſrael non pro Moſe, ſed Moſes pro illis, ſeu eorum poſteris intercedat. (4.) Moſes hîc non *Abrahamum, Iſaacum, & Iſraelem*, ſed *ſolum Deum* invocat, ut memor eſſe velit fœderis, quod cum Abrahamo, Iſaaco & Iſraële pepigerat de multiplicando ſemine, quemadmodum ex ipſo integro loco patet: *Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael, ſervorum tuorum, quibus juraſti per temetipſum, dicens, multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cœli.* Hic nullã Moſes mentionem facit *interceſſionis ſanctorum Patriarcharum*, nec vult, ut *Deus interceſſionem Abrahami, Iſaaci, & Iſraelis exaudiat*; ſed ut *memor ſit fœderis, cum illis initi*: multò minùs orat Moſes Deũ *per merita Patriarcharum*; quoniam rationem, à merito etiam *Abrahami* ſumtam, ipſimet Sancti refellunt, *Deut.* 9.v.4.c.10.v.14. *Ezech.* 16.v.3.&6. *Hoſe.* 9. v.10. Verùm orat *per fœdus à Deo initum cum Patriarchis*, id eſt, per *gratiam & miſericordiam ſuam*. Jam verò *meritum, & miſericordia* ſibi invicem opponuntur, ut agnoſcit ipſe *Bellarminus*. l.2. de Pœnit c.12. ſic ſcribens: *Meritum ex juſtitia opponitur gratia.* Ergò non poteſt ex hoc loco probari, quòd Moſes *merita Sanctorum* allegaverit. (5.) Si concederetur *iſtud*, non inde tamen ſequeretur, *invocandos eſſe Sanctos. Pontificij ſolent ſua propria merita allegare*, ut illis in orationibus juventur: *ſeipſos* tamen non ſolent invocare. (6.) In allegatione *Theodoreti* manifeſtum crimen falſi commiſit Jeſuita: ibi enim nulla mentio eſt *patrocinii Patriarcharum*, ſed hanc de ſuo perfide ille addidit. Nam *Theodoretus* ſanè ad nos accedit; qui aſſerimus; hac formula in memoriam revocari *fœdus initum cum Patriarchis*. *Rung.* Com. in c.32. Exod. p.1057. *Grawer.* par. 7. Prælect. in A.C. art.21. p.181. ſeq. *Gerhard.* tom.8. LL.CC. loc.29. de mort. §.455. p.872. ſeq. & part.2. l.2. ſpec. Conf. Cath. p.601. arg.5. *Cham.* tom.2. Pan. l.20.c.3.n.1.2.3.5.9. *Ameſ.* tom.2. Bell. enerv. l.6.c.3. theſ.8.

Verſ. 14. *Et pœnituit Dominum ſuper malum, quod locutus eſt, ut faceret populo ſuo.*

I. Ἀνθρωποπάθεια eſt: *Pœnituit Dominum*, h.e. *non conſumſit* (ut interminatus fuerat v.10.) *momento unô*, ſed *diſtulit*, v.34. *Jun.* in Not. ad h.l. p.99. Cætera, huc ſpectantia, vide enodata in *Vind. Gen.* 6.v.6.

II. *Peltanus* de Satisfact. ſem.9. aſſerit, *poſſe quemq; aliunde ſatisfactiones pro peccatis ſuis emendicare non ſuas*: cùm *Deus propter Moſis interceſſionem pepercerit univerſo Iſraeli*:

℞. (1.) Exemplum hoc non eſt *ſatisfactionis*: nuſquam enim legas, *Moſen ſatisfeciſſe pro Iſraele.* (2.) Deus pepercit Iſraeli, non ob *Moſis meritum*, ſed ob *ſui promiſſum*. (3.) Negamus conſequentiam: *Si propter Moſis interceſſionem Deus pepercit Iſraeli ergo ſatisfacere poſſe alios pro aliis.* Cur non, inquit Peltanus? Quaſi non *ipſe* potiùs debeat oſtendere, *cur fiat*, quàm nos, *cur non fiat*. *Cham.* tom.3. Panſtr. l.24. c.9.n.10.11.12.13.

Verſ.18. *Et dixit: Non vox clamandi fortitudinem, & non vox clamandi debilitatem vocem cantãdi ego audiens.*

In textu hoc reperitur (1.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Non vox*, ſcil. *eſt*; &, *ego audiens*, ſubint. *ſum*, h.e. *audio*. (2.) *Paronomaſia*: voces enim, ענות, *clamandi*, & ענות, *cantandi*, ratione *ſoni* uniformes ſunt. (3.) Hebraiſmus: *Non eſt vox clamandi fortitudinem, neque eſt vox clamandi debilitatem*, i.e. *illorum*, qui in bello vel *ob victoriam jubilant*, vel ob *fugam cadéq; ejulant*. Ariæm. in Bibl. p.75. *Vatabl.* in Ann. ad h.l.p. 196. *Glaſſ.* l.5. Phil. ſac. tract.2. cap.2. p.522.

Verſ.20. *Arripiens vitulum, quem fecerant, combuſſit*

bussit & contrivit usq; ad pulverem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel.

Stapletonus in Promptuar. Cathol. par.1. p.482. exinde adstruit, *nihil prorsus peccati in pectore hominis renati remanere debere*; hoc enim fuisse tum indicatum, cum *Moses contrivit vitulum aureum in pulverem minutissimum, & dedit populo ex eo bibere.*

℞. Importuna hæc est *allegoria*, nullum in textu habens fundamentum, ideoque eadem facilitate rejicitur, quâ profertur. *Glass.* l.2. Phil. sac. par.1. tr.2. sect.3. art.6. p.425.

Vers.21. *Dixitq; Moses ad Aaronem: Quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum?*

I. *Magistratui Christiano incumbere curam disciplinæ Ecclesiasticæ*, inde constat, quòd *Moses, dux politicus, Aharonem Episcopum & Sacerdotem de aureo vitulo, & de violata religione, graviter castigavit atq; correxit.*

Bellarminus l. de Cleric. c.30. excipit, *Mosen* non solùm *Principem civilem* totius populi, sed etiam *summum Sacerdotem* fuisse, & *Aarone majorem*, quamvis extraordinariâ potestate.

℞. (1.) Moses non fuit *Sacerdotio* præditus, (nam neque natus, neque factus fuit Sacerdos) sed *Aaron*, Exod.28. v.1. (2.) *Unicus tantum* quovis tempore extitit *summus Sacerdos* in V.T. ad exprimendum typum *Christi*, unici illius in N.T. *ἀρχιερέως*. (3.) Fuisse *Mosen superiorem*, equidem fateor: sed tanquam *Magistratum*, non tanquam *Sacerdotem*; nisi dicere audeat Bellarminus, *Aaronem vicarium fuisse Mosis in munere Sacerdotali.* Fuit igitur *Moses supra Aaronem & reliquos Sacerdotes*, eo jure, quo *summus* debet esse is, qui *Dux est totius populi*, in quo continentur etiam *Sacerdotes*. Sicut primis Ecclesiæ Christianæ temporibus, id est, ante invectam Antichristi tyrannidem, *Magistratus*, putà *Imperatores* primùm, deinde *Reges* in suo quisque regno erant supra Episcopos, etiam *Romanum*, iisque imperabant, & leges dabant. *Gerhard.* tom.6. LL. CC. loc.27. de Magistr. Polit. §.442. p.1243. *Cham.* tom.a. Pan. l.9. c.10.11.15. & tom.5. l.5. c.3. n.5. c.4. n.7.

II. *Flacius Illyricus* contendit, *peccatum esse substantiam*, quòd *vitulus aureus dicatur peccatum.*

℞. (1.) Vitulus aureus non est nec dicitur *peccatum originis*: quid ergo nugatur Flacius de *aureo vitulo* in hac controversia de *peccato originis*? Dicit vitulum aureum esse *ipsammet idololatriam*; dicit vitulum *per essentiam* esse peccatum: sed sine probatione. (2.) Positô, *vitulum aureum dici peccatum*; hoc tamen intelligendum foret per *metonymiam effecti pro causa efficiente. Hesshus.* in Epist. ad Flac. in resp. ad 3. object. & in Antid. contr. eund. fol.68. seq.

Vers.22. *Et dixit Aaron: Ne excandescat nasus Domini mei: Tu nôsti populum hunc, quòd in malo ipse.*

I. Vide-sis (1.) *Hebraismum*: Ne *excandescat nasus Domini mei*, i.e. ne *indigneris mihi Domine*. (2) *Enallagen*; substantivum enim cum præfixo ב, IN. pro adjectivo est: ברע, *in malo*. h.e. *malus*. (3.) *Ellipsin* verbi substantivi: *In malo ipse*, scil. *est*. Ariæm. in Bibl. p.75. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.196. *Glass.* l.3. Phil. sac. tr. 1. can.9. m.2. p.41.

II. *Gretserus* in Colloq. Ratisb. sess.2. p.72. *negat, Aaronem fuisse autorem idololatriæ, sed populum*; cùm *ipse se excuset apud Mosen, & culpam in populum transferat.*

℞. (1.) Frivolum hoc cavillum textus ipse confutat, ostendens diversas causas *vituli aurei*, & *cultus ejusdem* instituti: *populum* quidem, tanquam *causam προκαταρκτικὴν*; *Aaronem* verò tanquam *principalem autorem*; idque tam *Mosis* accusatio, v.21. quàm *ipsius* defensio, v.24. & *Dei ira* adversus Aaronem, *Deut.* 9. v.20. demonstrant. (2.) *Excusationem* Aaron ita instituit, ut in ea *vera* quidem referat, aliqua tamen, quæ ad *se propriè* pertinebant, omittat. Nam quòd *populus Dei flagitârit, Mosen contempserit, inaures attulerit*, verè refert: at quòd *ipse cultum vituli invenerit*, quòd *formam & imaginem stylo depinxerit*, quòd *altare ædificârit*, & *solennitatem proclamarit*, alto involvit silentio. (3.) Nec *argumentum excusationis Aaronicæ* ullius est valoris: Nam si populus iste *pronus est ad malum*, eò magis oportebat Aaronem resistere ipsius cupiditatibus, eumque crebriùs informare, ac potiùs mortem oppetere, quàm idololatriæ crimine se ac totum cœtum polluere. *Rung.* Comment. in c.32. Exod. p.1041. & 1073.

Vers.25. *Et vidit Moses populum, quòd nudatus ipse, nudaverat enim eum Aaron ad infamiam ab insurgentibus eis.*

Observa hoc loco (1.) Metaphorã: *nudare* enim est *palam facere*. (2.) *Ellipsin* tum verbi. *nudatus ipse*, scil. *esset*, tum nominis, *Ab*, subint. *hostibus subeundã*, ut postea evenit ab *Amalekitis*, *Num.*14. v.45. *Ariæm.* in Bibl. p.75. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.196. *Jun.* ibid. p.100.

Vers. 26. *Et stetit Moses in porta castrametationis, & dixit: Quis Domino, ad me? Et congregati sunt ad eum omnes filii Levi.*

I. Moses usurpat (1.) *Enallagen* abstracti, *castrametationis*, pro concreto, *castrorum*. (2.) Aposiopesin: *Quis Domino, ad me*, h.e. *Quis stat à parte Dei, ad me aggregator*. (3.) *Synecdochen generis* pro specie: *Omnes Levitæ*, i.e. *potior Levitarum pars*; nam ex Levitis multi Aaroni in idololatria instituenda adhæserant, ut ex v.29. & *Deut.*33. v.9. conspicitur. Omnes quidem, qui Mosi aggregati fuerunt, *Levitæ* erant, nec alterius tribus; sed non *simpliciter & in universum omnes Levitæ*. Ariæm. in Bibl. p.75. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.197. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.100. *Glass.* l.5. Phil. sac. tract.1. c.14. m.1. p.435.

II. *Bellarminus* l.3. de Eccles. militant. c.16. putat, *tẽpore Aaronis corpus Ecclesiæ Israeliticæ a vera fide nõ defecisse*, cùm *omnes Levitæ immunes fuerint ab idololatria*, eò quòd *Domini fuerint*.

℞. (1.) *Nullos Levitas* in idololatriam illam consensisse, & principi hujus familiæ *Aaroni* subscripsisse, verisimile non est. (2.) Quòd autem *ad Mosen ipsi congregantur*, id arguit, *verâ resipiscentiâ ductos*, ad saniorem mentem rediisse. Negari ergo nullâ specie veritatis potest, *totam visibilem Ecclesiam Israeliticam eo tempore defecisse*, hoc est, *publicum divini cultus exercitium in visibili Ecclesia fuisse idololatriâ corruptum*: Interim tamen servavit sibi Deus *invisibilem Ecclesiam*, in medio idololatrarum cœtu. *Gerhard.* tom.5. LL. CC. loc.25. de Eccles. §.89. p. 727. & 729. *Giesen.* de Papism. disp.11. thes.94. seq.

Vers.27. *Et dixit eis: Sic dixit Dominus Deus Israel: Ponite unusquisque gladium suum super femur suum, & revertimini de porta ad portam in castrametatione, & occidite vir fratrem suũ, & vir socium suum, & vir propinquum suum.*

I. Recurrit huc (1.) *Synecdoche generis* pro specie: Sic *dixit*, h.e. *præcepit*. (2.) *Enallage* numeri: *Vir occidite*, i.e. *singuli occidite*, vel *unusquisq; occidat*. Vatab. & *Jun.* l.c.

II. *Pontificii* quidam statuunt, *Papam & Episcopos licitè posse bella gerere*, quòd *Moses cum Levitis idolorum cultores licitè interemerit.*

℞. Moses fuit *Dux* populi Israelitici, qui potiùs *specialı*, præsertim Dei mandato intercedente, alios

ad vindictam armare. *Gerhard.* tom. 6. LL. CC. loc. 27. de Magiſtr. Polit. §. 398. p. 1185. obj. 1.

III. *Monarchiam in Eccleſia eſſe præſtantiſſimam regiminis formam*, Bellarminus l. 1. de Rom. Pontif. c. 2. probare nititur inde, quòd, *cùm Deus Rempublicam Hebræorum inſtitueriti, in ea Monarcham & ducem conſtituerit Moſen.*

℞. Moſen Deus *extra ordinem* mittebat & movebat, ad *præſentem neceſſitatem*; non verò *ſic conſtitutâ aliquâ formâ Reipublicæ*: legimus enim, poſt Moſen & Joſuam *aliquandiu* non fuiſſe ducem; quo certè ſignificatur, non fuiſſe *ordinarium continuumque Magiſtratum*, quæ noſtra quæſtio eſt. *Cham.* tom. 2. Panſtr. l. 9. c. 8. n. 46. & 50.

IV. *Beza* in libr. de Hæret. puniend. p. 158. docet, *hæreticos à Magiſtratu politico capitaliter eſſe puniendos*, exemplô *Moſis, qui tria hominum millia propter idololatriam vituli, Levitarum operâ, interfici curaverit.*

℞. Exemplum hoc fuit *politiæ Judaicæ peculiare*, juxta peculiarem legem forenſem; nec *latiùs* extendendum: aliàs conſequens fuerit, non in *omnes hæreticos* tam ſeverè animadvertendum, ſed in *aliquos duntaxat*, ſtatuendum eſſe ſeveritatis exemplũ. Moſes n. non interfecit *omnes* idololatras, ſed *quosdam duntaxat*, ut illorum ſuppliciò ſcelus illud expiaretur, reliqui verò iſtâ ſeveritate ab idololatria revocarentur. Quibus ergo parcendum, quibus non, ſi par ſit delictum, ediſſerat nobis Adverſarius. *Bald.* tom. 2. Wittcb. diſp. 6. theſ. 100. & 104. *Gerhard.* tom. 6. LL CC. loc. 27. de Magiſtr. Polit. §. 349. p. 1098. *Thumm.* in tract. de Hæret. non puniend. p. 60. ſeq.

V. *Fridericus Martini.* in append. tract. de Jur. cenſ. p. 520. diſputat, *Lamias, ob ſolam etiam nominis divini abnegationẽ, mortis pœnâ eſſe afficiendas*, quòd ſint *idololatræ, qui mortem mereantur.*

℞. Exemplum *Moſis, idololatras occidentis*, in imitationem trahi non poteſt, alioquin (1.) Sagæ non à *Magiſtratu per carnificem*, ſed *per Sacerdotes* è medio tollendæ eſſent; nam idololatras Levitæ interfecerunt. (2.) *Nec omnes* Idololatras interfecit. Deinde ſint *idololatræ*, num propterea ob *internum hoc crimen* interficiendæ? minimè; cùm & *avari* ſint idololatræ, *Job.* 31. v. 24. *Epheſ.* 5. v. 5. quos tamen Magiſtratus ultimô non afficit ſuppliciò. *Thumm.* tr. de Sagar. impiet. p. 95. ſeq.

VI. *Bellarminus* lib. 1. de Purgat. c. 11. *Purgatorio*, allegat exemplum *Iſraelitarum*, quorum multa millia Moſes juſſit occidi, cum eis remiſſum eſſet peccatum, in adorando vitulo commiſſum; cùm tamen mors illa violenta non potuerit eſſe *paterna caſtigatio*, in remedium peccati futuri, ſed *ſatisfactio aliqualis*, quæ plena eſſe debuerit in Purgatorio.

℞. (1.) Idololatras illos *ob commiſſam idololatriam & ingentem ingratitudinem* occiſos eſſe, certum eſt; incertum verò, *culpam illis dimiſſam eſſe*: nam contumaciâ ſuâ ex aliis peccatis novos ſubinde reatus cõtraxerũt, de quibus 1. *Corinth.* 10. v. 5. (2.) Poſitô, *remiſſa illis fuiſſe peccata, & pœnam reconciliationis inflictam*; quâ arte *ſatisfactiones* tum in hac, tum in altera vita exſculpet Bellarminus? Nam *pœna illa temporalis* non propterea à Deo inflicta fuit, ut *per illam ſatisfactio quædam præſtaretur*; ſed ut *cæteri ab idololatria magis magisq; deterrerentur*. *Eckhard.* part. 1. Pandect. controv. Pontiſ. c. 14. q. 4. obj. rat. 2. p. 635. *Thumm.* de Purg. Pontif. p. 127.

Verſ. 28. *Et fecerunt filij Levi ſecundum verbum Moſis: & cecidit à populo in die illa quaſi tria millia viri.*

Habetur hîc Metaphora: *cadere* enim eſt *interire* ſeu *mori*. (2.) *Enallage* numeri ſingularis pro plurali: *Cecidit tria millia viri*, i. e. *ceciderunt tria millia virorum*. Ariæm. in Bibl. p. 76. *Glaſſ.* lib. 5. Phil. ſac. tract. 1. cap. 12. p. 377.

Verſ. 29. *Et dixit Moſes: Implete manum &c.*

Conſpicitur in verſu hoc (1.) *Enallage* modi imperativi, *implete*, pro indicativo, *implevistis*. (2.) *Metonymia adjuncti* pro *ſubjecto*; nam *manum implere*, eſt pro, *conſecrare ad officium ſanctum*. (3.) *Ellipſis* phraſeos, ex membro præcedente repetendæ: *Quia vir*, ſubint. *implevit manum ſuam*, &c. (4.) Pleonaſmus: *Et ad dandam*, pro, *ad dandam*; ubi ו abundat. *Ariam.* in Bibl. p. 76. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 197. *Glaſſ.* libr. 5. Phil. ſacr. tract. 1. cap 4. m. 6. p. 71.

Verſ. 30. *Et fuit de craſtino, & dixit Moſes &c.*

I. Nota (1.) præpoſitionem מ ſignificare IN: מִמָּחֳרָת, *in craſtino*. (2.) Verbum, *peccâſtis*, eleganter regere nomen ſuum conjugatum, *peccatum*. (3.) Adverbium, אוּלַי, *forte*, non eſſe *dubitantis*, ſed *optantis & bene ſperantis*. Ariæm. in Bibl. p. 76. *Glaſſ.* lib. 3. Phil. ſac. tr. 5. can. 25. m. 1. p. 494.

II. Moſes ſibi *contradicere* videtur: nam *quid opus fuit, ipſum denuo montem aſcendere, & pro populi ſalute Deo ſupplicem fieri*; cum antea dixerit, v. 14. *Deum pœnituiſſe mali, quod facturum ſe decreverat.*

℞. Collatio locorum tollit difficultatem. Suprà decretum erat Deo, *ſubitò totum evertere populum, ſolo conſervato Moſe*, in quo impleret promiſſiones, patribus factas: hujus decreti pœnituit Dominum, Moſis interceſſione placatum. Quia verò dubium non erat, *Deum alio modo vindicaturum ſcelus hoc*; ideo *altera vice* eundem invocandum cenſet, ut omnem indignationem remittat, & pœnas decretas tollat: quomodo Moſes ipſe declarat hoc factum, *Deut.* 9. v. 18. & 19. *Rung.* Comm. in c. 32. Exod. p. 1089.

III. *Pontificii* docent, *hominem fidelem non poſſe eſſe certum de gratia Dei, & remiſſione peccatorum*, cùm *de ea Moſes dubitaverit: Si forte*, inquiens, *expiabo pro peccato veſtro.*

℞. Argumentum à re præſenti eſt prorſus alienum: nam locus hic non agit de *remiſſione peccatorum, & reconciliatione perſonæ cum Deo*; ſed de *abolitione pœnarum temporalium*, quas Deus ſæpe etiam remiſſis peccatis immittit, ut peccantibus ſint commonefactiones de peccati & iræ Dei atrocitate. LXX. Interpp. particulam illam אוּלַי *forte*, prorſus omiſerunt: *Aſcendam ad Dominum, ἵνα ἐξιλάσωμαι, ut expiationem faciam pro peccato veſtro.* Chaldæus מָאִים habet, quod non *fortaſſis* ſolùm, ſed & *utinam* ſignificat, reſpondens Hebræo לוּ, *Job.* 6. v. 2. Itaque non dubitat Moſes de expiatione & remiſſione Dei, de cujus infinita miſericordia certus erat; ſed ſollicitudinem potiùs Iſraelitarum exacuit, gravitatem peccati oſtendit gratiæ divinæ expectatione eos erigit, & ſimul rem à ſe ſperatam ſeriò optat. *Rung.* l. c. p. 1093. ſeq. *Oſiand.* in Enchir. Controv. Papiſt. c. 11. q. 2. obj. 10. p. 125. *Glaſſ.* l. 3. Phil. ſac. tract. 5. can. 25. m. 1. p. 494.

Verſ. 32. *Et nunc ſi auferes peccatum &c.*

Ecce (1.) *Ellipſin*: Oratio enim hæc, *Si auferes peccatum eorum*, defectiva eſt, in qua ſubaudienda, *Quanta apparebit miſericordia tua?* (2.) Metaphoram: *Dele me nunc de libro tuo, quem ſcripſiſti*, h. e. *ne habeas me in tuorum numero, quos ad ſalutem prædeſtinaſti*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 197. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 100.

I. *Huberus* in Brev. Confut. p. 17. ſtatuit, *electos ad vitam æternam gratiâ Dei penitus excidere, & æter-*

num

num perire poſſe; quòd *Moſes*, *ad vitam æternam electus*, *petat à Deo*, *de libro vitæ ſe deleri*, *ſi non dimittat Deus populo Iſraelitico culpam admiſſam.*

℞. Moſes petit *ex libro vitæ æternæ deleri*, non *ἁπλῶς & abſolutè*, ſed *κατά τι*, *& cum conditione* ſubintellectâ, *ſi fieri poſſit, atq; ita fieri fas ſit*, ſe promtú ac paratum eſſe, vel propriæ ſuæ ſalutis jacturâ ac diſpendiô, damnationem Judæorum redimere: ſiquidem ejusmodi vota ſemper præſupponunt præſupponenda, *ſi* nimirum *id illaſâ voluntate Dei fieri poſſit*; quemadmodum & ipſe Salvator orat, *ſi fieri poteſt*, transeat calix iſte à me, *Matth.* 26.v.39. jam verò, ut ex *hypotheticis* nihil certi concluditur, ita ex hac precatione, *electos è libro vitæ deleri poſſe*, neutiquam obtinetur.

Segvvurtius in tract. de Libr. vit. p. 76. regerit, *ſi prorſus impoſſibile, ut in librum vitæ inſcriptus deleretur, Moſen ſui deletionem non petiiſſe*: nam *quis poteſt deletionem petere, quam ſcivit eſſe impoſſibilem?*

℞. Non eſt abſurdum, *petiiſſe id Moſen*, quod *fieri non poterat*, videlicet ut Deus *innocentem* de libro vitæ deleret: idipſum enim petiit *ſub conditione*. Qua in re ſi quid deliquit, nimiô gloriæ divinæ, & ſalutis confratrum amore deliquit; ſiquidem nihil aliud intendit, quàm Dei gloriam, & populi ſui ſalutem. *Balduin.* diſput. 11. pro Aureolo Viſitationis Miſnicæ libro, theſ. 104. *Gerhard.* tom. 2. LL. CC. loc. 10. de Elect. §. 41. p. 193. ſeq. *Hutter.* in LL. CC. art. de Prædeſt. Contr. 8 ſpecial. q. 6. p. 810. ſeq. *Meiſner.* Dec. 2. Anthrop. ſac. diſp. 5. q. 6 theſ. 2. & 16. *Broch.* tom. 1. Syſt. Theol. art. de Prædeſt. c. 3. q. 11. p. 694. & 696.

III. *Legem Dei in hac vita ab homine perfectè ſervari, imò etiam plus præſtari poſſe, quàm Lex efflagitat*, Pontificii nonnulli exemplô *Moſis* ſtabilire conantur, quippe *qui populum ſuum plus dilexerit, quàm ſemetipſum, optans pro eo è libro vitæ deleri.*

℞. Moſen *dilectione hac legem Dei perfectè* ſervâſſe, aut *aliquid feciſſe ſupra legem*, negamus. Nam *uno aliquo actu* lex Dei non impletur, ſed requiritur *perpetua, & ad vitæ uſque finem continuata, nulloq; temporis momentô interrupta perfecta legis obſervatio*, h. e. dilectio non *proximi* ſolummodo, ſed inprimis *Dei*. Imò nec *hujus nec illius duntaxat proximi*, ſed *omnium omninò hominum*, etiam *genere & gente alienorum*, quin & *inimicorum*, uti Chriſtus docet, *Matth.* 5. v. 44. Quamvis ergo votum Moſis fuerit *ſingularis quidam impetus Spiritus Sancti planè heroicus*, quòd propriô exitiô populi ſui interitum avertere minimè recuſabat; tamen quia *ſolius proximi dilectio* non eſt *totius legis impletio* (ſiquidem ad hanc etiam *Dei dilectio principaliter* requiritur) & impetus ille heroicus *non omni tempore* pariter in eo ſervebat, nec ad *omnes*, ut lex poſtulat, ſed ad *certos quosdam*, eosque *cognatos ſecundùm carnem*, dirigebatur: idcirco ex *unico hoc actu* aſtruere non licet, quòd *univerſam legem plenariâ obſervatione* Moſes compleverit. *Hunn.* tom. 1. oper. Lat. p. 56.

Verſ. 33. *Et dixit Dominus ad Moſen*: *Quis qui peccavit mihi, delebo eum è libro meo.*

I. In verſu hoc reperitur (1.) Apoſiopeſis: *Quis* &c. verba ſunt *indignantis*. (2.) *Ἀνϑρωποπάϑεια*: *Deus* enim *delere* dicitur *è libro viventium*, cum *homines inter ſalvandos non cenſet*, Pſal. 69. v. 29. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 100. *Glaſſ.* lib. 5. Phil. ſac. tract. 1. cap. 7. p. 134.

II. *Hubertus* l. c. inſtat, *poſſibile eſſe, ut electi ex libro vitæ expungantur, cùm ſine conditione Deus pronunciet, ſe de libro vitæ eum deleturum eſſe, qui peccet.*

℞. In hac Dei reſponſione eandem hypotheſin, *ſi fieri poſſit*, ſubintelligi oportet. Prout enim Moſes petierat, ita reſpondit Dominus: *Illum delebo, qui peccaverit*, nempe *ſi fieri poſſit*, ut inſcripti & electi *finaliter* peccent. Non ſecus atque *Matth.* 24. v. 24. legitur: *Pſeudoprophetæ dabunt ſigna magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur etiam electi*, ſed *εἰ δυνατόν, ſi fieri poſſit*. Pari modo Deus dicit, *ſe deleturum inſcriptos non niſi peccantes*, nempe, *ſi poſſibile ſit, ut peccent, & in impœnitentia decedant.* Meiſn. l. ſuprà d. theſ. 17.

Verſ. 34. *Et nunc vade, duc populum, ad quod locutus ſum tibi: ecce, Angelus meus ibit ante te, & in die viſitandi me, & viſitabo ſuper eos peccatum eorum.*

I. Occurrit nunc (1.) *Synecdoche generis* pro ſpecie: nam *Chriſtus κατ᾽ ἐξοχὴν* vocatur *Angelus Domini*. (2.) *Idiotiſmus Hebræorum*, quia ſubſtantivum poſt ſe regit verbum infinitum, tanquam nomen genitivi caſus: *In die viſitandi me*, q. d. *in die viſitationis meæ*, ſeu *quâ viſitabo*. (3.) *Ἀνϑρωποπάϑεια*: Siquidem *viſitatione Dei* denotatur *realis exhibitio ſupplicii divini*. Ariæm. in Bibl. p. 76. Conf. *Glaſſ.* l. 3. Phil. ſac. tract. 1. can. 31. n. 3. p. 115. lib. 5. tract. 1. cap. 7. p. 144. & cap. 14. m. 2. p. 441.

II. *Cotonus* lib. 4. Inſtit. c. 3. contendit, *remiſſâ culpâ remanere pœnam temporariam*; *ſatisfactoriis hominum operibus expiandam*; cùm *Deus, condonatô populi ſui peccatô idololatriæ*, *ad preces & flagitationem Moſis, nihilominus minetur, ſe illud ſuo tempore puniturum* &c.

℞. (1.) Unde didicit Cotonus, *condonatum fuiſſe hoc peccatum*? nam nihil eſt in præcedentibus, quod redoleat *remiſſionem*, niſi fortè, quod Deus non ſtatim deleverit populum, ut erat minatus. Sed propterea audit longanimis, quòd iram differat multo tẽpore, peccatores tolerans. (2.) Sed concedamus, *peccatum populo fuiſſe condonatum, Deumque ipſi pœnam immiſſurum*, annum ea *ſatisfactoriis hominum operibus* fuiſſet expianda? hoc certè Deus iſtis verbis non docet, ſed iſtud, *prolapſuros poſtmodum Iſraelitas in varia peccata, etiam juſtas peccati ſæpius iterati pœnas daturos*, Numer. 14. v. 20. 21. 22. (3.) *Diem viſitationis* ſive *ultionis de pœnis ſatisfactoriis* durum eſt ac violentum interpretari. Itaque Carthuſianus: *in die ultionis, h. e. extremi judicii, in quo fiet ultio conſummata ac generalis univerſæ iniquitatis, interim nõ vindicata plenariè.* Quod ſi eſt, quid ad *pœnas poſt remiſſam culpam*? *Brochm.* ſyſt. 2. Theol. art. de pœnitent. c. 2. p. 23. p. 369. *Cham.* tom. 3. Panſtr. l. 23. c. 3. n. 2. 3. 4.

II. Quidam *Judæorum*, ne concedere cogantur, *ſe ob propria peccata tam diuturnum exilium perpeti*, fingunt, *ſe cultum vituli, olim in deſerto patratum, adhuc hodie luere ſuô exiliô*, quippe *quod Deus hic minetur.*

℞. Hoc coram ſano quovis nimis frivolum eſt. Nam (1.) ſi id peccatum impediret, adhuc ipſorum reductionem in terram patriam, multò magis id intercepiſſet *ingreſſum eorum primum in Palæſtinam*, qui paulò pòſt ad illud peccatum ſubſequebatur. (2.) Cùm illud peccatum patraretur in deſerto, promiſſiones illæ *Deut.* 4. v. 29. ſeqq. *Jerem.* 3. v. 12. ſeqq. *Pſal.* 81. v. 14. ſeqq. nondum factæ erant; itaque per *iſtud* non potuerunt impediri aut ceſſari. (3.) Multò graviora crimina commiſerunt Judæi, quàm *adorationem vituli*, ante captivitatem Babylonicam, & tamen illa haudquaquam *tam diuturnô*, ſed ſaltem 70. annorum exiliô vindicabantur, additis inſuper continuis conſolationibus Prophetarum, eorumq;

mira-

miraculis, insuper coram facie ipsorum etiamdum eminentibus Principibus ex domo David, ex quorum prosapia Messiam sperare poterant. *Gibel.* in Explic. v.16.c.33. Jerem.p.210.seq.

CAP. XXXIII. ỷ 2. *Et mittam ante te Angelum & ejiciam ante te Chananaum, Amorrhaum, & Chitaum, Pheresaum, &c.*

In textu hoc Deus utitur (1.) *Apostrophe* ad *populum*, ut ostendunt verba sequentis versus. (2.) *Synecdoche generis* pro specie: per *Angelum* enim κατ' ἐξοχὴν notat *Christum*. (2.) *Enallage* numeri singularis, *Chananaum, Amorrhaum* &c. pro plurali, *Chananaos, Amorrhaos,* &c. *Jun.* in Not. ad h.l.p. 100. *Glass.* lib. 5. Phil. sacr. tract. 1. cap. 14. m. 2. p. 441.

Vers. 3. *Ad terram fluentem lacte & melle, quia non ascendam in medio tui, nam populus durus cervice tu, ne fortè consumam te in via.*

I. Ecce (1.) *Hyperbolen*; terra enim *fluens lacte & melle*, est *abundans quibusvis rebus optimis & suavissimis.* Nam *synecdochicè* per *lac* intelliguntur *res optima*, & per *mel* res *delicatissima*. (2.) Ἀνθρωποπάθειαν: *Deum* enim *ascendere cum populo*, est, *signo adspectabili eum ducere*, aut *inter eum visibiliter residere*. (3.) Metaphoram: *Durus cervice*, h. e. *contumax & protervus*, velut *equus indomitus*, qui cervice freno reluctatur. (4.) *Enallagen*: Hebræis frequentatam, quâ pronomen demonstrativum, nomini subjunctum, ponitur locô verbi substantivi: *Durus cervice tu*, i.e. *durus cervice es*. Ariæm. in Bibl. p. 76. *Vatabl.* in Annot. ad h.l.p. 198. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 100. *Glass.* lib. 5. Philol. sac. tract. 1. cap. 11. p. 311. & cap. 15. m. 3. p. 448.

II. *Osiander* in disp. de Omnipræs. thes. 11. putat, *præsentiam Dei apud creaturas per solam ejus adessentiam, & non simul per operationem, definiendam esse*; quòd *Deus præsens fuerit populo in deserto, nec tamen cum ipso in Palæstinam adscendere voluerit.*

℞. Nequaquam hic Jehovah loquitur de præsentia *nuda, & modo experte*, sed *modificatâ*, h.e. cum operatione semper cōjunctâ. Sensus enim est: *Non ascendam tecum*, i.e. *non ero ductor vel comes itineris tui per meipsum*, prout loquitur *Lyra* sup. Exod. 33. cum quo exactè convenit D. *Brentius*. tom. 1. sup. eund. loc. p. 575. scribens: *Non ampliùs adero vobiscum, non ero ductor vester, Angelus meus non tuebitur vos.* Ut ergò hîc non negatur *universalis adessentia, & universalis operatio conservatrix* (quâ negatâ & demtâ, Israelitæ ne quidem ad momentum consistere & vivere potuissent) ita negatur præsentia & operatio *specialis*. *Theol. Saxon.* in Decis. 4. qst. pag. 14. & in ejusd. Apolog. sect. 3. c. 3. p. 477. *Feuverb.* in Κρυπτογραφ. sect. 7. c. 2. th. 10. p. 21. seq.

Vers. 5. *Et dixit Dominus ad Mosen: Dic ad filios Israël: Vos populus duri cervice; momento uno ascendam, in medium tui, & consumam te: & nunc fac descendere ornatum tuum suprà te, & sciam, quid faciam tibi.*

Nota hoc loco (1.) *Enallagen temporis* præteriti pro plusquamperfecto: *Et dixit*, h.e. *jam enim dixerat*, ut ex contextu patet. (2.) Metaphoram: *durities* namque *cervicis* significat *mentis rigorem & pervicaciam*. (3.) *Synecdochen speciei* pro genere: *ascendere* enim sumitur pro *venire*. (4.) Hebraismum: *Ascendam & consumam te*, h.e. *ascendere & consumere te deberem*, vi justitiæ meæ; ubi Deus de *se* loquitur, quòd aliquid *agat*, i.e. *agere debeat*. (5.) Ἀνθρωποπάθειαν: Et *sciam*, h.e. ratione habitâ *resipiscentia tua* certius aliquid statuam, nempe ex misericordia te servabo, si pœnitentiam seriò egeris. *Vatabl.* in Annot. ad h.l.p. 198. *Jun.* ibid. p. 101. *Glass.* lib. 4. Philol. sacr. tract. 3. can. 6. p. 247. & can. 46. m. 1. p. 369. lib. 5. cap. 11. p. 311.

Vers. 11. *Et loquebatur Dominus ad Mosen facie ad faciem, quemadmodum loquitur vir ad amicum suum &c.*

I. Vide-sis (1.) *Hebraismum*: nam *loqui facie ad faciem*, de *familiaritate colloquii* intelligitur. (2.) *Enallagen temporis* futuri, *loquetur*, pro præsenti, *loquitur*, seu *loqui solet*. (3.) Μείωσιν: *Jehosua* enim dicitur *puer*, i.e. *famulus*, qui tùm quasi 53. annos natus erat. *Ariam.* in Bibl. p. 76. *Vatabl.* in Annot. ad h.l.p. 198. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 101.

II. Moses sibi *contradicere* videtur: *hic* enim asserit, ad se loquutum esse Dominum *à facie ad faciē*; id quod negat v. 20.

℞. Neutrobique est pugna: nam v. 11. per *Hebraismum* notatur *familiarissimum cum Deo colloquiū*, seu *communicatio consiliorum divinorum uberrima*, coram facta; at v. 20. notatur *intuitus essentia divina*, qui nemini mortalium concessus est. *Pezel.* par. 1. arg. & respons. Theol. art. de Deo, arg. 4. p. 60. & 62. *Balduin.* in Comm. 1. Corinth. 13. par. 3. quæst. 4. p. 71.

Vers. 13. *Et nunc si quasò inveni gratiam in oculis tuis, scire fac me nunc viam tuam, & sciam te, ut inveniam gratiam in oculis tuis, & vide, quia populus tuus gens hac.*

Est hîc (1.) Hebraismus: *Inveni gratiam in oculis tuis*, h.e. *gratus & acceptus tibi sum*. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: *via* enim notat *singularem Dei actionem & modum*. (3.) Metaphora: *Vide*, i.e. *considera*. (4.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Populus tuus*, scil. *est*, Ariæm. in Bibl. p. 76. *Vatabl.* in Annot. ad h.l.p. 199. *Jun.* in Not. ad h.l.p. 101. *Glass.* lib. 5. Phil. sac. tract. 1. cap. 7. p. 185.

Vers. 19. *Et dixit: Ego transire faciam omne bonum meum super faciem tuas, & vocabo in nomine, Dominus, coram te: & gratiosus ero, cui gratiosus fuero, & miserebor, cujus misertus fuero.*

I. In versu hoc reperitur (1.) *Synecdoche generis* pro specie: *Omne bonum*, i.e. *gloriam*, v. 18. & 22. (2.) Hebraismus: *In nomine*, h.e. *nominatim*. Vatabl. in Annot. ad h.l.p. 199. *Jun.* ibid. p. 101.

II. *Costerus* in Enchir. c. 14. propos. 2. pro adstruendo *divinitatis speculo*, h.e. ut probet, *in Deo sanctos cognoscere omnia*, inquit, *Dominum Mosi exhibiturum essentiam suam contemplandam, dixisse, se ipsi ostensurum omne bonum*, i.e. *quicquid aliquomodo nomen & rationem boni habere potest, id omne in sua essentia, quam visurus sit Moses, eidem se ostensurum.* Quòd si *sancti in hac vita Dei essentiam, & in ea omne bonum vident; multò magis Sancti in vita aterna divinam essentiam, & in ea omnia vident.*

℞. (1.) Mosen *ipsam Dei essentiam*, vel *in ipsa Dei essentia omne bonum vidisse*, textus non dicit, sed potiùs contradicit. Moses quidem petit v. 18. *ostende mihi gloriam tuam*; sed Dominus ipsi respondet v. 20. *non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo, & vivet.* (2.) In Hebræo est, *ego transire faciam omne bonum MEUM super faciem tuam, & prædicabo in nomine Domini coram te*, i.e. revelabo me tibi in verbo, ut *auribus* potiùs voluntatem meam percipias, quàm *oculis* gloriam & majestatem divinæ meæ essentiæ cognoscas. Non igitur, ut *Costerus*, quicquid aliquo modo nomen & rationem boni habere potest, id omne in mea essentia, quam es visurus, ostendam tibi. (3.) *Chaldæus Paraphrastes* bonum illud interpretatur *gloriam Dei*, quam videre

Moses

Moſes poſtulabat. Non igitur *omnem creaturarum bonitatem*, non quicquid *creatum* eſt, non denique quicquid ab *hominibus* vel cogitatur. (4.) Si, qui vident omne bonum Dei, ſciunt omnia, ergo Moſes etiam *viventi* omnia ſciviſſet; quod falſum: nam *ſciſſe Moſen omnia in terris poſitum*, auſitne Adverſarius contendere ? (5.) Si vel maximè concederetur, Moſen hoc loco *Dei eſſentiam, & in ea omnia omnino vidiſſe*, non tamen poſſet ex eo inferri, quod Sancti *ordinariè* in Deo omnia videant, quia revelatio *ſingularis & extraordinaria* non parit regulam *generalem*, nec confirmat viſionem Sanctorum *ordinariam*. *Gerhard.* tom.8. LL.CC. loc. 29. de Mort. §. 325. p. 625. ſeq. *Cham.* tom.2. Panſtr. l.8. c.8. n.8. & 9. l.16. c.9. n.8.

III. *Lyranus* in c.33. Exod. in eam videtur concedere ſententiam, quod *Moſes divinam eſſentiam etiam in hac vita viderit*, quia Moſi promiſerat Dominus, *ſe ipſi oſtenſurum omne ſuum bonum*, i.e. *ſeipſum*.

℞. Verba hæc de manifeſtatione *Meſſia*, qui eſt *Dei gloria*, Hebr. 1. v.3. & *omne Dei bonum*, quique ſe Moſi ibidem manifeſtavit, intelligi commodè poſſunt, cujus complementum ſequitur v.22. videlicet *Meſſiam* coram Moſe, in petra ſtante, tranſiiſſe. *Gerhard.* tom.8. LL.CC. loc.29. de mort. §.325. p. 625. ſeq. & tom.9. loc.34. de vit. ætern. §.134. p.979. ſeq.

IV. Moſes Syracidi *contrariari* videtur: *ille* enim inter miſerandos diſtinguit, quaſi *Deus non omnes ſuâ miſericordiâ dignari velit*; at *hic* c.17. v.12. pronunciat, *miſerationem Dei extendere ſe ſuper omnem carnem*.

℞. Nulla eſt pugna, neque inter miſerandos diſtinguit Deus, quaſi *non omnium miſereri velit*, & ſic *ipſemet à ſua miſericordia quoſdam excludat*; hoc enim ſimpliciter pugnaret quoque cum *Apoſtolo*, Rom.9. v.32. Sed hoc teſtatum voluit Deus, (1.) ſe *verè atque ex animo* curare miſeros; quorum miſeratur omnium: (2.) ſe alicui *certæ genti ita non eſſe alligatum*, ut non aliorum etiam hominum miſericordiâ tangatur: (3.) non pro *humanorum meritorũ reſpectu*, ſed *merâ, eaque liberrimâ ſuâ voluntate* ſe moveri, ut mortalium miſereatur: (4.) ſe *eorum miſereri*, qui gratiam fide, per verbum operatione Spiritus ſancti excitatâ, apprehendunt; *reliquis* à perfruitione miſericordiæ propter incredulitatem excluſis & exciſis. *Hutter.* in LL.CC. Theol. p.792. *Reinecc.* tom.3. Panopl. p.8. ſeq. *Walther.* in harm. Script. p.177.

V. Controverſias *cæteras*, h.l. occurrentes, vide infrà in *Vindic. Rom.* 9. v.15. diremtas.

Verſ.20. *Rurſumq́; ait: Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & vivet.*

I. Uſurpat Deus (1.) Ἀνθρωποπάθειαν: *facies Dei* enim ſignificat *imperſcrutabilem Dei eſſentiam & majeſtatem, ejusq́; manifeſtationem*. (2.) *Ellipſin* conjunctionis conditionalis SI: *videbit me*, pro, *ſi videbit*. (3.) *Hypallagen*: ſiquidem negativum adverbium, לא, NON, *priori* præpoſitionis connexæ membro additur, *Non videbit me homo*, cum deberet poſteriori, *Non vivet*, Vatabl. in Annot. ad h.l. p.199. *Glaſſ.* l.3. Phil. ſac. tract.5. can.23. p.492. & lib.5. tract. 1. cap.7. p.103.

II. *Armeni* negant, *beatos in vita æterna clarè & intuitivè ipſam Dei eſſentiam eſſe viſuros*, quòd *ipſe Deus neget, hominem ſe eſſe viſurum*.

℞. Loquitur textus de viſione divinæ eſſentiæ & majeſtatis *in hac vita*, quam infirmitas naturæ noſtræ non poſſet ferre. Neque enim *abſolutè* & *ſimpliciter* dicit Jehovah, *non videbit me homo*, ſed addit conditionem, *& vivet*, h.e. *in ſtatu hujus vitæ* nec mens, nec oculi humani meam gloriam, & majeſtatem videre poſſunt. *Gerhard.* tom.9. LL.CC. loc.34. de Vit. ætern. §.141. p.991.

III. *Enjedinus* in Explic. locor. V. & N.T. contendit, *iſtum, qui* Exod.3. v.2. & 4. *Moſi apparuit & locutus eſt, in ſua eſſentia fuiſſe Angelum & creaturam*, quòd *fuerit viſus & auditus à Moſe, Deus verò non poſſit in hac vita videri*.

℞. Concedimus, *eſſentiam divinam* in *hac vita* videri non poſſe: quo verò non ſtatim ſequitur; quòd in *ſpecie aſſumta* videri nequeat. Eodem modo de *Angelis* inferre poſſem: Nemo *corporeis oculis* eſſentiam Angeli videre poteſt, eſt enim Spiritus, ergo *nullo modo* videri poteſt. At vana eſt hæc conſequentia: poteſt enim Angelus videri in *aſſumta ſpecie*. Sic *Spiritum Sanctum* nemo unquam in *eſſentia ſua* videre potuit; potuit tamen eum videre Johannes in *ſpecie columbæ*. Matth.3. v.16. eundēque viderunt Apoſtoli in *ſpecie linguæ diſſectæ*, Act. 2. v.3. *Jacob. Martin.* l.2. de trib. Eloh. c.20. p.168. & 172.

IV. Circa A.C. 146. *Valentinus* Romæ docuit, *plures uno eſſe Deos, quorum alter ſit autor & cauſa mortis*, cùm *nemo viderit faciem ejus, quin mortuus fuerit*. referentibus *Magdeburgenſibus*, Cent.2. hiſt. Eccleſ. c.5. p.85. lin.27. ſeqq.

℞. Concedo quidem, *Deum* eſſe cauſam mortis *punientem*. mors ſiquidem à Deo eſt, ut à *juſtiſſimo judice*, morte hominem peccantem puniente, *Gen.* 2. v.17.

Inde tamen *plures uno Deos eſſe* haud conſequitur. *Meyfart.* LL. Theol. loc.29. c.2. quæſt.1.

Verſ.23. *Et removebo volam meam, & videbis poſteriora mea, & facies mea non videbuntur.*

I. Ἀνθρωποπάθεια eſt: tum quia *manus* ſeu *vola* de Deo humanitus dicitur, & notatur *ejus potentia*, in *miraculoſa operatione ſe exerens*: tum quia *facies Dei* ſignificat *ipſiſſimã Dei majeſtatẽ retectã*, cui *poſteriora Dei*, ſeu, *quæ à tergo ſunt*, opponũtur, atq; ea Moſen viſurũ promittitur, iisq; *aliqua gloria divina imago*, revelatione cœleſti in hac vita oſtenſa, intelligitur; ſicut quis hominẽ *ex tergo*, & ſic *imperfectè*, nõ autẽ *perfectè & clarè è facie* agnoſcit. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.199. *Jun.* ibid. p.101. *Glaſſ.* lib.5. Phil. ſacr. tract. 1. c.7. p.103.

II. Sentiunt quidam, *proprietates Dei ipsâ eſſentiâ divinâ eſſe poſteriores*, eò, quòd *Deus Moſi deneget videri faciem ſuam, poſteriora autem ſua videri annuat*: ubi, inquiunt, *facies Dei* notat *ipſam Dei eſſentiam*; *poſteriora* autem *Dei* notant *particulam Majeſtatis & gloriæ divinæ*, quæ eſt *proprietas Dei*.

℞. Vocabula hæc, *facies Dei*, & *poſteriora Dei* non κυρίως, ſed ἀνθρωποπαθῶς, intelliguntur. *Facies* igitur Dei notat *ipſam Dei eſſentiam retectam*, & involucris atque imaginibus *haud obtectam*; uti ex ipſo contextu, imprimis autem ex verſ.20. apparet, hoc eſt, quâ Deus *à priori* cognoſcitur. *Poſteriora* autem *Dei* ſignificant

imper-

imperfectam gloriæ divinæ imaginem, in qua Deus non *à priori*, sed à *posteriori* cognoscitur. Quare *visio Dei* hic συγκεχυμένως accipitur, notitiaq; ei confertur, quâ quis hominem *ex dorso* tantùm, non autem de *facie* cognoscit. Siquidem *visio faciei* opponitur *visioni posteriorum* Dei: *illa* est intuitiva, *hæc* verò symbolica: per *illam* Deus cognoscitur *immediatè*, absq; specie, per *hanc* verò cognoscitur *mediatè*, interveniente specie sive imagine: *illam* Deus Mosi hic renunciat, *hanc* verò eidem denunciat. Sensus igitur est, quòd homo in hac vita *essentiam Dei invisibilem & majestatem imperscrutabilem oculis* corporalibus non possit contemplari *nudam* (quia infirmitas humana ejus capax non sit) sed necessum esse, ut videat eam *specie tectam, & involucris quasi obvolutam*. Si enim Israelitæ non poterant oculos intendere in faciem Mosis, propter gloriam vultûs ejus, quæ erat mutabilis & variabilis, Exod. 34. v. 33. 2. Corinth. 3. v. 7. quantò minus homo in hac vita *majestatem Dei fulgidam & infinitam* oculis corporeis intueri poterit? Non igitur ex loco præsenti inferri potest, *idiomata Dei essentiâ ejus esse posteriora*; sed comparantur *inter se* cognitio Dei *aperta* sive nuda, & *operta* sive velamine tecta: *illa*, tanquam impossibilis, homini detrahitur; *hæc* verò, tanquam salutaris, homini promittitur. *Matthi. Dithmars.* in Colleg. exerc. Theol. Antiphotin. dec. 1. exerc. 8. thes. 56. seqq.

III. Pro *speculo Trinitatis* nonnulli ex Pontificiis allegant hæc Dei verba, *videbis tergum, seu posteriora mea*, quasi *Moses in Deo visurus esset cætera omnia, quæ in ipso sunt*; atq; inde concludunt *idem ipsum de Sanctis defunctis*.

℞. (1.) Per *Dei tergum*, essentia Dei non *absoluta*, sed *relata* intelligitur, quæ Mosi videnda & cognoscenda promittitur; veluti modò dictum est. (2.) Sed ponamus, Mosen vidisse *absolutam & apertam Dei essentiam, & in ea omnes creaturas*; à *particulari* tamen revelatione *hujus vitæ* ad *universalem* cognitionem *Sanctorum* in *altera vita*, eorumque *religiosum cultum*, non licet constituere regulam, cum imprimis Deus non *rerum omnium*, sed *tergi sui*, quod conspiciendum exhibiturus sit, faciat mentionem *Thumm.* in Ἀποδείξ. Theol. de Sanct. honorand. non-invoc. p. 67.

CAP. XXXIV. v. 6. *Et transivit Dominus super facies ejus, & clamavit. Dominus, Dominus, Deus, misericors, & clemens, longus naribus, & multus misericordiâ & veritate.*

I. Ecce (1.) Epizeuxin: *Dominus, Dominus*; ubi vox *Dominus* emphaticè iteratur. (2.) Ἀνθρωποπάθειαν: Deus enim *longus naribus* humanitus dicitur, h. e. *longanimis*, *tardus ad iram*; siquidem אַפַּיִם significat *iram*, quippe quæ in *naribus* potissimùm apparet, ex vehementiore spiratione. *Dieter.* Instit. Rhetor. lib. 1. cap. 15. p. 91. *Glass.* 5. Philol. sacr. tract. 1. cap. 7. p. 120.

II. *Vorstius* tract. de Deo & attrib. divin. p. 209. scribit, nō omnino verum esse, quòd *nullum omnino accidens in Deo sit*; cum *Deo tribuatur misericordia*, quæ utiq; *affectus & accidens* sit.

℞. *Misericordia Dei* non *aliquem subitaneum affectum* indicat, putà *compassionem cordis ob alterius miseriam contristati*, qualis in hominum animis existit; sed *promptam voluntatem, miseriam alterius sublevandi*, quæ verè & realiter in Deo, quàm in nobis. *Hunn.* tom. 1. oper. Lat. p. 87. in Exeg. loc. 2. de Nat. Dei & attrib. divin. §. 222. p. 851.

III. *Ostorrodius* in instit. relig. Christ. c. 36. ut neget, *opus fuisse satisfactione Christi pro peccatis hominum*, contendit, *Deum non statim succensuisse generi humano ob lapsum Adæ, cum ipse tardus sit ad iram*.

℞. Est fallacia ὁμωνυμίας in vocabulo *ira*: nam vel notat *ipsam ultionem*, quæ actu infligitur, ut *Matth.* 3. v. 7. *Rom.* 2. v. 5. 1. *Thess.* 1. v. 10. vel *justam Dei indignationem* adversus peccata & peccatores, quam pœna tandem insequitur. ut *Psalm.* 6. v. 2. *Johan.* 3. v. ult. *Ephes.* 2. v. 3. jam, cùm *Deus ad iram tardus* dicitur, vox hæc in *priori*, non *posteriori* significatu accipitur. Non autem inde sequitur, *Deum peccata non odisse*, aut *peccatoribus non indignari*. Significatio enim una non tollit alteram. Licèt tardus sit Deus ad pœnam, semper tamen odio habet impium & ejus impietatem: & licèt peccata non statim puniat, iis tamen semper succenset. Magistratus etiam differre potest supplicium & executionem, interim nil decedit iræ ejus, & justæ indignationi. *Meisner.* dec. 3. Anthrop. sacr. disp. 6. thes. 82.

IV. *Socinus* par. 3. de Christ. Servat. c. 1. p. 222. docet, *misericordiam*, quâ Deus miseretur hominum; & *justitiam*, quâ Deus punit peccatores; non esse *Dei proprietates essentiales*, sed esse *effectus liberæ voluntatis in Deo*: cùm *Deo inæqualiter insint*, quia *misericordia* Dei emineat longissimè supra ejus *justitiam*; at *proprietates* Deo haud insint *inæqualiter*.

℞. (1.) Est ὁμωνυμία in voce *inæqualiter*, quæ vel *contrarietatem* aliquam notat; quo respectu verum est, *proprietates Deo non inesse inæqualiter*: vel opponitur *identitati*, & tunc falsum est, *proprietates Deo non inesse inæqualiter*. Etsi enim proprietates in Deo intra *ὅρους Dei absolutissimā* sunt simplicissimum quiddam ταὐτὸ, & cum ipsa essentia simplicissimè convertuntur: tamen quoad *modum prædicandi* non admittunt *identitatem*, ut dicere fas sit, *misericordiā Dei esse omnipotentiam Dei, justitiā Dei esse æternitatem vel sapientiam Dei*; sed ut *distinctam prædicandi rationem* sortiuntur, ita *inæqualitatem* aliquam obtinent, non quidem ratione *essentiæ*, sed ratione tantùm *prædicationis*. Unde fit, ut si proprietates hæ postmodum in *actum* erumpant, non fas sit, quidvis de quovis prædicare; sed uti proprietates ipsæ *in se* sunt distinctæ, ita distinctè etiam de *effectu* illis prædicentur. Et hæc ipsa causa est, propter quā *creationis effectus* non *justitiæ*, sed *omnipotētiæ divinæ*: *salvationis opus* nō *æternitati*, sed *misericordiæ*: *damnationis* ἔργον nō *misericordiæ*, sed *justitiæ divinæ* adscribitur. 2.) Negamus, misericordiam & justitiam Deo *inæqualiter*, & unam *magis*, alteram *minus* inesse: nam quando Deus promptior dicitur ad misericordiam, quàm ad justitiam, ibi non considerantur *misericordia & justitia*, quatenus *Deo insunt*, h. e. quatenus *essentiales sunt Dei proprietates*, sed quatenus sunt *actus justitiæ & misericordiæ*, *in objectis foras se prodentes*, adeò ut sensus dicti sit, malle Deum misericordiam, quàm justitiam vindicatricem *exercere*, h. e. ipsum proniorem esse ad *miserendum*, quàm ad *puniendū*: Unde tamen ad extruendam vel *majoritatem* vel *minoritatem* in ipsis proprietatibus, secundū *naturam* suam,

suam, & in complexu *essentia divina*, *in se & per se* consideratis, non valet consequentia. Nam *actus illi* sive *executiones* proprietatum divinarum, uti sunt liberrimæ voluntatis, ita *inæqualitatem* etiam sortiri possunt, salva interim *essentia divina* & *singularum proprietatum* manente æqualitate. *Hutter.* LL. Theol. art. 13. de justif. controv. 1. spec. p. 405. *Brochm.* tom. 1. System. Theol. art. de Christo Servat. sect. 12. q. 5 p. 876. & 881.

Vers. 7. *Servans misericordiam millibus, portans iniquitatem, & prævaricationem, & peccatum, & qui absolvendo non absolvet, visitans iniquitatem patrum super filios, & super filios filiorum, super tertianos, & super quartanos.*

I. Habes hic (1.) *Metonymiam causa* pro effectu: nam חֶסֶד *misericordia*, sumitur pro *beneficio*, ex *miseratione* profectô. (2.) *Synecdochen numeri certi* pro incerto: *Millia*, pro *permultis*. (3.) Epizeuxin: *Absolvendo non absolvet*, h. e. *ullo pacto non absolvet*. (4.) *Enallagen temporis* futuri, *absolvet*, pro præsenti, *absolvit*. (5.) *Ellipsin* nominis, ex voce conjugata eruendi: *Non absolvet*, subaudi, *non absolvendum*, i. e. *sontem*, q. d. ita misericors, ut maneat justus. (6.) Ἀνθρωποπάθειαν: quia *visitatio* Deo tribuitur, & *realis exhibitio supplicii divini* innuitur (7. *Idiotismum*; nomen enim genitivi casus Hebræis notat *comparationem parium* vel *similium* עֲוֺן אָבוֹת *iniquitas patrum*, h. e. quæ *par* aut *similis est in filiis iniquitati patrum*. Jun. in Not. ad h. l. p. 102. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 30. m. 8. p. 111. lib. 5. cap. 7. p. 144. & cap. 15. m. 4. p. 450.

II. *Bellarminus* l. 1. de Sanctor. beatitud. c. 19. ad solutionem argumenti, à se pro *Sanctorum invocatione*, Exod. 32. v. 13. propositi, excipit, Mosen non tantum *pactum Dei*, sed & *justitiam Sanctorum* simul commemorâsse. Nam cùm orabat Deum, initio dicere solebat: *Deus, qui facis misericordiam in millibus*, &c. id est, *qui propter justitiam patrum misereris sæpe filiorum*: & id erat, *implorare merita veterum justorum*.

℞. Hæc ipsa formula non est *meritorum jactatio*, sed *pacti commemoratio*; quod nos contendimus: neq; continuatio misericordiæ divinæ in posteros fit *propter justitiam patrum*, sed *propter Dei promissionem* & fœdus. Deinde hoc non probat *intercessionem*, de *qua* quæritur: est enim hæc concio non *Mosis*, ut veteri vitiosa versione deceptus, Jesuita existimat; sed *Jehova Filii*, concionantis de Jehova, æterno Patre suo, ejusq; erga homines affectione. Rung. Com̃. in c. 34. Exod. p. 1166. *Scharp.* Curs. Theol. art. de Eccles. triumphant. tom. 2. Controv. 1. q. 5. object. 7. p. 1520. *Cham.* tom. 2. Panstr. l. 20. c. 3. n. 6. & 8.

III. *Autor Catechismi Racoviensis* p. 241. negat, loco *Esa.* 53. v. 4. *Johann.* 1. v. 29. 1. *Petr.* 2. v. 24. solidè certoq; evincere, *Christum iræ Dei pro peccatis hominum satisfecisse*, cùm etiam de *Deo Patre* dicatur, quòd *portet iniquitates*, qui tamen pro peccatis nemini satisfecit.

℞. Committit hæreticus elenchum *parium*: aliter enim *Pater*, aliter *Christus*, peccata portare dicitur. *Ille* enim portat peccata, *sine dolore & labore remittendo peccata*; *hic* verò portat peccata, *pro iis patiendo*, Esa. 43. v. 2. *eademq; in corpore suo, & quidem in ligno crucis, sentiendo*, 1. *Petr.* 2. v. 24. cùm maledictum pro nobis in ligno fieret, *Galat.* 3. v. 13. *Balduin.* in Refut. Catech. Arian. p. 436. seqq. *Brochm.* tom. 1. Syst. Theol. art. de Christ. Servat. sect. 12. q. 8. p 895. seq. obj. 1.

IV. *Socinus* par. 1. de Christ. Servat. c. 1. p. 5 [illegible] tuit, *solos impœnitentes esse objectum immutabilis* [illegible] *iæ divina justitia*, quippe *propter quam Deus eos absolvat à peccatis, qui nocentes & rebelles esse per* [illegible]

℞. (1.) Socinus *sibi ipsi* turpiter contradicit. nam hoc loco pugnat, *esse in Deo justitiam perpetuam immutabilem, quâ puniat nocentes & rebelles*; sed par. 3. c. 1. p. 124. expressè scribit, *nullam in Deo esse justitiam, qua peccatum omnino puniri debere dictet*. (2.) Dictum hoc non agit tantùm de *impœnitentibus*: totus enim contextus in eo unicè occupatus est, ut demonstret immensam Dei misericordiam non certè erga *impœnitentes*, sed *pœnitentes*, quemadmodum Moses ipse se explicat, *Deut.* 5. v. 9. ubi misericordia Dei non nisi *pœnitentibus* promittitur. (3.) Verba Hebræa non bene reddidit: *Absolvendo non absolvat*, h. e. *peccatum remittendo non remittat*; cum hic potiùs verus & germanus sit verborum Mosis sensus: *Peccatum purificando non purificabit Deus*, vel, *peccatum non agnoscet pro non peccato*; quæ sanè ad *pœnitentes* quoque accommodari debent. Nam & hi *ex se & per se natura* sunt filii iræ, *Ephes.* v. 3. & peccato inquinati, *Psalm.* 51. v. 7. ac proinde secundùm immutabilem Dei justitiam, hoc modo considerati, nullo pacto purificari possunt. Unde *Jesaias* quoq; c. 64. v. 6. *suam & omnium pœnitentium justitiam*, ad Dei justitiam comparatam, confert cum *panno menstruata*; & *Paulus* Philipp. 3. v. & 9. cum *stercoribus*. *Hutter.* LL. Theol. art. 13. justif. controv. 2. spec. cum Phot. p. 414.

Vers 9. *Et dixit: Si quæso inveni gratiam in oculis tuis, Domine, vadat nunc Dominus in medio nostri, quia populus durus cervice ipse & parces iniquitati nostræ & peccato nostro, & hæreditabis nos.*

Est hoc loco (1.) Hebraismus: *Inveni gratiam in oculis tuis*, h. e. *gratus tibi sum & acceptus*. (2.) *Enallage* tum *modi*; nam futurum indicativi, *parces* & *hæreditabis*, ponitur pro imperativo, *parce* & *hæredita*: tum pronominis demonstrativi, הוּא, *ipse*, pro verbo substantivo, EST. (3.) *Ellipsis* verbi: *Fateor*, *quod* populus, &c. uti quidem vult *Abben-Ezra*, licèt alii causalem כִּי, *Quia*, exponant adversativè, *Quamvis* (4.) Metaphora: *Durus cervice*, i. e. *animo pertinax & protervus*. Ariæm. in Bibl. p. 77. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 200. *Glass.* lib. 3. Philol. Sac: tract 7. can. 13. p. 607. & lib. 5. tract. 1. c. 11. p.

Vers. 10. *Et dixit: Ecce ego ferio fœdus coram omni populo tuo, faciam mirabilia, quæ non creata sunt in omni terra, & in omnibus gentibus, & videbit omnis populus, cujus tu in medio ejus, opus Domini, quia formidabile ipsum, quod ego facio tecum.*

In versu hoc invenitur (1.) *Ellipsis*, partim nominis, *Et dixit* scil. *Dominus*; partim verbi, *cujus* subiot. *es*. (2.) *Enallage* tum temporis præsentis *ferio* & *facio*, pro futuro, *feriam* & *faciam*; tum antecedtis pro relativo, *Opus Domini*, i. e. *meũ*; tum pronominis demonstrativi, הוּא. *ipsum*, pro verbo substantivo, EST. (3.) *Pleonasmus*: Cujus tu in medio ejus, h. e. *in cujus medio tu es*, seu *quem ducis*; ubi redundat ly EJUS, & præpositio ב, IN, præponenda. *Ariæm.* & *Vatabl.* l. c.

Vers. 11. *Custodi tibi, quod ergo præcipio tibi hodie: ecce ego ejicio à facie tua Amorrhæum, & Chananæum*, &c.

Enallage est tum *temporis* præsentis, *ejicio*, futuro, *ejiciam*: tum *numeri* singularis, *Amorrhæum*, *Chananæum*, &c. pro plurali, *Amorrhæos*, *Chananæos*, &c. *Vatabl.* in Annot. ad. h. l. p. 201.

Vers. 12.

Verſ. 12. *Obſervare ... feriat fœdus habitanti terram, quam in ingrederis ſuper eam, ne forte ſit in laqueum in medio tui.*

I. Recurrit nunc (1.) *Enallage* partim modi infinitivi, *obſervare*, pro imperativo, *obſerva*; partim numeri ſingularis, *habitanti*, pro plurali, *habitantibus*; partim temporis præſentis, *ingrederis*, pro futuro, *ingredieris* (2.) *Ellipſis* præpoſitionis: *Habitanti*, pro, *cum habitante*. (3.) Pleonaſmus: *Quam ſuper eam*, pro, *ſuper quam*, ubi EAM redundat, & præpoſitio עַל *ſuper*, præponenda. (4.) *Metaphora: laqueus* enim pro *exitio*, *ejusve cauſa* eſt. *Ariæm.* in Bibl. p. 77. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 101. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1 c. 11. p. 321.

II. Rationem *Gentilis*, contra *fœdera cum infidelibus contrahendo*, vide confutatam in Vindic. *Exod.* 23. v. 32. m. 2.

Verſ. 13. *Quoniam altaria eorum diruetis, & ſtatuas eorum confringetis, & lucos ejus ſuccidetis.*

I. Nota hic cauſalem, כִּי, *Quia*, exponendam eſſe adverſativè, SED. (2.) Futurum indicativi, *diruetis*, uſurpari pro imperativo, *diruitote*; & ſingulare, EJUS, pro plurali, *eorum*. Ariœm. in Bibl. p. 77. *Jun.* ibid. p. 102.

II. *Nahumius* in Aſſert. p. 13. contendit, *altaria in templis, ſuperſtitioni Papiſticæ dedicata, reliqua, neceſſariò eſſe ſubvertenda & diruenda*; quod *Deus præceperit ſubverti idololatrica gentilium altaria*: in pari enim cauſa par eſto jus.

℞. (1.) Altaria Pontificia *neceſſariò* in Eccleſiis Evangelicis retinenda eſſe, negamus; *tamen abſq; ulla idolatria atq; ſuperſtitione retineri* docemus, adeò ut nobis nil aliud ſint, quàm *lapidea menſa*, impropriè verò & ſolô titulô *altaria* dicantur. (2.) Non eſt par ratio: tum quia altaria Ethnica non poterant converti in *bonum* finem, quemadmodum Pontificia altaria in noſtris Eccleſiis ad *meliorem uſum* convertuntur: tum quia alia ratio eſt V. T. alia Novi. In V. T. Deus non niſi *unicum altare* eſſe voluit, & quidem non niſi *certo loco*, quem elegerat; reliqua igitur dirui jubet: ſed hæc diſpoſitio in N. T. ceſſat, ſecus non *altaria* modò, ſed *ipſa quoq; templa*, in quibus celebratæ ſunt Miſsæ, fuerint diruenda, quoniam præcipit ibidem Deus omnia loca deſtrui, in quibus Ethnici Diis ſuis ſacrificârunt. *Gravv.* in Expoſ. cap. 1. Mich. par. 2. quæſt. 1. p. 57. ſeq. *Gerhard.* tom. 5. LL. CC. loc. 24. de S. Cœn. §. 262. p. 548. obj. 6. *Eckhard.* in Faſc. controv. Calvin. c. 21. q. 7. obj. 2. p. 642.

III. *Scultetus* par. 3. concin. de Imag. negat ex h. l. *imagines hiſtoricas in templis eſſe tolerandas*; qua de re vide *Vindic. Exod.* 23. v. 24.

Verſ. 14 *Quia non incurvabis te Deo alteri: nam Dominus Zelotes nomen ejus Deus zelotes ipſe.*

I. Videſis (1.) *Metonymiam adjuncti* pro *ſubjecto*: idolum enim dicitur *Deus*, ex *opinione hominum*. (2.) *Cabbalam*: nam ר in voce אַחֵר, reliquas literas quantitate ſuperat, ad indicandam *gravitatem peccati*, quo Deo alieno ſervitur; & ad conſiderandam differentiam inter אַחֵר & אֶחָד: Unde ſtudioſiſsimè cavendum Iſraelitis, ne ſerviant Deo אַחֵר, *alieno & ficto* ſed Deo אֶחָד, *uni & vero*, Deut. 6. v. 13. (3.) *Ἀνθρωποπάθειαν*: *Zelô* namq; notatur *ira Dei* adverſus improbos ac rebelles. (4.) *Enallagen* pronominis demonſtrativi, הוּא, *ipſe*, pro verbo ſubſtantivo EST. *Ariœm.* in Bibl. p. 77. *Glaſſ.* lib. 2. Philol. Sacr. tr. 1. Sect. 1. m. t. p. 431. & 5. tr. 1. cap. . p. 121.

II. Nugas *Juliani Apoſtatæ* contra *Zelum Dei*, vide protritas in Vindic. *Exod.* 20. v. 5. m. 4.

Verſ. 16. *Nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis*, &c.

I. *Ad matrimonium liberorum neceſſariò requiritur parentum conſenſus*: quia præceptum de matrimonio liberorum *parentibus* potius datur, quàm *liberis*, videlicet, ut parentes filiis ſuis uxores, filiabus ſuis maritos eligant.

Bellarminus lib. de Matrim. Sacram. c. 20. regerit, *ſe non negare, ad parentum curam & providentiam, filiorum conjugia maximè pertinere.*

℞. Valdè agit Bellarminus. Nam (1.) ſi *maximè liberorum matrimonia pertinent ad curam parentum*, certa ſanè conſequentia, *non poſſe abſq; cura parentum contrahi*; aliter non pertinerent ad curam parentum. (2.) Si verum eſſet, quod Bellarminus docet, *ſolum conſenſum filiorum ad matrimonium firmum ac ratum ſufficere*, tum certè maximè conſentaneum fuiſſet, ut præceptum de matrimonio filiorum, *filiis* potiùs, quàm *parentibus* daretur. *Cham.* tom. 3. Panſtr. l. 18. c. 11. n. 16. 17. 18. *Ames.* tom. 3. Bellarm. enerv. l. 7. c. 3. theſ. 5.

II. *Canoniſtæ* in Papatu docent, *non licere perſonæ fideli matrimonium cōtrahere cum infideli*, quod *Deus Iſraelitis conjugia cum extraneis populis prohibuerit.*

℞. Non *ſimpliciter & abſolutè* Deus Iſraelitis prohibuit conjugia cum *extraneis populis*, alioqui non permiſiſſet Judæo ducere *mulierem captivam*, Deut. 21. v. 11. ſed *determinatè* cum *Chananæis* prohibuit matrimonio jungi Iſraelitas, ob cauſas quaſdam *particulares & peculiares*, v. 12. & 15. id quod *ſolos Judæos* propriè obligavit. *Gerhard.* tom. 7. LL. CC. l. 24. de Conjug. §. 392. p. 583. ſeq.

III. *Anabaptiſtæ* ſtatuunt, *ſibi jus & fas eſſe deſerere conjuges ſuas, & ad ſecunda vota tranſire, quando illæ in Anabaptiſmum conſentire nolunt; quoniam Deus prohibuerit Iſraelitis, ne matrimonia contraherent cum conjugibus Chananæis aut Ethnicis, ne ab illis ſeducerentur.*

℞. (1.) Argumentum ignorat elenchum: nos enim quærimus de matrimonio *confirmato & conſummato*, reſpondent illi de *contrahendo*. Nemo negat, in *contrahendo* matrimonio fugiendam diſparitatem religionis; *Contractum* autem matrimonium diſſolvere non licet *propriâ* authoritate, ſicut Anabaptiſtæ *propriâ* authoritate imparia matrimonia diſſolvunt. (2.) In hac cauſa matrimoniali præceptū de *non ducendis Chananæis* non fuit *morale*, ſed *purè forenſe*, tantum ad *Iſraëliticam*, & non etiam ad *noſtram* politiam ſpectans: tum quia in N. T. *diruta eſt materia*, quâ Judæi à gentibus dirimebantur, *Epheſ.* 2. v. 14. tum quia *Paulus conjugem fidelem cum infideli cohabitare concedit*, 1. *Corinth.* 7. v. 12. & 13. *Oſiand.* in Enchir. Controv. Anabapt. c. 8 obj. 1. p. 169. ſeq. *Gerhard.* l. c. p. 584. *Geſen.* de Papiſm. diſp. 39. theſ. 30.

Verſ. 17. *Deos fuſionis non facies tibi.*

Moſes utitur (1.) *Synecdoche ſpeciei* pro genere, cū *quævis idola* vocat *Deos fuſionis*, ſumta occaſione à *vitulo*, quem fuderat Aaron, *Exod.* 32. v. 4. (2.) *Enallage* tum abſtracti, *fuſionis* pro concreto *fuſiles*; tum indicativi, *facies*, pro imperativo, *facito*. Ariœm. in Bibl. p. 77. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 102.

Verſ. 20. *Et aperitionem aſini redimes in agno; & ſi non redemeris, excervicabis illum: omne primogenitum filiorum tuorum redimes, & non conſpicientur facies meæ vacuè.*

Redit huc (1. *Enallage* tum abstracti, *apertionem*, pro concreto, *aperiens*; tum indicativi, *redimes* & *excervicabis*, pro imperativo, *redimito* & *excervicato*. (2. *Pleonasmus*: nam præpositio, IN, ante vocem, *agno*, abundat. (3. Ἀνθρωποπάθεια *faciei Dei* namq; notat *locum conventus sacri divinitus ordinatum*. (4. Ellipsis: *Aperitionem*; scil. *vulvæ*, v. 19. & *non conspicientur*, subint. *ab ullo vestrum, filiorumve tuorum*. Ariœm. in Bibl. p. 77. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 201. *Jun.* ibid. p. 102. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 104.

Vers. 22. *Et solennitatem hebdomadarum facies tibi, primitias messis triticorum, & festum collectionis revolutione anni.*

I. Iteratur nunc (1. *Enallage* partim indicativi *facies* pro imperativo, *facito*; tum substantivi, *triticorum*, pro adjectivo, *triticea*. (2.) *Synecdoche generis* pro specie: *facere* enim est pro *feriari*. (3.) *Ellipsis* præpositionis IN ante nomen, *revolutione*. Ariœm. & *Jun.* l. c.

II. Polemica, huc pertinentia, vide diremta in Vindic. *Exod.* 23. v. 16.

Vers. 23. *Tribus vicibus in anno conspicietur omnis masculinitas tua, ad facies dominatoris Domini Dei Israel.*

Rursus offenditur (1. *Enallage* tum indicativi, *conspicietur*, pro imperativo, *conspicitor*; tum abstracti, *masculinitas* (si ita Latinè dici posset) pro concreto, *mas*. (2. Ἀνθρωποπάθεια: *Ad facies Domini*, h. e. ad *locum conventus sacri divinitus ordinatum*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 201. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 104.

Vers. 25. *Non mactabis super fermentatum sanguinem sacrificii mei, neq; pernoctabit ad manè sacrificium festi.*

In versu hoc invenitur (1.) *Synthesis Paschatis*. Non *mactabis* h. e. non *mactando fundes*; ubi verbum שָׁחַט, *immolabit*, duas significationes continet. (2.) *Ellipsis* adverbii עַד *usque*, ante vocem, לַבֹּקֶר *ad mane* Ariæm. in Bibl. p. 77. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 2. p. 9.

Vers. 27. *Et dixit Dominus ad Mosen: Scribe tibi verba hæc, quia super os verborum istorum pepigi tecum fœdus & cum Israele.*

I. Conspicitur hic. (1.) *Pleonasmus*: Super *os verborum*, h. e Super *verba*; ubi פִּי, *os*, abundat. Quanquam *Junius* in Not. ad h. l. mavult, *os* sumi *metonymicè*, pro *præscripto*. (2. *Metonymia causæ* pro effectu: *Israel* enim pro *populo Israelitico* ponitur. *Ariam.* in Bibl. p. 77. Confer *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tr. 1. can. 38. p. 146. & lib. 5. tract. 1. c. 1. m. 1. p. 6.

II. *Etiam ipse Moses populi Israelitici Princeps ad mandatum Dei* — *de non addendo vel detrahendo scripto verbo divino*, Deut. 4. v. 2. c. 12. v. 32. *fuit alligatus*: nam *non minus cum Mose*, quàm cùm *populo Israelitico Dominus fœdus pepigit super verbum suum scriptum*. *Tannerus* in Colloq. Ratisbon. sess. 5. p. 136. excipit I. *non ostendi locum ejusmodi, quo ullo modo significetur, omnem omnino potestatem magistratibus Israelitici populi ademtam esse, ne quicquam ad verbum Dei scriptum adjicerent, &c.*

℞. Puerile est petere, ut *unus locus* ostendatur in quo verba ista, quæ Sophista recitat, apertè extent. Nam quid clarius est, quàm ex *membris omnibus simul negatis* negari rectè totum. Additio *totalis prohibita est Principi, Sacerdoti & populo. omnibus ergo omnino prohibita est Israelitis*. De *Principe* probatur, per *Mosis* personam: de *Sacerdote*, per exemplum *Nadab & Abihu*, velut ex *Vindic. Levit.* 10. v. 1. & 2. constat: de *populo* res clara est. *Hæc sunt membra totius Israelis.*

2. Deum non de *omnibus* verbis seu præceptis loqui, sed de *quibusdam solum* nimirum de *tunc dictis*; quia dicit ad Mosen: Scribe tibi verba *hæc*, sc. *quæ jam locutus sum tibi*; non verba *omnia*, quæ unquam locutus sum, aut loquar.

℞. Io hoc non plus sapit Jesuita. Ridicula enim consequentia est: *Scribe tibi verba hæc*; ergo *quædam tantum* intelliguntur, & per consequens, *his tantùm prohibetur aliquid addi*. Deus *Mosen* quoque licèt Ecclesiæ Israeliticæ gubernatorem & præsidem includit verborum suorum carceribus. Hoc ex isto loco probatum est. *Universalitas verbi sermonum divinorum*, ad quorum observationem, ratione hujus fœderis, Moses quoque adstrictus fuit, & proinde ad hoc etiam mandatum, de *non addendo* quicquam, vel *minuendo*; luculenter patet ex *Exod.* 24. v. 8. ubi Dominus dicitur fœdus pepigisse cum *toto Israële* super *integro volumine Mosis*, in ea actione fœderali sanguine respero. *Hunn.* in Colloq. Ratisb. sess. 5. p. 129. & sess. 6. p. 148. seq. *Libav.* in Analys. Protocoll. Colloq. Ratisb. par. 1. p. 127. seq.

Vers. 28. *Fuit ergo ibi cum Domino Moyses 40. dies, & 40 noctes, panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decadem verborum.*

I. Offert sese (1. *Synecdoche speciei* pro genere: nam *panis & aqua* pro *cibo & potu* ponuntur (2.) *Ellipsis* nominis, ex membro præcedenti repetendi. Et *scripsit*, subint. *Jehova* sive *Dominus* (3.) Hebraismus: *Decadem verborum*, h. e. *decem verba Decalogum*; ubi *adjectivum numerale*, modo loquendi Hebræis propriô, substantivi ferè naturam assumit. Vatabl. Annot. ad h. l. p. 202. *Glass.* l. 3. Phil. S. tr. 1. can. 33. not. ult. p. 121. & l. 5. tr. 1 cap 15. m. 3. p. 449.

II. Argumentum Pontificiorum, pro adstruendo *jejunio Quadragesimali*, vide solutum in *Vindic. Exod.* 24. v. 18.

III. *Tannerus* in Colloq. Ratisb. sess. 5. p. 136. verba Dei, v. 27. hujus capitis. *Scribe tibi verba hæc*, ad *solum Decalogum* referenda, & sic non de *omnibus omnino præceptis* V. T. *Deum ibi locutum esse* contendit, idque ait, *ex facto Mosis* satis patere, qui studiosissimè *præceptum illud divinum* executus fuerit, & *in tabulis verba fœderis decem*, nempe *præcepta Decalogi* retulerit.

℞. Verba hæc historica (*& scripsit in tabulis verba fœderis decem*) non sunt intelligenda de *Mose*, sed de *ipso Domino*, quòd *Dominus* illa scripserit, teste Mose, *Deut.* 10. v. 2. & 4. Nec est consequens, si scriptio in *Decalogo* est *particularis*, etiam *proinde nulla-re esse interdictum*, *Deut.* 12. v. 32. *Hunn.* tom. 2. Oper. Lat. p. 432. seq. *Libav.* l. c.

Vers. 29. *Et fuit in descendendo Mosen è monte Sinai, & duæ tabulæ testimonii in manu Mosis, in descendendo eum è monte, & Moses non novit, quòd cornuta fuit cutis faciei suæ, in loquendo ipsum cum eo.*

In textu hoc habetur (1. *Ellipsis* verbi substantivi: *Tabulæ testimonii*, scil. *essent*. (2.) Metaphora: *Cornuta fuit*, h. e. *in modum cornuum radios diffudit*. LXX. δεδόξασται, *glorificata fuit*. (3. *Enallage temporis* præteriti, *resplenduit*, pro præsenti, *resplendet*. Ariæm. in Bibl. p. 77. seq. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 202. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 11.

CAP. XXXV. v. 5. *Accipite à vobis oblationem Domino, omnis spontaneum cor ejus, afferet eam oblationem &c.*

I. Ecce (1.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: A *vobis*,

i. e.

[illegible] *qua penes vos* [illegible] *animus* [illegible] *Ellipsin* tum pro- [illegible] re funtane [illegible] verbi [illegible] *stantivi spontaneum*, [illegible] p. 78. *Vatabl.* in Annot. ad [illegible] ad Eun. [illegible] p. 10[illegible].

[illegible] *fer* [illegible] libero hominis ar- [illegible] *Vindic. Exod.* 25. v. 2. m. 2.

[illegible] *thum* [illegible] *purpuram*, *& coc-* [illegible] *bi* [illegible] *& capras.*

[illegible] & sequentis versus 7. vide con- [illegible] *Exod.* 25. v. 4. & 5.

[illegible] *omnis sapiens corde in vobis, venient* [illegible] *omnia, qua pracepit Dominus.*

Oc[illegible] 1.) Hebraismus: *Sapiens corde*, i. e. [illegible] *& ingeniosissimus.* 2.) *Enallage* [illegible] *numer.* pluralis, *venient & facient*, pro singulari. [illegible] tum *modi* indicativi, *venient & faci-* [illegible] *vo*, *veniunto & faciunto*. Vatabl. in [illegible] ot. ad h. [illegible] p. 103. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 103.

[illegible] *am & vestes ejus, & omnia vasa* [illegible] *panem facierum.*

[illegible] ἄρτους τῆς προθέσεως: *Panis facierum*, [illegible] e. *panis*, [illegible] *co sacro coram Domino propositus*, [illegible] 25 v. 30. 2.) *Ellipsin* nominis ex membro [illegible] repetendi: Et *panis facierum* subaudi, [illegible] *instrumenta.* Jun. in Not. h. l. p. 103. *Glass.* [illegible] Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 104.

[illegible] 21. *Et venerunt omnis vir, quem extulit eum* [illegible] *num*, *& omnis, quem spontaneum fecit* [illegible] *eum, attulerunt oblationem Do-* *mini, ad functionem tabernaculi conventus, & ad omne servitium ejus, & ad vestes sanctitatis.*

[illegible] utitur 1.) *Enallage* partim *numeri* plura- [illegible] *runt & attulerunt*, pro singulari, *venit & attu-* [illegible] abstract, *Sanctitatis*, pro concreto, *san-* [illegible] *Pleonasmo*: nam relativum, *eum*, bis redun- [illegible] tum *causa* pro *effectu*, nimir. [illegible] pro *motu anima*; tum *subjecti* pro *adjun-* [illegible] *cor* pro *animo* ponit. *Aricem.* in Bibl. p. 78. [illegible] in Annot. ad h. l. p. 104. *Jun.* ibid. p. 103.

Vers. 22. *venerunt viri super mulieribus, omnis spontaneus corde attulerunt fibulam, & inau-* *rem* [illegible] *nulum, & subligaculum, omne vas au-* *ri*, [illegible] *vir, qui agitavit, agitationem auri Domino.*

Redit huc 1.) *Enallage numeri* partim pluralis, [illegible] *attulerunt*, pro singulari, *venit & attu-* [illegible] gularis, *fibulam*, *inaurem* &c. pro plu- [illegible] &c. (2.) *Synecdoche speciei* pro [illegible] i. e. *obtulit.* (3.) *Ellipsis* verbi, ex [illegible] præcedenti membro repetendi: *Qui* [illegible] &c. Vatabl. & *Jun.* l. c.

[illegible] *omnis vir, quo inventum est cum eo* [illegible] *purpura*, *& coccus bis tinctus*, [illegible] *capra & pelles arietum rubricata*, [illegible] *taxorum*, *adduxerunt.*

[illegible] (1.) *Pleonasmus*: relativum enim [illegible] & præpositio, CUM, pronomini, [illegible] (2.) *Enallage* tum substantivi, [illegible] *purpura*, &c. pro adjectivo, *hyacinthi-* [illegible] &c. tum numeri pluralis, *addu-* [illegible] *adduxit.* 3.) *Ellipsis*, tum no- [illegible] e. *pili caprarum*; tum pronomi- [illegible] *ea.* Aricem. in Bibl. p. 78. [illegible] ad h. l. p. 2[illegible]4. *Jun.* in Not. ad [illegible] lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 39. [illegible]

Vers. 26. *Et omnes mulieres* [illegible] *qua extulit* [illegible] *eorum ea in sapientia* [illegible] *neverunt capras.*

Rursum conspicitur 1. *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *cor* enim pro *animo* est. (2.) *Pleonasmus.* nam, *eas* redundat. 3.) *Ellipsis* nominis [illegible] h. e. *caprarum pilos* Aricem. *Jun.* & *Glass.* ibid.

Vers. 29. *Omnis vir & mulier, quos spontaneos fecerat cor eorum eos, ad afferendum ad omne opus, quod præcepit Dominus, ad faciendum in manu Mosis, attulerunt filii Israel oblationem spontaneam Domino.*

In versu hoc reperitur (1.) Hebraismus: *Quos spontaneos fecerat cor eorum*, h. e. *qui voluntario animo efferebant.* (2.) *Pleonasmus*: nam, *eos* abundat, similiter & *manus*, adeò, ut, *in manu Mosis*, idem sit ac *per Mosen.* (3.) Synecdoche: *Filii Israel*, i. e. *illi*, *qui erant ex filiis Israel.* Aricem. in Bibl. p. 78. *Vatabl.* in Annot. ad. h. l. p. 205.

Vers. 30. *Et dixit Moses ad filios Israel: Videte, vocavit Dominus in nomine Bezaleel, filium Uri, filii Chur, tribus Jehudah*, &c.

Ea, quæ a versu 30. usque ad finem capitis hujus, enodanda erant, vide enodata in *Vindic. Exod.* 31. 2. [illegible] 4.

CAP. XXXVI. v. 3. *Et tulerunt à facie Mosis omnem oblationem, quam attulerant filii Israel, ad functionem servitii sanctitatis, ad faciendum illam. & ipsi attulerunt ad illum adhuc oblationem spontaneam in mane in manè.*

Habes hic (1) *Enallagen* tum abstracti, *sanctitatis*, pro concreto, *sanctuarii*; tum temporis perfecti, *attulerunt*, pro imperfecto, *afferebant*; tum numeri singularis, *oblationem spontaneam*, pro plurali, *oblationes spontaneas.* (2.) Epizeuxin. *In mane in manè*, h. e. *singulo manè*, seu *quotidie.* Aricem. in Bibl. p. 79. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 205.

Vers. 4. *Et venerunt omnes sapientes, facientes omnem functionem sanctitatis, vir vir à functione sua, quam ipsi facientes*, &c.

I. Recurrit (1.) Epizeuxis: *Vir vir*, i. e. *unusquisq; vir*; alterum enim *repetitum substantivum* loco *adjectivi distributivi est.* (2.) *Enallage* temporis præsentis, *facientes*, pro præterito imperfecto, *faciebant.* Aricem. in Bibl. p. 79. *Jun.* ibidem p. 103. Confer. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 5. m. 3. p. 19.

II. *Philologica* cum *polemicis* (1.) vers. 8. vid. in Vindic. *Exod.* 26. v. 1. (2.) vers. 11. in Vindic. *Exod.* 26. v. 4. (3.) vers. 14. in Vind. *Exod.* 26. v. 7. (4.) vers. 21. in Vindic. *Exod.* 26. v. 17. (5.) vers. 27. in Vindic. *Exod.* 26. vers. 22. (6.) vers. [illegible] in Vindic. *Exod.* 37. v. 3. (7.) vers. 35. & 37. in Vindic. *Exod.* 26. v. 1.

CAP. XXXVII. v. 2. *Et texit Bezaleel arcam auro mundo à domo, & ab extra & fecit ei coronam auri circum*, &c.

Philologica unà cum *Polemicis* (1.) vers. 2. vide in Vindic. *Exod.* 25. v. 11. (2.) vers. 7. in Vindic. *Exod.* 25. v. 18. (3.) vers. 9. in Vindic. *Exod.* 25. vers. 20. (4.) vers. 11. in Vindic. *Exod.* 25. v. 11 (5.) vers. 14. in Vindic. *Exod.* 25. v. 27. (6.) vers. 16. in Vindic. *Exod.* 25. v. 29. (7.) vers. 17. in Vindic. *Exod.* 25. v. 31.

Vers. 23. *Fecit & lucernas septem cum emunctoriis ejus*, &c.

I. ... in Enchir nugatur ... Sacramenta nova legis, *quia* ... *in tabernaculo Domini*

R. *Numerus septenarius* nullo ... tum quia numerus *ternarius* multò ... Johann. 5. v. 7. ergò ... tantum ... N. T. tum quia ... us *duodenarius* ... in scripturis repetitur, itane verò ... decim forent Sacramenta? tum quia pari modo sequitur, & in V. T. *Septem* Sacramenta ... nam & *illud* spectant propriè *septem Lucernæ*. Nullus autem fuit hactenus, qui præter *Circumcisionem*, & *Agnum Paschalem*, plura numeravit Sacramenta. Unde sequitur, vim argumento prorsus nullam ... cur enim tantum in N. ... & non simul in Veteri, a numero septenario fas esset argumentari? *Bellarminus* l. 2. de Sacram. in genere. c. 26. ... Sacramenta *vetera* ad *significandum* duntaxat, non in *remedium peccati*, excepta una *circumcisione*, fuisse instituta.

R. (1. Falsum est, Sacramenta *vetera* non fuisse in *remedium peccati* instituta: nam & hic excipitur *circumcisio*, unde argumentum, sufficere saltem *unum*, non obstante analogiâ. 2. Scopum non attingit hæc solutio: nam quæritur de *vi septenarii*, non de *efficacia Sacramenti*: Controvertitur, num à *septenario* ad *numerum Sacramentorum* valeat consequentia? Si negat Jesuita sibi ipsi contradicit. sin affirmat, utiq; & in V. T. fuerunt septem Sacramenta. Neq; enim *septenarius* ille plus valet in N. quàm in V. I. Et si *duo* Sacramenta potuerunt significare, cur non & *septem*? Imò cum *Novate* spondeant *Veteribus* & hæc illa præfigurârunt, utiq; in *numero* discrepare non potuerunt: qui aliàs *duo* Sacramenta *Veter* significare potuissent *septem* Sacramenta N. T. *Alet. ner.* part. 2. Philos. sobr. sect. 2. c. 3 q. 7. p. 688. seq. *Broch.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Baptism. c. 6. q. 2. dub. 1. obs. 4. p. 207. seq. *Cham.* tom. 4. Panstr. l. 4. c. 2. n. 2. 15. 16. 18.

II. Philologica, huc pertinentia, vide proposita in Vind. *Exod.* 25. v. 37.

Vers. 26. *Fecitq; altari thymiamatis coronam aureolam per gyrum.*

Argumentum *Pevardentii* pro *aureola martyrum in cœlis*, confutatum vide in Vindic. *Exod* 3. v. 4.

CAP. XXXIIX. v. 8. *Et fecit concham æris, & basin ejus æris, in speculis turmarum conveniunt, quæ turmatim conveniebant ostium tabernaculi conventus.*

I. Ecce (1. *Enallagen* substantivi, *æris*, pro adjectivo, *aream*. 2. Propositionem ב, *in*, materialiter pro EX sumtum: *In speculis*, pro, *ex speculis*. (3.) *Ellipsin* tum nominis, נָשִׁים *mulierum*, participio fœminino, הַצֹּבְאֹת, *turmatim convenientiu* apponendi, 1. Sam. 2. v. 22. tum præpositionis: Conveniebant *ostium*, pro conveniebant *ad ostium*. Ariæm. in Bibl. p. 81. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 210. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 1. observ. 5. n. 4. p. 667.

II. *Baronius* in Annalium apparatu, probaturus, nihil esse impedimento, quò minus verum esse possit, *Mariam Deiparam in templi Hierosolymitani septa, in loco virginibus custodiendis assignato, fuisse educatam, & à reliquis ... divino cultui sacroque ministerio dedicat... separatam*; asserit *fuisse locum in templo, ubi feminæ, quæ se Deo voverant, absq; aliqua labe suspicionis simul agerent, & has à quibusdam existimari, quæ seculi pompa atq; delitiis renunciantes, se ea nacum suis rebus, ministeriis Dei mancipaverint, ... excubarent.*

... mulieres ex ... non à *M se.q.* ... & Hebraica radica ... *turba*, non ... Nemo enim nescit, צָבָא ... & *magnam multitudinem* ... inquit, hoc ... nunc ... : sed quem in ... & cur ad ... ad *diurna* officia Nam צָבָא ad utrumq; ... verbum; Paraphrastes Chaldæus, *Mulierum, quæ veniebant, ut orarent in ostio tabernaculi ... Abben-Ezra* ... *veniebant singulis diebus ad ostium tabernaculi fœderis ad orandum & audiendum verba præceptorum, quia erant multa*. David Kimchi in Radicibus, *Congregabantur filiæ Israel ad ostium tabernaculi*. Ut verterint se Papistæ in omnes formas, tamen longè absunt mulieres, venientes *orationis causa, ab his mulieribus, quas Baronius somniat*. Pias fœminas agnoscimus, & *abdicantes peccatorum illecebras*, non negamus: sed *se suaq; dicantes ministerio Domini*, non admittimus; quia ministeria Domini nulla tum per tinebant ad *mulieres*, nepias quidem. *Cham.* tom. Panstr. l. 20. ... 14. n. 34. 35. 39 41. 42. *Glass.* lib. 4. Philol. Sac. tract. 1. observ. 5. p. 625. seq.

Vers. 21. *Ista visitata tabernaculi, tabernaculi testimonii, quod visitatum fuit super os Mosis servitium Levitarum, in manu Ithamar, ... Aaronis, &c.*

Moses utitur (1. *Prolepsi*: hæc enim per *anticipationem* dicit; id quod ex principio libri Numerorum intelligitur. (2. *Ellipsi* tum verbi substantivi, *Ista*, scil. *sunt*; tum præpositionis, *servitium*, pro, *in* vel *ad servitium*. 3.) *Synecdoche partis* pro *toto*: Nam mentionem facit tum *tabernaculi*, & simul *res*, *ad ipsum pertinentes*; tum *Levitarum*, & *totam gentem Leviticam*, quam postea in *Levitas* & *Sacerdotes* distribuit, intelligit. (4. Anadiplosi: *Tabernaculi tabernaculi testimonii*. (5. *Metonymia causæ* pro effectu: *os* enim pro *mandato* seu pr... stituto est. 6.) *Metaphora*: ... uidem *manu* pro *opera* seu *ministerio* ponit. *Ariæm.* in Bibl. p. 81. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 211. *Jun.* in Not. ad ... loc. p. 105. *Glass.* l. 5. Philol. Sacr. tr. 1 cap. 1. m. 2. p. 8. & cap. 12. p. 3...

Vers. 24. *Omne aurum factum ad opus in omni functione sanctitatis & fuit aurum oblationis novem ... viginti talenti, & ... ptingentorum & tri ... sicli in siclo sanctitatis.*

Enallage ... partim abstracti, *san... titatis* & *oblationis* pro cõcreto *sanctuarii* & *oblatum*: partim *numeri* singularis, *talenti* & *sicli*, pro plurali, *talentorum* & *siclorum*. Ariæm. & *Vatabl.* ... c.

CAP. XXXIX v. . *Et extenderunt lag... ros & auri, abscindit fila ad faciendum in medio hyacinthi, & in medio purpuræ, ... in medio cocci bis tincti & in medio b... si opera cogitantis.*

In hoc textu cõtinetur 1. *Enallage* substantivi, *auri*, pro adjectivo *aureos*. 2. *Ellipsis* nominis: *Et abscidit*, subaudi, *artifex*. 3. Pleonasmus. *In medio hyacinthi*, i. e. *inter hyacinthina*, &c. ubi τὸ *medio* redundare videtur. *Ariæm.* in Bibl. p. 82. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 106.

Vers. 6. *Et fecerunt lapides onychis, circundatos ocellaturis auri, apertos apertionibus sigilli super nominibus filiorum Israel.*

Philologica, huc pertinentia, vide consignata in Vindic. *Exod.* 28. v. 11.

Vers. 19. *Et fecerunt duos annulos auri, & posuerunt super duabus extremitatibus pal... ralis super labium ejus, quod ad latus superhumeralis in domum.*

[illegible], vide [illegible]

[illegible] *sicuti* [illegible] *rice,* [illegible] *deretur.*

[illegible] notat pallii [illegible] particula- [illegible] *Ariæm.* in [illegible] tract. 1. cap. 11.

[illegible] & *ornamenta tiara-* [illegible] *sa lintbi so retorta.*

[illegible] præpositionis מן, EX. *Byssa,* [illegible] Enallagen: *Ornamenta tiararum,* [illegible] *entorum.* (.) *Enallagen* substantivi, [illegible] *linea.* Ariæm. in Bibl. p. 82. *Jun.* in [illegible]

[illegible] *Et consummavit omne opus habitaculi,* [illegible] *conventus. & fecerunt filii Israel juxta* [illegible] *quæ præcepit Dominus Mosi, sic fece-* *runt.*

N [illegible] ipsin: Et consummavit, scil. *arti-* [illegible] hen: *Filii Israel,* nempe *qui obtu-* [illegible] *ex* [illegible] *ebus oblatis ea, quæ mandaverat De-* [illegible] 3. *Pleonasmum* verbi repetiti; ויעשו [illegible] *sic fecerunt,* q. d. *diligenter & cum* [illegible] *sunt demandata sibi.* Jun. in Not. ad [illegible] lib. 4. Phil. Sacr. tr. 2. obs. 14. p. 729. [illegible] ica circa v. 38 & 43. Vide annota- [illegible] Exod. 35. v. 13. & *Exod.* 39. v. 31.

A [illegible] XL v. 9. *Et assumtô unctionis oleo, unges* [illegible] *cum vasis suis, ut sanctificentur.* [illegible] *re holocausti* &c.

[illegible] *larminus* l. 3. de Cult. Sanctor. c. 5. prop. 2. [illegible] *merito ab Ecclesia variis precibus & ce-* [illegible] *templa consecrari,* propterea quòd *Moses* [illegible] *aculum, altare, & omnia ejus vasa consecrâ-* [illegible] *acro, aliisq; ceremoniis.*

[illegible] t dispar utrobique ratio. Nam (1.) Moses [illegible] *essum habuit mandatum a Deo,* præter [illegible] tentare voluit; Pontificiorum verò cere- [illegible] *ô verbi divini,* ipso etiam Bellarmi- [illegible] nt. (2.) Consecratio Mosaica fuit *typi-* [illegible] remoniæ illæ aspersionum, inunctio- [illegible] m, in consecratione tabernaculi ad- [illegible] *umbræ fuerunt venturorum bonorum,* [illegible] *ad tempus διορθώσεως durare debuerunt,* teste [illegible] *Hebr.* 9 v. 1 ideòque ab iis meritò ab- [illegible] h [illegible]. Nefas enim est, ut *manifestato corpo-* [illegible] nsectemur, *Coloss.* [illegible] v. 17. *Hebr.* 8. v. 5. [illegible] de n [illegible] invoc. relig par. 2. class. 3. c. 4. [illegible] 5. *Brochm.* tom. 2. System. Theol. art de [illegible] 5. q. 10. p. 112. seqq. Cham. tom. 5. Panstr. [illegible]

[illegible] versiam de *summo Mosis Pontifica-* [illegible] in Vind. *Levit.* 8. v. [illegible] diremtam.

A[illegible] mentum pro *confirmatione Ponti*[illegible] tum in Vind c. *Exod.* 30. v. 25. & 26.

[illegible] *Applicabis* [illegible] *aron & filios ad fores ta-* *be*[illegible] *imonii,* [illegible] *los aqua indues sanctis* [illegible] *ut ministrent mihi.*

[illegible] *us* l. [illegible] de Eccles. [illegible] c. 16. ad 2. nu- [illegible] *aurei vituli, Exod.* 32. [illegible] 4. *caput Eccle-* [illegible] *m Aaron immundum fuerit Pon-* [illegible] *ut pateat ex h. l.* [illegible] tempore institutæ *μοσχολατρείας* [illegible] a Mose *consecratus* ordina- [illegible] utam esse [illegible] benter concedi- [illegible] n ex*traordinaria Dei vocatione* [illegible] *constitutus* Exod. 28 v. 1. & 4. [illegible] *dotii efficacia a vocatione* dependet,

non ab *ordinatione* [illegible] facit Sacerdotem, & ad officium obeundum [illegible] donis instruit: *hac* autem tantùm publi[illegible] ritibus, quibus & ipse & alii de rebus utilibus admonentur, declarat p[illegible] son[illegible] aliquam ad Sacerdotium vocatam esse. Sic Apostolus *Hebr.* 5. v. 4. docet; non ut *ordinationis & consecrationis,* sed *vocationis,* Aaronem factum esse summum Sacerdotem: *vocatio* autem [illegible] hoc est destinatio Aaronis ad summum Sacerdotium præcessit illam *μεγαλ*[illegible]. R[illegible]g. Comm. in c. [illegible] 2. Exod. p. 1042. *Gerhard.* tom. [illegible] LL. CC. loc. [illegible] 5. de Eccles. §. 88. p. 15. seq. *Bal*[illegible]*in.* in Phosph. Cathol. l. 8. c. 5. p. 766.

II. Controversias *cæteras* h. l. occurrentes vide in Vindic. *Exod* 29. v. 7. decis[illegible] s.

Vers. 15. *Et unges eos, quemadmodum unxisti Patrem eorum, & fungentur Sacerdotio mihi, & erit, ad existendum eis unctionem eorum in sacerdotium seculi, in generationes eorum.*

Est hoc loco (1.) *Hipallage;* ordo enim est turbatus: *Ad existendum eis unctionem eorum in Sacerdotium,* pro. *Hac unctione erunt mihi Sacerdotes.* (2.) *Synecdoche;* nam עולם, *seculum,* idem est ac, *perpetuum.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 216. *Jun.* ibid. p. 107.

Vers. 16. *Et fecit Moses juxta omnia, quæ præcepit Dominus ei, sic fecit.*

Pleonasmum verbi repetiti, Et *fecit,* sic *fecit,* vide enucleatum in Vindic. *Exod.* 39. v. 32. m. 3.

Vers. 17. *Et fuit in mense primo in anno secundo, in uno mensis, erectum est tabernaculum.*

Moses utitur (1.) Ellipsi: *In anno secundo,* subaudi, *ab exitu omnium Israëlitarum ex Ægypto.* (2.) *Enallage* adjectivi numeralis cardinalis, *una*, pro ordinali, *prima*, scil. *die.* Ariæm. in Bibl. p. 83. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 107. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 14. p. 52.

Vers. 26 & 27. *Posuit & altare aureum sub tecto testimonii contra v*[illegible]*lum, & adolevit super eo incensum aromatum Domino.*

Bellarminus l. 5. de Rom Pontif. c. 9. statuit, *Mosen fuisse summum Pontificem,* quia *adoleverit Domino incensum, quod fuerit maxime proprium munus Pontificis.*

R. Moses *semel tantùm;* nempe in inauguratione Aaronis, ex *Dei præcepto* thura incendit in altari; quod eùm planè sit *extraordinarium & unicum,* ex Mose non potest facere *summum Pontificem,* cujus officium in *solo Aarone* residebat. Postquam enim ordinaria Sacerdotii Levitici forma fuit constituta, Moses civilem gubernationem *sibi* retinuit, Sacerdotium *Aaroni* reliquit. *Balduin.* l. 4. Casuum conscient. c. 4. cas. [illegible] p. 972 *Gerhard.* tom. 6 LL. CC. loc. 26. de Minist Eccles. §. 318. p. 505. seq.

Vers. 29. *Posuit & altare holocausti in vestibulo testimonii offerens in eo holocaustum & sacrificia,* &c.

Controversiam eandem de *summo Mosis Sacerdotio,* vide in Vindic. *Exod.* 19. v. 11. & 13. definitam.

Vers. 38. *Quia nubes Domini super tabernaculum die, & ignis erit noctu in eo, in oculis omnis domus Israel, in cunctis profectionibus eorum.*

Ecce (1.) *Ellipsin* verbi substantivi, ex membro sequente repetendi: *Nubes Domini,* scil. *erat.* 2.) *Enallagen temporis* futuri, *erit,* pro præterito, *erat.* (3. *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: nam *domus Israel,* accipitur pro *populo ex familia Israelis orto.* (4.) Hebraismum. *In oculis omnis domus Israel.* i. e. *videntibus cunctis Israelitis.* Ariæm. in Bibl. p. 84. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 217. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 3. m. 2. p. 39.

VINDICIÆ LEVITICI.

CAP. I. v. 2. *Homo qui appropinquare fecerit ex vobis appropinquationem Domino, de jumento, de bove, & de pecude acietis appropinquare appropinquationem vestram.*

OBservabis hic 1. adverbium temporis indeterminati, QUUM per Conjunctionem כי, *quia* exprimi. 2. Synecdochen: Homo quum appropinquare fecerit ex vobis, h. e. *Homo ex vobis quum appropinquare fecerit, &c.* 3.) Hebraismum: Cum *homo appropinquare fecerit appropinquationem*, i. e. cum *quispiam offerre volet*. 4. *Enallagen numeri* singularis, *jumento, bove, pecude*, pro plurali, *jumentis, bobus, pecudibus*. Ariœm. in Bibl. p. 84. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 218. *Glass.* lib. . Philol. Sacr. tract. 5. can. 8. p. 441 & lib. 4. tract. 2. observ. 23. p. 744.

Vers. 3. *Si ascensio appropinquatio ejus de bove masculum perfectum appropinquare faciet eum, ad ostium tabernaculi conventus appropinquare faciet eum, ad voluntatem suam, ad facies Domini.*

In textu hoc reperitur (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Si ascensio* sc. *est* vel *erit*: (2.) *Enallage numeri* singularis, *bove*, pro plurali, *bobus*. (3.) *Epistrophe*: nam in clausulis eadem vox, *appropinquare faciet eum*, iteratur. (4.) *Ἀνθρωποπάθεια*: Ad *facies Domini*, h. e. ad *tabernaculum conventûs* ubi exhibeat se Deus præsentem filiis Israël. Ariœm. in Bibl. p. 84 *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 219. *Jun.* ibid. p. 108.

Vers. 4. *Et fulciet manum suam super caput ascensionis, & accepta erit ei, ad expiandum super ipsum.*

I. Redit huc (1.) *Enallage* numeri singularis, *manum suam*, pro plurali, *manus suas*. (2.) *Ellipsis* nominis, ex v. 3. repetendi: *Erit ei*, scil. *Domino*. (3.) *Pleonasmus*: nam eò *super* abundat. *Ariœm. & Vatabl.* ibid.

I. *Calvinus* pro *metonymia Sacramentali* in verbis cœnæ, *hoc est corpus meum*, ex hoc loco allegat hanc propositionem, *Sacrificium est expiatio peccati*.

℞. 1.) Propositio illa hic loci non habetur, sed hoc saltem, quod *holocaustum sit offerendum ad placandum Dominum, & expiandum peccatum*. 2.) Admittimus propositionem hanc, *Sacrificium expiat peccatum*, nullus tamen in ea tropus est, verùm de causa instrumentali *proprie* prædicatur effectus. Promiserat enim Dominus peccatorum expiationem per sacrificia, non quòd vim remittendi peccata *in se* haberent, sed 1. ratione *antitypi*, qui involvebatur, nempe passionis Christi 2. ratione *fidei*, quæ a sacrificantibus requirebatur, si per sacrificia Deo reconciliari volebant. Quocirca non *tropice*, sed *vero* sacrificia expiarunt peccata, quatenus scil. fuerunt *typi* unici illius propitiatorii, à Christo in ara crucis offerendi, ac *vera fide* a piis V. T. apprehensi. *Gerhard.* Tom. 5. L. L. C C. loc. 24. de S. Cœna. §. 95. m. 5 p. 199. *Meisner.* par. 1. Philos. Sobr. sect. 1. c. 5. q. 3. Class. 2. m. 5. ...

II. *Homines* [illegible] *per esse obedire non potuisse*, docent *sacrificia* [illegible] *alia, quibus in V. T. opus non fuisset, ut* [illegible] *peccata gravia pariter & levia expiarentur, si homines legi perfecte obedire potuissent.*

Smalcius disp. 12. de Caus. peccat. contra Frantz. excipit, sacrificia ista omnia tantum pro *infirmitatibus* ordinata fuisse, non autem pro *omnibus* facinoribus.

℞. Non pro *solis infirmitatibus*, sed etiam pro *aliis gravibus peccatis*, maximè ultroneis, ut *menda*- *cio, furto, perjurio*, sacrificia leguntur destinata, *Levit.* 6. v. 2. seqq. *Stegm.* disp. Antiphot. 42. q. 1. ad p. 488. seqq.

IV. *Bellarminus* l. 1. de Miss. c. 21. rat. . urget, *in populo Christiano esse Sacrificia propriè dicta*, cum & *talia fuerint in populo Judaico*: neque enim Christus est contrarius Patri suo, neque omnia sustulit, quæ in lege instituerat, sed aut perfecit, aut in meliora mutavit.

℞. (1.) Est equidem, & adhuc viget *sacrificium crucis* in populo Christiano, non autem quoad *actum immolationis*, sed quoad *efficacitatem*. Christus enim in cruce seipsum Patri offerens, unica hac sua oblatione perfectam, consummatam & æternam nobis redemptionem acquisivit, & cœleste Sanctuarium ingressus, pro nobis adhuc apud Patrem suum interpellat. *Hebr.* 7. v. 27. c. 9. v. 12. c. 10. v. 14. quapropter *novis atq; iteratis sacrificiis* non est opus. (2.) Christus suo adventu, suoque sacrificio omnia sacrificia V. T. tanquam illius *umbras*, plane *antiquavit*, imo ita *sustulit, ut evanuerint*, Heb. 8. v. 8. quippe quorum *usus* nullus plane amplius esse queat; secus *ea* adhuc nos obligarent. 3. Jesuita ex *unius speciei* sive *partis legis Mosaicæ*, puta *Decalogi* conditione, male *alterius & contradistinctæ*, nimirum *legis ceremonialis*, eandem conditionem infert: Alia enim est conditio legis moralis, alia *ceremonialis*: *hæc*, *non illa* abrogata & antiquata est per Christum. *Hutter.* in Refut. Bellarm. de Miss. L. 1. c. 21. p. 360. seqq. *Eckhard.* part. 2. Pand. Controv. Pontif. c. 31. q. 10. ad obj. 15. p. 644.

V. *Bellarminus* l. 1. de Miss. c. 8. pro *Sacrificio Missatico* stabiliendo, adducit *sacrificia veteris legis propriè dicta*, quæ omnia fuerint typi ac *figuræ Sacrificii Eucharistiæ*; ex quo sequi putat, ut etiam *Eucharistia verum sacrificium esse debeat*.

℞. Est mera petitio principii: nam illa sacrificia vel impleta sunt in *unico sacrificio Christi, in cruce peracto*; vel *quotidie in nobis implentur*, quando Sacrificia *Spiritualia* Deo offerimus, idque in Eucharistia, vel *extra* illam.

Regerit ille ibid. 1. figuras illas fuisse etiam in *Eucharistia* impletas, quia *sacrificium crucis* non fuerit impletivum figurarum illarũ, nisi quoad *mactationẽ*.

℞. Ratio illa nullius est momenti: Sufficit enim, (quod Jesuita concedit) figuras illas fuisse impletas in *cruce*, ratione *immolationis* seu *mactationis*. Ergo frustra pro hoc respectu impletionis, in S. *Eucharistia* obtinendo, pugnat.

2. Ceremoniam sacrificiorum, quâ *manus imponebantur super victimam*, quæque sine dubio figuralis erat, in *cruce* impleri non potuisse; quare aut in *Eucharistia* impleri, aut *simpliciter* non impleri.

℞. Ceremonia impositionis manuum ad *Eucharistiam* plane non quadrat, sed ad *passionem Christi* referri debet, qui ut agnus ductus est ad occisionem, *Esa.* 53. v. 7. & cui Dominus omnium nostrûm iniquitates imposuit, v. 6. *Hutter.* ibid. l. 1. c. 8. p. 180. seq. *Cham.* Supplem. tom. 4. Panstr. c. 10. n. 17.

Vers. 5. *Et mactabis filium bovis ad facies Domini, & appropinquare facient filii Aaronis Sacerdotes, sanguinem, & spargent sanguinem super altare circùm, quod ostium, &c.*

Depre-

[illegible] Ellipsis: Et mact*a* [illegible] & quod, [illegible] baudi, *et* [illegible] *um bovis*, i.e *juven* [illegible] *τᾶ θύσια*. Ad *facies Do*[illegible] *ventus*, *a 'Domino ordina*-[illegible] 4.*Vatab*. in Annot. ad h.l p. [illegible] .108.

Vers. [illegible] *abet holocaustum, & dividet illud* [illegible]

[illegible] Ellipsis: *Detrahet*, videl. *Sacer*-[illegible] apparet ex 2. *Chron*. 29. v. 34. nam [illegible] *erdotum* jam cœpit Moses v. 5. [illegible] *totius* pro *parte*: Detrahet *holocau*-*stum*, [illegible] *holocausto*. (3.) Metonymia: *Holocau*-*stum*, i.e *vi*[illegible]*imam*, *unde fieri debet holocaustum*. Vatabl. & *Jun. ibid*.

Vers. 8. *Et disponent filii Aaron Sacerdotes frusta, caput*, & *adipem super ligna, quæ super* [illegible]*nem, quæ super altare*.

E[illegible] hic (1.) *Enallaxis*: Siquidem את pro עם, acci-[illegible]dum, *caput*, pro, *cum capite*. (2) Ellipsis: *Quæ* [illegible]*nem* [illegible]*unt*; & *quæ super altare*, videl. *est*. Ari-[illegible] in [illegible] p 84. *Vatabl*. in Annot. ad h.l. p. 219.

Vers. 9. [illegible] *testinum ejus, & crura ejus lavabit* [illegible] *suffire faciet Sacerdos omnia in alta*-[illegible] *caustum ignitio odoris quietis Domino*.

I. N[illegible] utitur (1.) *Pleonasmo*: nam ב, IN, ante no-[illegible]*quus*, redundare videtur. (2.) *Enallage* ab-[illegible] *ignitio*, pro concreto, *ignitum*. (3. *Ἀνθρωπο*-[illegible] *odor* [illegible] *m quietis* in holocaustis, *Deo* obla-[illegible] *Dei complacentiam*, sicut *bono odore* homo [illegible] *atur*. q. d. holocaustum illud odorem reddit [illegible]*imum*, quo Deus placatur. *Ariæm*. in Bibl. p. [illegible] *Jun*. ibid. p. 108. *Glass*. lib. 5. Philol. Sact. tract. 1. p. 141. *Vatabl*. in Annnot. ad h. l. p. 219.

Sacrificia V. T. *typice* quidem, *verè* tamen, [illegible] *Deum placarunt, & peccata hominum expia*-[illegible], *illa ipsa Deo fuerunt in odorem quietis*.

[illegible] l. 2. de Serv. Christ. c. 11. regerit t. in odorem [illegible] posse idē esse, quòd in odorē qui *quiescere* [illegible] *iram Jehova*, sed qui *suavissimus est*; propterea [illegible] vocabulum *quietis* non *iraplacationem*, sed [illegible] *oblectationem* significet: tum quia *perraro* [illegible] *pro peccato oblatis*, legatur; tum quia [illegible]on tribuatur *sanguinis effusioni*, quæ maximè pec-[illegible]tum expi[illegible] sed *combustioni adspit*.

R. [illegible] Perinde est; sive nostram accepte, sive [illegible] *placationem*: *Cui enim odor suavissimus* [illegible] *esus spirat eum cum beneplacito, & sic placatur*. [illegible], si *unum* exemplum habeamus. (3. Tri-[illegible] *sons*, & *sanguini sacrificiali incenso*. [illegible] 1. v. 5. 6. 7. 8. 9.

N[illegible] ab[illegible] *uté* verum esse: *quicquid iram placat*, [illegible] *satis fecisse*, cùm vel *levissimare* aliquan-[illegible]r, ut quis de jure remittens suo, satis [illegible] *iam à se petit*:

R. De*us* non postulat à nobis *nudam tantum* [illegible]*nem* [illegible] sed simul, ceu *justissimus judex*, qui [illegible] peccatum impunitum dimittit, *satisfactio*-[illegible] *in sacrificiis aliquo modo adumbratam*, [illegible] acquievit, & ex magna misericordia [illegible] *in* locō hominis puniri fecit *pecu*-[illegible] utein præstitam per passionem & mor-[illegible] qui est *ἱλασμὸς*, *placamen*, iram Jehovæ, [illegible], avertens. *Frantz*. Disp. 15. Schol. [illegible] oo. seqq. *Thumm*. Exer. Theol. disp. 9. [illegible] p. 49. seq.

[illegible] Controversiam de *Dei corporeitate*. Vide in [illegible] v. 21. m. 2. decisam.

Vers. 14. *Et si de ave holocaustum oblatio ejus Domino*. *& accedere faciet de turtur*[illegible], *vel de filiis columbæ oblationem suam*.

In versu hoc habetur (1. *Enallage* numeri singularis, *ave*, pro plurali, *avibus*. (2.) Ellipsis verbi substantivi *holocaustum*, scil. *fuerit*. 3. Hebraismus *Filius columba* h.e. *pullus columba*. Ariæm. in Bibl. p. 85. *Vatabl*. in Annot. ad h.l p. 220. *Jun*. ibid. p. 108.

CAP. II. v. 1. *Et anima quia appropinquare faciet appropinquationem muneris Domino, simila erit appropinquatio ejus & fundet super eam oleum, & dabit super eam thus*.

I. Ecce (1. *Synechdochen partis* pro toto. *anima* enim pro *homine* est, teste *Chaldæo*, & a parte nobiliori totus denominatur homo. (2. *Enallaxin*: nam adverbium temporis indeterminati, QUIM, per conjunctionem causalem כי, QUIA exprimitur. (3.) Hebraismum: *Appropinquare faciet appropinquationem*: ubi verbum eleganter regit nomen conjugatum. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 220. *Glass*. l. 3. Philol. Sacr. tr. 5. can. 8. p. 441. & l. 5. tract. 1. cap. 17. m. 1. 459.

II. Deus sibi *contradicere videtur*: hic enim *oblationi è Simila jubet superinfundi oleum*, *& thus imponi*; cùm infra c. 5. v. 11. præcipiat contrarium: *Ne addito oleum, neque imponito ei thus*; *quia peccatum est*.

R. Universalis enunciatio in *priori loco* restringenda est & intelligenda tantùm de oblationibus *voluntariis*; oblatio autem *pro peccato*, Deo displicente, oleô & thure, sive condimento & odoramento, carere debuit. *Walther*. Script. p. 178.

Vers. 3. *Et residuum de Sacrificio, Aaroni, & filiis ipsius, Sanctitas sanctitatum de ignitionibus Domini*.

I. Recurrit jam (1.) *Ellipsis* verbi substantivi, *Aaroni*, scil. *erit*, & *Sanctitas sanctitatum*, subint. est. (2) *Enallage* abstracti, *Sanctitas Sanctitatum*, & *ignitionibus*, pro *concreto*, *res sacrosancta & ignita* oblatio nimirum. *Ariæm*. in Bibl. p. 9. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 220. *Jun*. ibid. p. 109.

II. *Pazmannus* l. 11. c. 15. ad argumentum nostrum, *contra Missaticum Pontificiorum Sacrificium* quo dicimus *fieri non posse, ut una eademque res simul sit Sacramentum & sacrificium*; regerit, *eandem rem posse esse donum divinitus nobis datum*, *& cultum à nobis Deo oblatum*, quemadmodum *sacrificia Deo offerebantur, & tamen deinceps comedebant illa Sacerdotes*.

R. Hoc verò est *principium petere*: de eo enim quæritur, an *quæ in Sacramento nobis donantur, Deo vicissim offerri queant, ut sacrificium*; id quod nos negamus, quia *cum natura Sacramentorum pugnat, simul esse sacrificium*. Et ad hunc finem Sacramentum â Christo institutum est, non ut *nos offeramus aliquid Deo*, hoc n. in verbis institutionis non legitur; sed ut *nos accipiamus aliquid ad commemorationem mortis Christi*. Aliâs libenter concedimus, quod *in sacrificiis quadam offerebantur*, *quadam comedebantur*: sed hoc secundum *expressum Dei mandatum fiebat*. *Balduin*. in Phosphor. Cathol. l. 11. cap. 15 pag. 1072.

III. *Osius* Cardinalis in confessione Petricoviensi contendit, fas esse ut *soli Sacerdotes N. T. communicent sub utraq; cana specie* quòd & in V. T. *soli Sacerdotibus fas fuerit, de libaminibus*, *id est, sacrificiis, quæ in liquida materia offerebantur*, puta in *oleo*, fuisse: quo utrobique discrimen inter Sacerdotes & Laicos esset:

R. Nihili est hæc causa (1.) quia alioquin *nulla debuit esse Sacerdotis communio calicis*, cum in veteribus sacrificiis ne *Sacerdotes* quidem *biberent quicquam*

quam olei, quippe quod nunquam auditum eſt fuiſſe potui commodum. (2.) Cum ſacrificium N. T. non tantùm *numero* differat à Veteribus, ſed etiam *ſpecie propria* ſeparetur; non eſt mirum, ſi non per omnia debeat illis eſſe ſimile. Nec poteſt diſſimilitudo peti aliunde magis meliusve, quàm ab *inſtitutione*. Quare cum hoc inſtitutum ſit in *edendo & bibendo*, illa verò *tantum in edendo*: tam profectò non ſequitur, in hoc debere *tantùm comedi*, quàm in illis *comedi ſimul & bibi* (3.) Georgius Caſſander de commun. ſub utraque ſpecie p. 47. ex Chryſoſt. homil. 18. in 2. Corinth. pronunciat, *nunc non ſic eſſe*, verum omnibus corpus proponi, & unum poculum. Et Paulus 1. *Corinth.* 12. v. 13. de univerſa Eccleſia inquit: *Omnes in unum ſpiritum potati ſumus*. Chemnit. in Exam. Concil. Trident. par. 2. p. 312. *Eckhard.* part. 2. Pandect. C. P. c. 31. q. 9. ad obj. 13. *Cham.* tom. 4. Panſtr. l. 9. c. 12. n. 2. 3. 5.

Vers 6. *Concidere eam fruſta, & fundes ſuper eam oleum: ſacrificium ipſa.*

Continuatur (1.) *Enallage*: Infinitivus enim, *concidere*, eſt pro futuro, *concides*. (2.) *Ellipſis* præpoſitionis IN ante nomen, *fruſta* (3.) *Hebraiſmus*: nam pronomen demonſtrativum, הִוא, *ipſa*, nomini, מִנְחָה, ſubjunctum, ponitur locô verbi ſubſtantivi, *eſt*. Ariæm. in Bibl. p. 85. *Vatabl.* in Annot. adh. l. p. 220. Confer *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 7. p. 186.

Verſ. 11. *Omnis oblatio, quæ offertur Domino, abſq; fermento fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio Domini.*

I. Deus ſibi *contrariari* videtur: hic enim mandat, *ne Iſraelita ullum conficiant munus Iehovæ offerendum fermentatum*; cùm infrà c. 7. v. 13. & c. 23. v. 17. *fermentum adhiberi præcipiat.*

℞. Univerſalis negativa ibi iterum tantùm accipienda venit de *munere voluntario*, non de *ſacrificiis Euchariſticis*, aut *oblatione primitiarum*, de quibus poſteriora loca agunt, & fermentum admittunt. *Walther.* in harm. Script. p. 278.

II. *Anſelmus* in Colloq. Conſtantinopol. cum Nechita, ſtatuit, *in S. Cœna neceſſariò utendum eſſe azymo*, quòd *in V. T. à Deo prohibita fuerit fermentata oblatio.*

℞. Nechites regeſſit (1.) ſe habere pro *adiaphoro*, minimeque repudiaturum azymum, ſi in loco eſſet, ubi fermentatum habere panem non poſſet: ſed *longo uſu*, & ne imperitum vulgus offendatur, ante *generalis* concilij determinationem, nihil novi inchoare ſe poſſe. (2.) *De communi pane fermentato* locũ præſentẽ intelligi. (3.) in *Levitico* eſſe, de duabus decimis ſimilæ *fermentata* offerendis. *Hiſtor. Magdeb* cent. 12. c. 9 p 1291. l. 59. & p. 1291. l. 4. ſeqq.

CAP. III. v. 1. *Et ſi ſacrificium pacium oblatio ejus, ſi de bove ipſe offerens, ſive maſculum ſive fœminam, perfectum accedere faciet eum ad facies Domini.*

Moſes utitur (1.) *Enallage* tum abſtracti, *pacium*, pro concreto, *pacificum*; tum numeri ſingularis, *bove*, pro plurali, *bobus*: tum temporis præſentis, *offerens*, pro futuro, *offeret*. (2. *Ellipſi* verbi ſubſtantivi: *oblatio ejus*, ſcil. *fuerit*. (3. Ἀνθρωποπαθεία: Ad *facies Domini*, i. e. in *atrio ante ſanctũ ſanctorum*. Ariæm. in Bibl. p. 85. *Vatabl.* in Annot. adh. l. p. 222.

Verſ. 2. *Et fulciet manum ſuam ſuper caput oblationis ſuæ, & immolabit eum oſtium tabernaculi conventûs, & ſpargent filii Aaronis Sacerdotes &c.*

Vide ſis (1.) *Enallagen* numeri ſingularis, *manum ſuam*, pro plurali, *manus ſuas*. (2.) Ellipſin *Immolabit*, ſcil. *Sacerdos*; & *oſtium*, pro, *ad oſtium*. (3.) *Synecdochen totius* pro parte: Super *altare*, h. e. ſuper *extrema altaris*. Vatabl. & *Iun.* l. c.

Vers. 3. *Et offeret de ſacrificio pacium ignitionem domino. adipem operientem inteſtinum & omnem adipem, qui ſuper inteſtinum.*

Eſt hic (1. *Enallage* tum abſtracti, *ignitionem*, pro concreto, *ignitam* ſc. *oblationem*; tum antecedentis pro relativo. Super *inteſtinum* pro. ſuper *illud*: (2.) *Ellipſis* partim nominis, *offeret* ſubaudi, *Sacerdos*; partim verbi, *Qui*, ſubint. *eſt*. Ariæm. in Bibl. p. 85. *Vatabl.* in Annot. adh. l. p. 222.

Vers. 5. *Et ſuffire facient filii Aaronis eum in altari, ſuper accenſionem, quæ ſuper ligna, quæ ſuper ignem. ignitio odoris quietis Domino.*

Philologica unà cum controverſiis hujus loci vide propoſita, partim in Vindic. *Geneſ.* 8. v. 21. m. 2. partim in Vindic. *Levit.* 1. v. 9. m. 1. & 2.

Vers. 11. *Et ſuffire faciet eum Sacerdos in altari, panis ignitionis Domino.*

Redit huc (1.) *Synecdoche ſpeciei* pro genere: *panis* enim pro *cibo* eſt. (2.) *Enallage* abſtracti, *ignitionis*, pro concreto, *ignita*, ſcil. *oblatio*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: nam *panis* Deo tribuitur, more *hominum*, quòd ſicut *homo cibo delectatur* ita *Deus oblatione ignita*, propter ἀντίτυπον Meſſiam, (4.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Panis*, ſubint. *eſt*. Ariæm. in Bibl. p. 86. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 7. p 158.

Verſ. 16. *Et faciet ſuffire ea Sacerdos in altari. panis ignitionis, in odorem quietis. omnis adeps Domino.*

I. Philologica, una cum polemicis, ad textum hunc pertinentibus, vide conſignata partim in Vindic. *Geneſ.* 8. v. 21. partim in Vindic. *Levit.* 1. v. 9. & cap 3. v 11.

II. Hic apparet ἀντιλογία: nam *omnis adeps dicitur Domini eſſe*, cùm *Pſal* 50. v. 13. Dominus ajat: *Num comedam carnem taurorum?*

℞. (1.) Deus requirit adipem, non *ut comedat ipſe*, ſed *ne comedatur ab hominibus*, ſub qua ceremonia aliquid *civilis*, & aliquid *Theologici* latebat. *Civile* eſt, quòd noluerit Deus, ut populus ſuus participaret cum populis idololatris, qui *pinguedinem ſacrificiorũ* comedebant, *Deut.* 32. v. 38. ſimulque voluerit, ut eſſet *pædagogia*, quâ populus admoneretur, ne ſectaretur delitias & voluptates carnis ſed eas igni ſpiritus mortificaret. *Theologicum* eſt, quia incenſum hoc adipis in ſacrificio typus fuit paſſionis ac mortis Chriſti: ut enim *adeps* ſelectiſſimum eſt, & alimenti abundantiam innuit; ita *Chriſtus* eſt optimus, & aduſtione adipis ſignificabatur. ſufficientiã omnium bonorum â Deo eſſe ad ejus gloriam. (2.) Aliud eſt, *adipem eſſe Dei*; & aliud, *non comedere carnes taurorum*. *Hoc* enim convincit erroris judæos hypocritas, qui Deum homini ſimilem efficiebant, dum mactatione taurorum eum placari autumabant: *illud* vero indicat, aliquid de ſacrificiis Deo & miniſterio ejus conſecrandum eſſe.

Vers. 17. *Statutum ſeculi per generationes veſtras in cunctis habitaculis veſtris, omnem adipem, & omnem ſanguinem non comedetis.*

I. In verſu hoc habetur (1.) *Synecdoche* totius pro parte: *ſeculum* enim pro *perpetuo* ponitur. (2.) *Enallage* modi indicativi, *comedetis*, pro imperativo, *comeditote*. (3.) Hebraiſmus: *Omnem adipem & ſanguinem non comedetis*, h. e. *nullum adipem, & nullum ſanguinem comedetis*. Vatabl. in Annot. ad h. l p. 223. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 109. Confer *Glaſſ* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 5. can. 19. p. 478.

II. Nova

... omnem interdicitur ... comedant; cum Deut.14. ... e butyrum bovis, & lac ... & impingvatos esse. ... hibetur, ex iis duntaxat ani... qua homo legitime potuit offerre, ... v.3.&14. Est autem adeps non ... ud, quod musculorum extre... lis adhæret; & hoc vetabatur: ... dine inter ... animalium, qua comedere fas ... Le ir.1 ... 2. & 3. Deut. 14. v. 4. 5. 6. non in... icebantur. Walther in harm. Script. p. 178.

CAP. IV. v. 2. *Anima quia peccaverit in ignorantia ex omnibus preceptis Domini, quæ non fient, & fecerit ab uno ex his.*

I. Nota hic (1.) *animam* Synecdochicè poni pro *homine*. (2.) Adverbium temporis indeterminati, *quum*, per conjunctionem כִּי, *quia*, exprimi. (3.) בִּשְׁגָגָה *in ignorantia*, idem esse ac, *ignoranter*. (4) Ante voceа, *Ex omnibus*, subaudiendum est, *ea quæ*. (5.) Verbum תֵעָשֶׂינָה *fient*, significare debitum; Quæ *non fient*, h. c. quæ *non debent fieri*, i. quæ *non sunt facienda*. (6.) Redundare מ præfixum: מֵאַחַת, *ab uno*, pro, *unum*, i. e. *quidpiam*. Ariæm. in Bibl. p. 86. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 223. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 6. p. 247.

II. *Socinus* part. 2. de Christ. Servat. c. 12. infi... *anniversariò illo sacrificio*, Levit. 16. v. 34. ... *minime peccata fuisse expiata*, sed *tantum er...*, i. e. per ignorantiam & impudentiam admissa, ... ut probat ex voce בִּשְׁגָגָה, quæ peccatum ex *ignorantia* commissum significat.

℞. (1.) Negamus peccata *gravia* non fuisse ex... imperatum enim fuit sacrificium pro אָשָׁם ... *[ignor]atione*, v. 3. pro מַעַל, peccato *contra consci...* *[entiam]* commisso, *Levit. 6. v. 2.* Sic Deus 1. *Sam.* 3. v. 14. *singulari juramento* præcavet & prohibet ex... [exp]iationem iniquitatis domûs Eli; quo juramento opus ... fuisset, si *magna & gravia* peccata expiari non potuissent. (2.) Vox illa שְׁגָגָה, quæ *specialium* levia errata denotat, interdum etiam *gravia* significat, ut *Psalm.* 119. v. 47. ubi custodiæ verbi divini ... ponitur. (3.) Agitur quidem hic de expiatione ... *[pec]cati per ignorantiam ac præcipitantia vel infirmitate positi*; pro eo tamen Deus etiam offerri jussit ... [sacri]ficia, quia ea quoq; peccata, quæ *nobis leviora* videntur, nos in judicio Dei condemnant: si... dem requirit lex, ut ex totis viribus, & ex totâ ... te Deo serviamus; & si quis delinquit in *uno*, ... m reus est, *Jacob.* 2. v. 10. *Hutter.* in LL. ... col. p. 412. *Thumm.* Exerc. Theol. disp. 9. p. 50. ... *m.* disp. Antipbot. 25. q. 3. ad 2. *Walther.* in ... t. sent. Socin. de justif. p. 94. seq.

III. Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim ... *omnia mandata Dei non esse facienda*; contra... verò infert, Deut. 27. v. 26.

℞. Verba Levitici non sunt referenda ad *mandata* ... quorum mentio præcedit ante illa ipsa, *quæ non sunt facienda*; hoc enim incongruum fo...et: ... subintelligi debet, *peccatis*, quæ non ... facienda. Latet autem hæc vox חַטָּאת *peccatis*, ... præcedente verbo תֶחֱטָא *peccaverit*, ut integer ... sensus ... *anima cùm peccaverit per errorem, præ...* *omnia ... Dei peccatis, quæ non sunt facienda*. Glass. l. 4. Philol. Sacr. tract. 2. observ. 5.

Vers. 3. *Si Sacerdos unctus peccaverit in reatum populi & accedere facies super peccato suo, quod peccavit juvencum filium bovis, integrum Domino, in peccatum.*

I. Ecce (1.) *Synecdochen* generis pro specie: *Sacerdos unctus*, i. e. *summus Sacerdos*; nam *is solus* postea ungebatur, *Exod.* 40. v. 15. (2.) Hebraismum: *juvencus* enim dicitur *filius bovis*, h. e. *subrumus*. (3.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: In *peccatum*, h. e. *hostiam pro peccato* expiando. *Vatabl.* in Annot. ad l. p. 223. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 110. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 3. m. 4. p. 47.

II. *Bellarminus* l. 2. de Rom. Pontif. c. 29. negat, *in V. T. Pontificem fuisse inferiorem Rege*, quòd *in sacrificiorum illorum institutione primas teneat Sacerdos præ Principe*, adeò ut *pro illo* vitulus, pro *hoc* verò hircus, qui vitulo vilior, offerri debeat.

℞. (1.) Quis docuit sacrificia censenda ex *pretio*, aut quanti constent in foro pecuario, tanti fit is, pro quo fit oblatio? (2.) *Vitulus* non tantùm pro *Sacerdote*, sed etiam pro *populo* instituitur offerri. Ergo si valet consequentia Bellarmini, *Rex erit inferior populo, & populus æqualis Sacerdoti*; id est, ut interpretatur, summo Pontifici: cur ergo negat Sacerdos Romanus se judicandum vel ab omnibus? (3.) Agitur ibi de *rebus sanctis*, deq; *ipsius religionis partibus*, in quibus majorem fuisse quemlibet Sacerdotem quolibet etiam Rege, rationi consentaneum est: & nos profitemur, quemlibet Episcopum, imò Presbyterum, in *mysteriis* longè anteire Regibus & Imperatoribus; qui tamen iisdem subjiciuntur *Republica jure*. Cham. tom. 2. Panstr. l. 14. c. 11. n. 26. & 32.

Vers. 6. *Et tinget Sacerdos digitum suum in sanguine, & asperget de sanguine septem vicibus ad facies Domini, ante facies veli sanctitatis.*

I. Habetur hoc loco (1.) *Synecdoche speciei* pro genere: *septem vicibus*, i. e. *pluribus vicibus*; ubi numerus certus pro incerto ponitur. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: *Ad facies Domini*, h. e. *in loco sacro divinitus ordinato*. (3.) Pleonasmus: *Ante facies veli*, pro, *ante velum*; redundat enim *facies*. (4.) *Enallage abstracti* pro concreto; *Sanctitatis*, i. e. *sancti*, quod scil. separabat Sanctum sanctorum à Sancto. *Ariæm.* in Bibl. p. 86. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 223. Confer. *Glass.* lib. 5. Phil. Sacr. tract. 1. c. 7. p. 104. & cap. 15. m. 4. p. 450.

II. Argumentum *Bellarmini*, pro *septem* N. T. *Sacramentis*, vide refutatum in Vindic. *Exod.* 29. v. 37. m. 2.

Vers. 7. *Et dabit Sacerdos de sanguine super cornua altaris suffimenti aromatum ad facies Domini, quod in tentorio conventûs, & totum Sanguinem juvenci effundet ad fundamentum altaris holocausti, quod ostium, tentorii conventûs.*

Observa nunc (1.) *dare*, esse pro, *ponere*. (2.) *Cornua* altaris *metaphoricè* significare *angulos* seu *eminentias*, formam cornuum habentes. (3.) Substantivum, *aromatum*, usurpari pro adjectivo, *aromatici*, idq; per *Enallagen*. (4.) *Ellipticè* subaudiendum esse post verba, *totum sanguinem*, sc. *reliquum*, post pronomen autem, *Quod*, τὸ *est ad ostium*. *Ariæm.* in Bibl. p. 86. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 224. *Jun.* ibid. p. 110. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 11. p. 308.

Vers. 12. *Et exire facies totum juvencum ad extra castra ad locum mundum, ad effusionem cineris, & combures eum super ligna in igne,*

in igne, f... effusionem cineris comburetur.

I. Videsis (1.) *Pleonasmum*: nam, AD, ante præpositionem, EXTRA, abundare videtur: (2.) *Ellipsin* nominis מְקוֹם, *locum*, ex membro præcedente repetendi: *Ad effusionem*, h. e. *ad locum effusionis*; & *Super effusionem*, pro, *in loco effusionis*, seu, *ubi effunditur cinis*. (3.) *Enallagen* modi indicativi, *comburetur*, pro imperativo, *comburitor*. Ariœm. *Vatabl. Jun.* l. c.

II. *Socinus* part. 2. de Christ. Servat. c. 19. negat, *in Pontificis Levitici persona fuisse aliquam Christi adumbrationem*, quòd *ipsi* non tribuatur hæc phrasis: *Et expiabit eum*; quia se ipsum mundum declarare nequeat.

℞. (1.) Pontificem V. T. *officiô* quo 1. pro peccatis populi orabat, 2. offerebat, & 3. solus cum sanguine in sanctuarium semel quotannis ingrediebatur) *& ingressu suo post velum*, Christum Pontificem nostrum adumbrâsse, imprimis ex *Hebr.* 9. v. 8. constat, ubi Apostolus disertè dicit, *in V. T. nondum patefactam fuisse viam ad verum sacrarium, sed eam per Christi Pontificis veri oblationem & ingressum fuisse patefaciendam* (2. Phrasis illa, *& expiabit eum*, habetur loco parellelo, *Levit.* 16 v. 6. de Aarone: *Et expiationem faciet pro se & domo sua. Thumm.* Exerc. Theol. disp. 9. p. 62. seq.

Vers. 13. *Et si omnis cœtus Israelis erraverint, & absconditum fuerit verbum ab oculis cœtûs, & fecerint unum ex omnibus præceptis Domini, quæ non fient, & deliquerint.*

In textu hoc reperitur (1.) *Enallage* tum *numeri*; nomini enim collectivo singulari, *cœtui*, respondet verbum plurale, *erraverint, fecerint, deliquerit*: tum *antecedentes* pro *relativo*: Ab oculis *cœtûs*, i. e. ab oculis *ejus*. (2.) *Hebraismus*: nam Hebræis דָּבָר *verbum*, est *res*; *unum* notat *quidpiam*; & *fient*, significat, *fieri debent*, sive, *sunt facienda*. Cætera hûc pertinentia vide in Vindic. *Levit.* 4. v. 2. *Ariœm.* in Bibl. p. 86. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 224. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 110. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 6. p. 247.

Vers. 14. *Et scitum fuerit peccatum, quo peccaverunt*, &c.

Philologica versuum 14. 17. 18. vide enodata in Vindic. *Levit.* 4. v. 3. 6. 7. 13. quæ loca cum illis sunt conferenda.

Vers. 20. *Et faciet juvenco, quemadmodum fecit juvenco peccati, sic faciet ei, & expiabit super eos Sacerdos, & dimittetur eis.*

I. Recurrit nunc (1.) *Enallage temporis* præteriti, *fecit*, pro præsenti, *facit*. (2.) *Ellipsis* præpositionis PRO: *Peccati*, i. e. *pro peccato*. (3.) *Pleonasmus* nam τὸ *super* abundare videtur. *Ariœm.* in Bibl. p. 86. *Jun.* ibid. p. 110.

II. *Priscæ victimæ expiârunt peccata hominum, & sic satisfactiones quædam pro ipsis fuerunt: nam sacrificio pro synagoga Israelitica Deus ipse peccatorũ expiationem tribuit, eidemq; disertè addidit propitiationis promissionem.*

Socinus part. 2. de Christ. Servat. c. 9. seqq. excipit 1. hic non dici, *victimas legales* expiâsse peccata, sed *Sacerdotem*, victimis peractis, populum expiâsse.

℞. Etsi quandóq; in *uno loco* aliquid omittitur pro more Historicorum, qualem egit Moses; tamen in *alio* iterum clarissimè adjicitur: non tantũ enim *Sacerdos* sed & *victima* expiare dicitur, *Levit.* 10. v. 17. & c. 17. v. 11.

2. Victimas legales, *in se* non habuisse vim expiandi peccata, utpote in quibus nec peccata commissa puniri, nec Deo pro beneficiis præstitis remuneratio aliqua præstari potuerit.

℞. Licet victimæ *ex se & per se* nullam habuerint vim expiandi peccata, eam tamen acquisiverunt ex *divina ordinatione typice* quatenus adumbrabant Christum, *Johann.* 1. v. 29. *Hebr.* 9. v. 13.

3. Desiderari hic requisitam *similitudinem* in sacrificiis *legalibus* & victimâ *Christi*, quantum ad *satisfactionem*, quippe quæ in *illis* locum non habeat, ob causas modò allatas: figuram autem respondere figurato.

℞. (1.) illud, *figuram respondere figurato*, valet tantum de *aliquali* congruentia rei vel actionis ad rem vel actionem; non verò de *strictè* sic dicta similitudine eorum, quæ *eâdem qualitate vel actione* conveniunt. Satis ergo est, ut significetur actio rei *futuræ*; non verò, ut *propriè & per se insit typo*, satisfactio autem, ejusq; effectus, *placatio* pro peccatis, justitiæ Dei præstita, est actio & eventus *rei figuratæ proprius*, non *figuræ*: & sufficit, ut fuerit ibi *aliqua* expiatio, licet non *talis*, quæ hic attenditur. (2.) *Victimæ* considerantur, velut sunt *media*, signatum applicantia. *Signa* sunt, quatenus figurant Christi satisfactionem, propter quam expiabant *Levit.* 17. v. 11. *Media* verò, quatenus meritum Christi, quod figurarunt, credentibus applicuerunt, *Hebr.* 9. v. 22. cujus *figurationis* evidentissimum signum est, quòd sacrificia non nisi pòst lapsũ inceperunt, & usq; ad Christum exaltatum durârunt. Bellè igitur sibi constât inter *typum*, victimas legales; & *antitypum*, Christum, *similitudo*.

4. Veterem Sacerdotem expiantem describi per vocabulum כִּפֶּר, unde concludit Socinus, eum tantùm *liberâsse à reatu peccati*, peragendo id, quod peragi voluit Deus, si is, qui deliquerat, delicti sui veniam consequi vellet.

℞. (1.) Verbum כִּפֶּר hic non nudè significat *tegere*, sed *expiare*; id quod ex eo patet, quia sacrificia illa ita dicuntur expiare, ut sint *odor quietis Dei, & ipsius iram placantia*, Levit. 1. v. 9. 2. Sam. 23. v. 28. adeò ut quicquid ex peccatis hominum Deo poterat esse adversum & inimicum, jam virtute sacrificiorum, sed in *typo Christi*, ita esset expiatum, ut grati acceptique evaderent homines. (2.) concedimus verò, *Dei benignitate tegi peccata*, verùm non aliter, quàm *oblato sacrificio pro peccatis*. Patet hoc ex contextu, ubi dicitur *remitti peccatum*, sed quia *processus sacrificiorũ præcedit*, cum additur *Atq; ita expiabit eos. Sacerdos* ita autẽ expiat: 1. *Peccator accipit innoxiâ pecudẽ ante ostium tabernaculi, manus ei imponit, & dat Sacerdoti.* 2. *Sacerdos in acceptam pecudem, peccatoris iniquitates & maledictionem, hisce debitam, imponit, eamque locô peccatoris occidit, occisam, tanquam piaculorum hostiam, Deo offert.*

5. Quòd *expiare* significet idem, atque *expiatum* seu *mundatum declarare*, ita ut Sacerdos expians offerentem *purgatum esse declaret*.

℞. *Conjuncta* hæc sunt, nec *dissolvenda*: quia omnis *verè expiatus* juxta ordinem divinitus præscriptum, verè potest *pronunciari expiatus & mundus*. *Franz.* in Schol. sacrif. disp. 8. thes. 1[.]4. seq. & disp. 15. thes. 79. *Hutter* in LL. Theol. p. 422. *Stegm.* disp.

Thumm. in Exerc. ... *m.*tom. 2.5; Item, Theol. ... 183.seq. ... M ss. c. 2. contendit, ... *verè propitiatorium,* ... *ra fuerint sacrificia* V.T. ... *ia* seu *propitiatoria pro*

... illam fovet hypothesin de ex- ... ficio, in *ipsa Euchari*... *tia* ... *Missa*, in V. T. *typus olim* ... nec enim Scriptura vel unic... ver- ... onem facit (2.) Apostolus ad ... endit, cujusnam *res* figuræ & ... V. T. siquidem arche- ... duntaxat recenset, videlicet *sacrifi-* ... *cruce peractum*. (3.) Quia *figura nn* ... nihil probare valet, rectissime invenitur argu- ... Fuerunt enim sacrificia illa Levitica *typus* ... um, ejusq; sacrificii & Sacerdotii; ergo ... *corpore* abrogata *illa* sunt & eva- ... *Hutter.* in tract. de Mis. refut. l. 2. c. 2. p. ... seqq. ... *am.*tom. Panstr. supplem. c. 11. num.

IV. ... *armi nus* l. 1. de Pœnit. c. 13. negat, ... *nec* ... *V. T. fuisse præscriptam,* ... *quam* ... *medium pec atorum, post eam perpetra-* ... *ationes & sacrificia*, indeque conclu- ... *rationem baptismi in N. T.* ... *nnda, perfunctoriâ & historicâ* Ba- ... atione hominem Deo reconciliari ... juxta peccatorum agnitionem, *gratia* ... *omissionis ordersalis*, in Baptismo olim ... epto tactæ, *apprehensionem*, quæ verâ fiat fide, ... mus, & sic ab eo q; *novo* Sacramento in gratiam ... Deum rediri docemus. (2.) Quoties vel in V. ... N. T. homines lapsi ad Deum reverti juben- ... regressus ad *Sacramentum fœderis* præci ... Eo enim per pœnitentiam revertimur, unde ... ccata excidimus, *Jerem.* 3. v. 1. seqq. *Apoc.* 5. Non ergo opponuntur *sacrificia*, & *regressus* ... in Circumcisione cum Deo initum. ... *par* 2. Pand. Cootrov. Pontif. cap. 24. ... p. 267.

V. f. 21. *Et extre faciet juvencum ad extra* ... *a, & comburet eum, quemadmodum com-* ... *it juvencum primum, peccatum congrega-* ... *tis est.*

... ut (1.) *Pleonasmo*: nam A D ante EX- ... undare videtur. (2.) *Metonymia subjecti* ... *: Peccatum*, i. e. *oblatio pro peccato.* (3.) ... nominis demonstrativi, אוה, *ipse*, no- ... vo substantivo EST. *Ariam.* ... *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tr. 2. can. ... p. 47.

... 22. ... *od Princeps peccaverit, & fecerit* ... *omnibus præceptis Domini Dei sui,* ... *cent in ignorantia, & reus factus*

... bi (1.) pronomen אשר, *quod*, poni pro ... conjunctione, אם, *si*, quæ & in simili ... habetur, v. 3. & 27. LXX. ... *ἐὰν* ... *ἁ-* ... *peccaverit.* (2.) *Unum.* Hebræis ... *aliquam.* (3) *Fient* significare ... *ignorantia*, idem esse ac, *ignoranter.* ... p. 8 ... *Jun.* ibid. p. 11 ... *Glass.* lib. 3. ... can. 6. p. 247. & tract. 7. can. 5. ...

V. ... *Aut notum factum fuerit ei peccatum* ... *peccavit in eo & venire faciet obla-*

tionem suam, hircum caprarum masculum integrum.

Ecce (1.) *Enallaxin* tum disjunctivæ או, AUT, pro copulativa ו, ET; tum copulativæ ET, pro adverbio TUNC, ante verbum, *venire faciet.* (2.) *Pleonasmum*: nam, *in eo*, abundare videtur. (3.) Hebraismum: *Hircum caprarum*, i. e. *lactantem.* Ariæm. in Bibl. p. 87. *Jun.* in Not. ad h. l p. 110. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 7. can. 8. p. 601. seq.

V. 24. *Et fulciet manum suam super caput hirci, & mactabit eum in loco, quo mactabit holocaustum, ad facies Domini, peccatum ipse.*

Est 1. *Enallage* tum *numeri* singularis, *manum suam*, pro plurali, *manus suas*; tum substantivi, ante pronomen, אשר, *qua*, constructi, מקום, *loco*, pro absoluto, מקום, *locus*, quasi subaudiendum esset aliud substantivum, veluti, *sacrificiorum*, vel simile, ut v. 29. *in loco holocausti*. tum temporis futuri, *mactabit* holocaustum, pro præsenti, *mactari solet* (2.) *Ellipsis* nominis: *mactabit*, scil. *Sacerdos*. (3. *Ἀνθρωποπάθεια*: Ad facies Domini, h. e. juxta *altare holocausti in loco sacro*. Cætera vide enucleata v. 21. *Ariam.* in Bibl. p. 87. *Vatabl.* in Annot ad h. l. p. 225. *Jun.* ibid. p. 110. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 31. m. 2. p. 115.

Vers. 25. *Et accipiet Sacerdos de sanguine peccati in digito suo, & dabit super cornua altaris*, &c.

Iteratur hic (1.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *peccatum* enim significat *hostiam pro peccato.* (2.) *Metaphora*: nam *cornua* altaris notant *angulos* seu *eminentias*, formam *cornuum* habentes. *Ariam.* in Bibl. p. 87. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 11. p. 308.

Vers. 27. *Et si anima una peccaverit in ignorantia de populo terræ, in faciendo ipsa unum ex præceptis Domini, quæ non fient, & rea fit.*

I. Intextu hic invenitur (1. *Synecdoche* tum *partis* pro toto, quia *anima* est pro *homine*; tum *generis* pro specie; De *populo terræ*, i. e. *ex vulgo*; tum *speciei* pro genere, nempe *una* pro *aliqua*. (2.) Hypallage: *Anima una peccaverit in ignorantia de populo terræ*, pro, *Anima una de populo terræ peccaverit*, &c. (3.) Enallage: *Fient*, h. e. *fieri debent*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 225. *Jun.* ibid. p. 110. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 6. p. 247.

II. Philologica versuum 28. 29. 30. vide consignata in Vindic. *Levit.* 4. v. 23. 24. 25.

Vers. 31. *Expiabit super eum Sacerdos, & dimittetur ei, &c.*

I. *Pareus* libr. de liter. & sentent. verb. Cœn. p. 269. autumat, verbum substantivum SUNT *metonymicè* interdum accipi pro SIGNIFICAT, ut hoc loco: *Victima Levitica sunt expiationes*, h. e. *significant veram expiationem*,

℞. (1.) Enunciatio hæc, *Levitica victima sunt expiationes*, *κατὰ τὸ ῥητὸν* & *actu* ibi non habetur; cum tamen agamus de locutionibus & phrasibus ipsius Scripturæ, quæ *actu* in sacris literis leguntur. (2.) Sed si maximè concedamus illam locutionem, non tamen Paræus obtinebit, quod postulat. Nam victima seu sacrificium Leviticum non dicitur expiatio, quasi *significet veram expiationem*, sed quod *verè est ipsa expiatio*, scilicet *externa illa & ceremonialis Levitica*, quæ vicissim fuit *umbra expiationis*, per Christi sanguinem factæ, *Hebr.* 9. vers. 13. & 14. *Gravver.* in Propugn. Anti-Par. p. 18. seq. *Mentzer* tom. 3. Giess. disp. 7. thes. 52. p. 250. & in Martin. *ἐλεγχομ.* disp. 8. thes. 188. seq. p. 284. & 285.

II. Phi-

II. Philologica, ad versum 31.seqq. pertinentia, vide annotata in Vindic.*Exod.*29.v.18.& *Levit.* 4. v.24.25.

Vers. 35. *Atque ita expiabit eum Sacerdos à peccato suo, quod peccavit, & remittetur ei.*

I. *Sacramenta V. T. fuit organa gratiæ divinæ & salutis.* probatur à *sacrificiis veterum*, quibus *peccatorum expiationem & remissionem Scriptura hic tribuit.*

Bellarminus l.2.de Effect. Sacram. c.17. regerit, 1. Sacrificia vetera valuisse ad expiationem peccati, quoad pœnam *temporalem*, non quoad *culpam* & pœnam *Gehennæ*.

℞. (1.) Inconstans nimis est Jesuita. Olim negat remissam culpam, pœnam vere *æternam*, sed tantùm pœnam *temporalem*; hodie vult retentam pœnā *temporalem*, culpā pœnāq; remissam *æterna*? Atnos cōstantius: nunquam remissionem peccatorum nominari, ubi culpa retineatur, ubi pœna æterna exigatur. Hoc autem loco disertè *remitti peccata*; imo disertiùs, *& fiet ei propitiatio.* 2.) De *pœna temporali expiata* nullum vestigium in tota Scriptura: quin potiùs plenissimè Bellarminus refutatur ab *experientia*. Nunquam enim veterum quispiam, quantumvis Deo sacrificans, *morti* exemptus, aut *temporalibus calamitatibus* testibus Abrahamô, Jacobô, Jobô, aliis. Imò Propheta, Psalm.73.v.3. seq. felicitatem corporalem *impiorum*, id est, vel *non sacrificantium*, vel *indigni sacrificantium*, majorem describit, quàm *fidelium*; quod contrà oportuit, si sacrificiorum expiatio non pertinet, nisi ad pœnam *temporalem*.

II. Sacrificia non esse instituta pro *omnibus* peccatis, sed solùm quædam, eaq; *leviora*, expiâsse, quoad *culpam*.

℞. Hoc ipsum, quod dixit Bellarminus, ex *quotidianis* illis oblationibus; quæ fiebant manè & vesperi, itemq; ex *solenni* illo sacrificio, quod summus Pontifex, quotannis semel ingrediens Sanctuarium, pro suis ac totius populi peccatis offerebat; falsitatis coovincitur. *Gerhard.* tom.4. LL. CC. loc.21.de Sacram.§.71.p.88. & 59t. *Cham.* tom. 4. Panstr.l.3. c.4.n.1.4.§.6.

I. *Socinus* Prælect.Theol.c.22. p.139. negat, *in omnibus illis antiquis sacrificiis pro peccato Christi mortem fuisse adumbratam*, quia sacrificia *privatorum*, quæ pro peccato fiebant, Christi morti non rectè respondeant: cum *illa* non fuerint oblata cum pro *omnibus* hominibus, sed tantùm pro *privatis*; tum pro *singulis* eorum peccatis, sed pro *uno*; tum ex *sola Dei voluntate*, sed ex *antecedente voluntate uniuscujusque*: secus ac Christi mors: Rem autem *adumbrantem* rei *adumbratæ* respondere oportet.

℞. Utique hic est similitudo inter *sacrificia ista*, & *sacrificium Christi*, *in ipsare*, licet non in *modo rei*. Nam 1.) & Christus pro *singulis*, atque adeò etiam pro *privatis* mortuus est (2.) *Singularis* hæc meriti Christi applicatio, quæ fiebat io *privatis* ejusmodi sacrificiis pro uno peccato, *universali* applicationi non *apponenda*, sed *subordinanda* est. (3.) Privata illa sacrificia pro peccato non dependebant à *voluntate populi simpliciter*, sed *Dei voluntate* peragi debebant, licet non *certò* & *infallibiliter determinato tempore*, sed simul ac peccatum commissum esset, *primo* quoq; tempore illa fieri necessarium erat. *Stegm.* disp. Antiphot. 25 q:1.

III. *Pontificii nugantur*, *in Missa privata pro astantibus posse Missificum communicare*, quòd & *in* V. T. *Sacerdos pro aliis* (Laicis præsentibus) *sacrificarit.*

℞. Magna est diversitas. Nam ... in V.T. sacrificando & offerendo, Deo aliquid *dat*; communicans verò non *dat*, sed aliquid *accipit*; aliud verò est, aliquid *offerre*, & aliud, *accipere seu communicare*. 2. Et qui hostiam ... offerendam ad Sacerdotem adduxit, non fuit *hac in sac...* clusus, sed & *ipse* sacrificâsse dicebatur; ... & nihil cum privata Missa coovenit, in qua *nudi ... spectatores*, qui Missæ privatæ ad sunt, Laici. ... in Enchir. Contro v.Papist. c. 17. abus.t.p.20.

IV. *Iidem* docent, *bona opera renatorum justificare coram Deo*, quòd *Leviticæ ceremoniæ expiarint peccata*, adeoq; *justificarint*, videlicet *victimæ illæ legales*.

℞. Victimæ expiarunt peccata, non *absolute* sed *relate*, quatenus illæ *typum* gesserunt Christi, cujus meritum, ut & fidem, incluserunt, ac fuerunt *media*, per quæ Messiæ beneficium credentibus est applicatum, ut jam apud nos fit per *Sacramenta*. *Reinecc.* tom.4. Panopl.c.14.p.171.b.

[illegible] de Serv. Christ. c. 11. regerit t. in odorem [illegible] posse idē esse, quòd in odorē qui *quiescere* [illegible] *hova*, sed qui *suavissimus est*; propterea [illegible] *quietis* non *iræ placationem*, sed [illegible] *oblectationem* significet: tum quia *perraro* [illegible] *peccato oblatis*, legatur; tum quia non [illegible] *sanguinis effusioni*, quæ maximè pec-[illegible] tum [illegible] *combustioni adipis.*

R. [illegible] Perinde est; sive nostram acceptes, sive [illegible] ex[illegible]cationem: *Cui enim odor suavissimus* [illegible] *cit eum cum beneplacito, & sic placatur.* Sufficit, si *unum* exemplum habeamus. (3.) Tri-[illegible] *sons, & sanguini sacrificiali incenso.* [illegible] v. 5. 6. [illegible] 8. 9.

Non [illegible] verum esse: *quicquid iram placat,* [illegible] *fictis* [illegible] *cisse*, cùm vel *levissimare* aliquan-[illegible] placetur, ut si quis de jure remittens suo, satis [illegible] *veniam à se petit*:

Deus non postulat a nobis *nudam tantùm* [illegible] *nem* sed simul, ceu *justissimus judex*, qui [illegible] peccatum impunitum dimittit, *satisfactio-*[illegible] *sacrificiis aliquo modo adumbratam*, [illegible] quievit, & ex magna misericordia [illegible] loco hominis puniri fecit *pecu-*[illegible] autem præstitam per passionem & mor-[illegible] est ἱλασμὸς, *placamen*, iram Jehovæ, [illegible], avertens. *Frantz.* Disp. 15. Schol. [illegible] o. seq. *Thumm.* Exer. Theol. disp. 9. [illegible] 9. seq.

III. C[illegible] sam de *Dei corporeitate*. Vide in [illegible] v. 21. m. 2. decimum.

Vers. 14. *Etsi de ave holocaustum oblatio ejus Do-mino, & accedere faciet de turturibus, vel de* [illegible] *liis columbæ oblationem suam.*

In versu hoc habetur (1.) *Enallage* numeri singu-lari [illegible], pro plurali, *avibus*. (2.) *Ellipsis* verbi sub-stantivi *Holocaustum*, scil. *fuerit*. (3.) Hebraismus: *Filius columbæ* h. e. *pullus columbæ*. Ariæm. in Bibl. p. 85. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 220. *Jun.* ibid. p. 108.

CAP. II. v. 1. *Et anima quia appropinquare faciet appropinquationem muneris Domino, simila erit appropinquatio ejus & fundet super eam oleum, & dabit super eam thus.*

I. Ecce (1.) *Synechdochen partis* pro toto: *anima* enim pro *homine* est, teste *Chaldæo* & à parte nobi-liori totus denominatur homo. 2. *Enallaxin*: nam adverbium temporis indeterminati, QUUM, per con-junctionem causalem כי, QUIA exprimitur. (3.) He-braismum: *Appropinquare faciet appropinquatio-nem* ubi verbum eleganter regit nomen conjuga-tum. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 220. *Glass.* l. 3. Philol. Sacr. tr. 5. can. 8. p. 441. & l. 5. tract. 1. cap. 17. m. t. 459.

II. Deus sibi *contradicere videtur*: hic enim *ob-lationi è Simila jubet superinfundi oleum, & thus imponi*; cum infra c. 5. v. 11. præcipiat contrarium: *Ne addito oleum, neque imponito ei thus; quia pecca-tum est.*

R. Universalis enunciatio in *priori loco* restrin-genda est & intelligenda tantùm de oblationibus *voluntariis*; oblatio autem *pro peccato*, Deo displi-cente, oleô & thure sive condimento & odora-mento, carere debuit. *Walther.* Script. p. 178.

Vers. 3. *Et residuum de Sacrificio, Aaroni, & filiis ipsius, Sanctitas sanctitatum de ignitionibus Domini.*

I. Recurrit jam (1.) *Ellipsis* verbi substantivi, *Aaroni*, scil. *erit*, & *Sanctitas sanctitatum*, subint. est. (2.) *Enallage* abstracti, *Sanctitas Sanctitatum*, & *ignitionibus*, pro *concreto, res sacrosancta & ignita* oblatio nimirum. *Ariæm.* in Bibl. p. 95. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 220. *Jun.* ibid. p. 109.

II. *Pazmannus* l. 11. c. 15. ad argumentum no-strum, *contra Missaticum Pontificiorum Sacrificium* quo dicimus *fieri non posse, ut una eademque res simul sit Sacramentum & sacrificium*; regerit, *eandem rem posse esse donum divinitus nobis datum, & cultum à nobis Deo oblatum*, quemadmodum *sacrificia Deo offerebantur, & tamen deinceps comedebant illa Sa-cerdotes.*

R. Hoc verò est *principium petere*: de eo enim quæritur, an *quæ in Sacramento nobis donantur, Deo vicissim offerri queant, ut sacrificium*; id quod nos negamus, quia *cum natura Sacramentorum pugnat, simul esse sacrificium*. Et ad hunc finem Sacramen-tum à Christo institutum est, non ut *nos offeramus aliquid Deo*, hoc n. in verbis institutionis non legi-tur; sed ut *nos accipiamus aliquid ad commemoratio-nem mortis Christi*. Aliâs libenter concedimus, quod *in sacrificiis quædam offerebantur, quædam comede-bantur*: sed hoc secundùm *expressum Dei manda-tum fiebat*. *Balduin.* in Phosphor. Cathol. l. 11. cap. 15 pag. 1072.

III. *Osius* Cardinalis in confessione Petricovien-si contendit, fas esse ut *soli Sacerdotes N. T. commu-nicent sub utraque, cæna specie* quòd & in V. T. *solis Sacer-dotibus fas fuerit, de libaminibus, id est. sacrificiis, quæ in liquida materia offerebantur*, putà in *oleo*, su-mere: quo utrobique discrimen inter Sacerdotes & Laicos esse.

R. Nihili est hæc causa (1.) Quia alioquin *nulla debuit esse Sacerdotis communio calicis*, cum in vete-ribus sacrificiis ne *Sacerdotes* quidem *biberent quic-quam*

quam oles, quippe quod nunquam auditum est fuisse potui commodum. (2. Cum sacrificium N.T. non tantùm *numero* differat. Veteribus, sed etiam *specie propria* separetur; non est mirum, si non per omnia debeat illis esse simile. Nec potest dissimilitudo peti aliunde magis melius ve, quàm ab *institutione*. Quare cum hoc institutum sit in *edendo & bibendo*, illa verò *tantùm in edendo*: tam profectò non sequitur, in hoc debere *tantùm comedi*, quàm in illis *comedi simul & bibi* (3.) Georgius Cassander de commun. sub utraque specie p.47. ex Chrysost. homil. 18. in 2. Corinth. pronunciat, *nunc non sic esse*, verùm omnibus corpus proponi, & unum poculum. Et Paulus 1. *Corinth.* 12. v. 13. de universa Ecclesia inquit: *Omnes in unum spiritum potati sumus*. Chemnit. in Exam. Concil. Trident. par. 2. p. 312. *Eckhard*. part. 2. Pandect. C. P. c. 31. q. 9. ad obj. 13. *Cham*. tom. 4. Panstr. l. 9. c. 1. n. 2. 3. 5.

Vers 6. *Concidere eam frusta, & fundes super eam oleum: sacrificium ipsa.*

Continuatur (1. *Enallage*: Infinitivus enim, *concidere*, est pro futuro, *concidet*. (2.) *Ellipsis* præpositionis IN ante nomen, *frusta* (3.) *Hebraismus*: nam pronomen demonstrativum, הוא, *ipsa*, nomini, מנחה, subjunctum, ponitur locò verbi substantivi, *est*. Ariæm. in Bibl. p. 85. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 220. Confer *Glass*. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 7. p. 186.

Vers. 11. *Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domini.*

I. Deus sibi *contrarius* videtur: hic enim mandat, *ne Israëlita ullum conficiant munus Iehova offerendum fermentatum*; cùm infra c. 7. v. 13. &c. 23. v. 17. *fermentum adhiberi præcipiat*.

℞. Universalis negativa ibi iterum tantùm accipienda venit de *munere voluntario*, non de *sacrificiis Eucharisticis*, aut *oblatione primitiarum*, de quibus posteriora loca agunt, & fermentum admittunt. *Walther*. in harm. Script. p. 178.

II. *Anselmus* in Colloq. Constantinopol. cum Nechita, statuit, *in S. Cœna necessariò utendum esse azymo*, quòd *in V.T. à Deo prohibita fuerit fermentata oblatio*.

℞. Nechites regessit (1.) *se habere pro adiaphoro*, minimeque repudiaturum azymum, si in loco esset, ubi fermentatum habere panem non posset: sed *longo usu*, & ne imperitum vulgus offendatur, ante *generalis* concilij determinationem, nihil novi inchoare se posse. (2.) *De communi pane fermentato* locū præsente intelligi. (3.) in *Levitico* esse, de duabus decimis similæ *fermentata* offerendis. *Histor. Magdeb* cent. 12. c. 9 p. 1291. l. 59. & p. 1291. l. 4. seqq.

CAP. III. v. 1. *Et si sacrificium pacium oblatio ejus, si de bove ipse offerens, sive masculum sive fœminam, perfectum accedere faciet eum ad facies Domini.*

Moses utitur (1.) *Enallage* tum abstracti, *pacium*, pro concreto, *pacificum*; tum numeri singularis, *bove*, pro plurali, *bobus*: tum temporis præsentis, *offerens*, pro futuro, *offeret*. (2.) *Ellipsi* verbi substantivi: *oblatio ejus*, scil. *fuerit*. (3.) *Anthropopathia*: Ad facies Domini, i.e. *in atrio ante sanctū sanctorum*. Ariæm. in Bibl. p. 85. *Vatabl*. in Annot. ad h.l. p. 222.

Vers. 2. *Et fulciet manum suam super caput oblationis suæ, & immolabit eum ostium tabernaculi conventûs, & spargent filii Aaronis Sacerdotes &c.*

Vide his (1.) *Enallagen* numeri singularis, *manum suam*, pro plurali, *manus suas*. (2. Ellipsin *Immolabit*, scil. *Sacerdos*; & *ostium*, pro, *ad ostium*. . . *Synecdochen totius* pro parte: Super *altare*, h . . super *extrema altaris*. Vatabl. & *Iun*. l. c.

Vers. 3. *Et offeret de sacrificio pacium ignitionem domino, adipem operientem intestinum & omnem adipem, qui super intestinum.*

Est hic (1. *Enallage* tum abstracti, *ignitionem*, pro concreto, *ignitam* sc. *oblationem*; tum antecedentis pro relativo: Super *intestinum*, pro, super *illud*: 2. *Ellipsis* partim nominis, *offeret* subaudi, *Sacerdos*; partim verbi, *Qui*, subint. *est*. Ariæm. in Bibl. p. 85. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 221.

Vers. 5. *Et suffire facient filii Aaronis eum in altari, super accensionem, quæ super ligna, quæ super ignem: ignitio odoris quietis Domino.*

Philologica unà cum controversiis hujus loci vide proposita, partim in Vindic. *Genes*. 8. v. 21. m. 2. partim in Vindic. *Levit*. 1. v. 9. m. 1. & 2.

Vers 11. *Et suffire faciet eum Sacerdos in altari, panis ignitionis Domino.*

Redit huc (1. *Synecdoche speciei* pro genere: *panis* enim pro *cibo* est. (2.) *Enallage* abstracti, *ignitionis*, pro concreto, *ignita*, scil. *oblatio*. (3.) *Anthropopathia*: nam *panis* Deo tribuitur, more *hominum*, quòd sicut *homo cibo delectatur* ita *Deus oblatione ignita*, propter *antitypum* Messiam, (4.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Panis*, subint. *est*. Ariæm. in Bibl. p. 86. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 7. p. 158.

Vers. 16. *Et faciet suffire ea Sacerdos in altari, panis ignitionis, in odorem quietis. omnis adeps Domino.*

I. Philologica, una cum polemicis, ad textum hunc pertinentibus, vide consignata partim in Vindic. *Genes*. 8. v. 21. partim in Vindic. *Levit*. 1. v. 9. & cap 3. v 11.

II. Hic apparet *ἀντιλογία*: nam *omnis adeps dicitur Domini esse*, cùm *Psal* 50. v. 13. Dominus ajat: *Num comedam carnem taurorum?*

℞. 1.) Deus requirit adipem, non *ut comedat ipse*, sed *ne comedatur ab hominibus*, sub qua ceremonia aliquid *civile*, & aliquid *Theologici* latebat. *Civile* est, quòd noluerit Deus, ut populus suus participaret cum populis idololatris, qui *pinguedinem sacrificiorū* comedebant, *Deut*. 32. v. 38. simulque volucrit, ut esset *pædagogia*, quâ populus admoneretur, ne sectaretur delitias & voluptates carnis sed eas igni spiritus mortificaret. *Theologicum* est, quia in eo-sum hoc adipis in sacrificio typus fuit passionis ac mortis Christi: ut enim *adeps* selectissimum est & alimenti abundantiam innuit; ita *Christus* est optimus, & adustione adipis significabatur . . . omnium bonorum à Deo esse ad ejus gloriam. (2 Aliud est, *adipem esse Dei*; & aliud, *non comedere carnes taurorum*. *Hoc* enim convinciterro ris judæos hypocritas, qui Deum homini similem efficiebant, dum mactatione taurorum eum placari autumabant: *illud* verò indicat, aliquid de sacrificiis Deo & ministerio ejus consecrandum esse.

Vers. 17. *Statutum seculi per generationes vestras in cunctis habitaculis vestris, omnem adipem. & omnem sanguinem non comedetis.*

I. In versu hoc habetur (1. *Synecdoche* totius pro parte: *seculum* enim pro *perpetuo* ponitur. (2.) *Enallage* modi indicativi, *comedetis*, pro imperativo, *comeditote*. (3.) Hebraismus: *Omnem adipem & sanguinem non comedetis*, h.c. *nullum adipem, & nullum sanguinem comedetis*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 223. *Iun*. in Not. ad eund. loc. p. 109. Confer *Glass*. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 5. can. 19. p. 478.

II. Nova

[illegible] contradictio: nam interdicitur [illegible] adipem comedant; cum Deut. 14. [illegible] comedisse butyrum bovis, & lac [illegible] rum, & impinguatos esse.

A[illegible] us [illegible] rohi[illegible] etur, ex iis duntaxat ani[illegible] ius, [illegible] ua homo legitime potuit offerre, [illegible] 6. v. 13. & 14. Est autem adeps non quo[illegible] pin[illegible] illud, quod musculorum extre[illegible] bus [illegible] culis adhæret; & hoc vetabatur: p[illegible] dine [illegible] animalium, quæ comedere fas erat L[illegible] .2. & 3. Deut. 14. v. 4. 5. 6. non in[illegible] diceb[illegible] nt[illegible]. Walther in harm. Script. p. 178. [illegible] q.

CAP. IV. v. 2. *Anima quæ peccaverit in ignorantia ex omnibus præceptis Domini, quæ non fient, & fecerit ab uno ex his.*

I. Nota hic (1.) *animam* Synecdochicè poni pro *homine*. (2.) Adverbium temporis indeterminati, *quum*, per conjunctionem כִּי, *quia*, exprimi. (3.) בִּשְׁגָגָה *in ignorantia*, idem esse ac, *ignoranter*. (4.) Ante voces *Ex omnibus*, subaudiendum est, *un[illegible] no*. (5.) Verbum תֵעָשֶׂינָה *fient*, significare de[illegible]itum; Quæ *non fient*, h. e. quæ *non debent fieri*, [illegible], quæ *non sunt facienda*. (6.) Redundare מ [præ]fixum: מֵאַחַת, *ab uno*, pro, *unum*, i. e. *quidpiam* [Ari]æm. in B[ib]l. p. 86. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. [illegible] 3. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 6 [illegible].

II. *Socinus* part. 2. de Christ. Servat. c. 12. infi[illegible], *anniversario illo sacrificio*, *Levit.* 16. v. 34. [illegible] *[o]mnino peccata fuisse expiata*, sed *tantum errata*, i. e. per ignorantiam & imprudentiam admissa, [illegible] que probat ex voce בִּשְׁגָגָה, quæ peccatum ex [ig]*norantia* commissum significat.

[illegible] (1.) Negamus peccata *gravia* non fuisse ex[illegible] p[illegible]: imperatum enim fuit sacrificium pro אָשָׁם *a[bo]minatione*, v. 3. pro מַעַל, peccato *contra conscientiam* commisso, *Levit.* 6. v. 2. Sic Deus 1. *Sam.* 3. 14. *singulari juramento* præcavet & prohibet ex[pi]ationem iniquitatis domûs Eli; quo juramentô opus non [f]uisset, si *magna & gravia* peccata expiari non po[t]uissent. (2.) Vox illa שְׁגָגָה, quæ *speciatim* levia errata denotat, interdum etiam *gravia* significat, ut *Psalm.* 119. v. 47. ubi custodiæ verbi divini [illegible] ponitur. (3.) Agitur quidem hic de expiatione [pec]cati *per ignorantiam in præcipitantia vel infirmitate positi*; pro eo tamen Deus etiam offerri jussit [sacri]ficia, quia ea quoq; peccata, quæ *nobis leviora* videntur, nos in judicio Dei condemnant: [illegible]em requirit lex, ut ex totis viribus, & ex totâ [illegible] e Deo serviamus; & si quis delinquit in *uno*, [illegible] ium reus [e]st, *Jacob.* 2, v. 10. *Hutter.* in LL. [T]heol. p. 422. *Thumm.* Exerc. Theol. disp. 9. p. 50. [illegible] disp. Antiphot. 25. q. 3. ad 2. *Walther.* in R[illegible] t. sent. Socin. de justif. p. 94. seq.

III. Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim [illegible], *omnia mandata Dei non esse facienda*; contra[illegible] verò infert, Deut. 27. v. 26.

[illegible] Verba Levitici non sunt refrenda ad *mandata*, quorum mentio præcedit ante illa ipsa, [illegible] *non* [illegible] *acienda*; hoc enim incongruum fo[r]et: [illegible] subintelligi debet, *peccatis*, quæ non [s]unt fac[ie]nda. Latet autem hæc vox חַטָּאת *peccatis*, [illegible] præce[d]ente verbo יֶחֱטָא *peccaverit*, ut integer [illegible] us si[t] [illegible] *nima cùm peccaverit per errorem, pra[ter] omnia* [illegible] *Dei peccatis, quæ non sunt faci[enda]*. [illegible] s. [illegible] 4. Philol. Sacr. tract. 2. observ. 5. [illegible] 1.

Vers. 3. *Si Sacerdos unctus peccaverit in reatum populi & accedere faciet super peccato suo, quod peccavit, juvencum filium bovis, integrum Domino, in peccatum.*

I. Ecce (1.) *Synecdochen* generis pro specie: *Sacerdos unctus*, i. e. *summus Sacerdos*; nam *is solus* postea ungebatur, *Exod.* 40. v. 15. (2.) Hebraismum: *juvencus* enim dicitur *filius bovis*, h. e. *subrumus*. (3.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: In *peccatum*, h. e. *hostiam pro peccato* expiando. *Vatabl.* in Annot. ad l. p. 223. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 110. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 3. m. 4. p. 47.

II. *Bellarminus* l. 2. de Rom. Pontif. c. 29. negat, *in* V. T. *Pontificem fuisse inferiorem Rege*, quòd *in sacrificiorum illorum institutione primas teneat Sacerdos præ Principe*, adeò ut *pro illo* vitulus, pro *hoc* verò hircus, qui vitulo vilior, offerri debeat.

℞. (1.) Quis docuit sacrificia censenda ex *pretio*, aut quanti constent in foro pecuario, tanti sit is, pro quo fit oblatio? (2.) *Vitulus* non tantùm pro *Sacerdote*, sed etiam pro *populo* instituitur offerri. Ergo si valet consequentia Bellarmini, *Rex erit inferior populo, & populus æqualis Sacerdoti*; id est, ut interpretatur, summo Pontifici: cur ergo negat Sacerdos Romanus se judicandum vel ab omnibus? (3.) Agitur ibi de *rebus sanctis*, deq; *ipsius religionis partibus*, in quibus majorem fuisse quemlibet Sacerdotem quolibet etiam Rege, rationi consentaneum est: & nos profitemur, quemlibet Episcopum, imò Presbyterum, in *mysteriis* longè anteire Regibus & Imperatoribus; qui tamen iisdem subjiciuntur *Reipublicæ jure*. Cham. tom. 2. Panstr. l. 14. c. 11. n. 26. & 32.

Vers. 6. *Et tinget Sacerdos digitum suum in sanguine, & asperget de sanguine septem vicibus ad facies Domini, ante facies veli sanctitatis.*

I. Habetur hoc loco (1.) *Synecdoche speciei* pro genere: *septem vicibus*, i. e. *pluribus vicibus*; ubi numerus certus pro incerto ponitur. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: *Ad facies Domini*, h. e. *in loco sacro divinitus ordinato*. (3.) Pleonasmus: *Ante facies veli*, pro, ante *velum*; redundat enim *facies*. (4.) *Enallage abstracti* pro concreto; *Sanctitatis*, i. e. *sancti*, quod scil. separabat Sanctum sanctorum à Sancto. *Ariæm.* in Bibl. p. 86. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 223. Confer. *Glass.* lib. 5. Phil. Sacr. tract. 1. c. 7. p. 104. & cap. 15. m. 4. p. 450.

II. Argumentum *Bellarmini*, pro *septem* N. T. *Sacramentis*, vide refutatum in Vindic. *Exod.* 29. v. 37. m. 2.

Vers. 7. *Et dabit Sacerdos de sanguine super cornua altaris suffimenti aromatum ad facies Domini, quod in tentorio conventûs, & totum Sanguinem juvenci effundes ad fundamentum altaris holocausti, quod ostium, tentorii conventûs.*

Observa nunc (1.) *dare*, esse pro, *ponere*. (2.) *Cornua* altaris *metaphoricè* significare *angulos* seu *eminentias*, formam cornuum habentes (3.) Substantivum, *aromatum*, usurpari pro adjectivo, *aromatici*, idq; per *Enallagen*. (4.) *Ellipticè* subaudiendum esse post verba, *totum sanguinem*, sc. *reliquum*, post pronomen autem, *Quod*, τὸ *est ad* ostium. *Ariæm.* in Bibl. p. 86. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 224. *Jun.* ibid. p. 110. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 11. p. 308.

Vers. 12. *Et exire faciet totum juvencum ad extra castra ad locum mundum, ad effusionem cineris, & comburet eum super ligna in igne,*

in igne, super effusionem cineris comburetur.

I. Videsis (1.) *Pleonasmum:* nam, AD, ante præpositionem, EXTRA, abundare videtur: (2.) *Ellipsin* nominis מָקוֹם, *locum*, ex membro præcedente repetendi: *Ad effusionem*, h. e. *ad locum effusionis*; & *Super effusionem*, pro, *in loco effusionis*, seu, *ubi effunditur cinis*. (3.) *Enallagen* modi indicativi, *comburetur*, pro imperativo, *comburitor*. Ariæm. *Vatabl. Jun.* l. c.

II. *Socinus* part. 2. de Christ. Servat. c. 19. negat, *in Pontificis Levitici persona fuisse aliquam Christi adumbrationem*, quòd *ipsi* non tribuatur hæc phrasis: *Et expiabit eum*; quia se ipsum mundum declarare nequeat.

℟. (1.) Pontificem V. T. *officiò* (quo 1. pro peccatis populi orabat, 2. offerebat, & 3. solus cum sangvine in sanctuarium semel quotannis ingrediebatur) *& ingressu suo post velum*, Christum Pontificem nostrum adumbrâsse, inprimis ex *Hebr.* 9. v. 8. constat, ubi Apostolus disertè dicit, *in V. T. nondum patefactam fuisse viam ad verum sacrarium, sed eam per Christi Pontificis veri oblationem & ingressum fuisse patefaciendam* (2.) Phrasis illa, *& expiabit eum*, habetur loco parellelo, *Levit.* 16. v. 6. de Aarone: *Et expiationem faciet pro se & domo sua.* *Thumm.* Exerc. Theol. disp. 9. p. 62. seq.

Vers. 13. *Et si omnis cætus Israelis erraverint, & absconditum fuerit verbum ab oculis cætûs, & fecerint unum ex omnibus præceptis Domini, quæ non fient, & deliquerint.*

In textu hoc reperitur (1.) *Enallage* tum *numeri*; nomini enim collectivo singulari, *cætus*, respondet verbum plurale, *erraverint, fecerint, deliquerit*: tum *antecedentes* pro *relativo*: Ab oculis *cætûs*, i. e. ab oculis *ejus*. (2.) *Hebraismus*: nam Hebræis דָּבָר *verbum*, est *res*; *unum* notat *quidpiam*; & *fient*, significat, *fieri debent*, sive, *sunt facienda*. Cætera hûc pertinentia vide in Vindic. *Levit.* 4. v. 2. *Ariæm.* in Bibl. p. 86. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 224. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 110. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 6. p. 247.

Vers. 14. *Et scitum fuerit peccatum, quo peccaverunt*, &c.

Philologica versuum 14. 17. 18. vide enodata in Vindic. *Levit.* 4. v. 3. 6. 7. 13. quæ loca cum illis sunt conferenda.

Vers. 20. *Et faciet juvenco, quemadmodum fecit juvenco peccati, sic faciet ei, & expiabit super [illegible] Sacerdos, & dimittetur eis.*

I. R[illegible] nune (1.) *Enallage temporis* præteri[illegible], pro præsenti, *facit*. (2.) *Ellipsis* præpositionis PRO: *Peccati*, i. e. *pro peccato*. (3.) *Pleonasmus* nam τὸ *super* abundare videtur. *Ariæm.* in Bibl. p. 86. *Jun.* ibid. p. 110.

II. *Priscæ victimæ expiârunt peccata hominum, & sic satisfactiones quædam pro ipsis fuerunt: nam sacrificio pro synagoga Israelitica Deus ipse peccatorũ expiationem tribuit. eidemq; disertè addidit propitiationis promissionem.*

Socinus part. 2. de Christ. Servat. c. 9. seqq. excipit 1. hic non dici, *victimas legales* expiasse peccata, sed *Sacerdotem*, victimis peractis, populum expiâsse.

℟. Etsi quandòq; in *uno loco* aliquid omittitur pro more Historicorum, qualem egit Moses; tamen in *alio* iterum clarissimè adjicitur: non tantũ enim *Sacerdos*, sed & *victima* expiare dicitur. *Lev*[illegible] v. 17. & c. 17. v. 11.

2. Victimas legales, *in se* non habuisse vim expiandi peccata, utpote in quibus nec peccata commissa puniri, nec Deo pro beneficiis præstitis remuneratio aliqua præstari potuerit.

℟. Licet victimæ *ex se & per se* nullam habuerint vim expiandi peccata, eam tamen acquisiverunt ex *divina ordinatione typice*, quatenus adumbrabant Christum, *Johann.* 1. v. 29. *Hebr.* 9. v. 13.

3. Desiderari hic requisitam *similitudinem* in sacrificiis *legalibus* & victimâ *Christi*, quantum ad *satisfactionem*, quippe quæ in *illis* locum non habeat, ob causas modò allatas: figuram autem respondere figurato.

℟. (1.) illud, *figuram respondere figurato*, valet tantùm de *aliquali* congruentia rei vel actionis ad rem vel actionem; non verò de *strictè* sic dicta similitudine eorum, quæ *eâdem qualitate vel actione* conveniunt. Satis ergo est, ut significetur actio rei *futura*; non verò, ut *propriè & per se insit typo*, satisfactio autem, ejusq; effectus, *placatio* pro peccatis, justitiæ Dei præstita, est actio & eventus *rei figuratæ proprius*, non *figuræ*; & sufficit, ut fuerit ibi *aliqua* expiatio, licèt non *talis*, quæ hic attenditur. (2.) *Victimæ* considerantur, vel ut sunt *media*, signatum applicantia. *Signa* sunt, quatenus figurant Christi satisfactionem, propter quam expiabant. *Levit.* 17. v. 11. *Media* verò, quatenus meritum Christi, quod figurarunt, credentibus applicuerunt, *Hebr.* 9. v. 22. cujus *figurationis* evidentissimum signum est, quòd sacrificia non nisi pòst lapsũ incœperunt, & usq; ad Christum exaltatum durârunt. Bellè igitur sibi constât inter *typum*, victimas legales; & *antitypum*, Christum, *similitudo*.

4. Veterem Sacerdotem expiantem describi per vocabulum כִּפֶּר, unde concludit Socinus, eum tantùm *liberâsse à reatu peccati*, peragendo id, quod peragi voluit Deus, si is, qui deliquerat, delicti sui veniam consequi vellet.

℟. (1.) Verbum כִּפֶּר hic non nudè significat *tegere*, sed *expiare*; id quod ex eo patet, quia sacrificia illa ita dicuntur expiare, ut sint *odor quietis Dei, & ipsius iram placantia*, Levit. 1. v. 9. 2. Sam. 23. v. 28. adeò ut quicquid ex peccatis hominum Deo poterat esse adversum & inimicum, jam virtute sacrificiorum, sed in *typo Christi*, ita esse expiatum, ut grati acceptique evaderent homines. (2.) concedimus verò, *Dei benignitate tegi peccata*, verùm non aliter, quàm *oblato sacrificio pro peccatis*. Patet hoc ex contextu, ubi dicitur *remitti peccatum*, sed quia *processus sacrificiorũ præcedit*, cum additur: *Atq; ita expiabit eos. Sacerdos* ita autẽ expiat: 1. *Peccator accipit innoxiã pecudẽ ante ostium tabernaculi, manus ei imponit, & dat Sacerdoti. 2. Sacerdos in acceptam pecudem, peccatoris iniquitates & maledictionem, hisce debitam, imponit, eamque loeô peccatoris occidit, occisam, tanquam piaculorum hostiam, Deo offert.*

5. Quòd *expiare* significet idem, atque *expiatum seu mundatum declarare*, ita ut Sacerdos expians offerentem *purgatum esse declaret*.

℟. *Conjuncta* hæc sunt, nec *dissolvenda*. quia omnis *vere expiatus* juxta ordinem divinitus præscriptum, verè potest *pronunciari expiatus & mundus*. *Franz.* in Schol. sacrif. disp. 8. thes. 1[illegible]4. seq. & disp. 15. thes. 79. *Hutter* in LL. Theol. p. 422. *Stegm.* disp.

... *Thumm.* in Exer. ... *m.* tom. 2.5, ftem. The-l. ... .183. feq.

... M fs. c. 2. contendit, ... *um verè propitiatorium,* ... *ura fuerint facrificia* V.T. ... *a*, feu *propitiatoria pro* ...

... fallam fovet hypothefin de ex- ... facrificio, in *ipfa Euchariftia* rea- ... , deq; *Miffa*, in V. T. *typis olim* ... Neque enim Scriptura vel unico ver- ... onem facit (2.) Apoftolus ad ... tendit, cujufnam *res* figuræ & ... cia ἱλαστικὰ V. T. fiquidem arche- ... duntaxat recenfet, videlicet *facrifi-* ... *in cruce peractum.* (3.) Quia *figura nu-* ... hi probare valet, rectiffimè invertitur argu- ... um Fuerunt enim facrificia illa Levitica *typus* ..., ùt dictum, ejufq; facrificii & Sacerdotii; ergo ... *corpore*, abrogata *illa* funt & eva- ... unt. *Hutter.* in tract. de Mifs. refut. l. 2. c. 2. p. 4-5. fe ... *am.* om. 5. Panft. fupplem. c. 11. num. ... 3 ...

... *ellarminus* l. 1. de Pœnit. c. 13. negat, *memoriam* ... *umcifionis in V. T. fuiffe præfcriptam,* ... *impeccatorum, poft eam perpetra-* ... *iationes & facrificia*; indeque conclu- ... *ationem Baptifmi in N. T.*

... *nuda, perfunctoria & hiftorica* Ba- ... ratione hominem Deo reconciliari ... peccatorum agnitionem, *gratia* ... *omiffionis fœderalis*, in Baptifmo olim ... epto factæ apprehenfionem, quæ verâ fiat fide, ... mus, & ficubiq; *novo* Sacramento in gratiam ... eum rediri docemus. (2.) Quoties vel in V. ... N. T. homines lapfi ad Deum reverti juben- ... es regreffus ad *Sacramentum fœderis* præci- ... òenim per pœnitentiam revertimur, unde ... ata excidimus, *Jerem.* 3. v. 1. feqq. *Apoc.* 5. Non ergo opponuntur *facrificia*, & *regreffus* ... *dus* in Circumcifione cum Deo initum. ... 2. Pand. Controv. Pontif. cap. 24. ... p. 267.

Verf. 21. *Et exire faciet juvencum ad extra ca... a, & comburet eum, quemadmodum com-bu... juvencum primum, peccatum congrega-... le.*

... 1. *Pleonafmò*: nam AD ante EX- ... edundare videtur. (2.) *Metonymia fubjecti* ... *peccatum*, i. e. *oblatio pro peccato.* (3.) ... nominis demonftrativi, אוה, *ipfe*, no- ... ro verbo fubftantivo EST. *Ariam.* ... *Glafs.* lib. 3. Philol. Sacr. tr. 2. can. ... 4. p. ...7.

... *Quod Princeps peccaverit, & fecerit* ... *omnibus præceptis Domini Dei fui,* ... *fient in ignorantia, & reus factus* ... *erit:*

... hic (1.) pronomen אֲשֶׁר, *quod*, poni pro ... conjunctione, אִם, ... quæ & in fimili ... ne ... & 27. LXX. ἐὰν δὲ ἄρχων ἁ- ... *ceps peccaverit.* (2.) *Unum.* Hebræis ... *re quædpiam.* (3.) *Fient* fignificare ... *ignorantia*, idem effe ac, *ignoranter.* ... p. 87. *Jun.* ibid. p. 11... *Glaff.* lib. 3. ... cr. ... n. 6. p. 247. & tract. 7. can. 5.

V... *Aut notum factum fuerit ei peccatum* ... *quo peccavit in eo; & venire faciet obla-tionem fuam, hircum caprarum mafculum integrum.*

Ecce (1.) *Enallaxin* tum disjunctivæ או, AUT, pro copulativa ו, ET; tum copulativæ ET, pro adverbio TUNC, ante verbum, *venire faciet.* (2.) *Pleonafmum*: nam, *in eo*, abundare videtur. (3.) Hebraifmum. *Hircum caprarum*, i. e. *lactantem.* Ariæm. in Bibl. p. 8... *Jun.* in Not. ad h. l. p. 110. *Glafs.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 7. can. 8. p. ...01. feq.

Verf. 24. *Et faciet manum fuam fuper caput hirci, & mactabit eum in loco, quo mactabit holocauftum, ad facies Domini, peccatum ipfe.*

Eft (1.) *Enallage* tum *numeri* fingularis, *manum fuam*, pro plurali *manus fuas*; tum fubftantivi, ante pronomen, אֲשֶׁר, *qua*, conftructi, מְקוֹם, *loco*, pro abfoluto, מָקוֹם, *locus*, quafi fubaudiendum effet aliud fubftantivum, veluti, *facrificiorum*, vel fimile, ut v. 29. *in loco holocaufti.* tum temporis futuri, *mactabit* holocauftum, pro præfenti, *mactari folet* (2.) *Ellipfis* nominis: *mactabit*, fcil. *Sacerdos.* (3.) Ἀνθρωποπάθεια: Ad *facies Domini*, h. e. juxta *altare holocaufti in loco facro.* Cætera vide enucleata v. 21. *Ariam.* in Bibl. p. 87. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 225. *Jun.* ibid. p. 110. *Glaff.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 31. m. 2. p. 115.

Verf. 25. *Et accipiet Sacerdos de fanguine peccati in digito fuo, & dabit fuper cornua altaris, &c.*

Iteratur nunc (1.) *Metonymia fubjecti* pro adjuncto: *peccatum* enim fignificat *hoftiam pro peccato.* (2.) *Metaphora*: nam *cornua* altaris notant *angulos* feu *eminentias*, formam *cornuum* habentes. *Ariam.* in Bibl. p. 87. *Glaff.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 11. p. 308.

Verf. 27. *Et fi anima una peccaverit in ignorantia de populo terræ, in faciendo ipfa unum ex præceptis Domini, quæ non fient, & rea fit.*

I. In textu hoc invenitur (1.) *Synechdoche* tum *partis* pro toto, quia *anima* eft pro *homine*; tum *generis* pro fpecie; De *populo terræ*, i. e. *ex vulgo*; tum *fpeciei* pro genere, nempe *una* pro *aliqua.* (2.) Hypallage: *Anima una peccaverit in ignorantia de populo terræ*, pro, *Anima una de populo terræ peccaverit*, &c. (3.) Enallage: *Fient.* h. e. *fieri debent.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 225 *Jun.* ibid. p. 110. *Glaff.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 6. p. 247.

II. Philologica verfuum 28. 29. 30. vide confignata in Vindic. *Levit.* 4. v. 23. 24. 25.

Verf. 31. *Expiabit fuper eum Sacerdos, & dimittetur ei, &c.*

I. *Paræus* libr. de liter. & fentent. verb. Cœn. p. 269. autumat, verbum fubftantivum SUNT *metonymicè* interdum accipi pro SIGNIFICAT, ùt hoc loco: *Victimæ Leviticæ funt expiationes*, h. e. *fignificant veram expiationem.*

R. (1.) Enunciatio hæc, *Leviticæ victimæ funt expiationes*, κατὰ τὸ ῥητὸν & *actu* ibi non habetur, cum tamen agamus de locutionibus & phrafibus ipfius Scripturæ, quæ *actu* in facris literis leguntur. (2.) Sed fi maximè concedamus illam locutionem, non tamen Paræus obtinebit, quod poftulat. Nam victima feu facrificium Leviticum non dicitur expiatio, quafi *fignificet veram expiationem*, fed quod *vere eft ipfa expiatio*, fcilicet *externa illa & ceremonialis Levitica*, quæ viciffim fuit *umbra expiationis*, per Chrifti fanguinem factæ, *Hebr.* 9. verf. 13. & 14. *Gravver.* in Propugn. Anti-Par. p. 18. feq. *Mentzer* tom. 3. Gieff. difp. 7. thef 52. p. 250. & in Martin. ἐλεγχομ. difp. 8. thef. 188. feq. p. 284. & 285.

II. Philologica, ad versum 31. seqq. pertinentia, vide annotata in Vindic. *Exod.* 29. v. 18. & *Levit.* 4. v. 24. 25.

Vers. 35. *Atque ita expiabit eum Sacerdos a peccato suo, quod peccavit, & remittetur ei.*

I. *Sacramenta* V. T. *fuis* organa gratiæ divinæ & salutis, probatur a *sacrificiis veterum*, quibus *peccatorum expiationem & remissionem Scriptura hic tribuit.*

Bellarminus l. 2. de Effect. Sacram. c. 17. regerit, 1. Sacrificia vetera valuisse ad expiationem peccati, quoad pœnam *temporalem*, non quoad *culpam* & pœnam *Gehennæ.*

℞. (1.) Inconstans nimis est Jesuita. Olim negat remissam culpam, pœnamve *æternam*, sed tantùm pœnam *temporalem*; hodie vult retentam pœnã *temporalem*, culpã pœnãq; remissam *æternã*? At nos cõstantius: nunquam remissionem peccatorum nominari, ubi culpa retineatur, ubi pœna æterna exigatur. Hoc autem loco disertè *remitti peccata*; imo disertius, *& fiet ei propitiatio.* (2.) De *pœna temporali expiata* nullum vestigium in tota Scriptura: quin potiùs plenissimè Bellarminus refutatur ab *experientia.* Nunquam enim veterum quispiam, quantumvis Deo sacrificans, *mortis* exemptus, aut *temporalibus calamitatibus* testibus Abrahamô, Jacobô, Jobô, aliis. Imò Propheta, Psalm. 73. v. 3. seq. felicitatem corporalem *impiorum*, id est, vel *non sacrificantium*, vel *indignè sacrificantium*, majorem describit, quàm *fidelium*; quod contrà oportuit, si sacrificiorum expiatio non pertinet, nisi ad pœnam *temporalem.*

II. Sacrificia non esse instituta pro *omnibus* peccatis, sed solùm quædam, eàq; *leviora*, expiàsse, quoad *culpam.*

℞. Hoc ipsum, quod dixit Bellarminus, ex *quotidianis* illis oblationibus; quæ fiebant manè & vesperi, itemq; ex *solenni* illo sacrificio, quod summus Pontifex, quotannis semel ingrediens Sanctuarium, pro suis ac totius populi peccatis offerebat; falsitatis convincitur. *Gerhard.* tom. 4. LL. CC. loc. 21. de Sacram. §. 71. p. 88. & 591. *Cham.* tom. 4. Panstr. l. 3. c. 4. n. 1. 4. 5. 6.

I. *Socinus* Prælect. Theol. c. 22. p. 139. negat, *in omnibus illis antiquis sacrificiis pro peccato Christi mortem fuisse adumbratam*, quia sacrificia *privatorum*, quæ pro peccato fiebant, Christi morti non rectè respondeant: cum *illa* non fuerint oblata cum pro *omnibus* hominibus, sed tantùm pro *privatis*; tum pro *singulis* eorum peccatis, sed pro *uno*; tum ex *sola Dei voluntate*, sed ex *antecedente voluntate uniuscujusque*: secus ac Christi mors: Rem autem *adumbrantem* rei *adumbratæ* respondere oportet.

℞. Utique hic est similitudo inter *sacrificia ista*, & *sacrificium Christi*, in *ipsa re*, licèt non in *modo rei*. Nam 1.) & Christus pro *singulis*, atque adeò etiam pro *privatis* mortuus est (2.) *Singularis* hæc meriti Christi applicatio, quæ fiebat in *privatis* ejusmodi sacrificiis pro uno peccato, *universali* applicationi non *opponenda*, sed *subordinanda* est. (3.) Privata illa sacrificia pro peccato non dependebant à *voluntate populi simpliciter*, sed *Dei voluntate* peragi debebant, licèt non *certò & infallibiliter determinato tempore*, sed simul ac peccatum commissum esset, *primo* quoq; tempore illa fieri necessarium erat. *Stegm.* disp. Antiphot. 25. q. 1.

III. *Pontificii* nugantur, *in Missa privata pro astantibus posse Missificum communicare*: quòd & *in* V. T. *Sacerdos pro aliis* (Laicis præsentibus) *sacrificarit.*

℞. Magna est diversitas. Nam 1.) ... in V. T. sacrificando & offerendo, Deo ... *dit*; communicans verò non *dat*, sed aliq... aliud verò est, aliquid *offerre*, & aliud, *accipere* ... *communicare.* (2.) Et qui hostiam offerendam ad Sacerdotem adduxit, non fuit ab a... *sacris* exclusus, sed & *ipse* sacrificâsse dicebatur: quod & nihil cum privata Missa convenit, in qua *nudi* sunt *spectatores*, qui Missæ privatæ ad sunt, Laici. *Osiand.* in Enchir. Controv. Papist. c. ... abus. 1. p. 2.. o.

IV. *Iidem* docent, *bona opera renatorum justificare coram Deo*, quod *Leviticæ ceremoniæ expiârint peccata*, adeoq; *justificârint*, videlicet *victimæ illæ legales.*

℞. Victimæ expiârunt peccata, non *absolutè*, sed *relatè*, quatenus illæ *typum* gesserunt Christi, cujus meritum, ut & fidem, incluserunt, ac fuerunt *media*, per quæ Messiæ beneficium credentibus est applicatum, ut jam apud nos fit per *Sacramenta. Reinecc.* tom. 4. Panopl. c. 14. p. 172. b.

V. *Non esse Purgatorium*, inde constat, quòd Judæis instituta erant sacrificia, cùm pro *peccatis*, tum pro *personis* varia; sed nullum pro *animabus defunctorum, in Purgatorio sedentibus.*

Bellarminus l. 1. de Purgat. c. 15. respondet, in Levitico sacrificia pro defunctis fuisse instituta: quandoquidem *illa*, quæ instituta sunt pro *peccatis*, intelligi pro peccatis tam *vivorum*, quàm *mortuorum.*

℞. Lex divina non modò in *genere*, sed etiam in *specie* exprimit tum *materiam*, tum *formam*, tum ...*nem*, tum *objecta* sacrificiorum, quæ scilicet *animalia*, quibus *ritibus*, quo *fine*, & pro *quibus* sint offerenda: at de quodam sacrificio, pro *defunctis* offerendo, in tota lege Mosaica ne verbulum quidem continetur. Lex divina *omnes peccati*, per sacrificia purgandi, *ritus* exactè & κατ' εἶδος describit, sed nuspiam *alicujus post hanc vitam purgationis* meminit. Quare cum legi divinæ nihil sit addendum, frustra omnis de sacrificio, pro *defunctis* instituto, suscipitur cogitatio. *Mortuos attingere* in ea lege scelus erat, quod a templo hominem arcebat, multò magis *pro iisdem sacra facere. Balduin* in Exam. Apolog. Schopp. p. 468. *Gerhard.* tom. 8. LL. CC. loc. 29. de mort. §. 182. seq. p. 319. & ..2.

CAP. V. v. 1. *Et anima quia peccaverit, & audierit vocem blasphemiæ, & ip... te...s vel vidit vel scivit, si non annunciaverit, & portabit peccatum suum.*

Nota hoc loco (1.) *animam* Synecdochicè poni pro *homine.* 2.) Adverbium temporis indeterminati, *quum*, per conjunctionem, כִּי, *quia*, exp... uni. (3.) Conjunctionem וְ, verbo וְשָׁמְעָה, & a... præfixam, pro ID EST positam ... declarat enim, *quodnam sit peccatum* ...ud, *quod peccaverit* ... (4.) *Peccatum* cum verbo *portandi*, metonymicè innuere *reatum pœnæ.* Jun. in Not. ad h. l. p. 110. ... q. *Vatabl.* ibid. p. 226. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 1. m. 3. p. 11.

Vers. 2. *Vel anima quæ tetigerit in omnem rem immundam, vel in cadaver feræ immundæ, vel cadaver jumenti immundi, vel in cadaver reptilis immundi, & absconditum fuerit ab eo, & ipse immundus, & deliquit.*

I. Redit huc (1.) *Synecdoche partis* pro toto ... ta *anima* pro *homine.* 2.) *Pleonasmus*: nam abundat præpositio IN, nomini *cadaver*, præfixa. ... Hebraismus: *Absconditum fuerit ab eo, i. e. n...* ... *esse immundum.* (4.) *Enallage generis* masculini, *ab eo*, & *ipse mundus*, pro fœminino, *ab ea*, & *ipsa*

ommun-

:Et ip
ad h.l.p
1.c.1.m.1.

c.1. ad ar-
m.1. positum,
a vet ... ead expiatio
imm ... alem, non
n illa sac ... institutæ sint,
... , præ ... rum contra cere-
... pro ... avioribus.

... instituta esse ad expiatio
... luin est. Nam (.) nul
... , aut V , aut *Abrahamo*,
... pore nondum lata fuit lex ce-
... ref ur, q ... erat im-
...) *Perju .um & læsio proximi*,
... nunquam pertinuerunt ad *sanc*
... *enerales* phrases sunt *Levi*.
mentio fit peccatorum, *lege Do*
m, & contra *universa* man data Dei
am. tom.4. Pantr. l. 3. c.4. num.

uia t ... erit in immunditiam ho-
m ... minis inditiam ejus, qua fiet im-
ea, ... ab ... itum fuerit ab eo, &
...

... 1.) *Enallage* tum ab-
... m, pro concreto, *immundum*,
... temporis futuri, *fiet* immundus,
t vel ... potest immundus. 2.)
in ea, redundat: 3.) Ellipsis: *Et*
... postea re cuverit. Quanquam
... dis ... te accipit: *Sive* ab-
... abeo, *sive* ipse l iverit. Cætera,
... assignata, v.1. & 2. *Ariam*. in
... in Anno. ad h.l. p. 226.

... , quia d ... querit in uno ex
... pœnitentiam agat, quo peccavit su-
eo.

... va (1.) QUIA poni QVUM. (2.)
... ri pro *quopiam*. (3.) Pronomen, *eo*,
... præpositionem *super*, pronomini
... endam esse *Ariam*. in Bibl. p. 87.

... *enses* ex hoc textu *justitiam proprio-*
um extruere conantur, quod *pœnitentia ad-*
... tatio peccati, & reconciliatio cum Deo.

... in Hebræo non fit mentio *pœnitentiæ*;
... reddit Arias Montanus *Et fuerit*
... od peccavit super eo. Ubi mentio fit *con-*
... ati. 2. Posito autem, *pœnitentia ad-*
... tem & reconciliationem, συνεκδοχικῶς
... um esset, ... *fidem*, quæ in victimæ ob
... Christum. *Hutter*. 10 Explic. lib.
... c ... nt it thes. observ. 4. p. 370. *Meis-*
... sac. disp. 8. thes. 18. & 20.

... *larmin* ... 3. de Pœnitent. c. 3. nugatur,
... *ulorum peccatorum*, *proprio Sa-*
... *de jure di ... o necessariam*; cùm
... n eo ... um apertam exstat.

... in tract. de Confess. adducit nu-
... tum, qui libere ingenueq; fatetur,
... ndi non ... isse necessarium in lege.
... Levit. negat, Sacerdotem V.
... p ... Fit h.l. men-
... an ... essionis: at quod in e-
... ebat, ad *omnia & singu-*
... non est trahendum.

... *l ard*. p ... Po ... 10. ad
... 3.2. p. 318 ... Cath.
p. 62

Vers. 6. *Et venire faciet de ... um suum Domi-*
no super peccato suo, quod peccavit ... feminam è
pecoribus ... tam, vel hircam caprarum pro pec-
cato, & expiabit super eam Sacerdos &c.

Iteratur nunc (1.) *Metonymia subjecti* pro ad-
juncto: *delictum* enim *sacrificium pro delicto* signi-
ficat (2.) Hebraismus. *Hircam caprarum*, i.e.
la tantem (3.) Pleonasmus: *Super eam*, pro *eam*;
ubi propositio SUPER abundat. *Ariam*. in Bibl. p.
87. *Jun* in Not. ad h. l. p. 111

Vers. 7. *Et si non attigerit manus ejus sufficien-*
tiam agnelli, & adducet delictum suum quod
peccavit, duos turtures, vel duo ... os columbæ
Domino unum ad peccatum, & unum ad holo-
caustum.

Ecce I. *Hypallagen*: Si *non attigerit manus e-*
jus &c. i.e. *ipse manu vel facultate sua*, cujus instru-
mentum est *manus*, & sic deinceps. (2.) *Enalla-*
gen abstracti pro concreto: *sufficientiam agnelli*,
pro *sufficientem agnellum*. (3.) *Ellipsin* participii:
Agnelli, scil. *comparandi*. (4.) *Metonymiam subje-*
cti pro adjuncto: *Delictum*, h.e. *oblationem pro de-*
licto. (5.) Hebraismum: *Filios columbæ*, i.e. *pullos*
columbæ. Ariæm. & Jun. l.c.

Vers. 15. *Anima quia prævaricata fuerit præ-*
varicationem & peccaverit in ignorantia de
sanctitatibus Domini. & adducet delictum
suum Domino, arietem integrum, de pecudibus,
in ordinatione tua argentum siclorum, in siclo
sanctuarii, ad delictum.

Recurrit modo (1.) *Hebraismus*: verbum enim,
תמעל, *prævaricata fuerit*, eleganter regit nomen
suum coniugatum מַעַל, *prævaricationem*. (2.)
Enallage abstracti *sanctitatibus*, pro concreto, *re*
sancta, seu Deo consecrata. (3.) *Metonymia sub-*
jecti pro adjuncto *Delictum suum* h.e. *sacrifi-*
cium pro delicto suo. (4.) Hypallage: *Argentum*
siclorum, pro *siclos argenti* seu *argenteos*. Cætera,
huc pertinentia, vide proposita in Vindic. *Levit*. 4.
v.2. m.1. n.1.2.3. *Ariam* in Bibl. p. 88. *Vatabl*. in An-
not. ad h.l. p. 227. *Jun*. in Not. ad eund. loc. p. 111.
Glass. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 43.
p. 164.

Vers. 17. *Et si anima quia peccaverit, & fecerit*
unum ex omnibus præceptis Domini, quæ non
fient, & non cognoverit, & deliquerit, & porta-
verit iniquitatem suam.

Nota hic (1.) ו, ET, ante verbum וְעָשְׂתָה,
& fecerit, positum esse pro, *id est*, quam est declara-
tio. (2.) *Unum* significare *quidquam*. (3.) *Por-*
tare iniquitatem suam, nihil aliud ... n. *mere*,
se reum esse illius. Quanquam *Arias Montanus* in Bibl.
p. 88. id de *pœna iniquitatis* interpretatur. Reliqua,
hunc textum concernentia, vide assignata in Vin-
dic. *Levit*. 4. v.2. & c.5. v.1. *Vatabl*. ibid.

Vers. 19. *Delictum illud: delinquendo deliqui,*
Domino.

Videsis (1.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto:
Delictum, h.e. *oblatio pro delicto* (2.) *Enallagen* pro-
nominis demonstrativi, הוא, *illud*, nomini אשם,
delictum, subjuncti, poni pro verbo substantivo,
EST. (3.) *Ellipsin* conjunctionis causalis, *nam*
ante verbum, *delinquendo*, subaudiendæ. (4.) Epi-
zeuxin: *Delinquendo deliquit*, i.e. *omnino deliquit*.
Ariæm. *Vatabl*. *Jun*. l.c.

CAP. VI. v. 2. *Anima quia peccaverit, & prævaricata fuerit prævaricationem in Dominum, & mentita fuerit in proximum suum in commendatione, vel in positione manus, vel in rapina, vel occupavit vi proximum suum.*

Ecce (1.) *Enallaxin:* nam ו, verbo וכחש, & *mentita fuerit*, præfixum, pro, ID EST, ponitur. (2.) *Metonymiam* partim *adjuncti* pro subjecto; *positio* enim *manûs* denotat *consociationem cum altero initam*, Galat. 2. v. 9. partim *subjecti* pro *adjuncto*: Occupavit vi *proximum suum*, h. e. *bona proximi sui*. Cætera vide consignata in Vindic. *Levit.* 4. v. 2. m. 1. n. 1. 2. 3. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 228. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 4. m. 6 p. 71.

Vers. 3. *Et qui quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare homines,* &c.

I. In Hebræo (1.) ו ante verbum נִשְׁבַּע, & *juraverit*, significat, AUT. (2.) Abstractum, *amissio*, ponitur pro concreto, *res amissa*. (3.) Præpositio SUPER ante vocem, *falsum*, redundat (4.) *Unum* notat *quidpiam*. Ariæm. in Bibl. p. 88. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 228. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 1. Observ. .p. 687.

II. *Smalcius* de Pœnitent. Contr. Franz. fol. 361. negat, v. præced. 2. agi de *quovis peccato ultrò commisso*, sed de eo, *quod inverso atq; inveterato quodam usu adversus Deum perpetratur*; cum sit tale peccatum, quod *hominibus solitum est*.

℞. (1.) Aliter sonant verba in *Fontibus*, aliter verò à Smalcio ex *Versione Vulgata* afferuntur. Versio ex *Fontibus* non habet hoc pacto: *In quibus solent homines peccare*; Sed in hunc modum: *Quæ faciunt homines*. (2.) Etiamsi sensus ille comprehenderetur verbis istis, tamen nihil hoc juvaret Smalcium: Omnino enim *talia magna* facere solent homines. *Franz.* disp. 13. Vindic. 13 thes. 56.

Vers. 5. *Vel ab omni, quo juraverit super eo in falsum & reddes illud in capite ejus, & quintum ejus addet super illud, cui ipsum est, & dabit illud in die delicti sui.*

I. Moses utitur (1.) *Pleonasmo*: nam, *eo*, abundat, & *super* præfigendum ly *quo*. (2.) *Metaphorâ*: In *capite*, h. e. in *summa* vel *sorte*. (3.) Hypallage: *Cui ipsum est*, pro, *est, cui ipsum*, scil. *debetur*. (4.) *Metonymiâ subjecti* pro adjuncto: *delictum* enim notat *sacrificium pro delicto*. Ariæm. in Bibl. p. 88. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 338.

II. *Socinus* par. 2. de Christ. Servat. cap. 11. & *Smalcius* de Pœnit. p 361. ut eludant argumentum pro expiatione etiam *gravium delictorum* sacrificiali, ex præcedentibus versibus desumptum; docent, *sola sacrificia pro gravibus non sufficisse*, imò ad expiationem faciendam *proximo læso cumulatè à sacrificante satisfaciendum fuisse*.

℞. *Restitutio furti accedit ad ipsam oblationem*, non quòd *ex ea peccati remissio contingat*, sed tanquam *bonum opus*, *fidem sacrificantis consequens*, & *declarans*. Ideo enim restitutio requiritur, ut pœnitentia eò magis sit conspicua: *Simulata* namque videtur pœnitentia, cùm ablatum contra conscientiam retinetur. *Franz.* disp. 13. Vindic. thes. 56. seq. *Thumm.* in Imp. Photin. p. 485. seq.

Vers. 6. *Et delictum suum adducet Domino, arietem integrum, è pecore, & dabit eum Sacerdoti juxta æstimationem mensuramq; delicti.*

I. Redit huc (1.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Delictum*, h. e. *oblationem pro delicto*. (2.) *Enallage* numeri singularis, *pecore*, pro ... *dibus*. Ariæm. in Bibl. l. l. p. 88.

II. *Bellarminus* l. 4. de Pœnitent. c 8. statuit, *pro reatu pœnæ temporalis, qui post culpam dimissam expiandus maneat, operibus pœnariis verè ... prop... se Deo satisfieri posse*. quòd Deus sacrificia pro *mensura atque æstimatione delicti imperaverit*, quæ *compensatio* fuerint & *satisfactio* pro reatu pœnæ temporalis expiando.

℞. (1.) Manifestè falsum est, quod Bellarminus hic pro fundamento ponit, sacrificia *diversi pretii* pro *æstimatione ac mensura delictorum* fuisse in lege imperata. Nam *Levit.* 5. v. 16. & 1... illi, qui per *errorem* peccavit, præscribitur pro sacrificio *aries integer lactens*: illi etiam qui de *industria* mentitus fuerat, *aries integer lactens*. c. 6. v. 6. (2.) Falsum & hoc est, *sacrificia fuisse satisfactionem hominum pro pœnis peccati temporariis*: tum quia sacrificia illa, *à se æstimata*, nec temporarias nec æternas pœnas expiârunt, teste Domino, Esa. 1 v. 13. *Psalm.* ...o. v. 7 tum quoque, quia sacrificiis istis non *nostra satisfactiones*, sed *sacrificium Christi* adumbratum est, docente Dei spiritu, *Hebr.* 9. v. .10. seq. ex cujus intuitu, quicquid illa virtutis & valoris habuerunt, in solidum profluxit & dependit, illudq; omne actotum in *Christi sacrificio* nunc est completum. Præter hoc ergo, qui alias coram Domino satisfactiones atque compensationes quærit, perfectioni sacrificii Christi derogat.

Salmeron tom. 11. tract. 24. excipit, utique locum esse *satisfactionibus hominum*, quòd *pœnitentia peccatori injungatur*.

℞. *Injungi pœnitentiam*, dupliciter dicitur: vel enim significat, *seriam conversionem exigi à peccatis ad Deum, ut venia obtineatur per Christum*; vel notat *commutationem*, *compensationemq; arbitrariam pœnæ, ut, quæ peccatis debetur, eam merito ejus compensationis, Deus non exigat*. *Priori modo* concedimus, & illis sacrificiis, quæ præcipiuntur, exigi pœnitentiam; *posteriori* modo negamus, iis sacrificiis ullam pœnitentiam exactam fuisse. Nam sacrificia nunquam quisquam *pœnas* esse pronunciavit, quas quidem solveret peccator; sed *typos pœnarum*, quas debebat quidem *peccator*, sed soluturus erat *Christus*, ejus nomine. *Eckhard.* par. 1. Pand. Controv. Pontif. c. 25. q. 2. ad obj. 6. p. 316. seq. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de pœnit. c. 2. q. 2... p. 375. & 377 *Cham.* tom. 5. Panstr. l. 23. c. 13. n. 60. seq. *Ames.* tom. 3. Bellarmin. enerv. l 5. c. 4. thes. 30.

Vers. 7. *Et expiabit super illum Sacerdos ad faciem Domini, & dimittetur ei super uno ex omnibus, quæ facit in reatu in eo.*

I. In versu hoc offert sese (1.) Pleonasmus *super illum*, pro *illum*, ubi τὸ *super* abundat. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: *Ad faciem Domini*, i. e. *in loco sacro divinitus ordinato*. (3.) Hebraismus: *Super uno*, h. e. *unumquodque*. (4.) *Enallage* temporis futuri *faciet*, pro præterito, *fecit*. Ariæm. in Bibl. p. 88. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 111.

II. Quòd *pro peccato spontaneo sub lege constiterit sacrificium*, præsens textus luculenter commonstrat: is enim definit *odium*, *avaritiam*, *dolum malum*, *perfidiam*, *mendacium*, *perjurium*, & pro *his* sacrificium *expiatorium* constituit; quæ omnia peccata *scienter* & *voluntariè* committi, vix quisquam infitiabitur.

Excipit I. *Smalcius* contr. Franz. de pœnitent. fol. 361. hoc loco non de *quovis peccato ultro commisso* esse sermonem, sed de *tali*, quod licèt non sit planè commis-

[illegible] *ami* [illegible] *torantiam*. non sit [illegible] men [illegible] commissum esse *brachio excelso*. [illegible] *celsò brachio* commissum nihil [illegible] *petulantiæ*, quæ in istis peccatis in [illegible] bus [illegible] bus recensitus, necessariò con- [illegible] da est. Annon enim hoc est *excelsâ ma*[illegible], si quis *datâ operâ proximum decipiat* [illegible] *perjuret*, *se non accepisse*? si *rapiat alie*[illegible] *idq; per violentiam*? non sane sanus quispiam [illegible].

I. *Autor Catechismi Racoviensis* p. 288. *sub* [illegible] *cedere ad eum modum peccatorum expiationem* [illegible] *fuisse*. *ut pœna temporaria tantum ab iis, quorum peccata expiabantur, tolleretur.*

℞. Sine omni fundamento hoc dicitur: aliud extat in sacris literis, quæ de sacrificiis testantur, quòd *homines* suo quodam modo *cum Deo reconciliarint*, [illegible] videlicet *typi* erant æterni illius & perfecti sacrificii expiatorii N.T. Domini nostri Jesu Christi. Reconciliatô autem Deo cum homine, ipsum quoque peccatum & pœna peccati temporalis ac æterna remittitur. *Hutter.* in LI. Theol. p. 749. *Franz.* [illegible] p. 13 Vindic. th. 56. seq. *Balduin.* in Refut. Catech. Ari[illegible] p. 519. & 521. *Thumm.* in Exerc. Theol. disp. 9. p. 51.

II. *Sacri*[illegible]*cia veterum expiâsse hominum peccata*, ex præsenti versu planum est: *illis* enim disertè addita est *propitiationis* promissio.

Bellarminus l. 2. de Effect. Sacram. c. 17. regerit. [illegible] sacrificia instituta esse, nisi pro peccatis *levio*[illegible] præsertim circa *damnum proximi in rebus ex*[illegible], & pro *perjurio* ex cupiditate habendi res [illegible].

℞. (1.) Annum *levia* sunt peccata, *malitiosa proximi defraudatio, perjurium*, &c. non sanè ullus sanus [illegible] (2.) Levit. 16. v. 34. sacrificium *anniver*[illegible] juvenci & hirci piacularis offerri præcipitur pro *omnibus omnino peccatis totius Israelis*. *Thumm.* l. c. [illegible] tom. 4. Pan[illegible] l. 3. c. 4. n. 1. & 4.

Vers. 10. *Et induet Sacerdos vestimentum lini, & femoralia lini induet super carnem suam, & levabit cinerem, quod comedet ignis holocaustum super altare &c.*

Videmus (1.) *Synecdochen generis* pro specie: *Vestimentum*, i. e. *tunicam*, de qua *Exod.* 28. v. 39. seq. [illegible] *Enallagen* tum substantivi, *linum*, pro adjectivo, *lineum*; tum *simplicis* pro *composito*: nam אֲשֶׁר, [illegible] d, pro בַּאֲשֶׁר, *quando*; & עַל, *super*, pro מֵעַל *desuper*, positum est. (3.) Euphemismum: *pudendas* [illegible] Sacerdotis partes Spiritus Sanctus verecunde [illegible] *carnem* ejus, & quidem *Synecdochicè*. (4.) [illegible] popœiam: *comedere* enim tribuitur *igni*, estq; [illegible] ac *consumere*. Ariæm. in Bibl. p. 88. *Vatabl.* in [illegible] p. 228. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 112. [illegible] *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 9. p. 203.

Vers. 12. *Et ignis super altari fiet, ut urat in illo, non extinguetur: Et accendet super eo Sacerdos ligna in manè, in manè &c.*

Observa hoc loco (1.) futurum indicativi, *fiet*, [illegible] *guetur*, *accendet*, pro imperativo, *fiat*, *extinguitor*, *accendito*, usurpari. (2.) Verbum תּוּקַד, *fiet ut* [illegible] *at* [illegible] *tinuatione ustionis* intelligi, h. e. *alatur*, seu *continuetur ejus ustio*, subinde scil. materia ustioni suppeditata, v. 13. (3.) *In manè in manè*, idem esse [illegible] *quolibet manè*, seu tempore matutino. *Jun.* in Bibl p. 112. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 4. p. 44. & tract. [illegible] can. 2. m. 1. p. 4. 33.

Vers. 16. *Et residuum ex ea comedent Aaron & filii ejus, azymus comedetur in loco sancto, in atrio tabernaculi conventus comedent illud.*

Recurrit modo (1.) *Enallage* modi indicativi, *comedent* & *comedetur* pro imperativo *comedunto* & *comeditor* (2.) *Ellipsis* præpositionis: nam ante vocem, *azymis*, subaudiendum est, בְּ, IN. *Vatabl* in Annot. ad h. l. p. 229. *Jun.* ibid. p. 112.

Vers. 17. *Non coquetur fermentatum: partem eorum dedi eam ex ignitionibus meis, sanctitas sanctitatum ipsa, sicut peccatum, & sicut delictum.*

Iteratur nunc (1.) *Enallage* tum modi indicativi, *coquetur*, pro imperativo, *coquitor*; tum abstracti, *ignitionibus* & *sanctitas sanctitatum*, pro concreto, *oblationibus ignitis*, & *res sacrosancta*. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Ipsa*, scil. *est*. (3.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Peccatum* & *delictum*, h. e. *sacrificium pro peccato*, & *sacrificium pro delicto*. Ariæm. in Bibl. p. 88. *Vatabl.* & *Jun.* l. c.

Vers. 21. *Super sartagine in oleo fiet, frictam adduces eam, coctiones muneris frustorum offeres, odorem quietis, Domino.*

Nota hic (1.) Præpositiones, עַל, *super*, significare IN; בְּ verò, IN, denotare cum (2.) *Synecdochen generis*, *fiet*, pro specie, *præparabitur*. (3.) *Enallagen* tum modi indicativi, *adduces* & *offeres*, pro imperativo, *adducito* & *offerto*; tum substantivi pro adjectivo: *Coctiones muneris frustorum*, h. e. *Cocta muneris frusta*, vel *cocta munera frustulenta*, id est, *manphulas*, à verbo נָפַל, *cadere*, appellatas. Est autem *manphula* delicati panis Syriaci genus, quod in clibano antequam decoquatur, in carbones cineréq; decidit. (4.) Ἀνθρωποπάθειαν: odor enim *quietis* tribuitur *Deo*, & notatur *complacentia ejus*, q. d. *gratissimum est Deo sacrificium, quo placatur*. Ariæm. in Bibl. p. 88. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 229. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 112. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 8. m. 1. p. 29. & lib. [illegible] tract. 1. cap. 7. p. 141.

Vers. 25. *Loquere ad Aaronem, & ad filios ejus dicendo: Ista lex peccati in loco, quo mactabitur holocaustum, mactabitur peccatum, ad facies Domini, sanctitas sanctitatum ipsa.*

Rursus videas (1.) Ellipsin: *Ista*. scil. *est*, vel *esto*. (2.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto. *Peccatum*, h. e. *sacrificium pro peccato*. (3.) Ἀνθρωποπάθειαν: *Ad facies Domini*, i. e. *in loco sacro divinitus Ordinato*. (4.) *Enallagen* partim temporis futuri, *mactabitur*, pro præsenti, *mactari solet*; partim modi indicativi, *mactabitur* peccatum, pro imperativo, *mactatur*; partim abstracti, *sanctitas sanctitatum*, pro concreto, *res sacrosancta*; partim pronominis demonstrativi, הִוא, *ipsa*, pro verbo substantivo EST. *Ariæm.* in Bibl. p. 8[illegible] seq *Vatabl.* in Annot ad h. l. p. 230. *Jun.* ibid. p. 112. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1 cap. 3. m. 4. p. 47.

Vers. 26. *Sacerdos, qui offert, comedet eam in loco sancto in atrio tabernaculi.*

I. Deus sibi *contradicere* videtur: hic enim *Sacerdotem jubet comedere hostiam* in loco sancto, at v. 30. prohibet, *ne eam Comedat Sacerdos*, sed *ignis Comburat*.

℞. *Sacrificia pro peccato* erant duplicia: quædam offerebantur ad *ostium altaris holocausti*, non *in testimonio tabernaculi*, & quidem pro *Principe populi*, vel *privati hominis* delicto; *horum* pars destinabatur esui Sacerdotum: quædam offerebantur *coram testimonio tabernaculi*, & quidem pro delicto *summi Sacerdotis*, aut *totius multitudinis*; quorum esus non concedebatur. *Walther* Harm. Script. p. 180.

II. *Bellarminus* l. 4. de Sacram Eucharist. c. 24. arguit, non esse ullo modo probabile, Christum imperaturum fuisse *manducationem utriusq; speciei* in S. cœna, cùm figura hæc, videlicet *participatio sacrificiorum*, manducationem sub *una specie* significaverit: nam licet in iis esset caro & sangvis, tamen *sola caro* manducabatur.

℟. 1. Si figura Eucharistiæ fuit participatio sacrificiorum, & oportuit figuratum figuræ respondere; ergo quemadmodum in sacrificiis *nullus omnino potus* fuit, ideo nullum oportet esse in *Eucharistia*. Nullum, inquam, prorsus: non enim in illis erat magis in *consecrando*, quàm in *communicando*; nec magis *sacerdotibus*, quàm *plebi*? Atqui contrà fit in *Eucharistia*, etiam inter Papistas, qui neque audent consecrare panem solum, neq; Sacerdoti interdicere calicis sumptionem. Non ergo consequentia à *participatione sacrificiorum* ad *communionem Laicorum sub specie saltem panis* in S. Eucharistia procedit, alioqui & Sacerdotes *solum panem* in altari comedere deberent, quandoquidem Sacerdotes V. T. *solum victimas* comedebant.

Excipit *id. ibid.* quod Sacerdotes nunc faciant, non respondere *manducationi victimarum*, sed *consumptioni per ignem*; cùm Eucharistia sit aliquo modo *holocaustum*, aliquo modo *hostia pacifica*, aliquo modo *hostia pro peccato*: quia igitur in *holocausto* omnia consumebantur, & victima & libamina; ideo etiam nunc à *Sacerdote*, cujus est consumere holocaustum, omnia sumi: à *populo* autem, qui solùm participat de sacrificio, satis esse, manducari *carnes* agni immaculati.

℟. (1.) Hac ratione non *absolutè* respondet figuræ figuratum, sed pro *analogia sacrificij*, & quidem *holocausti*, aut pro *peccato*; quam fingit Bellarminus. Nam in *ligno vitæ*, & *panibus propositionis*, v. g. quas ipse communionis sub una specie figuras statuit nulla fuit *consumptio per ignem*. Sed somniatum Papistis præter eam analogiam communicandi, aliam quandam Eucharistiæ accedere, & secundùm hanc debere respondere *holocausti*, non autem *panibus propositionis*, aut *ligno vitæ*. Sed hæc eadem ratio valet, ut negemus, legitimam esse consequentiam à *sacrificiis* ad *Eucharistiam*: quandoquidem *huic* alia analogia est, nempe *per modum plenæ nutritionis*, quæ non erat in *illis*. (2.) Quomodo verò nunc Sacerdotis est *consumere holocaustum*? per modum *cibi*. an aliter? Nam alioquin impudens abusus est vocabuli *generalis*. Manifestum est, Sacerdotis non fuisse consumere holocaustum, per modum *cibi*, sed per modum *combustionis*: itaque consumebat non *ipse*, sed tradebat *igni* consumendum. At nunc volunt Papistæ, ipsum *per se*, & quidem per modum *cibi*, consumere Sacerdotem. Estne hæc nulla dissimilitudo? estne hoc, figuratum respondere figuratæ? Et quidem consumptio per modum, *cibi*, duntaxat *partialis*, non tantùm erat *Sacerdotis*, sed etiam *plebis*. Quicquid est igitur hujus consumptionis, cur non æquet hodie plebem Sacerdoti, ut vel *neuter* sumat utramque speciem, vel uterq;? Ut si *Sacerdos* debeat omnia consumere hodie; præter analogiam veterem, *plebs* etiam debeat: & si *plebs* non debeat, ne *Sacerdos* quidem? *Cham.* tom. 4. Panstr. l. 9. c. 11. n. 3. 8. 9. 10. 11.

CAP. VII. v. 1. *Et ista lex delicti, sanctitas sanctitatum ipsa.*

Philogica vers. 1. 2. 5. 6. vide annotata in Vindic. *Levit.* 1. v. 5. c. 3. v. 11. c. 6. v. 17. & 25.

Vers. 7. *Sicut peccatum, sicut delictum lex una eis: Sacerdos, qui expiabit in eo ei erit.*

Attendo hic (1.) כ, SICUT geminatũ, significare *rerum inter se ex æquo comparationem, & absolutam utrinq; similitudinem*, ita ut priùs πρότασιν, posterius ἀπόδοσιν similitudinis denotet: *Prorsus sicut peccatum, sic delictum.* (2.) חַטָּאת, *peccatum*, metonymicè notare *sacrificium pro peccata & אָשָׁם, delictum*, piaculum seu *sacrificium, pro expiatione peccati oblatum.* (3. Deficere verbum substantivum: *Lex una.* scil. *esto.* Ariœm. in Bibl. p. 89. *Jun.* ibid. p. 112. *Glass.* lib. 4. Phil. Sacr. tract. 1. observ. 3. p. 651. & lib. 5. tract. 1. cap. 3. m. 4. p. 47.

Vers. 10. *Et omne munus mixtum in oleo, & aridum, omnibus filiis Aaronis erit, viro secundùm fratrem suum.*

I. Moses utitur (1.) *Pleonasmô:* abundat enim IN ante vocem, *oleo*. (2.) *Enallaxi*: nam ו nomini, חֲרֵבָה, *& aridum*, præfixum, notat AUT. (3.) *Metaphorâ*, Hebræis propriâ: *Viro sicut fratri suo*, h. e. *uni sicut alteri*, seu *æquâ mensurâ* per singulos dividetur; ubi *frater* pro *simili* ponitur. Ariœm. in Bibl. p. 89. *Vatabl.* in Annot. ad l. p. 231. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 112. Confer. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr, tract. 1. 12. p. 370.

II. Lites, circa præsentem textum motas, vide compositas in Vindic. *Levit.* 2. v. 3. m. 2. & 3.

Vers. 11. *Hæc est lex hostiæ pacificorum, quæ offertur Domino*, &c.

Bellarminus l. 2. de Miss. c. 3. statuit, *Missam esse sacrificium impetratorium omnis generis bonorum, ac pro iis etiam impetrandis ritè offerri corpus Domini:* quia in V. T. fuerint *hostiæ pacificæ*, quibus *pax* seu *felicitas*, putà *sanitas*, aut *vita temporalis* â Deo impetrabatur; atq; *hæ* figuræ fuerint *Eucharistiæ*.

℟. (1.) Jesuita malè similitudinem V. & N. constituit in sacrificiorum *externorum* oblatione: siquidem sacrificia Deus in V. T. ipse sancivit; at verò ut idem quoq; in N. T. per sacrificium aliquod *externum* fiat, nullum mandatum, nulla institutio, nulla promissio in Scripturis de eo extat. (2.) Nugatur ille, in N. T., si modò sacrificium aliquod pacificum in eo concedi debeat, nullum aliud dari posse, quàm *Missam*: nam *Missam sacrificium esse à Deo institutum*, falsum est. (3.) Petit principium, sic arguens: *Missa est sacrificium impetratorium*, quia *in* V. T. *fuerunt sacrificia pacifica.* Nam *hoc ipsum* quæritur, *utrum Missa ideo sit sacrificium impetratorium*, quia *in* V. T. *fuerunt sacrificia pacifica.* (4.) Hostiæ pacificæ fuerunt figuræ ipsius *Christi*, ejusdemque sacrificii, in *ipsa passione & cruce* oblati; & non possunt referri ad *Eucharistiam*, nisi ne illa est sacrificium *eucharisticum*: eo enim sensu est sacrificium *impetratorium*, ut & ipsæ preces. *Hutter.* in Refut. Bellarm. de Miss. p. 449. seqq *Cham.* in Supplem. tom. 4. Panstr. c. 11. n. 5.

Vers. 16. *Et si votum vel spontaneum sacrificium oblationis ejus, in die offerre illum sacrificium suum, comedetur, & à crastino & residuum ex eo comedetur.*

I. In textu hoc reperitur (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *spontaneum*, scil. *est*, vel *erit*. (2.) *Enallage* partim infinitivi, *offerre illum*, pro nomine, *oblationis illius*, seu *quâ obtulerit*; partim modo indicativi, *comedetur*, pro imperativo, *comeditor*. (3.) *Pleonasmus:* ו enim ante וְהַנּוֹתָר, *& residuum*, redundat. *Ariœm.* in Bibl. p. 89. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 231. *Jun.* ibid. p. 112.

II. *Pontificii* docent, *opera electitia, & citra omne Dei mandatum facta, posse esse cultum Deo placentem:* quòd in lege accepta fuerint, non tantùm

illa

illa sacrificia, quæ ex *mandato*, sed & illa præcipuè, quæ ex *voto*, vel *sponte*, offerebantur.

℞. In V. T. votivæ & spontaneæ illæ oblationes non fuerunt opera, *omni prorsus verbô Dei destituta*: nam in lege extant *certæ* & *peculiares* ordinationes Dei de *iisdem*, *quòd* fieri possint, *quomodo* item fieri debeant, *quibus conditionibus*, *quo in loco*; uti apparet ex hoc *ipso* capite, & alijs locis parallelis. In N. T. ejusmodi *spontanea* opera non mandata, sed prohibita sunt: nam *Coloss.* 2. v. 23. ἐθελοθρησκεῖαι disertis verbis damnantur. *Chemnit.* par. 3. LL. CC. Theol. loc. de Bon. Oper. q. 1. c. 3. p. 15. ad obj. 4. *Gerhard.* tom. 4. LL. CC. loc. 20. de Bon. Oper. §. 17. ad 4. p. 28. *Eckhard.* par. 2. Pandet. controv. Pontif. c. 27. q. 1. ad object. 2. p. 422.

Vers. 18. *Et si comedendo comestum fuerit de carne sacrificii pacium ejus, in die tertia non erit acceptus offerens illud, non reputabitur ei, corruptum erit, & anima comedens, ex eo, iniquitatem suam portabit.*

Ecce (1.) Epizeuxin: *Comedendo comestum fuerit* h. e. *omnino* vel *quicquam comestum fuerit*. (2.) *Enallagen* substantivi, *pacium*, pro adjectivo, *pacificorum*. (3.) *Ellipsin*: Non *reputabitur illi*, scil. *in commodum*, & tanquam *legitimè oblatum*. (4.) Metaphoram: *corruptum erit*, h. e. *abominabile*, tanquam *caro*, *qua vetustate fit deterior in odorem* vel *speciem*. (5.) *Synecdochen* partis, *anima*, pro toto, *homine*. (6.) *Metonymiam causa* pro effectu; nam *iniquitas* cum verbo *portandi*, innuit *pœna reatum*: *Iniquitatem suam portabit*, i. e. *dabit pœnas debitas peccato suo*, Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 231. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 112. seq. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 3. p. 11.

Vers. 19. *Et caro, qua tetigerit in omne immundũ, non commedetur, in igne comburetur, & carnem, omnis mundus comedet carnem.*

Habetur hoc loco (1.) Pleonasmus: *In omne*, pro, *omne*: ubi IN abundat. (2.) *Synecdoche generis* pro specie: *Omnis mundus*, scil. ex *Sacerdotibus*, & ex *offerentibus*. (3.) *Enallage* tum indicativi, *comedetur* & *comburetur*, pro imperativo, *comeditor* & *comburitor*; tum *antecedentis* pro *relativo*: Comedet *carnem*, h. e. *illam*. Ariœm. in Bibl. p. 89. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 231. *Jun.* ibid. p. 113. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 13. p. 198.

Vers. 21. *Et anima quum tetigerit in omne immundum, in immunditiem hominis, vel in jumentum immundum, vel in omnem abominationem immundam, & comederit de carne sacrificii pacium, quod Domino, & excidetur anima ipsa è populis suis.*

Offert sese hic (1.) *Synecdoche partis* pro toto: *anima* enim pro *homine* est. (2.) *Pleonasmus*: nam IN redundat. (3.) Hypallage: *Immunditiem hominis*, pro, *hominem immunditiei*, seu *immundũ* (4.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Quod Domino*, scil *est*. Ariœm. *Vatabl.* *Jun.* l. c. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 43. p. 164.

Vers. 24. *Et adeps cadaveris, & adeps rapti, fiet in omnem functionem & comedendo non comedetis illum.*

In versu hoc deprehenditur (1.) *Enallage tum* simplicis, *rapti*, pro composito, *direpti* seu *discerpti*: tum temporis futuri, *fiet*, pro præsenti, *fieri potest*. (2.) Epizeuxis: *comedendo* non comedetis, h. e. *omnino* non commedetis. *Jun.* in Bibl. p. 113.

Vers. 35. *Hæc unctionis Aaronis, & unctionis filiorum ejus de ignitionibus Domini, in die appropinquare fecit eos, ad fungendum Sacerdotio Domino.*

Videsis (1.) *Ellipsin* tum verbi substantivi. *Hæc*, scil. *est*; tum nominis, *Hæc*, supple, *pars*, vel *merces*, juxta *Abben-Ezram* (hujuscemodi autem supplemento opus esse, contextûs cohærentia ostendit) tum pronominis, *in die*, subint. *quâ*. (2.) Hypallagen: *Unctionis Aaronis & unctionis filiorum ejus*, i. e. *Sacerdotis uncti*, & *Sacerdotum unctorum*. (3.) *Enallagen* partim abstracti, *ignitionibus*, pro concreto, *ignitis oblationibus*, seu *igne absumendis*; partim antecedentis, *Domino*, pro relativo, *sibi*. Ariœm. in Bibl. p. 90. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 232. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 113. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 8. m. 1. p. 29.

CAP. IIX. v. 2. *Accipe Aaronem, & filios ejus cum eo, & vestes & oleum unctionis, & juvencum peccati*, &c.

Occurrit hic (1.) *Synecdoche* Hebræa, ac venustissima: *Accipe Aaronem* &c. i. e. *jube tecum ad portam tentorii conventus illos accedere, & alia afferri atq; adduci ad te* (2.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Peccatum*, h. e. *oblatio pro peccato* Ariœm. in Bibl. p. 90. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 113.

Vers. 10. *Moyses tulit oleum unctionis, quo linivit tabernaculum*, &c.

Bellarminus l. 5. de Rom. Pontif. c. 9. contendit, *Mosen in* V. T. *fuisse summum Pontificem*, quòd *tabernaculum sanctificaverit*, id quod *Solus Sacerdos* facere possit.

℞. Mosis exemplum fuit *extraordinarium*: nam tabernaculi à se consecrandi *specialem* habuit Dei jussionem. *Eckhard.* par. 1. Pand. controv. Pontif. c. 6. q. 5. ad 3. obj.

Vers. 11. *Cumq; sanctificans aspersisset altare septem vicibus*, &c.

Controversiam, circa locum hunc agitatam, vide in Vindic. *Exod.* 29. v. 37. decisam.

Vers. 12. *Oleum fundens super caput Aaron, unxit eum Moses*, &c.

Lites, hic occurrentes, vide in Vindic. *Exod.* 29. v. 7. m. 1. & 2. itemq; c. 40. v. 12. m. 1. diremtas.

Vers. 16. *Adipem verò Moses adolevit super altare*, &c.

Controversiam hic motam vide in Vindic. *Exod.* 40. v. 26. & 27. definitam.

Vers. 17. *Vitulum cum pelle, & carnibus, & fimo cremans extra castra, sicut præceperat Dominus.*

Stapletonus in Promptuar. Cathol. par. 1. p. 482. vult, *nullas peccati reliquias in renatis remanere*, quoniam non solùm *carnes*, sed & *feces sacrificii pro peccato in locum immundum* Deus projici voluerit.

℞. N. C. ratio enim hæc est *allegorica*, non tantùm *carens fundamento Scriptura*, sed & apertè pugnans cum effato Apostoli, 1. *Joh.* 1. v. 8. *Glass.* l. 2. Philol. Sacr. par. 1. tract. 2. sect. 3. art. 6. p. 388.

Vers. 33. *Ex ostio tabernaculi conventus, non egrediemini septem diebus, usque ad diem complendi dies plenitudinum vestrarum, quia septem diebus implebit manum vestram.*

Ecce (1.) *Noema*, Hebræis frequentatum: *Ex ostio* &c. h. e. *potiùs manete illic, quàm ut aliis rebus incumbatis* (2.) *Ellipsin* nominis: *Implebit*, scil. *Dominus*. (3.) *Metonymiam adjuncti* pro *subjecto*: nam *manum implere*, sumitur pro *consecrare ad*

officium sanctum. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 235. *Jun.* ibid p. 114. *Glass.* l. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 4. m. 6. p. 71.

CAP. IX. v. 2. *Cape tibi vitulum, filium bovis, in peccatum, & arietem in holocaustum, integros, & appropinquare fac ad facies Domini.*

Moses utitur (1.) Hebraismo: *Filium bovis*, i. e. *subrumum*. (2.) *Metonymiâ subjecti* pro adjuncto: *Peccatum*, h. e. *sacrificium pro peccato*. (3.) Ἀνθρωποπαθείας. Ad *facies Domini*, i. e. ad *tabernaculum fœderis*. Ariœm. in Bibl. p. 91 *Jun.* ibid. p. 114.

Vers. 3. *Capite hircum caprarum, in peccatum & vitulum, & agnum filios anni, integros in holocaustum.*

Redit huc (1.) Hebraismus: *Hircum caprarum*, h. e. *lactantem*, &, *Filios anni*, i. e. *anniculos*. (2.) Metonymia: *Peccatum*, i. e. *sacrificium pro peccato*. Ariœm. & *Jun.* l. c.

Vers. 4. *Et bovem & arietem in paces, ad sacrificandum ad facies Domini, & munus confusum in oleo, quia hodie visus est Dominus ad vos.*

Ecce (1.) *Pleonasmum*: nam IN ante vocem, *oleo*, redundat. (2.) *Enallagen* temporis præteriti, *visus est*, pro futuro, *jam jam videbitur*. Ariœm. & *Jun.* ibid.

Vers. 10. *Adipemq; & renunculos, ac reticulum jecoris, quæ sunt pro peccato, Aaron adolevit super altare*, &c.

Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim introducit Aaronem, quasi *is jam adoleverit adipem super altare*; demum verò v. 24. *ignem* dicit *egressum à Domino, devorâsse holocausta & adipes.*

℞. Censendum est, Aaronem non *adolevisse igne factitiô sacrificia*, sed *præparâsse*, solùm, ut comburantur ab igne cœlesti; eumq; tam certũ fuisse de *eventu*, ut Spiritus Sanctus innuat, *ipsum adolevisse*, cùm consumta sint per *divinam flammam*: id sanè permagnæ fidei argumentum est. *Walther* in harm. Script. p. 180. seq.

Vers. 21. *Pectora eorum & armos dextros separavit Aaron, elevans coram Domino sicut præceperat Moyses.*

Papistæ volunt, *in Eucharistia fieri debere elevationem elementorum*, cùm *ea in veteribus sacrificiis facta fuerit, juxta Dei mandatum.*

℞. (1.) N. C. non enim qui ritus mandãtur *in lege*, iidẽ valere debent in *Evangelio*; nisi fortè assandus sit panis, ut *agnus*. (2.) Longum discrimen est inter *sacrificium*, & *Eucharistiam*. (3.) Non concluditur quæstio: non enim elevatio erat *super caput Sacerdotis*, &, quod maximum est, *adorationis* causâ. Neq; vereor, ut ullum mihi notent Papistæ exemplum *adoratæ rei, quæ elevaretur*. Cham. tom. 4. Panstr. l. 7. c. 2. §. 15. & 31. p. 166. seq.

Vers. 22. *Sicq; completis hostiis pro peccato & holocaustis, & pacificis, Aaron descendit.*

Novum se offert ἐναντιοφανὲς: nam *Aaron ab altari dicitur descendisse*, cùm tamen Deus prohibuerit, *Exod.* 20. v. 26. *Ne adscendito per gradus & altare meum.*

℞. Aaron dicitur *recessisse* ab altari, qui v. 8. fertur *accessisse ad altare*; & non *descendisse*, quod *ascensum* præsupponit. *Walther.* l. c. p. 180. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 6. can. 12. m. 4. p. 549.

Vers. 24. *Et egressus est ignis à faciebus Domini, & comedit super altare holocaustum & adipes, & vidit omnis populus, & ovârunt, & ceciderunt super facies suas.*

In textu hoc offert sese. (1.) Ἀνθρωποπαθεια: *A faciebus Domini*, h. e. *e sanctuario*, ubi tunc primum Deus statuit aspectabile præsentiæ suæ documentum, *nube ablata*, & *immisso igne*. (2.) Προσωποποιΐα: nam *comedere* tribuitur *igni*, estq; idem ac *consumere*. (3.) *Enallage numeri*: nomini enim collectivo singulari, *populus*, respondet verbum plurale, *ovârunt*. (4.) *Synecdoche signi*, & *rei*, quam ostendit signum: *Ceciderunt super facies suas*, i. e. *adoraverunt humiliter*. Ariœm. in Bibl. p. 92. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 115.

CAP. X. v. 1. *Et tulerunt filii Aaron, Nadab Abihu, quisq; thuribulum suum, & dederunt in ea ignem, & posuerunt super ea suffimentũ, & propinquare fecerunt ad facies Domini ignem alienum, quod non præceperat eis.*

I. Nota hic (1.) per *facies Domini* ἀνθρωποπαθῶς denotari *Sanctuarium*. (2.) *Ignem alienum* fuisse typum *falsæ doctrinæ*, & *traditionum humanarum*. (3.) Verbum negans, לאצוה, *non præcepit*, per quandam μείωσιν poni pro contrario affirmante, *fortiter prohibuit*. (4.) Præteritum perfectum, *præcepit*, vertendum esse per plusquamperfectum, *præceperat*. Jun. in Not. ad h. l. p. 115. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 20. p. 186. & lib. 5. tract. 1. cap. 10. p. 239.

II. Ne *Sacerdotibus* quidem fas esse, in *cultu* quicquam suscipere, quod eis præceptum non sit; exemplo *Sacerdotum Nadab & Abihu* res plana est: licèt enim bonâ intentione admoverent accendendis victimis alienum ignem; tamen, quia id eis *præceptum* non erat, puniti sunt a Deo.

Excipit 1. *Tannerus* in Colloq. Ratisb. sess. 5. p. 136. seq. & sess. 7. p. 158. non ideò solum Nadab & Abihu tam gravi pœna divinitus plexos esse, quòd *extra* DEI verbum aliquid in divino cultu fecerint, sed quod *contra*, usurpando ignem alienum, qui illis prohibitus erat, ut in sacrificio adhiberetur.

℞. (1.) Et hoc est, quod nos dicimus, punitos esse Nadab & Abihu, quod *præter* scriptum verbum Dei offerrent igne alieno, & sic peccarent *contra* præceptum Dei: nam etiam prohibitiones sunt præcepta, licèt *negativa*. (2.) *Factum* quidem contra legem scriptum est, tum *generaliter*, contra edictum *non addenas*; tum *specialiter*, Levit. 6. v. 12. ubi præceptum est de igni altaris perpetuo. sed *res facta* non repugnat sacrificio. Nam sacrificiô & incensô præcepto, putabant illi, se non errare. Ita factum est *Oza*, currum, vehentem arcam, tangentis, 2. Sam. 6. v. 6. & 7. Non erat id interdictum *in specie*, sed quia nec *præceptũ*, ideo pro *alieno* habetur, factumque mandato contrarium, punitur. (3.) Si nihil omninò præcepisset de incẽlo Deus, illiq; excogitâssent id de novo, tamen peccassent in *cultum auster mandatum*, & sic pœnam incurrissent; non quidem ideo primùm, quia *id non esset præceptum* (nam ubi nulla lex, ibi nulla transgressio, Rom. 4. v. 15.) sed quia *electitio cultu præceptum cultum corrupissent.*

2. *Gretserus*, Evangelicos sibi contradicere, dum in Colloq. Ratisb. sess. 7. p. 177. negârint, unquam aliquem esse punitum propter traditionem *non scriptam*; & jam dicant, punitos fuisse illos ob susceptam rem *non mandatam*, seu *additionem ad mandatum*.

℞. Nulla est contradictio: non enim erat *traditio non-scripta*, non inferre alienum ignem in Sacrarium; sed *consequens ex mandato de cultu præcepto*. *Hunn.* in Colloq. Ratisb. sess. 5. p. 128. seq. sess. 6. p. 149. sess. 7. p. 174. *Libav.* par. 1. Analys. Protoc.

[illegible] 69. *Baldnin.* in [illegible] c. 14. p. [illegible] *Lal.* de V. D. [illegible]

Vers. [illegible] *est ignis a faciebus Domini,* [illegible], *& mortui sunt ad facies Domini.*

R. [illegible] (1. [illegible] ἀνθρωποπάθεια: *A faciebus Domini* [illegible] *ab altari holocausti*, quod erat in con[illegible] 2. προσωποποιΐα: *Comedere* enim [illegible] consumenti. 3. *Synecdoche:* nam [illegible] *comed*[illegible] *eo*, ad [illegible] *a tantum ademptionem* re[illegible] *corpora* siquidem & *vestes* integra manse[illegible], v. 4. [illegible] 5. neq; in favillas reducta sunt. Igitur [illegible] *comedit* [illegible] i. e. *exanimavit.* Vabl. in Annot. [illegible] *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 11 . & [illegible] 5. [illegible] l. Sacr. tract. 1. cap. 9. p. 203.

Vers. [illegible] *Dixit*, *Moses ad Aaron: Hoc est, quod locutus est Dominus; san*[illegible]*ficabor in eis, qui ap*[illegible]*ant mihi, & in conspectu*, &c.

Pont[illegible]nantur ex hoc textu evincere, *multa Deo di*[illegible] *quæ non sint scripta*, cum non adda[illegible] *ubi*, [illegible] *quando* Deus vocem istam ediderit.

℞. 1. [illegible]cedimus, *plura Deum dixisse, quàm qua*[illegible] sed plura in *individuo*, non autem [illegible]*eci*[illegible]am quòd *alia dogmata fidei salvifica* in il[illegible]uis [illegible] proposuerit, demonstrari non potest.

2. D[illegible] in hoc usurpatum est vel ex mandato *ge*[illegible]*ali* qu[illegible] Deus jussit Mosen sacra juxta verbum [illegible], in[illegible]tituere, & Sacerdotes ea legitimè obser[illegible] *Vatabl.* in h. l. vel alludit in *specie* ad ver[illegible] *Exo*[illegible] v. 43. *Testificabor filiis Israel, & san*[illegible]*abitur tabernaculum in gloria mea*; aut ad ver[illegible] *Exod.* 19. v. 22. *Sed & Sacerdotes, qui applicant ad Dominum, sanctificent se, ne forte Dominus* [illegible] *eos.* Gravver. par. 1. Prœl. in A. C. p. 34. [illegible]*ber* in harm. Script. p. 181. seq.

Vers. 4. *Et clamavit Moses ad Misaëlem & El*[illegible]*phanem, filios Uzielis, patrui Aaronis, & dixit ad eos: Appropinquate, portate fratres vestros è faciebus sanctuarii ad extra.*

Occurrit hic (1.) ἀσύνδετον: *Appropinquate, portate* quod celeritatis index est. (2.) *Synecdoche speciei pro genere: fratres* enim pro *cognatis* usurpantur. 3.) *Metaphora: E faciebus Sanctuarii*, h. e. è [illegible]*ectu sanctuarii.* (4.) *Ellipsis* nominis: *Ad extra*, pro *ad* [illegible] *cum extra* castra. *Ariæm.* in Bibl. p. 92. *Jun.* [illegible] p. 11[illegible]. Conf. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 7. can. 2. p. 5[illegible]8. & lib. 5. tract. 1. cap. 15. m. 1. p. 447.

Vers. 6. *Et dixit Moses ad Aaronem, & ad E*[illegible]*azarem, & ad Ithamarem, filios ejus: Capita ve*[illegible]*a ne nudetis, & vestimenta vestra non scindatis, & non moriemini, & super omnem cœtum efferveseet; & fratres vestri omnis domus Israel flebunt combustionem, quam combussit Dominus.*

Moses usurpat (1.) Synecdochen: *Capita vestra* [illegible]*udate, & vestimenta vestra ne scindite*, h. e. *lu*[illegible]*ne vacate*; erat enim hoc signum commune *lu*[illegible] Item *fratres* sumit pro *fratribus gente.* (2.) *El*[illegible] partim adverbii, ex membro præcedente re[illegible]di, *Et non super omnem* &c. partim nominis, ex membr[illegible] se[illegible]uenti iterandi, *Effervescat*, scil. *Dominus.* 3. *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: *domus* enim pro *familia* est. (4.) Hebraismum: *Combustionem combussit*; ubi verbum eleganter regit [illegible]men suum conjugatum. *Vatabl.* in Annot. ad [illegible] 7. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 115. Conf. [illegible] b. 5. Phil[illegible]. Sacr. tract. 1. cap. 3. m. 2. p. 36. & cap. 15. m. [illegible] p. 447.

Vers. 11. *Et ad docendum filios Israelis omnia statuta, quæ locutus est Dominus in manu Mosis.*

I. Ecce (1.) *Enallagen* antecedentis pro relativo: *Locutus est Dominus*, pro, *locutus sum ego*; sunt enim verba *Domini* ad Aaronem. 2. Pleonasmû: *In manu Mosis*, i. e. *per Mosen*; ubi *manus* redundat, nisi *eam* pro *ministerio* accipias. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 238. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 115. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 8. p. 186. seq.

II. *Anabaptistæ* contendunt, *omnes Christianos habere potestatem publicè in Ecclesia docendi*, ideoq; *peculiari vocatione non opus esse*; quòd *omnes Sacerdotes*, quales sunt omnes Christiani, *habeant potestatem docendi.*

℞. Turpiter confundunt Anabaptistæ *Sacerdotium Leviticum* V. T. & *spirituale Sacerdotium* N. T. Quod Sacerdotes *Leviticos* V. T. attinet, illorum sanè officium erat publicè docere, & sacrificia peragere; Sacerdotû verò *spiritualiû* N. T. est alia ratio: illorû enim offici[illegible] nô cõsistit in *externo ministerio publicè docendi*, nec *in externis offerendis sacrificiis*, sed in *offerendis hostiis spiritualibus* laudis & gratiarû actionis, sicut Paulus indicat, Rom. 12. v. 1. Alioquin & in V. T. omnibus Israelitis licuisset *publicè* docere & sacrificare, cùm *totus Israël* à Deo pronuncietur regnum *Sacerdotale*, Exod. 19. v. 6. *Gravver.* par. 7. Præl in A. C. p. 34.

Vers. 15. *Armum exaltationis, & pectus elevationis super ignitiones ad ipsum adducent, ad elevandum elevationem ad facies Domini, & erit tibi & filiis tuis statutum seculi*, &c.

I. In textu hoc reperitur (1.) *Enallage* abstracti, *ignitiones*, pro concreto, *ignitas* seu *igne absumendas* oblationes. (2.) *Hebraismus*: Ad *elevandum elevationem*, ubi verbum eleganter regit numen suum conjugatum. (3.) ἀνθρωποπάθεια: Ad *facies Domini*, h. e. in *loco sacro* divinitus ordinato. (4.) *Synecdoche*: לְעוֹלָם, *seculum* enim idem est ac *perpetuum.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 238. *Jun.* ibid. p. 115.

II. Argumentum *Papistarum*, pro *elevatione elementorum in Eucharistia*, vide refutatum in Vindic. *Levit.* 9. v. 21.

Vers. 16. *Et hircũ peccati quærẽdo quæsivit Moses, & ecce combustus erat, & efferbuit super* &c.

Nota h. l. (1. *peccatum* metonymicè significare *oblationem pro peccato.* (2.) Phrasin, *quærendo quæsivit*, Hebræis notare, *accuratè quæsivit.* (3.) Præpositionem עַל *super*, exponendam esse, *contra.* Ariœm. in Bibl. p. 92. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 115.

Vers 19. *Et locutus est Aaron ad Mosen. En hodie obtulerunt peccatum suum, & holocaustum suum ad facies Domini, & vocaverunt me sicut hæc, & comedam peccatum hodie? an bonum erit in oculis Domini?*

Videsis (1.) *Ellipsin* nominis: *Obtulerunt*, scil. *totus cœtus.* (2.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: *Peccatum* enim notat *oblationem pro peccato.* (3.) ἀνθρωποπάθεια: Ad *facies Domini*, i. e. ad *tabernaculum fœderis*; &, *An bonum erit in oculis Domini*, h. e. *gratumne & acceptum foret Domino?* (4.) Hebraismum: *Vocaverunt me sicut hæc*, i. e. *Hujusmodi res mihi evenerunt* sive acciderunt. *Ariœm.* in Bibl. p. 92. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 239. *Jun.* ibid. p. 115. seq.

CAP. XI. v. 2. *Hæc bestia, quam comedetis ex omni jumento, quod super terram* &c.

I. In versu hoc habetur (1.) *Ellipsis* verbi substantivi; *Hæc*, scil. *est*, &, *Quod*, subint. *est.* (2.) *Enallage*

lege numeri ... la..., *Hæc bestia est, quam* &c. pro plurali: *Hæ sunt bestiæ, quas* &c (3.) Hebraismus: *Comedetis* h.e. *comedere poteritis* seu *quæ ad esum vobis erunt conce...* *Ariam.* in Bibl. p. 95. *Vatabl.* in Not. ad h. l. p. 239. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. ... can. 22. p. 85.

II. *Papistæ* docent, *in* N. T. *debere e... del...tum aliquem ciborum* & quidem *statis jejuniorum temporibus*, quòd *sub Mose varii cibi interdicti fuerint.*

℞. Hoc non juvat Pontificios. Nam (1.) *Deus ipse* discrimen illud ciborum, sub Mose, sua voce instituit & sancivit; in N. autem T. *sua voce* nullum discrimen ciborum, *quoad conscientiam*, constituit, sed abrogatis omnibus veteribus ciborum discriminibus, verbo suo *libertatem omnium ciborum* in N. T. concessit *Coloss.* 2. v. 16. 1. *Cor.* 10. v. 25. (2.) Delectus ille ciborum Leviticus non versabatur circa id, *num carnibus vel piscibus vesci liceret*; sed discernebat inter animalia *munda* & *immunda*. (3.) Differentia illa ciborum observanda erat non *certis diebus*, sed *semper*, quamdiu Levitismus duraret: at Pontificii delictum ciborum *statis* observant temporibus. *Chemnit.* par. 4. Exam. Concil. Trident. p. 75... *Osiand.* in En...hir. cont. ev. Papist. c. 22. error. 1. object. ... p. 278. *Gisen.* de Papism. disp. 65. thes. 39

Vers. 3 *Omne dividens ungulam, & findens fissuram ungularum, ascendere faciens rumen in jumento, illud comedetis.*

Redit huc (1.) Hebraismus: *Dividens ungulam*, h.e. *habens divisam seu scissam ungulam*; &, *findens fissuram ungularũ*, i.d. *bifidatũ est fissurâ ungularũ.* (2.) *Ellipsis* nominis: *Ascendere faciens rumen*, h. e. *ruminis cibum.* (3.) *Enallage numeri* singularis pro plurali. *In jumento*, pro, *inter jumenta.* Ariœm. in Bibl. p. 93. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 139. *Jun.* ibid. p. 116. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 21. p. 289.

Vers. 4. *Verùm hoc non comedetis ex facientibus rumen, & ex findentibus ungulam: Camelus, quia ascendere faciens rumen ipse, & ungulam non ipse dividens, immundus ipse vobis.*

I. Ecce (1.) *Enallagen* tum indicativi, *comedetis*, pro imperativo, *comeditote*; tum participii, *adscendere faciens* & *dividens*, pro verbo, *ascendere facit* & *dividit*. (2. *Ellipsis* partim conjunctionis exclusivæ, *Ex facientibus rumen*, scil. *tantum*; & *Ex findentibus ungulam*, nim. *tantùm*: partim verbi substantivi: *immundus ipse* scil. *est*. Ariœm. *Vatabl.* *Jun.* *Glass.* ll. cc.

II. *Jansenius* in Concord. Evangel. c. 6. colligit, Christi mentem, *Matth.* 15. v. 11. ... quasi *nullus cibus* ..., *qui possit hominem coinquinare*; cum *aliqu... ...* *lege prohibitus, & a Judæis comestus eos inquinaverit.*

℞. Adversarius ignorat Elenchum. Nam (1.) Christus non loquitur de *Levitica impuritate*, sed de *immunditie coram Deo*, quæ inter se sunt diversissima. (2.) Christus non agit ... prohibitionem *divinam*, sed *humanam*, nimirum *traditionem Seniorum*, & concludit, cibos non tantum *sua natura*, sed ne quidem propter *humanam traditionem* polluere; quod etiam evertat *judaicas traditiones*, tum nullam vim habet adversus *divinam legem*: non enim, ut *Judæi*, sic *Deus* non potest naturam rerũ cohibere. (3. Prohibitio divina certorum ciborum per Mosen promulgata, abrogata est adventu *Christi*, teste Paulo *Coloss.* 2. v. 16. *Luther.* ... 4.

Harm. Evang. c. ... *Hoch.* ... item, Theol. ... 2. ... 46. *Chem.* tom 3. Pan... §. 9. ...

III. Moses Paulo ... videtur ... recenseret animalia quædam immunda ... vero dicit, mundis omnia esse munda, *Tit.* 1. v. 15.

℞. *Levitice* & in V. T. dicebatur quædam *munda*, ... videlicet Mosaicâ lege ... & ... v. 26. ... vebantur ... ista autem *pædagogia* tantisper placuit Deo, donec luce Evangelii exorta, antiquaretur voce *nova* ... 15. Rom. 14. v. 14. *Walther.* in Harm. S. ...

IV. *Gentiles* sugillant ... *Scripturam* V. T. quod Moses animalium quædam *pura*, alia *impura* pronunciet, cùm tamen *Deus*, ut ipsi Christiani fatentur, *res omnes creaverit*.

℞. Ratione *originis* & *creationis* nullum animans per se est immundum, sed omnis creatura Dei bona, 1 Timoth. 4. v. 4. Interim Deus animalia quædam *impura* pronunciavit non tantum respectu *valetudinis*, quia eorum aliqua sunt insalubria, Syrac. 37. v. 31. 1 Cor. 1... v. 2... sed cumprimis ea, *a quibus Ægyptii sua potissimum præsagia & auguria capiebant*, lupum, vulpem, draconem, nisum, vulturem, &c. ut discat populus Israëliticus vanitate Ægypti horrere & abominari; non ... ac, qui pueros ab igni absterrere cupit, ... ipso caminio ... *Porcum* verò ab Ægyptiis, quòd terram rostro aperiendo arare docuisset, adoratum scimus, ... ob causam execrabilis Judæis fuit. *Gis...* de Papism. disp. 65. thes. 39. *Morn.* de Verit. relig. Christ. c. 26. p. 426. *Walther.* l. c.

Vers. 5. *Et cuniculus, quia ascendere faciens rumen ipse, & ungulam non dividet, immundus ipse vobis.*

Enallage est temporis futuri, *dividet*, pro præsenti, *dividit*. Cætera, huc pertinentia vide consignata in Vindic. *Levit.* 11. v. 3. & 4.

Vers. 10. *Et omne, cui non est pinnula & squama, in maribus, & in torrentibus, ex omni reptili aquarum, & de omni anima vivente, quæ in aquis: abominatio ipsa vobis.*

Moses utitur (1.) *Pleonasmo*: nam pronomen: El, redundat. (2.) *Enallage* numeri singularis, *pinnula* & *squama*, pro plurali, *pinnulæ* & *squamæ*. (3.) *Synecdoche* partis pro toto: *anima* enim pro *animante* est. 4. *Ellipsis* verbi substantivi EST post voces, *squama*, *aquis*, *abominatio*, supplendi. *Ariam.* in Bibl. p. 95. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 116.

Vers. 2... *Et omne reptile volucris, cui est quatuor pedes, abominatio*, &c.

Duale ם...ל..., *pedes*, per additum adjectivum numerale, אַרְבַּע, *quatuor*, ad pluralitatem reducitur. Reliqua, ut *Enallagen*, *Pleonasmum*, *Ellipsin*, vide v. ... *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tr. 1. can. 23. m. 2. p. 87.

Vers. 27. *Et omne ambulans super volas suas, in omni vivente, ambulante super quatuor, immunda ipsa vobis ... omnis tangens in cadaver* &c.

Reperitur hoc loco (1.) Metaphora: *Volas* seu *manus*, h.e. *pedes digitat... instar volarum*, seu *manuum*. (2. *Ellipsis* tum nominis *super quatuor*, scil. *volas* seu *pedes digitato*; tum verbi, *immunda*, subintelligi*erunt*. (3.) *Pleonasmus*. nam את ante nomen, *cadaver*, abundat. *Ariam.* & *Jun.* ibid.

Vers. 44. *... ego Dominus Deus vester, & sanctificabitis vos, & eritis sancti, quia sanctus ego*

... *omni repu-* ...

... *fin* ... tivi: *Quia e-* ... nall ... partim *modi* indicat ... peratIvo, *sanctificate*; partim ... strativi, אֲנִי, *ego* nomini, קָדוֹשׁ ... loco verbi substantivi, *sum*. (3.) ... ot ... : *Animas vestras*, i.e. ... Bibl. p. 94. *Jun.* in Not. ad h. l. p. ... 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 7. p. ... 17. m. 1. p. 459.

... *ocentius*, Pontifices Romani ... erunt, *Sacerdotes* N. T. *licite* ... *gio*, eò quod *debeant esse sancti*, ... *cit*.

R. ... ec Dei sententia *generalis* est, pertinens ... *les*, etiam *conjuges*, quibus tamen co... ... ll interdictum. (2.) Eadem sententia ... quoq; ad *Sacerdotes* V. T. quibus ... expressè concessus fuit; & tamen fuerunt ... am secundum legem. *Chemnit.* in Exam. ... Trid. sess. 8. par. 4. p. 494.

II. ... versiam de *retentione fidei renatorum*, ... *scientiam peccantium*, circa locum hunc ... m, ... de in *Vindic. Exord.* 6. v. 7.

CAP. XII. v. 3. *Et in die octavo circumcidetur caro praeputii ejus.*

E... nallage modi indicativi, *circumcidetur* pro imperativo, *circumcidator*. (2.) *Ellipsis* nominis: ponitur enim relativum, *ejus*, sine antecedente ... *antub*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 243. ... id. p. 117.

...rs. 4. *Et triginta diebus, & tribus diebus sedebit in sanguinibus purgationis, in omnem sanctitatem non tanget, & ad sanctuarium non veniet, usq; ad complendum dies purgationis ejus*, &c.

Usurpat Moses (1.) *Pleonasmum*: nam & alterum *diebus*, & præpositio IN ante nomen, *omnem*, ... ant. (2.) *Synecdochen speciei* pro genere: *Se*... c. *domi se continebit*. (3.) Hypallagen: *In* ... *purgationis*, h. e. *in purgatione sanguinis*. 4. ... *iam subjecti* pro adjuncto: *sanguis* ... pro *impuritate ex eo contracta*, accipitur. (4.) ... modi indicativi, *tanget* & *veniet*, pro im... *tan* ... *o* & *venito*. Ariœm. in Bibl. p. 94. ... in Annot. ad h. l. p. 243. *Jun.* in Not. ad ... p. 117. & *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. ... 16.

... nulli pro *animæ rationalis creatione*, ex ... *gationis* probare nituntur, *animam rationalem* ... *viris infundi die demum 40. in fœmellis* ...

R. Si lex purgationis *signum* esset temporis illius, quo infunditur anima, erraret experientia Medicorum, qui hac in re mirè variant. *Vallesius* l. 2. ... trov. 9. scribit, *mares* formari diebus 30. aut ... *urentius* l. 8. q. 18. docet, longissimum tempus esse dies 42. Igitur *Theodoretus* sup. h. l. ... bit hanc legem sancitam esse, ut enixæ ... tur ab ... temperatis viris. *Mendoza* mo... D... ctores ex hac lege non velle probare *dies* ... *an*..., sed supponere ex Aristotele & aliis ... ini... nem, quod anima infundatur die 40. ... hunc locum signum esse non *animationis*, ... *conformationis membrorum*. Ita *Dan*... n Colleg. Psychol. disp. 6. theor. 4. p. 194.

... *Papistæ* quidam ex hoc textu colligunt, *animabus defunctorum non patere aditum ad paradisi sanctuarium, nisi ante impletas in Purgatorio sanctificationes*, quòd *nec puerpera in* ... *ierit in sanctuarium, donec completi fuerint dies purgationis suæ*.

R. 1. Integrum caput Leviticam constitutionem de puerperarum, earumq; sacrificiorum, oblationum & purgationum ratione, tempore ac modo continet, uti quivis, qui vel solum literas novit, manifeste deprehendit; & ne ullum quidem *Purgatorii Pontificii* vestigium apparet, neq; ejus ullam mentionem faciunt veteres in h. l. neque *Lorinus* Jesuita, qui tamen fusus est in h. l. (2.) Si ἀλληγορικῶς hunc locum ad *Purgatorii* ignem transferre velint, monstrent, ubi in scripturis Spiritus Sanctus ad assertionem Papani hujus dogmatis applicaverit; (ex *allegoriis* enim non possunt probari fidei dogmata, nisi ipse Spiritus Sanctus in Scripturis applicationem monstret) monstrent item applicationem ejus, quòd ea, quæ fœminam peperit, longiori tempore ab ingressu in sanctuarium abstinere debuerit, quàm quæ marem enixa est. (3.) Proponitur in hac lege admonitio de peccato, quod per *mulierem* cœpit teste Apostolo 1. Tim. 2. v. 14. & in posteros per carnalem propagatur generationem, ut qui in peccatis concepti & nati, *Psalm.* 51. v. 7. immundi de immundo semine, *Job.* 14. v. 5. caro de carne, *Johann.* 3. v. 6. *Gerhard.* tom. 8. LL. CC. loc. 29. de Mort. §. 240. p. 446. seq. *Thumm.* de Ign. Fatu. Purgat. Pontif. p. 108. seq.

Vers. 5. *Et si fœminam pepererit, & immunda erit hebdomadibus duabus juxta separationem suam, & sexaginta diebus, & sex diebus sedebit super sanguinibus purgationis.*

Philologica cum Polemicis, huc pertinentia, vide annotata, v. 4. proximè præcedenti.

Vers. 6. *Et in complendo dies purgationis ejus, filio vel filia, adducet agnum filium anni sui, in holocaustum, & filium columbæ vel turturem in peccatum*, &c.

Occurrit hoc loco (1.) *Ellipsis* præpositionis: *Filio* vel *filia*, i. e. *pro filio* vel *filia*. (2.) Hebraismus: *Filium anni sui*, h. e. *anniculum*; & *filium columbæ*, i. e. *pullum*. (3.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Peccatum*, h. e. *sacrificium pro peccato*. Ariœm. in Bibl. p. 94. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 243. *Jun.* ibid. p. 117.

Vers. 7. *Et appropinquare faciet illum ad facies Domini, & expiabit super eam, & mundabitur a profluvio sanguinum suorum. Hæc lex parientis*, &c.

In textu hoc habetur (1.) Ἀνθρωποπάθεια: *Ad facies Domini*, h. e. ad *tabernaculum fœderis*. (2.) *Pleonasmus*: nam SUPER ante relativum, *eam*, redundat. (3.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *A profluvio sanguinum*, i. e. ab *impuritate*, *quam* ex profluvio contraxerat. (4.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Hæc*, scil. *est* vel *esto*. Ariœm. *Vatabl. Jun.* l. c. *Glass.* lib. 3. Phil. Sacr. tract. 1. can. 43. p. 163.

Vers. 8. *Et si non invenerit manus ejus sufficientiam agnelli, & accipiet duos turtures, vel duos filios columbæ unum ad holocaustum, & unum ad peccatum, & expiabit super eam Sacerdos*, &c.

Hebraismus est: *Si non invenerit manus ejus sufficientiam agnelli*, h. e. si *tenuiores fuerint ejus fortunæ, quàm ut vel agnum offerre possit*. Reliqua Philologica, locum hunc concernentia, vide proposita

quam olei, quippe quod nunquam auditum e[illegible] fuisse potui commodum. (2. Cum sacrificium N. T. non tantùm *numero* differat a Veteribus, sed etiam *specie propria* separetur; non est mirum, si non per omnia debeat illis esse simile. Nec potest dissimilitudo peti aliunde magis meliusve, quàm ab *institutione*. Quare cum hoc institutum sit in *edendo & bibendo*, illa verò *tantùm in edendo*: tam profectò non sequitur, in hoc debere *tantùm comedi*, quàm in illis *comedi simul & bibi* (3.) Georgius Cassander de commun. sub utraque specie p. 47. ex Chrysost. homil. 18. in 2. Corinth. pronunciat, *nunc non sic esse*, verùm omnibus corpus proponi, & unum poculum. Et Paulus 1. *Corinth.* 12. v. 13. de universa Ecclesia inquit: *Omnes in unum spiritum potati sumus*. Chemnit. in Exam. Concil. Trident. par. 2. p. 312. *Eckhard*. part. 2. Pandect. C. P. c. 31. q. 9. ad obj. 13. *Cham.* tom. 4. Panstr. l. 9. c. 12. n. 2. 3. 5.

Vers 6. *Concidere eam frusta, & fundes super eam oleum: sacrificium ipsa.*

Continuatur (1. *Enallage*: Infinitivus enim, *concidere*, est pro futuro, *concidet*. 2.) *Ellipsis* præpositionis IN ante nomen, *frusta* (3. *Hebraismus*: nam pronomen demonstrativum, הוא, *ipsa*, nomini, מִנְחָה, subjunctum, ponitur loco verbi substantivi, *est*. Ariæm. in Bibl. p. 85. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 220. Confer *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 7. p. 186.

Vers. 11. *Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absq; fermento fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domini.*

I. Deus sibi *contrariari* videtur: hic enim mandat, *ne Israelitæ ullum conficiant munus Iehovæ offerendum fermentatum*; cùm infrà c. 7. v. 13. & c. 23. v. 17. *fermentum adhiberi præcipiat*.

℞. Universalis negativa ibi iterum tantùm accipienda venit de *munere voluntario*, non de *sacrificiis Eucharisticis*, aut *oblatione primitiarum*, de quibus posteriora loca agunt, & fermentum admittunt. *Walther.* in harm Script. p. 178.

II. *Anselmus* in Colloq. Constantinopol. cum Nechita, statuit, *in S. Cœna necessario utendum esse azymo*, quòd *in V. T. a Deo prohibita fuerit fermentata oblatio.*

℞. Nechites regessit (1.) se habere pro *adiaphoro*, minimeque repudiaturum azymum, si in loco esset, ubi fermentatum habere panem non posset: sed *longo usu*, & ne imperitum vulgus offendatur, ante *generalis* concilij determinationem, nihil novi inchoare se posse. (2.) *De communi pane fermentato* locū præsentē intelligi. (3.) in *Levitico* esse, de duabus decimis similæ *fermentata* offerendis. *Histor. Magdeb* cent. 12. c. 9 p. 1291. l. 59. & p. 1291. l. 4. seqq.

CAP. III. v. 1. *Et si sacrificium pacium oblatio ejus, si de bove ipse offerens. sive masculum sive fœminam, perfectum accedere faciet eum ad facies Domini.*

Moses utitur (1.) *Enallage* tum abstracti, *pacium*, pro concreto, *pacificum*; tum numeri singularis, *bove*, pro plurali, *bobus*: tum temporis præsentis, *offerens*, pro futuro, *offeret*. (2.) *Ellipsi* verbi substantivi: *oblatio ejus*, scil. *fuerit*. (3. Ἀνθρωποπάθεια: Ad *facies Domini*, i. e. in *atrio ante sanctū sanctorum*. Ariæm. in Bibl. p. 85. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 222.

Vers. 2. *Et fulciet manum suam super caput oblationis suæ, & immolabit eum ostium tabernaculi conventûs, & spargent filii Aaronis Sacerdotes &c.*

Vide sis (1.) *Enallagen* numeri singularis, *manum suam*, pro plurali, *manus suas*. (2.) Ellipsin: *Immolabit*, scil. *Sacerdos*; & *ostium*, pro, *ad ostium*. (3. *Synecdochen totius* pro parte: Super *altare*, h. e. super *extrema altaris*. Vatabl. & *Iun.* l. c.

Vers. 3. *Et offeret de sacrificio pacium ignitionem domino, adipem operientem intestinum & omnem adipem, qui super intestinum.*

Est hic (1. *Enallage* tum abstracti, *ignitionem*, pro concreto, *ignitam* sc. *oblationem*; tum antecedentis pro relativo: Super *intestinum*, pro, super *illud*: (2.) *Ellipsis* partim nominis, *offeret* subaudi, *Sacerdos*; partim verbi, *Qui*, subint. *est*. Ariæm. in Bibl. p. 85. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 222

Vers. 5. *Et suffire facient filii Aaronis eum in altari, super accensionem, quæ super ligna, quæ super ignem: ignitio odoris quietis Domino.*

Philologica unà cum controversiis hujus loci vide proposita, partim in Vindic. *Genes.* 8. v. 21. m. 2. partim in Vindic. *Levit.* 1. v. 9. m. 1. & 2.

Vers. 11. *Et suffire faciet eum Sacerdos in altari, panis ignitionis Domino.*

Redit huc (1. *Synecdoche speciei* pro genere: *panis* enim pro *cibo* est. (2.) *Enallage* abstracti, *ignitionis*, pro concreto, *ignita*, scil. *oblatio*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: nam *panis* Deo tribuitur, more *hominum*, quòd sicut *homo cibo delectatur*, ita *Deus oblatione ignita*, propter ἀντίτυπον Messiam, (4.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Panis*, subint. *est*. Ariæm. in Bibl. p. 86. *Glass.* lib. [illegible]. Philol. Sacr. tract. 1. c. 7. p. 158.

Vers. 16. *Et faciet suffire ea Sacerdos in altari, panis ignitionis, in odorem quietis: omnis adeps Domino.*

I. Philologica, una cum polemicis, ad textum hunc pertinentibus. vide consignata partim in Vindic. *Genes.* 8. v. 21. partim in Vindic. *Levit.* 1. v. 9. & cap 3. v 11.

II. Hic apparet ἀντιλογία: nam *omnis adeps dicitur Domini esse*, cùm *Psal* 50. v. 13. Dominus ajat: *Num comedam carnem taurorum?*

℞. 1.) Deus requirit adipem, non *ut comedat ipse*, sed *ne comedatur ab hominibus*. sub qua ceremonia aliquid *civilis*, & aliquid *Theologici* latebat. *Civile* est, quòd noluerit Deus, ut populus suus participaret cum populis idololatris, qui *pinguedinem sacrificiorū* comedebant, *Deut.* 32. v. 38. simulque voluerit, ut esset *pædagogus*, quâ populus admoneretur, ne sectaretur delitias & voluptates carnis sed eas igni spiritus mortificaret. *Theologicum* est, quia incensum hoc adipis in sacrificio typus fuit passionis ac mortis Christi: ut enim *adeps* selectissimum est, & alimenti abundantiam innuit; ita *Christus* est optimus. & adustione adipis significabatur. sufficientiā omnium bonorum â Deo esse ad ejus gloriam. [illegible] Aliud est, *adipem esse Dei*; & aliud, *non comedere carnes taurorum*. *Hoc* enim convincit erroris judæos hypocritas, qui Deum homini similem efficiebant, dum macta[illegible]ione taurorum eum placari autumabant: *illud* vero indicat, aliquid de sacrificiis Deo & ministerio ejus consecrandum esse.

Vers. 17. *Statutum seculi per generationes vestras in cunctis habitaculis vestris, omnem adipem, & omnem sanguinem non comedetis.*

I. In versu hoc habetur (1. *Synecdoche* totius pro parte: *seculum* enim pro *perpetuo* ponitur. (2.) *Enallage* modi indicativi, *comedetis*, pro imperativo, *comedite*. (3.) Hebraismus: *Omnem adipem & sanguinem non comedetis*, h. e. *nullum adipem, & nullum sanguinem comedetis*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 223. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 109. Confer *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 5. can. 19. p. 478.

II. Nova

II. [illegible] contradictio: nam interdicitur [illegible] adipem comedant; cum Deut. 14. [illegible] p[illegible] comedere butyrum bovis, & lac [illegible] um, & impinguatos esse.

[illegible] prohibetur, ex iis duntaxat animalibus, quæ homo legitimè potuit offerre, [illegible] v. 3. & 14. Est autem adeps non [illegible] ud, quod musculorum extremitatibus aut [illegible] ulis adhæret; & hoc vetabatur: [illegible] dine ceterum animalium, quæ comedere fas erat, Levit. [illegible] v. 2. & 3. Deut. 14. v. 4. 5. 6. non interdicebantur. Walther in harm. Script. p. 178. q.

CAP. IV. v. 2. *Anima quæ peccaverit in ignorantia ex omnibus præceptis Domini, quæ non fient, & fecerit ab uno ex his.*

I. Nota hic (1.) *animam* Synecdochicè poni pro *homine*. (2.) Adverbium temporis indeterminati, *quum*, per conjunctionem כִּי, *quia*, exprimi. (3.) בִּשְׁגָגָה *in ignorantia*, idem esse ac, *ignoranter*. (4.) Ante vocem, *Ex omnibus*, subaudiendum est, *in aliquo*. ([illegible]) Verbum תֵעָשֶׂינָה *fient*, significare de[illegible]; Quæ *non fient*, h. e. quæ *non debent fieri*, [illegible] quæ *non sunt facienda*. (6.) Redundare מ præfixum: מֵאַחַת, *ab uno*, pro, *unum*, i. e. *quidpiam*. Ar[illegible]cem. in Bibl. p. 86. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 223. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 6 [illegible].

[illegible] *Socinus* part. 2. de Christ. Servat. c. 12. infi[illegible], *anniversario illo sacrificio*, *Levit.* 16. v. 34. [illegible] *omnino peccata fuisse expiata*, sed *tantum errata*, i. e. per ignorantiam & impudentiam admissa, [illegible] probat ex voce בִּשְׁגָגָה, quæ peccatum ex [illegible] *antia* commissum significat.

[illegible] (1.) Negamus peccata *gravia* non fuisse expi[illegible]: imperatum enim fuit sacrificium pro אָשָׁם [illegible] *inatione*, v. 3. pro מַעַל, peccato *contra conscientiam* commisso, *Levit.* 6. v. 2. Sic Deus 1. *Sam.* 3. v. 14. *singulari juramento* præcavet & prohibet ex[illegible]tionem iniquitatis domûs Eli, quo juramentô [illegible]pus [illegible] fiet, si *magna & gravia* peccata expiari non po[illegible]. (2.) Vox illa שְׁגָגָה, quæ *peccatum* [illegible] via errata denotat, interdum etiam *gravia* significat, ut *Psalm.* 119. v. 47. ubi custodiæ verbi divini [illegible]pponitur. (3.) Agitur quidem hic de expiatione [illegible]ccati *per ignorantiam in præcipitantia vel infirmitate positi*; pro eo tamen Deus etiam offerri jussit [illegible]crificia, quia ea quoq; peccata, quæ *nobis leviora* videntur, nos in judicio Dei condemnant: [illegible]em requirit lex, ut ex totis viribus, & ex totâ [illegible] De[illegible] serviamus; & si quis delinquit in *uno*, [illegible]um reus est, *Jacob.* 2. v. 10. *Hutter.* in LL. [illegible] col. p. 422. *Thumm.* Exerc. Theol. disp. 9. p. 50. [illegible]*m.* disp. Antiphot. 25. q. 3. ad 2. *Winther.* in [illegible] fut. sent. Socin. de justif. p. 94. seq.

II. Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim d[illegible], *omnia mandata Dei non esse facienda*; contra[illegible]m verò infert, Deut. 27. v. 26.

℞. Verba Levitici non sunt referenda ad *mandat[illegible] Dei* q[illegible]orum mentio præcedit ante illa ipsa, [illegible]*e non sunt facienda*; hoc enim incongruum fo[illegible]et: v[illegible] intelligi debet, *peccatis*, quæ non [illegible]unt facienda. Latet autem hæc vox חַטָּאת *peccatis*, [illegible]n præce[illegible] verbo יֶחֱטָא *peccaverit*, ut integer [illegible]s si[illegible] *Anima cum peccaverit per errorem, præ*[illegible] *Dei peccatis, quæ non sunt faci*[illegible]. G[illegible]. [illegible] 4. Philol. Sacr. tract. 2. observ. 5.

Vers. 3. *Si Sacerdos unctus peccaverit in reatum populi & accedere faciet super peccato suo, quod peccavit, juvencum filium bovis, integrum Domino, in peccatum.*

I. Ecce (1.) *Synecdochen* generis pro specie: *Sacerdos unctus*, i. e. *summus Sacerdos*; nam *is solus* postea ungebatur, *Exod.* 40. v. 15. (2.) Hebraismum: *juvencus* enim dicitur *filius bovis*, h. e. *subrumus*. (3.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: In *peccatum*, h. e. *hostiam pro peccato* expiando. *Vatabl.* in Annot. ad l. p. 223. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 110. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 3. m. 4. p. 47.

II. *Bellarminus* l. 2. de Rom. Pontif. c. 29. negat, *in* V. T. *Pontificem fuisse inferiorem Rege*, quòd *in sacrificiorum illorum institutione primas teneat Sacerdos præ Principe*, adeò ut *pro illo* vitulus, pro *hoc* verò hircus, qui vitulo vilior, offerri debeat.

℞. (1.) Quis docuit sacrificia censenda ex *pretio*, aut quanti constent in foro pecuario, tanti sit is, pro quo fit oblatio? (2.) *Vitulus* non tantùm pro *Sacerdote*, sed etiam pro *populo* instituitur offerri. Ergo si valet consequentia Bellarmini, *Rex erit inferior populo, & populus æqualis Sacerdoti*; id est, ut interpretatur, summo Pontifici: cur ergo negat Sacerdos Romanus se judicandum vel ab omnibus? (3.) Agitur ibi de *rebus sanctis*, deq; *ipsius religionis partibus*, in quibus majorem fuisse quemlibet Sacerdotem quolibet etiam Rege, rationi consentaneum est: & nos profitemur, quemlibet Episcopum, imò Presbyterum, in *mysteriis* longè anteire Regibus & Imperatoribus; qui tamen iisdem subjiciuntur *Reipublicæ jure*. Cham. tom. 2. Panstr. l. 14. c. 11. n. 26. & 32.

Vers. 6. *Et tinget Sacerdos digitum suum in sanguine, & asperget de sanguine septem vicibus ad facies Domini, ante facies veli sanctitatis.*

I. Habetur hoc loco (1.) *Synecdoche speciei* pro genere: *septem vicibus*, i. e. *pluribus vicibus*; ubi numerus certus pro incerto ponitur. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: *Ad facies Domini*, h. e. *in loco sacro divinitus ordinato*. (3.) Pleonasmus: *Ante facies veli*, pro, ante *velum*; redundat enim *facies*. (4.) *Enallage abstracti* pro concreto; *Sanctitatis*, i. e. *sanctum*, quod scil. separabat Sanctum sanctorum à Sancto. *Ariæm.* in Bibl. p. 86. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 223. Confer. *Glass.* lib. 5. Phil. Sacr. tract. 1. c. 7. p. 104. & cap. 15. m. 4. p. 450.

II. Argumentum *Bellarmini*, pro *septem* N. T. *Sacramentis*, vide refutatum in Vindic. *Exod.* 29. v. 37. m. 2.

Vers. 7. *Et dabit Sacerdos de sanguine super cornua altaris suffimenti aromatum ad facies Domini, quod in tentorio conventûs, & totum Sanguinem juvenci effundet ad fundamentum altaris holocausti, quod ostium, tentorii conventûs.*

Observa nunc (1.) *dare*, esse pro, *ponere*. (2.) *Cornua* altaris *metaphoricè* significare *angulos* seu *eminentias*, formam cornuum habentes (3.) Substantivum, *aromatum*, usurpari pro adjectivo, *aromatici*, idq; per *Enallagen*. (4.) *Ellipticè* subaudiendum esse post verba, *totum sanguinem*, sc. *reliquum*, post pronomen autem, *Quod*, τὸ *est ad* ostium. *Ariæm.* in Bibl. p. 86. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 224. *Iun.* ibid. p. 110. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 11. p. 308.

Vers. 12. *Et exire faciet totum juvencum ad extra castra, ad locum mundum, ad effusionem cineris, & comburet eum super lignis in igne,*

[illegible] *Thumm.* in Exerc. [illegible] tom. 2.5, item. Theol. [illegible] p.183.seq.

[illegible] Miss. c. 2. contendit, [illegible] *vere propitiatorium,* [illegible] *ura fuerint sacri* [illegible] *ia* V.T. [illegible] *ia*, seu *propitiatoria pro* [illegible]

[illegible] fovet hypothesin de ex- [illegible] ificio, in *ipsa Eucharistia* rea- [illegible] o, deq; *Missa,* in V.T. *typus olim* [illegible] neque enim Scriptura vel unic[illegible] ver- [illegible] onem facit (2.) Apostolus ad [illegible] ostendit, cujusnam *res* figuræ & [illegible] cta ἱλαστικὰ V.T. siquidem arche- [illegible] unicum duntaxat recenset, videlicet *sacrifi-* [illegible] *m C*[illegible] *n cruce peractum.* (3.) Quia *figura nu-* [illegible] nihi probare valet, rectissimè invertitur argu- [illegible] entum: Fuerunt enim sacrificia illa Levitica *typus* [illegible] um, ejusq; sacrificii & Sacerdotii; ergo [illegible] *orpore*, abrogata *illa* sunt & eva- [illegible] *Hutter.* in tract. de Miss. refut. l.2. c.2.p. [illegible]5. se[illegible] *am.* tom.5. Panstr. supplem. c. 11. num.

IV [illegible] *armenius* l.1. de Pœnit. c. 13. negat, [illegible] *mor am*[illegible] *me* [illegible] *V.T. fuisse præscriptam,* [illegible] qua [illegible] *m peccatorum* [illegible] *post eam perpetra-* [illegible] *m,* [illegible] *iationes & sacrificia*; indeque conclu- [illegible] *em* [illegible] *erationem Baptismi in N.T.*

[illegible] *ruda, perfunctoria & historica* Ba- [illegible] r c[illegible] atione hominem Deo reconciliari [illegible] juxta peccatorum agnitionem, *gratia* [illegible] uper & *promissionis fœderalis*, in Baptismo olim [illegible] cepto factæ, *apprehensionem*, quæ verâ fiat fide, [illegible] mus, & sic ab[illegible] q; *novo* Sacramento in gratiam [illegible] rediri docemus (2.) Quoties vel in V. [illegible] N.T. homines lapsi ad Deum reverti juben- [illegible] regressus ad *Sacramentum fœderis* præci- [illegible] o enim per pœnitentiam revertimur, unde [illegible] ata excidimus, *Jerem.* 3. v.1. seqq. *Apoc.* 5. Non ergo opponuntur *sacrificia*, & *regressus* [illegible] *dus* [illegible] in Circumcisione cum Deo initum. [illegible] 2. Pand. Controv. Pontif. cap. 24. [illegible] .p.[illegible]67.

V[illegible] *Et exire faciet juvencum ad extra* *ca*[illegible] *a, & comburet eum, quemadmodum com-* [illegible] *juvencum primum, peccatum congrega-* *nis* [illegible] *e.*

[illegible] ur (1.) *Pleonasmo*: nam A D ante EX- R[illegible] re[illegible] are videtur. (2.) *Metonymia subjecti* [illegible] : *Peccatum,* i.e. *oblatio pro peccato.* (3.) [illegible] minis demonstrativi, נוא, *ipse,* no- [illegible] ro verbo substantivo EST. *Ariam.* C[illegible] *Glass.* lib.3. Philol. Sacr. tr. 2. can. [illegible] 4.p.[illegible]

[illegible] *Quod Princeps peccaverit, & fecerit* [illegible] *m ex* [illegible] *us præceptis Domini D*[illegible] *sui,* *n*[illegible] *ent in ignorantia, & reus factus* [illegible]*e*:

[illegible] hi[illegible] 1.) pronomen אֲשֶׁר, *quod*, poni pro [illegible] n. [illegible] conjunctione, םא, [illegible] quæ & in simili [illegible] oc[illegible] e[illegible] habet [illegible] & 27. LXX. ἐὰν ὁ ἄρχων ἁ- [illegible] *eps peccaverit.* (2.) *Unum.* Hebræis [illegible] undeti[illegible] t *re quidpiam.* (3.) *Fient* significare [illegible] *m.* [illegible] *gno antia,* idem esse ac, *ignoranter.* [illegible] l.p.87. *Jun.* ibid. p.11[illegible] *Glass.* lib.3. [illegible] c[illegible] 3. can. 6. p. 247. & tract. 7. can.5. [illegible]

V[illegible] 2[illegible] *Aut notum factum fuerit ei peccatum* *[illegible]uum* [illegible] *peccavit in eo, & venire faciet obla-* *tionem suam, hircum caprarum masculum* *integrum.*

Ecce (1.) *Enallaxin* tum disjunctivæ וא, AUT, pro copulativa ו, ET; tum copulativæ ET, pro adverbio TUNC, ante verbum, *venire faciet.* (2.) *Pleonasmum*: nam, *in eo,* abundare videtur. (3.) Hebraismum: *Hircum caprarum,* i.e. *lactantem.* Ariam. in Bibl. p.87. *Jun.* in Not. ad h. l. p.110. *Glass.* lib.3. Philol. Sacr. tract. 7. can. 8. p. [illegible]01. seq.

Vers. 24. *Et fulciet manum suam super caput hirci, & mactabit eum in loco, quo mactabit holocaustum, ad facies Domini, peccatum ipso.*

Est (1.) *Enallage* tum *numeri* singularis, *manum suam*, pro plurali, *manus suas*; tum substantivi, ante pronomen, אֲשֶׁר, *qua*, constructi, מְקוֹם, *loco*, pro absoluto, מָקוֹם, *locus*, quasi subaudiendum esset aliud substantivum, veluti, *sacrificiorum*, vel simile, ut v. 29. *in loco holocausti.* tum temporis futuri, *mactabit* holocaustum, pro præsenti, *mactari solet* (2.) *Ellipsis* nominis: *mactabit*, scil. *Sacerdos.* (3.) Ἀνθρωποπάθεια: Ad *facies Domini*, h. e. juxta *altare holocausti in loco sacro.* Cætera vide enucleata v.21. *Ariam.* in Bibl. p. 87. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.225. *Jun.* ibid. p.110. *Glass.* lib.3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 31. m.2. p.115.

Vers. 25. *Et accipiet Sacerdos de sanguine peccati in digito suo, & dabit super cornua altaris,* &c.

Iteratur nunc (1.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *peccatum* enim significat *hostiam pro peccato.* (2.) *Metaphora*: nam *cornua* altaris notant *angulos* seu *eminentias*, formam *cornuum* habentes. *Ariam.* in Bibl. p. 87. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c.11. p. 308.

Vers. 27. *Et si anima una peccaverit in ignorantia de populo terræ, in faciendo ipsa unum ex præceptis Domini, quæ non fient, & rea sit.*

I. In textu hoc invenitur (1.) *Synecdoche* tum *partis* pro toto, quia *anima* est pro *homine*; tum *generis* pro specie; *De populo terræ*, i. e. *ex vulgo*; tum *speciei* pro genere, nempe *una* pro *aliqua.* (2.) Hypallage: *Anima una peccaverit in ignorantia de populo terræ*, pro, *Anima una de populo terræ peccaverit*, &c. (3.) Enallage: *Fient.* h. e. *fieri debent.* Vatabl. in Annot. ad h.l. p 225. *Jun.* ibid. p. 110. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 6. p. 247.

II. Philologica versuum 28. 29 30. vide consignata in Vindic. *Levit.* 4. v. 23. 24. 25.

Vers. 31. *Expiabit super eum Sacerdos, & dimittetur ei,* &c.

I. *Paræus* libr. de liter. & sentent. verb. Cœn. p. 269. autumat, verbum substantivum SUNT *metonymicè* interdum accipi pro SIGNIFICAT, ut hoc loco: *Victimæ Leviticæ sunt expiationes*, h. e. *significant veram expiationem*,

R. (1.) Enunciatio hæc, *Leviticæ victimæ sunt expiationes*, κατὰ τὸ ῥητὸν & *actu* ibi non habetur, cum tamen agamus de locutionibus & phrasibus ipsius Scripturæ, quæ *actu* in sacris literis leguntur. (2.) Sed si maximè concedamus illam locutionem, non tamen Paræus obtinebit, quod postulat. Nam victima seu sacrificium Leviticum non dicitur expiatio, quasi *significet veram expiationem*, sed quod *vere est ipsa expiatio*, scilicet *externa illa & ceremonialis Levitica*, quæ vicissim fuit *umbra expiationis*, per Christi sanguinem factæ, *Hebr.* 9 vers. 13. & 14. *Gravver.* in Propugn. Anti-Par. p. 18. seq. *Mentzer* tom. 3. Giess. disp. 7. thes. 52. p. 250. & in Martin. ἐλεγχομ. disp. 8. thes. 188. seq. p. 284. & 285.

II. Philologica, ad versum [illegible]. seqq. pertinentia, vide annotata in Vindic. *Exod.* 29. v. 18. & *Levit.* 4. v. 24. 25.

Vers. 35. *Atque ita expiabit eum Sacerdos a peccato suo, quod peccavit, & remittetur ei.*

I. *Sacramenta* V. T. *fuisse organa gratiæ divinæ & salutis*, probatur a *sacrificiis veterum*, quibus *peccatorum expiationem & remissionem Scriptura hic tribuit.*

Bellarminus l. 2. de Effect. Sacram. c. 17. regerit, 1. Sacrificia vetera valuisse ad expiationem peccati, quoad pœnam *temporalem*, non quoad *culpam* & pœnam *Gehennæ.*

℞. (1.) Inconstans nimis est Jesuita. Olim negat remissam culpam, pœnamve *æternam*, sed tantùm pœnam *temporalem*; hodie vult retentam pœnâ *temporalem*, culpâ pœnâq; remissam *æternâ*? At nos cōstanter: nunquam remissionem peccatorum nominari, ubi culpa retineatur, ubi pœna æterna exigatur. Hoc autem loco disertè *remitti peccata*; imo disertiùs, *& fiet ei propitiatio.* 2.) De *pœna temporali expiata* nullum vestigium in tota Scriptura, quin potiùs plenissimè Bellarminus refutatur ab *experientia.* Nunquam enim veterum quispiam, quantumvis Deo sacrificans, *morti* exemptus, aut *temporalibus calamitatibus* testibus Abrahamô, Jacobô, Jobô, aliis. Imò Propheta, Psalm. 73. v. 3. seq. felicitatem corporalem *impiorum*, id est, vel *non sacrificantium*, vel *indignè sacrificantium*, majorem describit, quàm *fidelium*; quod contrà oportuit, si sacrificiorum expiatio non pertinet, nisi ad pœnam *temporalem.*

II. Sacrificia non esse instituta pro *omnibus* peccatis, sed solum quædam, eáq; *leviora*, expiâsse, quoad *culpam.*

℞. Hoc ipsum, quod dixit Bellarminus, ex *quotidianis* illis oblationibus, quæ fiebant manè & vesperi, itemq; ex *solenni* illo sacrificio, quod summus Pontifex, quotannis semel ingrediens Sanctuarium, pro suis ac totius populi peccatis offerebat; falsitatis convincitur. *Gerhard.* tom. 4. LL. CC. loc. 21. de Sacram. §. 71. p. 88. & 591. *Cham.* tom. 4. Panstr. l. 3. c. 4. n. 1. 4. 5. 6.

I. *Socinus* Prælect. Theol. c. 22. p. 139. negat, *in omnibus illis antiquis sacrificiis pro peccato Christi mortem fuisse adumbratam*, quia sacrificia *privatorum*, quæ pro peccato fiebant, Christi morti non rectè respondeant: cum *illa* non fuerint oblata cum pro *omnibus* hominibus, sed tantùm pro *privatis*; tum pro *singulis* eorum peccatis, sed pro *uno*; tum ex *sola Dei voluntate*, sed ex *antecedente voluntate uniuscujusque*: secus ac Christi mors: Rem autem *adumbrantem* rei *adumbratæ* respondere oportet.

℞. Utique hic est similitudo inter *sacrificia ista*, & *sacrificium Christi*, in *ipsa re*, licèt non in *modo rei*. Nam (1.) & Christus pro *singulis*, atque adeò etiam pro *privatis* mortuus est (2.) *Singularis* hæc meriti Christi applicatio, quæ fiebat in *privatis* ejusmodi sacrificiis pro uno peccato, *universali* applicationi non *apponenda*, sed *subordinanda* est. (3.) Privata illa sacrificia pro peccato non dependebant à *voluntate populi simpliciter*, sed *Dei voluntate* peragi debebant, licèt non *certò & infallibiliter determinato tempore*, sed simul ac peccatum commissum esset, *primo* quoq; tempore illa fieri necessarium erat. *Stegm.* disp. Antiphot. 25. q. 1.

III. *Pontificii nituntur*, *in Missa privata pro astantibus posse Missificum communicare*, quòd & *in* V. T. *Sacerdos pro aliis* (Laicis præsentibus) *sacrificarit.*

℞. Magna est diversitas. Nam (1.) [illegible] in V. T. sacrificando & offerendo, Deo [illegible] *dit*; communicans verò non *dat*, sed aliquid *accipit*. aliud verò est, aliquid *offerre*; & aliud, *accipere* [illegible] *communicare.* (2.) Et qui hostiam offerendam ad Sacerdotem adduxit, non fuit ab *actu sacri* [illegible] exclusus, sed & *ipse* sacrificâsse dicebatur; id quod & nihil cum privata Missa convenit, in qua *nudi* sunt *spectatores*, qui Missæ privatæ adsunt, Laici. *Osiand.* in Enchir. Controv. Papist. c. 17. [illegible] 3. p. 2[illegible]0.

IV. *Iidem* docent, *bona opera renatorum justificare coram Deo*, quòd *Levitica ceremoniæ expiarint peccata*, adeoq; *justificarint*, videlicet *victimæ illæ legales.*

℞. Victimæ expiarunt peccata, non *absolutè* sed *relatè*, quatenus illæ *typum* gesserunt Christi, cujus meritum [illegible] & fidem, incluserunt, ac fuerunt *media*, per quæ Messiæ beneficium credentibus est applicatum, ut jam apud nos sit per *Sacramenta. Reineccius* tom. 4. Panopl. c. 14. p. 172. b.

V. *Non esse Purgatorium*, inde constat, quòd judæis instituta erant sacrificia, cùm pro *peccatis*, tum pro *personis* varia; sed nullum pro *animabus defunctorum, in Purgatorio sedentibus.*

Bellarminus l. 1. de Purgat. c. 15. respondet, in Levitico sacrificia pro defunctis fuisse instituta: quandoquidem *illa*, quæ instituta sunt pro *peccatis*, intelligi pro peccatis tam *virorum*, quàm *mortuorum.*

℞. Lex divina non modò in *genere*, sed etiam in *specie* exprimit tum *materiam*, tum *formam*, tum [illegible]*nem*, tum *objecta* sacrificiorum, quæ scilicet *animalia*, quibus *ritibus*, quo *fine*, & pro *quibus* sint offerenda: at de quodam sacrificio, pro *defunctis* offerendo, in tota lege Mosaica ne verbulum quidem continetur. Lex divina *omnes peccati*, per sacrificia purgandi, *ritus* exactè & καθ' εἶδος describit, sed nusquam *alicujus post hanc vitam purgationis* meminit. Quare cum legi divinæ nihil sit addendum, frustra omnis de sacrificio, pro *defunctis* instituto, suscipitur cogitatio. *Mortuos attingere* in ea lege scelus erat, quod à templo hominem arcebat, multò magis *pro iisdem sacra facere. Balduin* in Exam. Apolog. Schopp. p. 468. *Gerhard.* tom. 8. LL. CC. loc. 29. de mort. §. 182. seq. p. 3[illegible]9. & 332.

CAP. V. v. 1. *Et anima quia peccaverit, & audierit vocem blasphemiæ, & ipse testis vel viderit vel scivit, si non annunciaverit, & portabit [illegible] catum suum.*

Nota hoc loco (1.) *animam* Synecdochicè poni pro *homine*, (2.) Adverbium temporis indeterminati, *quum*, per conjunctionem [illegible] *quia*, explicari. (3.) Conjunctionem ו, verbo [illegible], & [illegible], præfixam, pro ID EST positam [illegible]: declarat enim, *quodnam sit peccatum* [illegible], *quod peccaverit.* (4.) *Peccatum* cum verbo *portandi*, metonymicè innuere *reatum pœnæ.* Junius Not. ad h. l. p. [illegible]10. [illegible] q. *Vatabl.* ibid. p. 226. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 2. c. 1. m. 3. p. 11.

Vers. 2. *Vel anima quæ tetigerit in omnem rem immundam, vel in cadaver [illegible] immundæ, vel cadaver jumenti immundi, vel in cadaver [illegible] ptilis immundi, & absconditum fuerit ab eo, [illegible] ipse immundus, & deliquit.*

I. Redit huc [illegible]) *Synecdoche partis* pro toto, puta *anima* pro *homine.* (2.) *Pleonasmus*: nam abundat præpositio IN, nomini *cadaver*, præfixa. [illegible] Hebraismus: *Absconditum fuerit ab eo*, i. e. *nel* [illegible] *esse immundum.* (4.) *Enallage generis* masculini, *ab eo*, & *ipse mundus*, pro fœminino, *ab ea*, & *ipsa*

immundu-

[illegible] ipse. il. [illegible] ad h. l. p. [illegible] l. c. [illegible] m. 1.

[illegible] 7. ad ar- [illegible] 1. positum, [illegible] *ad expiatio-* [illegible] *immun[illegible] alem* non [illegible] nu[illegible] a fac[illegible] ci[illegible] instituta sint. [illegible] *[illegible]aetiæ*, præ[illegible] ertim contra cere- [illegible] *[illegible] aviorbus.*

[illegible] instituta [illegible] ad expiatio- [illegible] t. Nam (1.) nul- [illegible], aut *Noæ*, aut *Abrahamo*. [illegible] re nondum lata [illegible] lex ce- [illegible] fertur, quicqu[illegible] c[illegible] rat im- [illegible] *Per[illegible] um* & *læsio proximi*, [illegible] nunq[illegible] iam pertinuerunt ad [illegible] *ane* [illegible] *Generales* phrases sint *Levit.* [illegible] o[illegible] pe[illegible] at[illegible] m, *lege Do-* [illegible] & contra *univer[illegible]a* mar[illegible] ata Dei [illegible] om 4. Panitt. l. 3. c. 4. num.

[illegible] *tet erit in immunditiam ho-* *minum [illegible] ditiam ejus, qua [illegible] et im-* *[illegible]a [illegible] nditium fuerit ab eo, &* *d[illegible]*.

[illegible] r[illegible] 1.) *Enallage* num ab- [illegible] pro co[illegible]eto, *immundum*, [illegible] mporis futuri *fiet* immundus, *fit* vel *fieri potest* immundus. 2.) *[illegible]à in ea*, redunda[illegible]. (3.) Ellipsis. *Et* [illegible] *[illegible]ip post [illegible] re[illegible] verit*. Quanquam [illegible] l p. 11 [illegible] *di[illegible] in[illegible] te* accipit: *Sive* ab- [illegible] abeo, [illegible] ipse [illegible] verit. Cætera, [illegible] ta[illegible] assign[illegible]a, v. 1. & 2. *Ariam.* 10 [illegible] Vatabl. in Ar[illegible] ad h. l. p. 226.

[illegible] *quia de querit in uno ex [illegible] & pœni entiam agat, quo peccavit su-* [illegible]

[illegible] 1.) QUIA poni QVUM. (2. [illegible] ri pro *quopiam*. 3.) Pronomen, *eo*, [illegible] præpositionem, *super*, pronomini [illegible] endam esse *Ariam.* in Bibl. p. 87. [illegible] *ses* ex hoc textu *justitiam propria* [illegible] xtruere conantur, quod *pœnitentia* [illegible] [illegible] *atio peccati*, & *reconciliatio cum Deo.* [illegible] in Hebræo non sit mentio *pœnitentiæ*; [illegible] c[illegible] eddit Arias Montanus: Et *fuerit* *[illegible]od peccavit super eo*. Ubi mentio fit *con-* *[illegible] ati*. 2.) Posito autem, *pœnitentia* ad- [illegible] *tem* & *reconciliationem*, *[illegible]* [illegible] dum esset, [illegible]b *fidem*, quæ in victimæ ob- [illegible] it Christum. *Hutter.* in E[illegible] plic. lib. [illegible] c[illegible] nt[illegible] hel. observ. 4. p. 370. *Meis-* [illegible] p. lac. disp. 8. thes. 18. & 20.

[illegible] *minus* [illegible]. de Pœnitent. c. 3. nugatur, [illegible] *lorum peccatorum*, *propter Sa-* [illegible] *e de jure di[illegible] necessariam*; cùm [illegible] *em eorum apertam exi[illegible] at.*

[illegible] *tus* in tract[illegible] e C[illegible]nfess. adducit nu- [illegible] lum, qui l[illegible]bere ingenuéq; fatetur. [illegible] *endi no[illegible] isse nece[illegible]arium in lege.* [illegible] 16. Levit. negat [illegible] Sacerdotem V. [illegible] pul[illegible] [illegible] 3. Fit h. l. men- [illegible] n[illegible] ress[illegible] nis: at quòd in e- [illegible] bat, ad *omnia* & *singu-* [illegible], p[illegible] non est [illegible] abendum.

[illegible] *Bechard.* [illegible] *Conr.* [illegible] *Pon*[illegible] o. ad obj. 2. p. 311. [illegible] l. [illegible] Con. Cath. p. [illegible]

Vers. 6. *Et venire [faciet] de [illegible] um suum Domi- no super peccato suo, quod peccavit, [f]œminam è pecoribus agnam, vel [illegible] cam caprarum pro pec- cato. & expiabit super eum Sacerdos* &c.

Iletatur nunc 1.) *Metonymia subjecti* pro ad- juncto [illegible] *de[illegible] um* enim *sacrificium pro delicto* signi- ficat 2.) Hel[illegible]nismus *Hircam caprarum* i. e. *lactantem* (3.) Pleonasmus. *Super eam*, pro *eam*; ubi propositio SUPER abundat. *Ariam.* in Bibl. p. 87. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 111.

Vers. 7. *Etsi non attigerit manus ejus sufficien- tiam agnelli, & adducet delictum suum quod pecca[vit], duos turtures, vel duos [pul]los columba Domino unum ad peccatum, & unum ad holo- caustum.*

Ecce 1. *Hypallagen*[illegible] Si *non attigerit manus e- jus* &c. *capse manu v[el f]acultas [il]ia*. cujus instru- mentum est *manus*, & sic deinc[ep]s. (2.) *Enalla- gen abstracti* pro concreto *Sufficientiam agnelli*, pro *sufficientem agnellum*. (3.) *[illegible]* in parte pi: *Agnelli*, id est *compa[illegible]tivas*. 4. *Metonymiam subje- cti* pro adjuncto: *Delictum*, h. e. *o[bl]ationem pro de- licto*. (5.) Hebraismum. *Filios columba*, i. e. *pullos columba*. Ariam. & *Jun.* l. c.

Vers. 15. *Anima quia prævaricata fuerit præ- varicationem & peccaverit in ignorantia de sanctitatibus Domini, & adducet delictum suum Domino arietem integrum, de pecudibus, in ordinatione tua argentum siclorum, in siclo sanctitatis, ad delictum.*

Recurrit modò 1. *Hebraismus*: verbum enim, מעל, *prævaricata fuerit*, el[eg]anter regit nomen suum coniugatum מעל *prævaricationem*. (2.) *Enallage* abstract. *sanctitatibus*, pro concreto, *re sancta*, seu Deo consecrata. (3.) *Metonymia sub- je[cti]* pro adjun[ct]o. *Delictum suum* h. e. *[sacri]fi- cium pro delicto suo*. (4. Hypallage: *Argentum siclorum*, pro, *siclos argenti*, seu *argenteos*. Cætera, huc pertinentia, vide proposita in Vindic. *Levit.* 4. v. 2. n. 1. n. 1. 2. 3. *Ariam* in Bibl. p. 88. *Vatabl.* in An- not. ad h. l. p. 227. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 111. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 43. p. 164.

Vers. 17. *Et si anima quia peccaverit, & fecerit unum ex omnibus præceptis Domini, quæ non fient, & non cognoverit, & deliquerit, & porta- verit [in]iquitatem suam.*

Nota hic 1.], E T, ante verbum ועשתה & *fecerit*, positum esse pro, *id est*, nam est declara- tio. (2.) *Unum* significare, *[illegible]* (3.) *Por- tare iniquitatem suam*, nihil aliud [illegible], q[ua]m *sentire, se reum esse illius*. Quanquam *Ariam. Montanus* in Bibl. p. 88. id de *pœna iniquitatis* interpreta[tur]. Reliqua, hunc textum concernentia, vide [de]signata in Vin- dic. *Levit.* 4. v. 2. & c. 5. v. 1. *Vatabl.* ibid.

Vers. 19. *Delictum illud: delinquendo deliqui, Domino.*

Videsis (1.) *Metonymiam subjecti* p[ro] adjuncto: *Delictum*, h. e. *oblatio pro delicto* (2.) *Enallagen* pro- nominis demonstrativi, הוא *illud*, nomini אשם, *delictum*, subjuncti, poni p[ro] verbo [su]bstan[tivo] EST. 3. *Et ipsum* conjunctio[nem] causalis, *nam* ante verbum, *delinquendo*, [su]bau[di]endæ. (4. Epi- zeuxin: *Delinquendo deliquit*, i. e. *omnino deliquit*. Ariam. *Vatabl. Jun.* ll. cc.

CAP. VI. v. 2. *Anima quia peccaverit, & prævaricata fuerit prævaricationem in Dominum, & mentita fuerit in proximum suum in commendatione, vel in positione manus, vel in rapina, vel occupavit vi proximum suum.*

Ecce (1.) *Enallaxin*: nam ו, verbo וכחש, & *mentita fuerit*, præfixum, pro, ID EST, ponitur. (2.) *Metonymiam* partim *adjuncti* pro subjecto; *positio* enim *manûs* denotat *consociationem cum altero initam*, Galat. 2. v. 9. partim *subjecti* pro *adjuncto*: Occupavit vi *proximum suum*, h. e. *bona proximi sui*. Cætera vide consignata in Vindic. *Levit*. 4. v. 2. m. 1 n. 1. 2. 3. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 228. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 4. m. 6 p. 71.

Vers. 3. *Et qui quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare homines*, &c.

I. In Hebræo (1.) ו ante verbum ונשבע, & *juraverit*, significat, AUT. (2.) Abstractum, *amissio*, ponitur pro concreto, *res amissa*. (3.) Præpositio SUPER ante vocem, *falsum*, redundat (4.) *Unum* notat *quidpiam*. Ariæm. in Bibl. p. 88. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 228. *Glass*. lib. 4. Philol. Sacr. tract. 1. Observ. .p. 687.

II. *Smalcius* de Pœnitent. Contr. Franz. fol. 361. negat. v. præced. 2. agi de *quovis peccato ultrò commisso*, sed de eo, *quod inverso atq; inveterato quodam usu adversus Deum perpetratur*, cum sit tale peccatum, quod *hominibus solitum est*.

℞. (1.) Aliter sonant verba in *Fontibus*, aliter verò à Smalcio ex *Versione Vulgata* afferuntur. Versio ex *Fontibus* non habet hoc pacto: *In quibus solent homines peccare*; Sed in hunc modum. *Quæ faciunt homines*. (2.) Etiamsi sensus ille comprehenderetur verbis istis, tamen nihil hoc juvaret Smalcium: Omnino enim *talia magna* facere solent homines. *Franz*. disp. 13. Vindic. 13. thes. 56.

Vers. 5. *Vel ab omni, quo juraverit super eo in falsum & reddet illud in capite ejus, & quintum ejus addet super illud, cui ipsum est, & dabit illud in die delicti sui.*

I. Moses utitur (1.) *Pleonasmo*: nam, *eo*, abundat, & *super* præfigendum ly *quo*. (2.) *Metaphorâ*: In *capite*, h. e. in *summa* vel *sorte*. (3.) Hypallage: *Cui ipsum est*, pro, *est*, *cui ipsum*, scil. *debetur*. (4.) *Metonymiâ subjecti* pro adjuncto: *delictum* enim notat *sacrificium pro delicto*. Ariæm. in Bibl. p. 88. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 338.

II. *Socinus* par. 2. de Christ. Servat. cap. 11. & *Smalcius* de Pœnit. p 361. ut eludant argumentum pro expiatione etiam *gravium* delictorum sacrificiali, ex præcedentibus versibus desumptum; docent, *sola sacrificia pro gravibus non suffecisse*, imò ad expiationem faciendam *proximo læso cumulate à sacrificante satisfaciendum fuisse*.

℞. *Restitutio furti accedit ad ipsam oblationem*, non quòd *ex ea peccati remissio contingat*, sed tanquam *bonum opus*, *fidem sacrificantis consequens*, & *declarans*. Ideo enim restitutio requiritur, ut pœnitentia eò magis sit conspicua: *Simulata* namque videtur pœnitentia, cùm ablatum contra conscientiam retinetur. *Franz*. disp. 13. Vindic. thes. 56. seq. *Thumm*. in Imp. Photin. p. 485. seq.

Vers. 6. *Et delictum suum adducet Domino, arietem integrum, è pecore, & dabit eum Sacerdoti juxta æstimationem mensuramq; delicti.*

I. Redit huc (1.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Delictum*, h. e. *oblationem pro delicto*. (2.) *Enallage* numeri singularis, *pecore*, pro plurali, *pecudibus*. Ariæm. in Bibl. f. l. p. 88.

II. *Bellarminus* l. 4. de Pœnitent. c. 8. statuit, *pro reatu pœnæ temporalis, qui post culpam dimissam expiandus maneat, operibus pœnariis vere & propriè Deo satisfieri posse*: quòd Deus sacrificia pro *mensura atque æstimatione delicti imperaverit*, quæ *compensatio* fuerint & *satisfactio* pro reatu pœnæ temporalis expiando.

℞. (1.) Manifestè falsum est, quod Bellarminus hic pro fundamento ponit, sacrificia *diversi pretii* pro *æstimatione ac mensura delictorum* fuisse in lege imperata. Nam *Levit*. 5. v. 16. & 18 illi, qui per *errorem* peccavit, præscribitur pro sacrificio *aries integer lactens*: illi etiam qui de *industria* mentitus fuerat, *aries integer lactens*. c. 6. v. 6. (2.) Falsum & hoc est, *sacrificia fuisse satisfactionem hominum pro pœnis peccati temporariis*: tum quia sacrificia illa, à se æstimata, nec temporarias nec æternas pœnas expiârunt, teste Domino, Esa. 1. v. 13. *Psalm*. 50. v. tum quoque, quia sacrificiis non *nostræ satisfactiones*, sed *sacrificium Christi* adumbratum est, docente Dei spiritu, *Hebr*. 9. v. 9. 10. seq. ex cujus intuitu, quicquid illa virtutis & valoris habuerunt, in solidum profluxit & dependit, illudq; omne ac totum in *Christi sacrificio* nunc est completum. Præter hoc ergo, qui alias coram Domino satisfactiones atque compensationes quærit, perfectioni sacrificii Christi derogat.

Salmeron tom. 11. tract. 24. excipit, utique locum esse *satisfactionibus hominum*, quòd *pœnitentia peccatori injungatur*.

℞. *Injungi pœnitentiam*, dupliciter dicitur: vel enim significat, *seriam conversionem exigi à peccatore ad Deum, ut venia obtineatur per Christum*; vel notat *commutationem*, *compensationemq; arbitrariam pœnæ, ut, quæ peccatis debetur, eam merito ejus compensationis, Deus non exigat*. *Priori modo* concedimus, & illis sacrificiis, quæ præcipiuntur, exigi pœnitentiam; *posteriori* modo negamus, iis sacrificiis ullam pœnitentiam exactam fuisse. Nam sacrificia nunquam quisquam *pœnas* esse pronunciavit, quas quidem solveret peccator; sed *typos pœnarum*, quas debebat quidem *peccator*, sed soluturus erat *Christus*, ejus nomine. *Eckhard*. par. 2. Pand. Controv. Pontif. c. 25. q. 2. ad obj. 6. p. 316. seq. *Brochm*. tom. 2. Syst. Theol. art. de pœnit. c. 2. q. 26. p. 375. & 377. *Cham*. tom. 3. Panstr. l. 23. c. 13. n. 60. seq. *Ames*. tom. 3. Bellarmin. enerv. l 5. c. 4. thes. 30.

Vers. 7. *Et expiabit super illum Sacerdos ad facies Domini, & dimittetur ei super uno ex omnibus, quæ faciet in reatu in eo.*

I. In versu hoc offert sese (1) Pleonasmus *super illum*, pro *illum*, ubi τὸ *super* abundat. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: *Ad facies Domini*, i. e. *in loco sacro divinitus ordinato*. (3.) Hebraismus: *Super uno*, h. e. *unumquodque*. (4.) *Enallage* temporis futuri, *faciet*, pro præterito, *fecit*. Ariæm. in Bibl. p. 88. *Jun*. in Not. ad h. l. p. 111.

II. Quòd *pro peccato spontaneo sub lege constituerit sacrificium*, præsens textus luculenter commonstrat. is enim definit *odium*, *avaritiam*, *dolum malum*, *perfidiam*, *mendacium*, *perjurium*, & pro *his* sacrificium *expiatorium* constituit; quæ omnia peccata ἑκουσίως & *voluntariè* committi, vix quisquam inficiabitur.

Excipit I. *Smalcius* contr. Franz. de pœnitent. fol. 361. hoc loco non de *quovis peccato ultrò commisso* esse sermonem, sed de *tali*, quod licèt non sit planè commis-

... *...antiam* non ... tamen ... commi...um esse *brachio excelso*, ... *ex...elso brachio* commissum, nihil ... *petulantia*, quæ in istis peccatis in ... ve... us recensitus necessariò con... ...da est. Annon enim hoc est *excelsâ* ..., si quis *datâ operâ proximum decipiat* ... *super juret, se non accepisse*? si *rapiat* ... *per violentiam*? non sane sanus quispiam ...gabit.

II. *Autor Catechismi Racoviensis* p. 288. *sub pr... ...dere ad eum modum peccatorum expiationem p...actam fuisse, ut pœna temporaria tantum ab iis, ...orum peccata expiabantur, tolleretur.*

℞. Sine omni fundamento hoc dicitur: aliud extat in sacris literis, quæ de sacrificiis testantur, quòd *homines* suo quodam modo *cum Deo reconciliarint*, quia videlicet *typi* erant æterni illius & perfecti la...ei expiatorii N.T. Domini nostri Jesu Christi. Reconciliatô autem Deo cum homine, ipsum quoque peccatum & pœna peccati temporalis ac æterna remi...itur. *Hutter.* in LL. Theol. p. 749. *Franz.* ...p. Vind c. th. 56. seq. *Balduin.* in Refut. Catech. Arian p. 51... & 521. *Thumm.* in Exerc. Theol. disp. 9. p. 51.

III. *Sacrificia veterum expiâsse hominum peccata*, ex præsenti versu planum est: *illis* enim disertè addita est *propitiationis* promissio.

Bellarminus l. 2. de Effect. Sacram. c. 17. regerit, ...a sacrificia instituta esse, nisi pro peccatis *levio...*, præsertim circa *damnum proximi in rebus ex...*, & pro *perjurio* ex cupiditate habendi res ...as.

℞. 1.) Annum *levia* sunt peccata, *malitiosa proximi defraudatio, perjurium*, &c. non sanè ullus sanus ...cet. (2.) Levit. 16. v. 34. sacrificium *anniversarium* juvenci & hirci piacularis offerri præcipitur ... *omnibus omnino peccatis totius Israelis. Thumm.* l. c. ...*rm.* tom. 4. Paol...r. l. 3. c. 4. n. 1. & 4.

V... 10. *Et induet Sacerdos vestimentum lini, & Femoralia lini induet super carnem suam, & levabit cinerem, quod comedet ignis holocaustum super altare &c.*

Videsis (1.) *Synecdochen generis* pro specie: *Vestimentum*, i. e. *tunicam*, de qua *Exod.* 28. v. 39. seq. ... *Enallagen* tum substantivi, *linum*, pro adjectivo, *lineum*; tum *simplicis* pro *composito*: nam אֲשֶׁר, *quod*, pro בַּאֲשֶׁר, *quando*; & עַל, *super*, pro מֵעַל *desuper*, positum est. (3.) Euphemismum: *pudendas* enim Sacerdotis partes Spiritus Sanctus verecunde ...nat *carnem* ejus, & quidem *Synecdochicè*. (4.) ...popœjam: *comedere* enim tribuitur *igni*, estq; ac... *...consumere*. Ariæm. in Bibl. p. 88. *Vatabl.* in ...t. ad h. l. p. 228. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 112. ...er *Glas...* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 9. p. 203.

...s. 12. *Et ignis super altari fiet, ut urat in illo, non extinguetur: Et accendet super eo Sacerdos ligna in mane, in manè &c.*

Observa hoc loco (1.) futurum indicativi, *fiet*, ...*nguetur, accendet*, pro imperativo, *fiat, extinguito, accendito*, usurpari. (2.) Verbum הוּקַד, *fiet ut ...at*, de *continuatione ustionis* intelligi, h. e. *alatur*, ... *...ntinuetur ejus ustio*, subinde scil. materia ustionis suppeditata, v. 13. (3.) *In manè in manè*, idem esse *quod ...et manè*, seu tempore matutino. *Jun.* in ...bl. p. 112. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 4. p. ... & tract. 5. can. 2. m. 1. p. 4. 33.

V... 16. *Et residuum ex ea comedent Aaron & filii ejus, azymus comedetur in loco sancto, in atrio tabernaculi conventus comedent illud.*

Recurrit modò (1.) *Enallage* modi indicativi, *comedet* & *comedetur* pro imperativo, *comedunto* & *comeditor*. (2.) *Ellipsis* præpositionis: nam ante vocem, *azymus*, subaudiendum est, בְּ, IN. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 229. *Jun.* ibid. p. 112.

Vers. 17. *Non coquetur fermentatum: partem eorum dedi eam ex ignitionibus meis, sanctitas sanctitatum ipsa, sicut peccatum, & sicut delictum.*

Iteratur nunc (1.) *Enallage* tum modi indicativi, *coquetur*, pro imperativo, *coquitor*; tum abstracti, *ignitionibus* & *sanctitas sanctitatum*, pro concreto, *oblationibus ignitis*, & *res sacrosancta*. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Ipsa*, scil. *est*. (3.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Peccatum* & *delictum*, h. e. *sacrificium pro peccato*, & *sacrificium pro delicto*. Ariæm. in Bibl. p. 8... *Vatabl.* & *Jun.* l. c.

Vers. 21. *Super sartagine in oleo fiet, frictam adduces eam, coctiones muneris frustorum offeres, odorem quietis, Domino.*

Nota hic (1.) Præpositionem, עַל, *super*, significare IN; בְּ verò, IN, denotare cum. (2.) *Synecdochen* generis, *fiet*, pro specie, *præparabitur*. (3.) *Enallagen* tum modi indicativi, *adduces* & *offeres*, pro imperativo, *adducito* & *offerto*; tum substantivi pro adjectivo: *Coctiones muneris frustorum*, h. e. *Cocta muneris frusta*, vel *cocta munera frustulenta*, id est, *manphulas*, à verbo נָפַל, *cadere*, appellatas. Est autem *manphula* delicati panis Syriaci genus, quod in clibano antequam decoquatur, in carbones cineréq; decidit. (4.) Ἀνθρωποπάθειαν: odor enim *quietis* tribuitur *Deo*, & notatur *complacentia ejus*, q. d. *gratissimum est Deo sacrificium, quo placatur.* Ariæm. in Bibl. p. 88. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 229. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 112. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1, can. 8. m. 1. p. 29. & lib. . tract. 1. cap. 7. p. 141.

Vers. 25. *Loquere ad Aaronem, & ad filios ejus dicendo: Ista lex peccati in loco, quo mactabitur holocaustum mactabitur peccatum, ad facies Domini, sanctitas sanctitatum ipsa.*

Rursus videas (1.) Ellipsin: *Ista*, scil. *est*, vel *esto*. (2.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto. *Peccatum*, h. e. *sacrificium pro peccato*. (3.) Ἀνθρωποπάθειαν: *Ad facies Domini*, i. e. *in loco sacro divinitus Ordinato*. (4.) *Enallagen* partim temporis futuri, *mactabitur*, pro præsenti, *mactari solet*; partim modi indicativi, *mactabitur* peccatum, pro imperativo, *mactatur*; partim abstracti, *sanctitas sanctitatum*, pro concreto, *res sacrosancta*; partim pronominis demonstrativi, הִוא, *ipsa*, pro verbo substantivo EST. *Ariæm.* in Bibl. p. 8... seq. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 230. *Jun.* ibid. p. 112. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1 cap. 3. m. 4. p. 47.

Vers. 26. *Sacerdos, qui offert, comedet eam in loco sancto in atrio tabernaculi.*

I. Deus sibi *contradicere* videtur: hic enim *Sacerdotem jubet comedere hostiam* in loco sancto, at v. 30. prohibet, *ne eam Comedat Sacerdos, sed igni Comburat.*

℞. *Sacrificia pro peccato* erant duplicia: quædam offerebantur ad *ostium altaris holocausti*, non *in testimonio tabernaculi*, & quidem pro *Principe populi*, vel *privati hominis* delicto; *horum* pars destinabatur esui Sacerdotum: quædam offerebantur *coram testimonio tabernaculi*, & quidem pro delicto *summi Sacerdotis*, aut *totius multitudinis*; quorum esus non concedebatur. *Walther* Harm. Script. p. 180.

II. *Bellarminus* l. 4. de Sacram Eucharist. c. 24. arguit, non esse ullo modo probabile, Christum imperaturum fuisse *manducationem utriusq; speciei* in S. cœna, cùm figura hæc, videlicet *participatio sacrificiorum*, manducationem sub *una specie* significaverit: nam licet in iis esset caro & sangvis, tamen *sola caro* manducabatur.

℞. 4. Si figura Eucharistiæ fuit participatio sacrificiorum, & oportuit figuratum figuræ respondere; ergo quemadmodum in sacrificiis *nullus omnino potus* fuit, ideo nullum oportet esse in *Eucharistia*. Nullum, inquam, prorsus: non enim in illis erat magis in *consecrando*, quàm in *communicando*; nec magis *sacerdotibus*, quàm *plebi*? Atqui contrà fit in *Eucharistia*, etiam inter Papistas, qui neque audent consecrare panem solum, neq; Sacerdoti interdicere calicis sumptionem. Non ergo consequentia à *participatione sacrificiorum* ad *communionem Laicorum sub specie saltem panis* in S. Eucharistia procedit, alioqui & Sacerdotes *solum panem* in altari comedere deberent, quandoquidem Sacerdotes V. T. *solum victimas* comedebant.

Excipit *id. ibid.* quod Sacerdotes nunc faciant, non respondere *manducationi victimarum*, sed *consumptioni per ignem*; cùm Eucharistia sit aliquo modo *holocaustum*, aliquo modo *hostia pacifica*, aliquo modo *hostia pro peccato*: quia igitur in *holocausto* omnia consumebantur, & victima & libamina; ideo etiam nunc à *Sacerdote*, cujus est consumere holocaustum, omnia sumi: à *populo* autem, qui solùm participat de sacrificio, satis esse, manducari *carnes* agni immaculati.

℞. (1.) Hac ratione non *absolutè* respondet figuræ figuratum, sed pro *analogia sacrificij*, & quidem *holocausti*, aut pro *peccato*; quam fingit Bellarminus. Nam in *ligno vitæ*, & *panibus propositionis*, v. g. quas ipse communionis sub una specie figuras statuit nulla fuit *consumptio per ignem*. Sed somniatum Papistis præter eam analogiam communicandi, aliam quandam Eucharistiæ accedere, & secundùm hanc debere respondere *holocausti*, non autem *panibus propositionis*, aut *ligno vitæ*. Sed hæc eadem ratio valet, ut negemus, legitimam esse consequentiam à *sacrificiis* ad *Eucharistiam*: quandoquidem *huic* alia analogia est, nempe *per modum plenæ nutritionis*, quæ non erat in *illis*. (2.) Quomodo verò nunc Sacerdotis est *consumere holocaustum*? per modum *cibi*, an aliter? Nam alioquin impudens abusus est vocabuli *generalis*. Manifestum est, Sacerdotis non fuisse consumere holocaustum, per modum *cibi*, sed per modum *combustionis*: itaque consumebat non *ipse*, sed tradebat *igni* consumendum. At nunc volunt Papistæ, ipsum *per se*, & quidem per modum *cibi*, consumere Sacerdotem. Estne hæc nulla dissimilitudo? estne hoc, figuratum respondere figuratæ? Et quidem consumptio per modum, *cibi*, duntaxat *partialis*, non tantùm erat *Sacerdotis*, sed etiam *plebis*. Quicquid est igitur hujus consumptionis, cur non æquet hodie plebem Sacerdoti, ut vel *neuter* sumat utramque speciem, vel uterq;? Ut si *Sacerdos* debeat omnia consumere hodie; præter analogiam veterem, *plebs* etiam debeat: & sic *plebs* non debeat, ne *Sacerdos* quidem? *Cham.* tom. 4. Panstr. l. 9. c. 11. n. 3. 8. 9. 10. 11.

CAP. VII. v. 1. *Et ista lex delicti, sanctitas sanctitatum ipsa.*

Philogica vers. 1. 2. 5. 6. vide annotata in Vindic. *Levit.* 1. v. 5. c. 3. v. 11. c. 6. v. 17. & 25.

Vers. 7. *Sicut peccatum, sicut delictum lex una eis: Sacerdos, qui expiabit in eo ei erit.*

Attendo hic (1.) כ, SICUT geminatū, significare *rerum inter se ex æquo comparationem, & absolutam utrinq; similitudinem*, ita ut priùs πρότασιν, posterius ἀπόδοσιν similitudinis denotet: *Prorsus sicut peccatum, sic delictum.* (2.) חַטָּאת, *peccatum*, metonymicè notare *sacrificium pro peccata* & אָשָׁם, *delictum*, piaculum seu *sacrificium, pro expiatione peccati oblatum.* (3. Deficere verbum substantivum: *Lex una*, scil. *esto*. Aricem. in Bibl. p. 89. *Jun.* ibid. p. 112. *Glass.* lib. 4. Phil. Sact. tract. 1. observ. 3. p. 651. & lib. 5. tract. 1. cap. 3. m. 4. p. 47.

Vers. 10. *Et omne munus mixtum in oleo, & aridum, omnibus filiis Aaronis erit, viro secundùm fratrem suum.*

I. Moses utitur (1.) *Pleonasmô*: abundat enim IN ante vocem, *oleo*. (2.) *Enallaxi*: nam ו nomini, וַחֲרֵבָה, *& aridum*, præfixum, notat AUT. (3.) *Metaphorâ*, Hebræis propriâ: *Viro sicut fratri suo*, h. e. *uni sicut alteri*, seu *æquâ mensurâ* per singulos dividetur; ubi *frater* pro *simili* ponitur. Aricem. in Bibl. p. 89. *Vatabl.* in Annot. ad l. p. 231. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 112. Confer. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr, tract. 1. 12. p. 370.

II. Lites, circa præsentem textum motas, vide compositas in Vindic. *Levit.* 2. v. 3. m. 2. & 3.

Vers. 11. *Hæc est lex hostiæ pacificorum, quæ offertur Domino*, &c.

Bellarminus l. 2. de Miss. c. 3. statuit, *Missam esse sacrificium imperatorium omnis generis bonorum, ac proinde etiam impetrandis vice offerri corpus Domini*: quia in V. T. fuerint *hostiæ pacificæ*, quibus *pax* seu *felicitas*, putà *sanitas*, aut *vita temporalis* â Deo impetrabatur; atq; *hæ* figuræ fuerint *Eucharistiæ*.

℞. (1.) Jesuita malè similitudinem V. & N. constituit in sacrificiorum *externorum* oblatione: siquidem sacrificia Deus in V. T. ipse sancivit; at verò ut idem quoq; in N. T. per sacrificium aliquod *externum* fiat, nullum mandatum, nulla institutio, nulla promissio in Scripturis de eo extat. (2.) Nugatur ille, in N. T., si modò sacrificium aliquod pacificum in eo concedi debeat, nullum aliud dari posse, quàm *Missam*: nam *Missam sacrificium esse à Deo institutum*, falsum est. (3.) Petit principium, sic arguens: *Missa est sacrificium impetratorium, quia in V. T. fuerunt sacrificia pacifica.* Nam *hoc ipsum* quæritur, *utrum Missa ideo sit sacrificium impetratorium, quia in V. T. fuerunt sacrificia pacifica.* (4.) Hostiæ pacificæ fuerunt figuræ ipsius *Christi*, ejusdemque sacrificii, in *ipsa passione & cruce* oblati; & non possunt referri ad *Eucharistiam*, nisi ne illa est sacrificium *eucharisticum*: eo enim sensu est sacrificium *impetratorium*, ut & ipsæ preces. *Hutter.* in Refut. Bellarm. de Miss. p. 449. seqq. *Cham.* in Supplem. tom. 4. Panstr. c. 11. n. 5.

Vers. 16. *Et si votum vel spontaneum sacrificium oblationis ejus, in die offerre illum sacrificium suum, comedetur, & â crastino & residuum ex eo comedetur.*

I. In textu hoc repetitur (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *spontaneum*, scil. *est*, vel *erit*. (2.) *Enallage* partim infinitivi, *offerre illum*, pro nomine, *oblationis illius*, seu *quâ obtulerit*; partim modo indicativi, *comedetur*, pro imperativo, *comeditor*. (3.) *Pleonasmus*: ו enim ante וְהַנּוֹתָר, *& residuum*, redundat. *Aricem.* in Bibl. p. 89. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 231. *Jun.* ibid. p. 112.

II. *Pontificii* docent, *opera electitia, & citra omne Dei mandatum facta, posse esse cultum Deo placentem*: quòd in lege accepta fuerint, non tantùm

illa

illa sacrifi_ia, quæ ex *mandato*, sed & illa præcipuè, quæ ex *voto*, vel *sponte*, offerebantur.

℞. In V. T. votivæ & spontaneæ illæ oblationes non fuerunt opera, *omni prorsus verbo Dei destituta*: nam in lege extant *certa* & *peculiares* ordinationes Dei de *iisdem*, *quòd* fieri possint, *quomodo* item fieri debeant, *quibus conditionibus*, *quo in loco*; uti apparet ex hoc ipso capite, & alijs locis parallelis. In N. T. ejusmodi *spontanea* opera non mandata, sed prohibita sunt: nam *Colos*. 2. v. 23. ἐθελοθρησκεῖαι disertis verbis damnantur. *Chemnit*. par. 3. LL. CC. Theol. loc. de Bon. Oper. q. 1. c. 3. p. 15. ad obj. 4. *Gerhard*. tom. 4. LL. CC. loc. 20. de Bon. Oper. §. 17. ad 4. p. 28. *Eckhard*. par. 2. Pandet. controv. Pontif. c. 27. q. 1. ad object. 2. p. 422.

Vers. 18. *Et si comedendo comestum fuerit de carne sacrificii pacium ejus, in die tertia non erit acceptus offerens illud, non reputabitur ei, corruptum erit, & anima comedens, ex eo, iniquitatem suam portabit.*

Ecce (1.) Epizeuxin: *Comedendo comestum fuerit* h. e. *omnino* vel *quicquam comestum fuerit*. (2.) *Enallagen* substantivi, *pacium*, pro adjectivo, *pacificorum*. (3.) *Ellipsin*: Non *reputabitur illi*, scil. *in commodum*, & tanquam *legitimè oblatum*. (4.) Metaphoram: *corruptum erit*, h. e. *abominabile*, tanquam *caro*, *qua vetustate fit deterior in odorem* vel *speciem*. (5.) *Synecdochen* partis, *anima*, pro toto, *homine*. (6.) *Metonymiam causa* pro effectu; nam *iniquitas* cum verbo *portandi*, innuit *pœnæ reatum*: *Iniquitatem suam portabit*, i. e. *dabit pœnas debitas peccato suo*, Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 231. *Jun*. in Not. ad eund. loc. p. 112. seq. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 3. p. 11.

Vers. 19. *Et caro, quæ tetigerit in omne immundũ, non commedetur, in igne comburetur, & carnem, omnis mundus comedet carnem.*

Habetur hoc loco (1.) Pleonasmus: *In omne*, pro, *omne*: ubi IN abundat. (2.) *Synecdoche generis* pro specie: *Omnis mundus*, scil. ex *Sacerdotibus*, & ex *offerentibus*. (3.) *Enallage* tum indicativi, *comedetur* & *comburetur*, pro imperativo, *comeditar* & *comburitor*; tum *antecedentis* pro *relativo*: Comedet *carnem*, h. e. *illam*. Ariœm. in Bibl. p. 89. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 231. *Jun*. ibid. p. 113. *Glass*. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 13. p. 198.

Vers. 21. *Et anima quum tetigerit in omne immundum, in immunditiem hominis, vel in jumentum immundum, vel in omnem abominationem immundam, & comederit de carne sacrificii pacium, quod Domino, & excidetur anima ipsa è populis suis.*

Offert sese hic (1.) *Synecdoche partis* pro toto: *anima* enim pro *homine* est. (2.) *Pleonasmus*: nam IN redundat. (3.) Hypallage: *Immunditiem hominis*, pro, *hominem immunditiei*, seu *immundũ* (4.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Quod Domino*. scil *est*. Ariœm. *Vatabl*. *Jun*. l. c. *Glass*. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 43. p. 164.

Vers. 24. *Et adeps cadaveris, & adeps rapti, fiet in omnem functionem & comedendo non comedetis illum.*

In versu hoc depredenditur (1.) *Enallage tum* simplicis, *rapti*, pro composito, , *direpti* seu *discerpti*; tum temporis futuri, *fiet*, pro præsenti, *fieri potest*. (2.) Epizeuxis: *comedendo* non comedetis, h. e. *omnino* non commedetis. *Jun*. in Bibl. p. 113.

Vers. 35. *Hæc unctionis Aaronis, & unctionis filiorum ejus de ignitionibus Domini, in die appropinquare fecit eos, ad fungendum Sacerdotio Domino.*

Videsis (1.) *Ellipsin* tum verbi substantivi. *Hæc*, scil. *est*; tum nominis, *Hæc*. supple, *pars*, vel *merces*, juxta *Abben-Ezram* (hujuscemodi autem supplemento opus esse, contextus cohærentia ostendit) tum pronominis, *in die*, subint. *quâ*. (2.) Hypallagen: *Unctionis Aaronis & unctionis filiorum ejus*, i. e. *Sacerdotis uncti*, & *Sacerdotum unctorum*. (3.) *Enallagen* partim abstracti, *ignitionibus*, pro concreto, *ignitis oblationibus*, seu *igne absumendis*; partim antecedentis, *Domino*, pro relativo, *sibi*. Ariœm. in Bibl. p. 90. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 232. *Jun*. in Not. ad eund. loc. p. 113. *Glass*. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 8. m. 1. p. 29.

CAP. IIX. v. 2. *Accipe Aaronem, & filios ejus cum eo, & vestes & oleum unctionis, & juvencum peccati*, &c.

Occurrit hic (1.) *Synecdoche* Hebræa, ac venustissima: *Accipe Aaronem* &c. i. e. *jube tecum ad portam tentorii conventus illos accedere, & alia afferri atq; adduci ad te* (2.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Peccatum*, h. e. *oblatio pro peccato* Ariœm. in Bibl. p. 90. *Jun*. in Not. ad h. l. p. 113.

Vers. 10. *Moyses tulit oleum unctionis, quo linivit tabernaculum*, &c.

Bellarminus l. 5. de Rom. Pontif. c. 9. contendit, *Mosen in* V. T. *fuisse summum Pontificem*, quòd *tabernaculum sanctificaverit*, id quod *Solus Sacerdos* facere possit.

℞. Mosis exemplum fuit *extraordinarium*: nam tabernaculi â se consecrandi *specialem* habuit Dei jussionem. *Eckhard*. par. 1. Pand. controv. Pontif. c. 6. q. 5. ad 3. obj.

Vers. 11. *Cumq; sanctificans aspersisset altare septem vicibus*, &c.

Controversiam, circa locum hunc agitatam, vide in Vindic. *Exod*. 29. v. 37. decisam.

Vers. 12. *Oleum fundens super caput Aaron, unxit eum Moses*, &c.

Lites, hic occurrentes, vide in Vindic. *Exod*. 29. v. 7. m. 1. & 2. itemq; c. 40. v. 12. m. 1. diremtas.

Vers. 16. *Adipem verò Moses adolevit super altare*, &c.

Controversiam hic motam vide in Vindic. *Exod*. 40. v. 26. & 27. definitam.

Vers. 17. *Vitulum cum pelle, & carnibus, & fimo cremans extra castra, sicut præceperat Dominus.*

Stapletonus in Promptuar. Cathol. par. 1. p. 482. vult, *nullas peccati reliquias in renatis remanere*, quoniam non solùm *carnes*, sed & *feces sacrificii pro peccato in locum immundum* Deus projici voluerit.

℞. N. C. ratio enim hæc est *allegorica*, non tantùm *carent fundamento Scripturæ*, sed & apertè pugnans cum effato Apostoli, 1. *Joh*. 1. v. 8. *Glass*. l. 2. Philol. Sacr. par. 1. tract. 2. sect. 3. art. 6. p. 388.

Vers. 33. *Ex ostio tabernaculi conventus, non egrediemini septem diebus, usque ad diem complendi dies plenitudinum vestrarum, quia septem diebus implebit manum vestram.*

Ecce (1.) *Noema*, Hebræis frequentatum: *Ex ostio* &c. h. e. *potiùs manete illic, quàm ut aliis rebus incumbatis* (2.) *Ellipsin* nominis: *Implebit*, scil. *Dominus*. (3.) *Metonymiam adjuncti* pro *subjecto*: nam *manum implere*, sumitur pro *consecrare ad*

officium sanctum. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 235. *Jun.* ibid p. 114. *Glass.* l. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 4. m. 6. p. 71.

CAP. IX. v. 2. *Cape tibi vitulum, filium bovis, in peccatum, & arietem in holocaustum, integros, & appropinquare fac ad facies Domini.*

Moses utitur (1.) Hebraismo: *Filium bovis*, i. e. *subrumum.* (2.) *Metonymiâ subjecti* pro adjuncto: *Peccatum*, h. e. *sacrificium pro peccato.* (3.) Ἀνθρωποπαθῶς. Ad *facies Domini*, i. e. ad *tabernaculum fœderis.* Aricœm. in Bibl. p. 91 *Jun.* ibid. p. 114.

Vers. 3. *Capite hircum caprarum, in peccatum & vitulum, & agnum filios anni, integros in holocaustum.*

Redit hue (1.) Hebraismus: *Hircum caprarum*, h. e. *lactantem*, &, *Filios anni*, i. e. *anniculos.* (2.) Metonymia: *Peccatum*, i. e. *sacrificium pro peccato.* Aricœm. & *Jun.* l. c.

Vers. 4. *Et bovem & arietem in paces, ad sacrificandum ad facies Domini, & munus confusum in oleo, quia hodie visus est Dominus ad vos.*

Ecce (1.) *Pleonasmum:* nam IN ante vocem, *oleo*, redundat. (2.) *Enallagen* temporis præteriti, *visus est*, pro futuro, *jam jam videbitur.* Aricœm. & *Jun.* ibid.

Vers. 10. *Adipemq́; & renunculos, ac reticulum jecoris, quæ sunt pro peccato, Aaron adolevit super altare*, &c.

Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim introducit Aaronem, quasi *is jam adoleverit adipem super altare*; demum verò v. 24. *ignem* dicit *egressum à Domino, devorâsse holocausta & adipes.*

℞. Censendum est, Aaronem non *adolevisse igne factitiô sacrificia*, sed *præparâsse*, solùm, ut comburantur ab igne cœlesti; eumq; tam certũ fuisse de *eventu*, ut Spiritus Sanctus innuat, *ipsum adolevisse*, cùm consumta sint per *divinam flammam:* id sanè permagnæ fidei argumentum est. *Walther* in harm. Script. p. 180. seq.

Vers. 21. *Pectora eorum & armos dextros separavit Aaron, elevans coram Domino sicut præceperat Moyses.*

Papistæ volunt, *in Eucharistia fieri debere elevationem elementorum*, cùm ea *in veteribus sacrificiis facta fuerit, juxta Dei mandatum.*

℞. (1.) N. C. non enim qui ritus mandãtur *in lege*, iidẽ valere debent in *Evangelio*; nisi fortè assaudus sit panis, ut *agnus.* (2.) Longum discrimen est inter *sacrificium*, & *Eucharistiam.* (3.) Non concluditur quæstio: non enim elevatio erat *super caput Sacerdotis*, &. quod maximum est, *adorationis* causâ. Neq; vereor, ut ullum mihi notent Papistæ exemplum *adoratæ rei, quæ elevaretur.* Cham. tom. 4. Panstr. l. 7. c. 2. §. 15. & 31. p. 166. seq.

Vers. 22. *Sicq́; completis hostiis pro peccato & holocaustis, & pacificis, Aaron descendit.*

Novum se offert ἐναντιοφανές: nam *Aaron ab altare dicitur descendisse*, cùm tamen Deus prohibuerit, *Exod.* 20. v. 26. *Ne adscendito per gradus & altare meum.*

℞. Aaron dicitur *recessisse* ab altari, qui v. 8. fertur *accessisse ad altare*; & non *descendisse*, quod *ascensum* præsupponit. *Walther.* l. c. p. 180. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 6. can. 12. m. 4. p. 549.

Vers. 24. *Et egressus est ignis à faciebus Domini, & comedit super altare holocaustum & adipes, & vidit omnis populus, & ovarunt, & ceciderunt super facies suas.*

In textu hoc offert sese. (1.) Ἀνθρωποπαθῶς: *A faciebus Domini*, h. e. *e sanctuario*, ubi tunc primum Deus statuit adspectabile præsentiæ suæ documentum, *nube ablata*, & *immisso igne.* (2.) Προσωποποιΐα; nam *comedere* tribuitur *igni*, estq́; idem ac *consumere.* (3.) *Enallage numeri:* nomini enim collectivo singulari, *populus*, respondet verbum plurale, *ovârunt*, (4.) *Synecdoche signi*, & *rei*, quam ostendit signum: *Ceciderunt super facies suas*, i. e. *adoraverunt humiliter.* Aricœm. in Bibl. p. 92. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 115.

CAP. X. v. 1. *Et tulerunt filii Aaron, Nadab Abihu, quisq; thuribulum suum, & dederunt in ea ignem, & posuerunt super ea suffimentũ, & propinquare fecerunt ad facies Domini ignem alienum, quod non præcepit eis.*

I. Nota hic (1.) per *facies Domini* ἀνθρωποπαθῶς denotari *Sanctuarium.* (2.) *Ignem alienum* fuisse typum *falsæ doctrinæ*, & *traditionum humanarum.* (3.) Verbum negans, לֹא צִוָּה, *non præcepit*, per quandam μείωσιν poni pro contrario affirmante, *fortiter prohibuit.* (4.) Præteritum perfectum, *præcepit*, vertendum esse per plusquamperfectum, *præceperat.* Jun. in Not. ad h. l. p. 115. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 20. p. 486. & lib. 5. tract. 1. cap. 10. p. 239.

II. Ne *Sacerdotibus* quidem fas esse, in *cultu* quicquam suscipere, quod eis præceptum non sit; exemplô *Sacerdotum Nadab & Abihu* res plana est: licèt enim bonâ intentione admoverent accendendis victimis alienum ignem; tamen, quia id eis *præceptum* non erat, puniti sunt a Deo.

Excipit. *Tannerus* in Colloq. Ratisb. sess. 5. p. 136. seq. & sess. 7. p. 158. non ideò solum Nadab & Abihu tam gravi pœna divinitus plexos esse, quòd *extra* DEI verbum aliquid in divino cultu fecerint, sed quod *contra*, usurpando ignem alienum, qui illis prohibitus erat, ne in sacrificio adhiberetur.

℞. (1.) Et hoc est, quod nos dicimus, punitos esse Nadab & Abihu, quod *præter* scriptum verbum Dei offerrent igne alieno, & sic peccarent *contra* præceptum Dei: nam etiam prohibitiones sunt præcepta, licet *negativa.* (2.) *Factum* quidem contra legem scriptum est, tum *generaliter*, contra edictum *non addenas*; tum *specialiter*, Levit. 6. v. 12. ubi præceptum est de igni altaris perpetuo: sed *res facti* non repugnat sacrificio. Nam sacrificiô & incensô præcepto, putabant isti, se non errare. Ita factum est *Oza*, currum, vehentem arcam, tangentis, 2. Sam. 6. v. 6. & 7. Non erat id interdictum *in specie*, sed quia nec *præceptũ*, ideo pro *alieno* habetur, factumque mandato contrarium, punitur. (3.) Si nihil omninò præcepisset de incēto Deus, illiq; excogitâssent id de novo, tamen peccâssent in *cultum aliter mandatum*, & sic pœnam incurrissent; non quidem ideo primùm, quia *id non esset præceptum* (nam ubi nulla lex, ibi nulla transgressio, Rom. 4. v. 15.) sed quia *electitio cultu præceptum cultum corrupissent.*

2. *Gretserus*, Evangelicos sibi contradicere, dum in Colloq. Ratisb. sess. 7. p. 177. negârint, unquam aliquem esse punitum propter traditionem *non scriptam*, & jam dicant, punitos fuisse illos ob susceptam rem *non mandatam*, seu *additionem ad mandatum.*

℞. Nulla est contradictio: non enim erat *traditio non-scripta*, non inferre alienum ignem in Sacrarium; sed *consequens ex mandato de cultu præcepto.* *Hunn.* in Colloq. Ratisb. sess. 5. p. 128. seq. sess. 6. p. 149. sess. 7. p. 174. *Libav.* par. 1. Analys. *Protoc.*

& par. … p. … seq. *Balduin.* in … l. 6. c. 14. p. 662. seq. *Lat.* de V. D.

… *egressus est ignis à faciebus Domini, … devoravit eos, & mortui sunt ad facies Domini.*

R… m…ò (1.) Ἀνθρωποπάθεια: A faciebus … ab altari holocausti, quod erat in con… … (2.) προσωποποιία. Comedere enim … consumenti. (3.) Synecdoche: nam … ad vita tantum ademptionem re… corpora siquidem & vestes integra mansere, v. 4. 5. nec; in favillas reducta sunt. Igitur … comedit eos, i. e. exanimavit. Vabl. in Annot. … *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 11. & … Phil. Sacr. tract. 1. cap. 9. p. 203.

Vers. 3. *Dixit Moses ad Aaron. Hoc est, quod locutus est Dominus; sanctificabor in eis, qui appropinquant mihi, & in conspectu, &c.*

Pont… conantur ex hoc textu evincere, *multa … quae non sint scripta*, cum non addatur … Deus vocem istam ediderit.

R. … concedimus, *plura Deum dixisse, quàm quae …* sed plura in *individuo*, non autem in … tam quòd *alia dogmata fidei salvifica* in il… propofuerit, demonstrari non potest. 2. D… hoc usurpatum est vel ex mandato ge… … Deus jussit Mosen sacra juxta verbum … instituere, & Sacerdotes ea legitimè observare. *Vatabl.* in h. l. vel alludit in *specie* ad ver… … 43. *Testificabor filiis Israel, & sanctificabitur tabernaculum in gloria mea*; aut ad ver… *Exod.* 19. v. 22. *Sed & Sacerdotes, qui applicant ad Dominum, sanctificent se, ne forte Dominus percutiat eos.* Gravver. par. 1. Prœl. in A. C. p. 34. *Werber* in harm. Script. p. 181. seq.

Vers. 4. *Et clamavit Moses ad Misaelem & Elzaphanem, filios Uzielis, patrui Aaronis, & dixit ad eos: Appropinquate, portate fratres vestros e faciebus sanctuarii ad extra.*

Occurrit hic (1.) Ἀσύνδετον: *Appropinquate, portate*, quod celeritatis index est. (2.) *Synecdoche speciei pro genere*: *fratres* enim pro *cognatis* usurpantur. (3.) *Metaphora*: *e facie bus Sanctuarii*, h. e. è conspectu sanctuarii. (4.) *Ellipsis* nominis: *Ad extra*, … *locum* extra castra. *Ariœm.* in Bibl. p. 92. *Jun.* … p. 115. Conf. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 7. can. 2. p. 388. & lib. 5. tract. 1. cap. 15. m. 1. p. 447.

Vers. 6. *Et dixit Moses ad Aaronem, & ad Eleazarem, & ad Ithamarem, filios ejus: Capita vestra ne nudetis, & vestimenta vestra non scindatis, & non moriemini, & super omnem coetum efferveſcet; & fratres vestri omnis domus Israel flebunt combustionem, quam combussit Dominus.*

Moses usurpat (1.) Synecdochen: *Capita vestra ne nudate, & vestimenta vestra ne scindite*, h. e. *lugere vetate*; e tac … hoc signum commune lu… Item *fratres* sumit pro *fratribus gente*. (2.) *Ellipsis* partim adverbii, ex membro præcedente repetendi, *Et non super omnem* &c. partim nominis, ex membro sequenti iterandi, *Efferveſcat*, scil. *Dominus*. … *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: *domus* enim pro *familia* est. (4.) Hebraiſmum: *Combustionem combussit*; ubi verbum eleganter regit … suum conjugatum. *Vatabl.* in Annot. ad … *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 115. Conf. … Philol. Sacr. tract. 1. cap. 3. m. 2. p. 36. & … p. 15. m. … p. 447.

Vers. 11. *Et ad docendum filios Israel omnia statuta, quæ locutus est Dominus in manu Mosis.*

I. Ecce (1.) *Enallagen* antecedentis pro relativo: *Locutus est Dominus*, pro, *locutus sum ego*; sunt enim verba *Domini* ad Aaronem. (2.) Pleonaſmū: *In manu Mosis*, i. e. *per Mosen*; ubi *manus* redundat, nisi *eam* pro *ministerio* accipias. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 238. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 115. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 8. p. 186. seq.

II. *Anabaptistæ* contendunt, *omnes Christianos habere potestatem publicè in Ecclesia docendi*, ideoq; *peculiari vocatione non opus esse*; quòd *omnes Sacerdotes*, quales sunt omnes Christiani, *habeant potestatem docendi*.

R. Turpitur confundunt Anabaptistæ *Sacerdotium Leviticum* V. T. & *spirituale Sacerdotium* N. T. Quod Sacerdotes *Leviticos* V. T. attinet, illorum sanè officium erat publicè docere, & sacrificia peragere; Sacerdotū verò *spiritualiū* N. T. est alia ratio: illorū enim officiū nō cōsistit in *externo ministerio publicè docendi*, nec in *externis offerendis sacrificiis*, sed in *offerendis hostiis spiritualibus* laudis & gratiarū actionis, sicut Paulus indicat, Rom. 12. v. 1. Alioquin & in V. T. omnibus Israelitis licuisset *publicè* docere & sacrificare, cùm *totus Israël* à Deo pronuncietur regnum *Sacerdotale*, Exod. 19. v. 6. *Gravver.* par. 7. Præl in A. C. p. 34.

Vers. 15. *Armum exaltationis, & pectus elevationis super ignitiones ad ipsum adducent, ad elevandum elevationem ad facies Domini, & erit tibi & filiis tuis statutum seculi*, &c.

I. In textu hoc reperitur (1.) *Enallage* abstracti, *ignitiones*, pro concreto, *ignitas* seu *igne absumendas* oblationes. (2.) *Hebraismus*: Ad *elevandum elevationem*, ubi verbum eleganter regit nomen suum conjugatum. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: Ad *facies Domini*, h. e. in *loco sacro* divinitus ordinato. (4.) *Synecdoche*: עוֹלָם, *seculum* enim idem est ac *perpetuum*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 238. *Jun.* ibid. p. 115.

II. Argumentum *Papistarum*, pro *elevatione elementorum in Eucharistia*, vide refutatum in Vindic. *Levit.* 9. v. 21.

Vers. 16. *Et hircū peccati quærēdo quæsivit Moses, & ecce combustus erat, & efferbuit super* &c.

Nota h. l. (1.) *peccatum* metonymice significare *oblationem pro peccato*. (2.) Phrasin, *quærendo quæsivit*, Hebræis notare, *accuratè quæsivit*. (3.) Præpositionem עַל *super*, exponendam esse, *contra*. Ariœm. in Bibl. p. 92. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 115.

Vers. 19. *Et locutus est Aaron ad Mosen: En hodie obtulerunt peccatum suum, & holocaustum suum ad facies Domini, & vocaverunt me sicut hæc, & comedam peccatum hodie? an bonum erit in oculis Domini?*

Vides (1.) *Ellipsin* nominis: *Obtulerunt*, scil. *totus cœtus*. (2.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: *Peccatum* enim notat *oblationem pro peccato*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: Ad *facies Domini*, i. e. ad *tabernaculum fœderis*; &. *An bonum erit in oculis Domini*, h. e. *gratumne & acceptum foret Domino?* (4.) Hebraiſmum: *Vocaverunt me sicut hæc*, i. e. *Hujusmodi res mihi evenerunt* sive acciderunt. *Ariœm.* in Bibl. p. 92. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 239. *Jun.* ibid. p. 115.

CAP. XI. v. 2. *Hac bestia, quam comedetis ex omni jumento, quod super terram* &c.

I. In versu hoc habetur (1.) *Ellipsis* verbi substantivi; *Hac*, scil. *est*, &, *Quod*, subaur. *est*. (2.) *Enallage*

... *enumeratis*, *Hæc bestia est*, *quam* &c. pro plurali *Hasum bestiæ*, *quas* &c. (3.) Hebraismus: *Comedetis*. h. e. *comedere potestis* seu *quæ ad esum vobis erunt concessa*. Aria. m. in Bibl. p. 93. *Vatabl.* in Not. ad h. l. p. 239. *Glaff.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 22. p. 85.

II. *Papistæ* docent, *in* N.T. *debere esse delectum aliquem ciborum*, & quidem *status jejuniorum temporibus*; quòd *sub Mose varii cibi interdicti fuerint*.

℞. Hoc non juvat Pontificios. Nam (1.) *Deus ipse* discrimen illud ciborum, sub Mose, sui v... instituit & sancivit; in N. autem T. *nu... vice* nullum discrimen ciborum, *quoad conscientiam*, constituit, sed abrogatis omnibus veteribus ciborum discriminibus, verbo suo *libertatem omnium ciborum* in N. T. concessit, *Coloss.* 2. v. 16. 1. *Cor.* 10. v. 25. (2.) Delectus ille ciborum Leviticus non versabatur circa id, *num carnibus vel piscibus vesci liceret*; sed dicebat ... inter animal... *munda* & *immunda*. (3.) Differentia illa ciborum observanda erat non *certis diebus*, sed *semper*, quamdiu Levitismus duraret: at Pontificii delectum ciborum *statis* observant temporibus. *Chemnit.* par. 4. Exam. Concil. Trident. p. 75. *Osiand.* in Enchir. controv. Papist. c. 22. error. 1. obj ... p. 278. *Gisen.* de Papism. disp. 65. thes. 39

Vers. 3. *Omne dividens ungulam*, *& findens fissuram ungularum*, *ascendere faciens rumen in jumento*, *illud comedetis*.

Redit huc (1.) Hebraismus: *Dividens ungulam*. h. e. *habens divisam seu scissam ungulam*; & *findens fissuram ungularũ*, i. d. *bifidatũ est fissurã ungularũ*. (2.) *Ellipsis* nominis: *Ascendere faciens rumen*, h. e. *ruminis cibum*. (3.) *Enallage numeri* singularis pro plurali. *In jumento*, pro, *inter jumenta*. Ariæm. in Bibl. p. 93. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 239. *Jun.* ibid. p. 116. *Glaff.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 21. p. 289.

Vers. 4. *Verum hoc non comedetis ex facientibus rumen*, *& ex ... indentibus ungulam: Camelus*, *quia ascendere faciens rumen ipse*, ... *ungulam non ipse dividens*, *immundus* ... *vobis*.

I. Ecce (1.) *Enallagen* tum indicativi, *comedetis*, pro imperativo, *comedatote*; tum participii, *ascenderafaciens* & *dividens*, pro verbo, *ascendere facit* & *dividit*. (2.) *Ellipsis* partim conjunctionis exclusivæ: *Ex facientibus rumen*, scil. *tantum*; & *Ex findentibus ungulam*, nim. *tantum*: partim verbi substantivi: *immundus ipse*, scil. *est*. Ariæm. *Vatabl.* *Jun.* *Glaff.* ll. cc.

II. ... *mus* in Conc... d. Evangel. c. 6. colligit, Christi ...em, *Matth.* 15. v. 11. ..., quasi *nullus cibus* ... *qui possit hominem coinquinare*; cum *aliqui cibus in lege prohibitus*, *& a Judæis comestus eos inquinaverit*.

... Adversarius ignorat ...lenchum. Nam (1.) Christus non loquitur de *Leviticaimpuritate*: sed de *immundicie coram Deo*: quæ inter se ... diversissima. (2.) Christus non agit contra prohibitionem d... *...am*, sed *humanam*, nimirum *traditionem Seniorum*: & con..., cibos non tantum *sua natura*, sed ne quidem propter *humanam traditionem* polluere; quod eum evertat *judaicas traditiones*, tum nullam vim habet adv... rius *divinam legem*: non enim, ut *Judæi* sic *Deus* non potest naturam re ... cohibere. (3.) Prohibitio divina certorum ciborum, per Mosen promulgata, abrogata est adventu *Christi*, teste Paulo *Coloss.* 2. v. 16. *Luc* ser. l. 4.

H... vang... 21. ... Theol. art. ... *Jun* ... 46. *Cham.* tom. 3. Pa... l. 10. ...

B... Moses Paulo *repugnare* ... recentiendet animal ... quædam ... dici, mundis ... mn a esse munda, *Tit.* 1. ...

℞. *Levitice* & in V. T. ... *munda*, quia videlicet Mosaicâ lege a m... 8. & ... *bara* v. 26. remo... ebantur: ista autem ... *pu* ... tamisper placuit Deo, donec luce ... *Evangelii* ex...rtâ, antiquaretur voce *novâ*. Act. ... 15. Rom. 14. v. 14. *Walther.* in Harm. S... pt. p. ...

IV. *Gentiles* lugillant ... *Scripturam* V. T. quòd Moses animalium quædam *pura*, alia *impura* ... nunc ... cum tamen *Deus*, ut ipsi Christiani fateantur, *res omnes creaverit*.

℞. Ratione *originis* & *creationis* nullum animans *per se* est immundum, sed omnis creatura Dei bona, 1. Timoth. 4. ... 4. Interim Deus animalia quædam *impura* pronunciavit, non tantum respectu *valetudinis*, quia eorum aliqua sunt insalubria, Syrac. 37. v. 31. 1 Cor. 10. v. 23; sed comprimis ea, *à quibus Ægyptii sua portentum præsagia & auguria capiebant*, lupum, vulpem, dracon... nisum, vulturem, &c. ut discat populus Israeliticus vanitates Ægypti horrere & abominari; non secus ac, qui puer ... ab igni abster... cupit, ... ab ipso camino a... *Porcum* verò ab Ægyptiis, quod terram ... rostro aperiendo arare docuisset, adoratum fuisse, ... ob causam execrabilis Judæis fuit. ... de P... disp. 6... thes 39. *Morn.* de Verit. relig. Christ. c. 26. p. 42. *Walther.* l. c.

Vers. 5. *Et cuniculus*, *quia ascendere faciens rumen ipse*, ... *ungulam non dividet*, *immundus ipse vobis*.

Enallage est temporis futuri, *dividet*, pro præsenti, *dividit*. Cætera, huc pertinentia vide contigua in Vindic. *Levit.* 11. v. 3. & 4.

Vers. 10. *Et omne*, *cui non est pinnula & squama*, *in maribus*, *& in torrentibus*, *ex omni reptili aquarum*, *& de omni anima vivente*, *quæ in aquis*: *abominatio ipsa vobis*.

Moses utitur (1.) *Pleonasmo*: nam pronomen El, redundat (2.) *Enallage* numeri singularis, *pinnula* & *squama*, pro plurali, *pinnulæ* & *squamæ*. (3.) *Synecdoche* partis pro toto: *anima* enim pro *animante* est. 4.) *Ellipsis* verbis sub ... ivi EST post voces, *squama*, *aquis*, *abominatio*, supplendi. *Ariæm.* in Bibl. p. 93. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 116.

Vers. 22. *Et omne reptile vo... eru*, *cui est quatuor pedes*, *abominatio*, &c.

Duale רגלים, *pedes*, per additum adjectivum numerale, ארבע, *quatuor*, ad pluralitatem reducitur. Reliqua, ut *Enallagen*, *Pleonasmum*, *Ellipsin*, vide v. 10. *Glaff.* lib. 3. Philol. Sacr. tr. 1. can. 23. m. 2. p. 87.

Vers. 27. *Et omne ambulans super volas suas*, *in omni vivente*, *ambulante super quatuor*, *immunda ipsa vobis*: *omnis tangens in cadaver* &c.

Reperitur hoc loco (1.) Metaphora: *Volas* seu *manus*, h. e. *pedes digitatos instar volarum*, seu *manuum*. (2.) *Ellipsis* ... nominis *super quatuor*, scil. *volas* seu *pedes digitatos*; tum ... erbi, *immunda*, subint. *erunt*. (3.) *Pleonasmus*: nam I N ante nomen, *cadaver*, abundat. *Ariam.* & *Jun.* ibid.

Vers. 44. *...us ego Dominus Deus vester*, *& sanctificabitis vos*, *& eritis sancti*, *quia sanctus* ...

... *in omni repi-* ...

... verbi substantivi: *Quia e-* ... partim *modi* indicativi, ... vo, *sanctificate*: partim ... ativi, אֲנִי, *ego* nomini, קָדוֹשׁ ... verbi substantivi, *sum*. (3.) ... o toto: *Animas vestras*, i.e. ... Bibl. p. 94. *Jun.* in Not. ad h. l. p. ... Philol. Sacr. tract. 2. can. 7. p. ... m. 1. p. 459.

... *Innocentius*, Pontifices Romani ... arunt, *Sacerdotes* N. T. *licere* ... *gio*, eò quòd *debeant esse sancti*, ... *est*.

... Dei sententia *generalis* est, perti- ... jam *conjuges*, quibus tamen ... interdictum. (2.) Eadem sen- ... quoq; ad *Sacerdotes* V. T. quibus ... expressè concessus fuit; & tamen fue- ... secundum legem. *Chemnit.* in ... id. sess. 8. par. 4. p. 494.

... ersiam de *retentione fidei renato-* *rum*, ... *tentiam peccantium*, circa locum ... e in *Vindic. Exord.* 6. v. 7.

CAP. XII. v. 3. *Et in die octavo circumcide-* ... *caro praeputii ejus.*

E ... ic (1. *Enallage* modi indicativi, *circumcide-* ... ro imperativo, *circumcidator*. (2.) *Ellipsis* no- ... ponitur enim relativum, *ejus*, sine antece- ... *antuli*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 243. ... d. p. 117.

Vers. 4. *Et triginta diebus, & tribus diebus sede-* *bit in sanguinibus purgationis, in omnem san-* *ctitatem non tanget, & ad sanctuarium non ve-* *niet, usq; ad complendum dies purgationis* *ejus*, &c.

Usurpat Moses (1.) *Pleonasmum*: nam & alte- ... *diebus*, & praepositio IN ante nomen, *omnem*, ... nt. (2.) *Synecdochen speciei* pro genere: *Se-* ... e. *domi se continebit*. (3.) Hypallagen: *In* ... *purgationis*, h. e. *in purgatione sanguinis*.
4 ... *iam subjecti* pro adjuncto: *sanguis* ... im pro *impuritate ex eo contracta*, accipitur. (4.) ... modi indicativi, *tanget* & *veniet*, pro im- ... vo *tangito* & *venito*. Ariaem. in Bibl. p. 94. ... in Annot. ad h. l. p. 24 ... *Jun.* in Not. ad ... c. 117. & *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. ... p. 1 ...

... Nonnulli pro *animae rationalis creatione*, ex ... *purgationis* probare nituntur, *animam ratio-* *nalem* ... *viris infundi die demum 40. in foemellis* ... 80.

R. Si lex purgationis *signum* esset temporis illi- ... quo infunditur anima, erraret experientia Me- ... m, qui hac in re mirè variant. *Vallesius* l. 2. Controv. 9. scribit, *mares* formari diebus 30. aut ... *Laurentius* l. 8. q. 18. docet, longissimum tem- ... vi ... s esse dies 42. Igitur *Theodoretus* sup. h. l. ... 4. scribit, hanc legem sancitam esse, ut enixae ... tentur ab intemperatis viris. *Mendoza* mo- ... et D ... res ... hac lege non velle probare *dies* *formatis* ... sed supponere ex Aristotele & aliis ... nionem, quod anima infundatur die 40. E ... it, hunc locum signum esse non *animationis*, ... *uta conformationis membrorum*. Ita *Dan-* *er* in Colleg. Psychol. disp. 6. theor. 4. p. 194. ... 6.

... *Papistae* quidam ex hoc textu colligunt, *ani-* *mabus defunctorum non patere aditum ad paradisi* *sanctuarium, nisi ante impletas in Purgatorio san-* *ctificationes*, quòd *nec puerperae in aedis licuerit in* *sanctuarium, donec completi fuerint dies purgatio-* *nis suae.*

R. 1. Integrum caput Leviticam constitutionem de puerperarum, earumq; sacrificiorum, oblationum & purgationum ratione, tempore ac modo continet, uti quivis, qui vel solum literas novit, manifestè deprehendit; & ne ullum quidem *Purgatorii Pontificii* vestigium apparet, neq; ejus ullam mentionem faciunt veteres in h. l. neque *Lorinus* Jesuita, qui tamen fusus est in h. l. (2.) Si ἀλληγορικῶς hunc locum ad *Purgatorii* ignem transferre velint, monstrent, ubi in scripturis Spiritus Sanctus ad assertionem Papani hujus dogmatis applicaverit; (ex *allegoriis* enim non possunt probari fidei dogmata, nisi ipse Spiritus Sanctus in Scripturis applicationem monstret) monstrent item applicationem ejus, quòd ea, quae foeminam peperit, longiori tempore ab ingressu in sanctuarium abstinere debuerit, quàm quae marem enixa est. (3.) Proponitur in hac lege admonitio de peccato, quod per *mulierem* coepit teste Apostolo 1. Tim. 2. v. 14. & in posteros per carnalem propagatur generationem, ut qui in peccatis concepti & nati, *Psalm.* 51. v. 7. immundi de immundo semine, *Job.* 14. v. 5. caro de carne, *Johann.* 3. v. 6. *Gerhard.* tom. 8. LL. CC. loc. 29. de Mort. §. 240. p. 446. seq. *Thumm.* de Ign. Fatu. Purgat. Pontif. p. 108. seq.

Vers. 5. *Et si foeminam pepereris, & immunda erit hebdomatibus duabus juxta separationem suam, & sexaginta diebus, & sex diebus sedebit super sanguinibus purgationis.*

Philologica cum Polemicis, huc pertinentia, vide annotata, v. 4. proximè praecedenti.

Vers. 6. *Et in complendo dies purgationis ejus, filio vel filia, adducet agnum filium anni sui, in holocaustum, & filium columbae vel turturem in peccatum*, &c.

Occurrit hoc loco (1.) *Ellipsis* praepositionis: *Filio vel filiae*, i. e. *pro filio vel filia*. (2.) Hebraismus: *Filium anni sui*, h. e. *anniculum*; & *filium columbae*, i. e. *pullum*. (3.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Peccatum*, h. e. *sacrificium pro peccato*. Ariaem. in Bibl. p. 94. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 243. *Jun.* ibid. p. 117.

Vers. 7. *Et appropinquare faciet illum ad faciem Domini, & expiabit super eam, & mundabitur a profluvio sanguinum suorum. Haec lex parientis*, &c.

In textu hoc habetur (1.) Ἀνταπόδοσις: *Ad faciem Domini*, h. e. ad *tabernaculum foederis*. (2.) *Pleonasmus*: nam SUPER ante relativum, *eam*, redundat. (3.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *A profluvio sanguinum*, i. e. ab *impuritate, quam ex profluvio contraxerat*. (4.) *Ellipsis* verbi substantivi *Haec*, scil. *est* vel *esto*. Ariaem. *Vatabl.* *Jun.* l. c. *Glass.* lib. 3. Phil. Sacr. tract. 1. can. 43. p. 163.

Vers. 8. *Et si non invenerit manus ejus sufficientiam agnelli, & accipiet duos turtures, vel duos filios columbae, unum ad holocaustum, & unum ad peccatum, & expiabit super eam Sacerdos*, &c.

Hebraismus est: *Si non invenerit manus ejus sufficientiam agnelli*, h. e. *si tenuiores fuerint ejus fortunae, quam ut vel agnum offerre posset*. Reliqua Philologica, locum hunc concernentia, vide proposita

posita in Vindic. *Levit.* 12. v. 6. & 7. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 243.

CAP. XIII. v. 3. *Et videbit Sacerdos plagam in cute carnis, & pilus in plaga fuerit versus album, & aspectus plagæ profundus, præ cute carnis, plaga lepræ ipsa. & videbit eam Sacerdos, & impurabit illum.*

I. Nota hoc loco (1.) deficere conjunctionem SI ante nomen, *pilus*; & præpositionem IN ante nomen, *album*. (2.) Præfixum מ, *præ*, notare comparationem: *Profundus præ cute*, h. e. *profundior cute*. (3.) Pronomen demonstrativum, הוא, *ipsa*, nomini junctum, poni locô verbi substantivi EST. (4.) Verbum, טמא, *impurabit*, significare denunciationem, *impurum declarabit*, seu *immundum pronunciato*. Ariœm. in Bibl. p. 94. *Jun.* ibid. p. 117. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 15. p. 266. & can. 28. m. 2. p. 323.

II. *Bellarminus*, lib. 3. de Pœnitent. c. 3. arguit. *Sacerdotes jure exigere posse à confitentibus omnium & singulorum peccatorum enumerationem*, cùm *judicium de lepra à Deo commissum fuerit Sacerdotibus*, per lepram autem *peccatum figuretur.*

℞. (1.) *Alphonsus de Castro* lib. 4. advers. hæres. verb. *Confessio*, negat, hoc argumentum efficax esse ad revincendum adversarium, quoniam nullus sensus scripturæ Sacræ efficax est ad fidem roborandam, & adversarios revincendos, nisi ille *literalis* sit; ex sensu enim *mystico* nunquam potest sumi argumentum efficax contra adversarios: at quòd sensus ille *mysticus* sit in illa litera, apertissimum est. (2.) E censura *lepræ* tutò infertur quòd *ministrorum* N. T. officium sit, *sacrum à prophano* distinguere, h. e. *notoriis* peccatis inquinatos, à *publico* Ecclesiæ cœtu arcere, Matth. 18. v. 17. at vero, qui hinc extruxerit necessitatem enumerationis *singulorum* peccatorum, non *scripturam*, sed *sua somnia* sequitur. Etenim Epistola ad Hebræos *Levitici Sacerdotii typum* diligenter exponit, nusquam autem ex eo *ministris* N. T. talem *judiciariam* potestatem assignat. (3.) Adde, quòd Sacerdotes V. T. leprosos nō *fecerunt mundos vel immundos*, sed *pronunciârunt tales*; quod Bellarmini sententiæ adversatur, qui statuit, Sacerdotes N. T. peccatores *facere mundos*. *Gerhard.* tom. 3. LL. CC. loc. 18. de Pœnit. §. 113. p. 888. & par. 3. Conf. Cathol. l. 2. spec. p. 61. seq. *Brochm* tom. 2. Syst. Theol. art. de pœnit. c. 2. q. 22. obj. 2. p. 359. & 363.

III. *Socinus* par. 2. de Christ. Servat. c. 19. negat, *Sacerdotem V. T. expiâsse offerentem sacrificia sed eundem purgatum, declârasse*; non secus ac *immundare* vel *mundare* pro *mundum* vel *immundum declarare* sumatur: *Sacerdos immundabit eum*, hoc est, *immundum judicabit & pronunciabit.*

℞. Est dispar ratio: Sacerdos enim ita offerentem declarat expiatum, ut priùs pecore sacrificiali, Jehovæ in odorem quietis oblatô, animam peccatoris, seu peccata illa, quæ à peccante super pecus fuerant per manuum impositionem conjecta, expiârit, *Levit.* 1. v. 9. c. 4. v. 20. c. 17. v. 11. At verò leprosū Sacerdos immundavit vel mūdavit, cōsiderádo & pronūciando, quid Deus in leproso vel morbi vel sanitatis fecerit. *Franz.* disp. Sacrific. 15. thes. 96. 101. 103.

IV. *Ostorrodius* Instit. c. 29. p. 327. ut obtineat, *non licere ministro Ecclesiæ aliquem tradere Satanæ*, contendit, in loco 1. *Tim.* 1. v. 20. τὸ *tradere Satanæ*, idem esse atq; *declarare & manifestare*, quòd ille qui à peccatis abstinere non vult, se â Christo abalienârit, & Diabolo devoverit; quomodo Sacerdos in V. T. ali[illegible] *leprosum. impuraverit*, id est, *impurum declaraverit*, & per hanc *declarationem* is à populi commercio fuerit separatus.

℞. Inverto argumentum Ostorrodij. Sicut Sacerdotes V. T. non *declarative* tantum impurarunt leprosos, sed etiam â *populi commercio eos vere exclu-serunt*. ita Pastores N. T. ἐξουσιαστικῶς tradunt Satanæ hominem impœnitentem, non *nude ligatum declarando*, sed *vere ligando* eum, quoniam hæc παράδοσις ad *clavem ligantem* pertinet. *Stegm.* disp. Antiphotin. 53. quæst. 4. p. 6 6. seq.

Vers. 4. *Et si candor albus ipse in cute carnis ejus, & profundus non aspectus ejus præ cute, & pilus ejus non versus est album, & claudet Sacerdos plagam septem diebus.*

Metonymia est partim *subjecti* pro adjuncto *Claudet* Sacerdos, i. e. *claudi curabit* per alium; partim *adjuncti* pro subjecto: *Plagam*, pro *homine plagâ affecto*. Cætera, huc spectantia, vide in Vindic. *Levit.* 13. v. 3. enodata. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 244. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 117. *Glass.* lib. 5 Philol. Sacr. tract. 1. cap. 4. m. 1. p. 51.

Vers. 5. *Et videbit eam Sacerdos die septima, & ecce plaga stetit in oculis ejus, non expandit se plaga in cute, & claudet eum Sacerdos septem diebus secundo.*

Habetur hic. (1.) *Ellipsis* conjunctionis tum conditionalis: *Et ecce*, subaudi, SI; tum copulativæ, ET, ante vocabulum, NON (2.) Hebraismus: *Stetit in oculis ejus*, h. e. *judicio ejus videtur mansisse*. (3.) *Enallage* antecedentis pro *relativo*: Expandit se *plaga*, i. e. *ea*. Ariœm. in Bibl. p. 94. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 244. *Jun.* ibid. p. 117.

Vers. 7. *Et si diffundendo diffuderit se scabies in cute, post videri eam ad Sacerdotem, ad mundationem*, &c.

Observa hoc loco (1.) Epizeuxin: *Diffundendo diffuderit*, h. e. *omnino diffuderit*. (2.) Præpositionem POST regere infinitivum, *videri*, ex ponitve-ro per, *Postquam visus fuerit* à Sacerdote. *Ariœm.* & *Jun* ibid.

Vers. 9. *Plaga lepræ quia fuerit in homine, & adducetur ad Sacerdotem.*

Attende (1.) adverbum temporis indeterminati, *quum*, per conjunctionem כי, *quia*, exprimi. (2.) verbum תהיה, *fuerit* fœmininum convenire cum propiore, צרעת, *lepra*, itidem fœminino, cum convenire debebat masculino, נגע, *plaga*, ut sit pro יהיה, *erit*. (3.) Voculam, ET, redundare. Ariœm. in Bibl. p. 94. *Jun*, ibid p. 117. & *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 54. p. 399.

Vers. 13. *Et videbit Sacerdos, & ecce operuit lepra omnem carnem ejus, & mundabit plagam, tota ipsa versa est alba, munda ipsa.*

In versu hoc reperitur (1.) Hebraismus: *Mundabit*, h. e. *mundum pronunciabit*; ubi verbum, טהר, *mundabit*, significat *denunciationem* seu *declarationem*. (2.) *Metonymia adjuncti* pro subjecto: *Plagam*, i. e. *hominem plaga affectum*. (3.) *Enallage* pronominis demonstrativi, הוא, *ipse*, nomini טהור, *mundus*, subjuncti, pro verbo substantivo, EST. *Ariœm.* in Bibl. p. 95 *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can, 15. p. 266. & lib. 5. tract. 1. cap. 4. m. 1. p. 54.

Vers. 38. *Et vir aut mulier, quum fuerit in cute carnis eorum candores, candores albi.*

Ecce (1.) *Enallagen* numeri singularis, *fuerit* pro

...rali, *fuerant*. (2.) *Anadiplosin*: *Candores*, ... inquam, *albi*. Ariœm. in Bibl. p. 95. *Vatabl.* ibid. p. 246.

Vers. 44. *Vir leprosus ipse, immundus ipse, polluendo polluet eum Sacerdos, in capite ejus plaga ejus.*

Moses utitur (1.) *Synecdoche speciei* pro genere: *Vir* enim pro *homine* est. (2.) *Enallage* pronominis demonstrativi, הוּא, *ipse*, nominibus subjuncti pro verbo substantivo EST, id quod & post verba, *In capite ejus*, subintelligendum. (3.) Epizeuxi: *Polluendo polluet*, h. e. *omnino polluet*. (4.) Hebraismo: *Polluendo polluet*, i. e. *immundum dicendo immundum dicet*; ubi טִמֵּא, *polluit*, seu *immundum fecit*, de *declaratione* intelligitur. *Ariœm.* in Bibl. p. 95. seq. *Jun.* ibid. p. 118. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 18. p. 323. m. 2.

Vers. 45. *Et leprosus, quo in eo plaga, vestimenta ejus erunt scissa, & caput ejus erit nudatum, & habebit os clausum, & immundus immundus clamabit.*

I. Iteratur nunc (1.) Pleonasmus: *Quo in eo*, pro, *in quo*; ubi τὸ *eo* redundat. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Plaga*, scil. *est*. (3.) Epizeuxis: *Immundus, immundus*, h. e. *vel maxime immundus*. Chaldæus: *Ne contaminemini, ne contaminemini*. Ariœm. in Bibl. p. 96. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 246. *Jun.* ibid. p. 118.

II. *Stapletonus* in Prompt. Moral. par. 2. p. 321. negatur, *hæreticis tacendum esse, quando ab Ecclesiæ ministris examinantur vel instruuntur*; eò quòd *leprosus os haberet clausum, cum Sacerdos eum examinaret, ne halitu oris inficeret.*

R. (1.) *Argumentum hoc est allegoricum*, unde per se non probat, nisi priùs probetur, *in examine, à Papisticis Sacerdotibus instituto, hæreticis tacendum esse*. (2.) Hypothesis hæc, *leprosos debuisse os clausum habere, cum Sacerdos eos examinaret*, in textu non habetur, sed hæc, *os veste contectum*, & quidē *omni tempore*, quo leprâ erant infecti *Meelfuhr.* dec. 5. Vindic. Evang. disp. 9. thes. 111. p. 240.

Vers. 46. *Omnibus diebus, quibus plaga in eo, immundus erit, immundus ipse, solus habitabit, extra castra habitatio ejus.*

I. Redit hîc (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Quibus plaga*, sc. *fuerit*, &, *Habitatio ejus*, subint. *esto*. (2.) Hebraismus: *Immundus erit*, i. e. *immundus habetor*. (3.) *Enallage* tum pronominis demonstrativi, הוּא, nomini טָמֵא *immundus*, subjuncti, pro verbo substantivo, EST; tum modi indicativi, *habitabit*, pro imperativo, *habitato*. Ariœm. & *Jun.* l. c.

II. *Bellarminus* l. 5. de Rom. Pontif. c. 8. probare conatur, *Osiam*, Judæ Regem leprâ in templo Hierosolymitano percussum, 2. *Paral.* 26. v. 20. *fuisse à Pontifice coactum, ab urbe discedere*, eò quòd *hoc officium fuerit Pontificis Judaici*, ad *cujus quippe arbitrium leprosus separatus*, v. 44. *extra castra solus habitare debuerit.*

R. (1.) Illud, *separatus est ad arbitrium Sacerdotis*, non est exactum ad veritatem *Hebraicam*. Moses dicit: *Omnis leprosus, immundus est*; *contaminando contaminabit eum Sacerdos*; *in capite ejus, plaga ejus*. Ubi nihil de *separatione*, sed tantum de *contaminatione*, cujus denunciatio ad Sacerdotem pertinebat. (2.) Bellarminus duos versus non tantum *distinctos*, sed etiam *separatos*, copulavit. Nam illud, *solus habitabit extra castra*, postea legitur, ubi nihil de *Sacerdote*, aut *ejus judicio, arbitriove*: siquidem post sententiam Sacerdotis, quâ declarabat, quis est leprosus, tum quid eò faciendum, declaratur: *Quamdiu plaga erit in eo, immundus erit; solus habitabit, extra castra erit habitatio ejus*. Non sequitur autem, hoc fieri *arbitriò Sacerdotis*, etsi fiat *post Sacerdotis sententiam* de lepra. Nam *Sacerdos* de lepra judicabat *Magistratus* autem post Sacerdotis sententiam, leprosos seorsim habitare cogebat. Consequens ergo foret, Pontificem Romanum debere tantùm *de hæresi judicare*, non autem *Regem hæreticum deponere*. (3.) Vi hujus argumenti *cuilibet Episcopo*, hoc jus deponendi Reges hæreticos esset adscribendum, non soli *Pontifici Romano*: quia jus judicandi de lepra pertinebat, non solùm ad Judæorum *Pontificem*, sed etiam ad *quemlibet Sacerdotem*, Levit. 13. v. 2. (4.) Hodie judicium istud de lepra non *Ecclesiæ ministris*, sed *Medicis* demandatur, qui pronunciant, at separationem *Magistratus* decernit: quomodo inter Papistas, etsi exurantur hæretici, post hæreticationem (ita enim loquebantur olim) tamen ipsi *Theologi*, quorum est pronunciare de hæresi, non adjudicant igni, sed amandant ad *brachiū seculare* *Gerhard.* l. 2. spec. par. 1. Conf. Cathol. p. 925. *Cham.* tom. 2. Panstr. l. 15. c. 12. n. 2. & 9.

Vers. 48. *Aut in trama, aut in licio ad lina & lanam, aut in pelle, aut in omni opificio pellis.*

Nota hîc (1.) substantivum regere nomen cum præfixo ל, AD: בְּעֵרֶב לַפִּשְׁתִּים וְלַצָּמֶר *in licio ad lina & lanam*, pro, *in licio linorum & lana*. (2.) Nomen substantivum, *pellis*, per *Enallagen* sumi pro adjectivo, *pelliceo*. Ariœm. in Bibl. p. 96. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 31. p. 413.

Vers. 49. *Et fuerit plaga subviridis aut subrufa in veste, vel in pelle, vel in trama, vel in licio, vel in omni vase pellis, plaga lepra ipsa, & facta est videre Sacerdos.*

Observa nunc (1.) nomen *vasis* synecdochicè sumi pro *instrumento*. (2.) ו ante præteritum *Hophal*, הָרְאָה, *factus est videre*, conversivum esse, & significationem præteriti in significationem futuri, *faciendus est videre*, commutare. (3.) Particulam אֶת (quæ aliàs *accusativi* nota est, & propriè cum *verbis activis* personam patientem denotat) *pleonasticè* nomini, הַכֹּהֵן *Sacerdos*, etiam cum verbo passivo, הָרְאָה *factus est videre*, adjungi. *Ariœm.* in Bibl. p. 96. *Glass.* lib. 3. Phil. Sacr. tract. 3. can. 40. p. 354.

Vers. 55. *Et videbit Sacerdos, postquam lota est plaga, & ecce non vertit plaga oculum suum & plaga non diffundit se, immunda ipsa, in igne combures eam: fossio ipsa in calvitio suo, vel in recalvatione sua.*

Ecce (1.) *Metonymiam adjuncti* pro subjecto: *plaga* enim est pro *homine plagâ affecto*; & *oculus* pro *colore*, qui oculis videtur. (2.) *Ellipsin* conjunctionis conditionalis: *Et ecce*, subaudi, SI. (3.) *Metaphoram*: In *calvitio* suo, vel in *recalvatione* sua, h. e. in *parte posteriore*, vel *anteriore vestis*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 247. *Jun.* ibid. p. 119. *Glass.* lib. 5. Phil. Sacr. tract. 1. cap. 4. m. 5. p. 65.

CAP. XIV. v. 7. *Et asperget super mundantem se à lepra septem vicibus, & mundabit eum, & dimittet aviculam vivam super facies agri.*

I. Ecce (1.) Hebraismum: *Mundabit*, h.e. *mundum declarabit*. (2.) *Synecdochen generis* pro specie: *Aviculam* i. e. *passerem*, juxta Hebræos. (3.) *Metaphoram:* Super *facies* agri, pro, in *superficiem* agri. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 248. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 119.

II. Argumentum Bellarmini, pro *septem* N. T. *Sacramentis* ex loco hoc depromptum, vide solutum in *Vindic. Exod.* 19. v. 37. m. 2.

Vers. 13. *Et mactabit agnum in loco, quò mactabit peccatum & holocaustum in loco sanctitatis, quia sicut peccatum, delictum ipsum Sacerdotis: sanctitas sanctitatum ipsum.*

Moses utitur (1.) *Ellipsi* tum præpositionis IN, pro nomini, QUO, præfigendæ; tum adverbii SIC ante vocem, *delictum*. (2.) *Enallage* partim temporis futuri, *mactabit*, pro præsenti, *mactari solet*; partim abstracti, *sanctitatis*, pro concreto, *sancto*. (3.) *Metonymiâ subjecti* pro adjuncto: *peccatum* enim & *delictum* significat *sacrificium pro peccato & delicto*. Ariœm. in Bibl. p. 96. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 249. *Jun.* ibid p. 119.

Vers. 15. *Et capiet Sacerdos de sextario olei, & fundet super volam Sacerdotis sinistram.*

Enallage est tum *modi* indicativi, *capiet* & *fundet*, pro imperativo, *capito* & *fundito*; tum antecedentis pro relativo: Volam *Sacerdotis*, h.e *suam*. Quanquam *Junius* in Not. ad h l. p. 119. vult sensum esse, ut infundat *unus Sacerdos* manui sinistræ *alterius*, Sacerdotis videlicet. *Vatabl.* in Ann. ad h. l. p. 249. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 13. p. 198.

Vers. 21. *Et si tenuis ipse, & non manus ejus attingens, & accipiet agnum unum reatum*, &c.

Vides (1.) *Enallagen* pronominis demonstrativi, הוא *ipse*, pro verbo substantivo, SIT; tum participij, *attingens*, pro verbo, *attingat*. (2.) *Metonymiam causæ* pro effectu; *manus* enim ponitur pro *facultate*, manibus aliàs acquisitâ. (3.) *Ellipsin* præpositionis: *In reatum*, vel *pro reatu*. Ariœm. in Bibl. p. 97. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 249. Jun. ibid. p. 119.

Vers. 49. *In purificationem domûs Sacerdos sumet duos passeres*, &c.

Socinus in Prælect. Theol. c. 22. fol. 141. contra typicam *sacrificiorum expiationem & satisfactionem*, urget, vocabulum חטא de *sacrificiis* usurpatum, significare idem, quod *mundare*, eoq; uti Mosen, cùm agit de *expianda domo leprosâ*.

[illegible] hæc Bellarmini exceptio: perin[illegible] [illegible] velis dicere, *ho*[illegible] *idam pec*[illegible] [illegible] non *imp*[illegible] *c*, se qui *sine* [illegible] *adult*[illegible]*um* [illegible] *are contra* [illegible] *er*, sed qu[illegible] *se dele*[illegible] *In* [illegible] oluescit.

[illegible] tes in [illegible] usu o[illegible] i con[illegible] [illegible] o[illegible] ta *gravi*[illegible], ut pro[illegible] [illegible] [illegible] ar[illegible] autem [illegible] *propter ea peccata*

Gentes ejic[illegible] v. 25. & [illegible] *Pe*[illegible] t. & hoc sufficit. Non en[illegible] [illegible] tan-tùm *mu*[illegible]*icipalis Iudæorum*, & non fu[illegible] *a*[illegible]: nam Gentes, præter legem *naturalem*, nullâ lege u-tebantur, quæ q[illegible]idem huc pertineat.

4. *Alios* eod[illegible]m modo peccasse, contrahendo in gradib[illegible]s prohi[illegible] & tamen non esse ejectos ex t[illegible]rra; quia videlicet non *temere*, sed *cum ratio-ne* id fec[illegible]ant.

℞. 1. Distinguenda sunt peccata *privata*, hoc est, privatorum hominum, a *publicis*, id est, quæ pub[illegible]ice vigent, & approbantur in toto aliquo po-pulo *qualia* fuerunt illa g[illegible]nt[illegible]um delicta de qui-bus Moses loquitur. Bellarminus autem attingit peccata *privata*. [illegible]. Peccata æqualia non semper *eodem modo* [illegible] *æqualiter* in hac vita puniuntur. Nam *Loth* propter filios susceptos ex propriis fi-liabus [illegible] quod [illegible]pœnæ genus incurrit. Ita quoque *Paulus* fuit blasphemator, sanguinis innocentis noxius; nec tamen punitus: ao quia non *temere*, sed *cum ratione* blasphemator, & sanguinis inno-centis noxius. Mille sunt ejusmodi. [illegible]. Aliud est, *misericordia divina*; aliud, *dispensatio humana*. Habent omnes fideles, cum peccarunt, temerè li-cèt & sine ratione, advocatum apud Deum Patrem, qui ipsis peccata *misericorditer* condonat: at Pon-tifex Romanus plerosque gradus, à Deo prohibi-tos, *dispensabiles* esse pronunciat, ut *quæstum* sibi faciendi occasio nunquam deesse possit.

5. Pœnam illam non respicere *omnes illos cogna-tionis gradus*, sed *propriè* respicere *adulterium*, *con-cu*[illegible]*um cum masculis*, *congressum cum jumentis*, & *crimen idololatriæ*, quæ vere sunt contra *jus naturæ* & *legem moralem*.

℞. Ex *subordinatis* non f[illegible]t *opposita* facienda. Gentes non tantùm propter *adulteria* & *Sodomiti-cas libidines cum masculis* & *bestialitatem*, sed etiam propter *incestas* [illegible] *nefarias nuptias*, quæ graviora sunt delicta, quàm *adulterium* pœnas illas justo Dei judicio sustinuerunt; neque enim Moses dicit, propter *aliqua tantùm flagitia*, sed propter *omnia* Gentes punitas fuisse, inter quæ etiam fuerunt *con-jugia*, *in prohibitis gradibus contracta*. Etiamsi igi-tur Levit. 18. v. 24. pœnæ in Gentiles subjiciantur *immediate* post illa *quatuor scelera*, tamen c. 20. v. 23. subjiciuntur, post enumeratos cognationis pro-hibitos gradus, hæc verba: *Omnia hæc fecerunt Gentes, & abominatus sum eas.* Quinimo ibidem *subjiciuntur eadem pœna* (verba sunt Bellarmini l. c.) *in eosdem Gentiles immediate post prohibitiones graduum cognationis.*

6. Scripturam non dicere, propter *singula* pec-cata Gentiles fuisse dignos, qui è te[illegible] evomeren-tur, sed propter *omnia*, quia nimirum inter *illa omnia erant quædam gravissima & enormia.*

℞. Contrarium ex serie & connexione textus est evidentissimum. Primum enim *in genere* præci-pit divina maj[illegible]stas, nem[illegible] debere accedere ad propinquam carnis suæ, ut revelet ejus nuditatem, v. 6 postea *per certas* [illegible]*ecies*, gradus pro[illegible] quitatis explicatur usque ad v. 19. ac tan[illegible] is prohibitionis speciebus enumeratis, additur [illegible]. 24. *ne polluamini in omnibus his*, scilicet quæ hactenus sunt *spec*[illegible]*tim* commemorata, *quia in his omnibus polluerunt se gentes*, &c. Ubi [illegible] bserva, *omnia hactenus enumerata* [illegible]*elerum & illicitarum commixtionum genera vo*[illegible] [illegible] *pollutiones* & *contaminationes*, omnia etiam re[illegible] referri ad *causas*, propter quas Gentes sunt deletæ, & ex terra Canaan ejectæ, v. 26. & 29. In Levit. [illegible] v. 23. *omnia delicta* in unam rediguntur c[illegible] & gene-

generalis conclusio additur, quæ non solùm de *omnibus simul sumtis*, sed etiam de *singulis seorsim acceptis* necessario intelligenda est. Quemadmodum enim qui adulterium cum proximi uxore perpetrat contra prohibitionem v. 20. vel cum bruto concumbit contra prohibitionem v. 23. is tale peccatum committit, propter quod jure ac merito incurrit pœnam divinitus hic statutam, si vel maximè non conjungat flagitia reliqua: sic qui in aliquo prohibitorum graduum contraxit, pœnam prohibitioni adjectam incurrit, si vel maximè non conjungat flagitia reliqua. *Gerhard.* tom. 7. LL. CC. loc. 28. de Conjug. §. 294. p. 430. seqq. & l. 2. spec. par. 3. Conf. Cathol. p. 296. 202. seq. *Gisen.* de Papism. disp. 38. thes. 27. seqq. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Conjug. c. 4. q. 39. p. 6006. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 18. c. 10. n. 7. seqq. *Ames.* tom. 3. Bellarm. enerv. l. 7. c. 3. thes. 12.

Vers. 25. *Et polluta est terra, & visitavi iniquitatem ejus super eam, & evomuit terra habitatores suos.*

Ecce (1.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto; *terra* enim sumitur pro *ejus incolis*: *Iniquitatem ejus, i. e. incolarum.* (2.) Ἀνθρωποπαθειαν: nam *visitatione Dei* notatur *realis exhibitio iræ & supplicii.* (3.) προσωποποιΐαν: *terræ* siquidem tribuitur *evomitio habitatorum suorum*, quâ *expulsio eorum de terra sua*, ob sceleratam vitam facta intelligitur; metaphorâ sumtâ ab *homine*, cujus ventriculus infirmus cibos non fert corruptos, sed eos evomit. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 260. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 124. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tr. 1. c. 7. p. 144. & c. 9. p. 196.

Vers. 30. *Et custodietis custodiam meam, ad non faciendum e statutis abominationum, quæ facta sunt ad facies vestras, neq; polluatis vos in eis: Ego Dominus Deus vester.*

Habetur hic (1.) *Enallage* tum *numeri* singularis, *custodiam meam*, pro plurali, *custodias meas*; tum substantivi, *abominationum*, pro adjectivo *abominabilibus.* (2.) *Pleonasmus*: nam IN ante pronomen, *eis*, redundat. (3.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Ego*, scil. *sum.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 261. *Jun.* ibid. p. 124.

CAP. XIX. v. 2. *Sancti eritis, quia sanctus ego Dominus Deus vester.*

I. In textu hoc habetur (1.) *Enallage modi* indicativi, *eritis*, pro imperativo, *estote.* (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Sanctus*, scil. *sum.* Ariæm. in Bibl. p. 102. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 261.

II. Argumentum *Syricii* & *Innocentii* Paparum contra *Ministrorum Ecclesiæ* N. T. *Conjugium*, vide solutum in *Vindic. Levit.* 11. v. 44. m. 2.

Vers. 4. *Ne respiciatis ad idola, & Deos fusionis non facietis vobis: Ego Dominus Deus vester.*

I. Mose utitur (1.) *Metonymia adjuncti* pro subjecto: *idola* enim *Deos* vocat, ex *hominum opinione*, ut qui ea pro *Diis* habent & colunt; revera autem sunt אלילים, *res nihili, inanes & falsa*, non vero אלהים, *Dii* 2. Paral. 13. v. 9. (2.) *Enallage* tum substantivi, *fusionis*, pro adjectivo, *fusiles*; tum modi indicativi, *facietis*, pro imperativo, *facitote.* (3.) *Ellipsi* verbi substantivi. *Ego*, scil. *sum.* Jun. in Not. ad h. l. p. 124. seq. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 10. p. 16.

II. *Bellarminus* l. 1. de Imag. Sanctor. c. 5. statuit, *idolum esse falsam similitudinem*, id est *repræsentare id, quod revera non est*, ut *simulacra Gentilium*, quæ *falsos Deos* referebant: quia Scriptura V. T. *idola* vocet ordinariè אֱלִילִים; at אֱלִיל significat *vanum, falsum.*

אליל non est nomen *propriè idolum* significans, sed *epitheton* idolo impositum. itaque non pertinet ad significationem vocabuli [illegible], sed ad *naturam* ejus, quod idolum erat, id est, etiam *imaginis*, cui religiosus honor deferebatur. (2.) Id ipsum epitheton impositum est non ex eo, quod *ab idolo significetur*, sed ex *idolorum usu*: nam omnis imago quatenus religiose colitur, docet *falsum*, nempe *falsam religionem.* *Cham.* tom. 2. Panstr. l. 21. c. 9. n. 17. seq.

Vers. 8. *Et comedentes illud iniquitatem suam portabit, quia sanctitatem Domini polluit, & excidetur anima ipsa, &c.*

Videtis (1.) *Syllepsin* numeri: *Comedentes portabit*, i. e. *comedentium quisque.* (2.) *Metonymiam causæ* pro *effectu*: nam *iniquitas* cum verbo *portandi* reatum *pœnæ* innuit. (3.) *Enallagen abstracti* pro concreto. *Sanctitatem* Domini, h. e. *rem sanctam*, Deoque consecratam. (4.) *Synecdochen partis* pro toto. *anima* enim pro *homine* est. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 261. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 125. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 1. m. p. 11. & cap. 17. m. 1. p. 459.

Vers. 13. *Non rapies, non pernoctabit opus mercenarii &c.*

Est hic (1.) *Ellipsis*: Non *rapies*, subaudi, *opes proximi tui.* (2.) *Metonymia causæ* pro effectu: *opus* enim pro *mercede vel pretio operis* ponitur. *Vatabl. Jun. Glass.* ibid.

Vers. 14. *Non maledices surdo, & ad facies cæci non dabis offendiculum; sed timebis a Deo tuo: ego Dominus.*

Habetur hoc loco (1.) *Synecdoche speciei* pro genere: *surdus* enim & *cæcus* ponuntur pro *quibusvis imbecillibus* ac *miseris*, quibus non debeamus esse molesti. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi *Ego*, scil. *sum.* Jun. in Not. ad h. l. p. 125. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 15. m. 7. p. 413.

Vers. 15. *Non feres vultum tenuis, neque decorabis vultum magni, in justitia judicabis proximum tuum.*

Iteratur (1.) *Synecdoche partis* pro toto: *vultus* enim pro *persona* est. (2.) *Enallage* modi indicativi, *decorabis, judicabis, feres*, pro imperativo, *ferto, decorato, judicato.* (3.) Hebraismus: *In justitia*, h. e. *justè.* Jun. in Not. ad h. l. p. 125.

Vers. 17. *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed corripies, &c.*

I. Præcepto quinto Decalogi, *non occides*, additum non fuisse in N. T. a Christo *Matth.* 5. v. 22. *ne fratri irascamur*, ex hoc ipso textu manifestum est, ubi interdicitur *irasci* & *odisse fratrem in corde.*

Smalcius contr. Frantz. fol. 244. regerit, quod longe diversa sint *ira*, & *odium*, quia *inveterata* demum *ira* fit *odium*, & quòd detur *ira* sine *odio*, & quòd Leviticus tantùm prohibeat *odium* sed Christus *iram.*

R. *Ira* & *odium* in Scripturæ fontibus promiscuè indicantur: nam *odium*, quod lingua latina vocat *odisse*, Scriptura accipit pro *inimicari* seu *reprobare & rejicere*, & *cum contemtu sive neglectu postponere*, ut patet ex *Malach.* 1. v. 2. 3. 4. *Rom.* 9. v. 13. *Luc.* 14. v. 26. Ergo prohibetur simul *ex affectu iracundo & ex odio orta detrectatio, & rejectio* seu *diminutio.* Non verò ex *usu linguæ Latinæ*, sed ex *usu Scripturæ sacræ* dijudicari debet illa quæstio. Non igitur prohibet aliud *Leviticus*, aliud *Christus*, secundùm hosce fontes. Si autem *cordis inimicitia* a Mose prohibetur, multò magis *effecta* ejus inimicitiæ cordis, *odia* & alia prohibita censebit,

qui

qui perpetuam legum divinarum intuebitur consuetudinem, quæ ut etiam in Decalogo ex una specie vult concludi aliam quamvis, tantùm ut pro captu *populari*, & pro *memoria* studeat brevitati. *Franz.* in Vindic. disp. 8. thes. 61.

II. *Odium & ira*, qui tantùm sunt adfectus interiores cordis, *merentur æternam damnationem*: impingunt enim in *divinum interdictum*, cujus transgressio *maledictionem divinam* meretur, *Deut.* 27. vers. 26.

Schoppius in Apolog. pro Bellarm. de Indulg. c. 38. respondet *commotionem illam subitam sine assensu*, non esse *mortale peccatum*, neque de *ea* loqui legem; sed de *ira diuturna & inveterata*.

℞. (1.) Falsum est; *commotionem illam subitam sine assensu non esse peccatum sua natura mortale*: ipsa enim est *excandescentia*, quam Paulus *Galat.* 5. v. 19. 20. 21. inter *damnabilia carnis opera* refert. (2.) Falsum etiam est, legem non loqui de *subita animi commotione*: loquitur enim de *odio indefinitè*, non *in specie de inveterato*. *Indefinitæ* autem propositiones in Theologia æquipollent *universalibus*, nisi obstet rei natura, & nisi instantiæ ex ipsa Scriptura proferri possint. (3.) Etsi *inveteratum odium* impingit in æternam Dei justitiam, quid obstat, quò minùs *commotio illa subitanea* idem faciat? Nam, ut *Augustinus* scribit Epist. 118. *quid interest ad naufragium, utrum navis uno grandi fluctu obruatur, an latentem aqua subrepens navem impleat & submergat?* Balduin. in Exam. Apolog. Schopp. p. 519. seq.

Vers. 18. *Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum: diliges proximum tuum sicut teipsum: ego Dominus.*

I. *Anabaptistæ* damnant *actiones forenses*, quòd *litigans coram Magistratu civili quærat ultionem, & contra mandatum Dei peccet.*

℞. Si litigans affert *animum nocendi cupidum*, si hoc quærit, ut *animo suo satisfaciat*, omnino peccat: Sed qui *rectè utitur actionibus forensibus*, quærit, sicut *Lutherus* inquit, non *privatam* vindictam, quæ prohibita est; sed *publicam*, quæ & instituta & mandata est à Deo, tibi in bonum. Ita eadem res nunc probatur, nunc damnatur, quia judicium fit ex *animo utentis*: ut Luc. 9. v. 54. cùm Apostoli idem vellent facere, quod Elias, 2. Reg. 1. v. 12. fecerat, reprehenduntur, quia *animum vindictæ & nocendi cupidum habebant*; & quod ipsis tùm prohibebatur, postea in Anania, Elyma, &c. fecerunt. *Chemnit.* par. 1. LL. CC. art. de Vind. p. 136.

II. Ad idem Decalogi præceptum, *non occides*, Christum non addidisse *novum* præceptum de *inimicis diligendo*, id præsens locus palam facit: nam ibi præcipit Deus Israëlitis, ut *quivis proximum suum diligat, sicut seipsum*: Ecce, quemnam *proximum* hic intelligit? certè illum, qui *nos offendit*, & *adversus quem nos ipsos ulcisci non debemus*, sicut proximè antecedentia id evincunt.

Ostorodius Instit. c. 27. p. 172. & *Smalcius* contr. Franz. fol. 24. 4. excipiunt, ibi non agi de *omni* proximo, sed tantùm de *Israëlita*.

℞. Omnino *universaliter* loquitur lex divina, & *limitationem* non admittit, tum quia Deus v. 33. & 34. eandem Charitatem erga *domesticum*, & erga *extraneum* commendat; tum, quia *Deut.* 20. v. 12. etiam *hostibus* pacem offerri jubet in bello; tum quia *Matth.* 23. v. 15. ipsi Pharisæi circumeunt mare & aridam, ut faciant unum proselytum, nimirum ex *Gentibus*. Cùm igitur hoc faciendum esse *Gentibus* ... intelligerent Judæi, multò magis, *iisdem* bene precandum, easdemque diligendas esse sciverunt. *Franz.* par. 1. disp. 7. in A. C. thes. 108. 110. 111. & in Vindic. disp. 8. thes. 55. & 61. *Jacob ad Port.* in Defens. fid. Orthod. contr. Instit. Ostorod. p. 270. seq.

Vers. 19. *Agrum tuum non seres diverso semine: veste, quæ ex duobus texta est, non indueris.*

Papistæ inficiantur, *Magistratum plures religiones in Republica tolerare debere*, quòd *Deus agros diversis seminum speciebus conseri, ac vestem ex lana linoque contexi prohibuerit*; mysticè innuens, non esse *diversarum religionum* semina in *Dei agro*, qui est Ecclesia, invicem commiscenda, nec ex *diversis religionibus* quandam *Samaritanismi* vestem conficiendam.

℞. (1.) Distinguendum est inter V. T. *rigorem*, & rigoris in N. T. *relaxationem*. In V. T. severis legibus prohibitum erat, ne *diversitas religionis* in populo Israëlitico toleraretur, at N. T. est tempus gratiæ, in quo Zizania tolerari debent usque ad messis tempora, Matth. 13. v. 29. (2.) Distinguendum est inter *pacem politicam*, & *syncretismum Ecclesiasticum*. Inter diversæ religioni addictos subditus *pacem politicam* sancire potest Princeps, sed *religionis quendam syncretismum* introducere nequaquam debet: talis enim syncretismus introducit Samaritanismum, hic in *typo*, & 2. Reg. 16. v. 34. *ipso facto* prohibitum. *Gerhard.* tom. 6. LL. CC. loc. 27. de Magist. Polit. §. 199. p. 859. §. 200. p. 855. seq.

Vers. 20. *Et vir cùm concubuerit cum muliere concubitu seminis, & ipsa ancilla desponsata viro, & redimendo non redimitur, vel libertas non datur ei, animadversio erit, non morientur, quia non fuit manumissa.*

In textu hoc reperitur (1.) Epizeuxis: *Redimendo* non *redempta* h. e. *omnino* non redempta. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Desponsata*, scil. *sit* vel *fuerit*. (3.) *Enallage* modi indicativi, *erit*, pro imperativo, *esto*. Ariæm. in Bibl. p. 102. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 125. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 38. m. 2. p. 352.

Vers. 23. *Et cum ingressi fueritis ad terram istam, & plantaveritis omnem arborem cibi, & præputiabitis præputium ejus, fructum ejus; tribus annis erit vobis præputiati, non comedetur.*

Redit huc (1.) Epizeuxis: *Præputiabitis præputium*, h. e. *omnino*, vel *maximè* præputiabitis. (2.) *προσωποποιΐα*: nam de *arbore* usurpatur *præputium*, quod *hominis* propriè est. Sensus est: *fructum trium primorum annorum immundus habebitur & abjicietur, sicut homo præputium habens, coram Deo immundus, & populo Dei exterris habebatur.* (3.) *Appositio*: explicatur enim, quid vocetur *præputium arboris*, nimirum *fructus ejus*. (4.) *Enallage* numeri pluralis, *præputiati*, pro singulari, *præputiatus*. Ariæm. in Bibl. p. 102. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 262. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 125. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 9. m. 3. p. 192.

Vers. 28. *Et super mortuo non incidetis carnes vestras*, &c.

Spontaneam corporis sui flagellationem, in Papatu usitatam, Deo non probari, inde patet, quòd *eam Deus severè prohibuit.*

Gretserus excipit l. 2. de Discipl. c. 2. l. tantùm prohibere Deum, ne quis *super mortuo* incidat carnem ex *nimio mœrore*; quæ res diversa sit à *flagellationibus Pontificiis*, quæ fiant *disciplinæ* causâ, quò finis ipsum factum faciat laudabile; quemadmodum addit *Schoppius* in Apolog. contr. Hunn. de Indulg. c. 52.

℞. (1.)

℞. (1.) *Arias* ex Hebræo ita reddidit: *Et incisionem animæ non dabitis in carne vestra*; ubi nulla fit ... tio *mortui*. (2.) Admitto autem, *incisionem propter mortuos* hic prohiberi; non tamen additur, *tantùm propter mortuos* eam esse prohibitam. Cùm enim *Baalitæ* aliis de causis seipsos incidissent, maximè verò, *ut cultum Deo præstarent*; factum illorum æquè Deo displicuit, 2. Reg. 18. v. 28. Et si incisio propter mortuos facta Deo ingrata fuit, multò magis illa eidem displicebit, quæ, ut *singularis Dei cultus* suscipitur. (3. Si *finis* laudabilis rem *quamvis* faceret laudabilem, quæ rerum fieret confusio, quæ scelerum licentia? & quid tandem fieret illi dicterio Apostoli, *Rom.* 3. v. 9. *Non sunt facienda mala, ut eveniat bonum*? (4.) Flagellationes Papisticæ *finem* habent *impium*: nam à *Gretsero* l. 2. de Discipl. c. 8. & lib. 3. c. 1. statuuntur *expiatoria peccatorum*; & *meritoria vitæ æternæ*; quo ipso multis modis Jesuita injurius est in *sanguinem & meritum Christi*.

2. Incisionem illam, quæ *cultellis & lanceolis* fiebat, ideo à Deo prohibitam esse, quia *nimis crudelis erat lanienа*; suas verò disciplinas absq; *hujusmodi incisionibus* peragi.

℞. Si incisio illa ideo prohibita, quia *laniena nimis crudelis erat*; eâdem de causâ *flagellatio*, prout *hodie nonnullis in locis Papatus usitata* est, Christianis prohibita erit, quia *nimis crudelis laniena est*, maximè si *stellulatis* flagellis inferantur: quem morem Jesuita, ceu ex pietatis ardore profectum, in Martyribus suis commendat. Utrobique eadem est *materia*, & idem *finis*, utrobique *chalybs & ferrum, propriusque sanguinis effusio*, etsi in externa instrumentorum forma nonnihil sit discriminis. Imò *flagellatio Jesuitica* longè crudelior est laniena, quàm *incisio illa, stigmatumve impressio*, quippe quæ citius faciliusque facta est, quàm *corporis*, per nodosa stellulisque exasperata flagella, *diverberatio*.

3. Non ipsam *absolutè rem vel actionem*, id est, corporis dilacerationem & dilaniationem, sed tantùm *modum rei*, quando scil. *Ethnica intentione, more & ritu* fiebat, fuisse prohibitum.

℞. (1.) Si illa tantùm corporis dilaniatio & *propria* sanguinis effusio, quæ *Ethnico fine & ritu* fit, à Deo prohibetur; necessariò sequitur, *alterius* etiam sanguinis effusionem iisdem saltem respectibus prohibitam, cæteroqui verò licitam; Æquè enim tam *propria* quàm *alterius* corporis laniatio quintô Decalogi præceptô prohibita est. Sicut ergo, ex *Gretseri* sententia, se ipsum ad colendum Deum vulnerare licet, ita, stante eâdem hypothesi, sub prætextu honoris & cultus Dei, sine legis autoritate, proximum vulnerare & lacerare, imò & occidere, impunè licebit. (2.) *Jesuitica* quoque *flagellatio* Ethnicô *fine modoque* fit, quia refertur ad *expiationem peccatorum*, ideoque *idololatrica* est, & repugnat non tam *quinto*, quàm *primo* Decalogi præcepto, de *non habendis Diis alienis*. Nam cuicunque rei gloria soli Deo debita tribuitur, inde fit Deus alienus.

4. Quamvis Deus Judæis *quamcunq́*, corporis castigationem usque ad sanguinis effusionem prohibuisset, *quacunq́*, etiam de causa susceptam; id tamen nihil ad statum *novæ legis* pertinere, quia *legale* præceptum fuerit, & proinde jam abrogatum.

℞. (1.) Interdictum illud Dei ● *ne quis super mortuo carnem incidat*, &c. nec ad leges *ceremoniales*, nec ad leges *forenses* Mosaicas pertinet; sed ad legem *moralem*, nempe ad præceptum, *non occides*; quippe quo *omnia homicidii genera*, ut ira, odium, convitia, &c. Matth. 5. v. 22. & tam *alterius*, quàm *sui ipsius* laceratio prohibentur. Quòd si enim is coram Deo homicida est, qui fratri suo irascitur, multò magis homicida erit qui proximum suum vel seipsum ad sanguinis usque effusionem vulnerat. (2.) Interdictum illud tam *Christianos*, quàm olim *Judæos*, obligare, prooemium ejus testatur, *Deut.* 14. v. 1. *Filii estis Domini Dei vestri, non vos incidetis*. Jam verò *Christiani* æquè *filii Dei* sunt, ac olim *Judæi*, teste Paulo, *Gal.* v. 26.

5. *Parentes & Præceptores* ab homicidii crimine liberos esse, licèt filiis & discipulis plagas infligant; quidni & eos, qui *seipsos* verberibus subjiciunt?

℞. Palpabilis est *exemplorum* disparitas. Nam (1.) parentibus & Præceptoribus ex *ordinatione divina* verberibus filios & discipulos, *cæteris paribus*, castigare licet, Prov. 13. v. 1. Ephes. 6. v. 4. De *sui* verò ipsius flagellatione nullum uspiam verbum. (2.) Liberi & discipuli non *seipsos ultrò* cædunt, sed à *parentibus & Magistris* plerumque inviti cæduntur. (3.) Liberi & discipuli à *bonis* parentibus & præceptoribus nec *per plateas & compita*, nec *ad sanguinis usq; effusionem*, *largiorem* præsertim, cæduntur; ut flagellantes cædere seipsos jubentur, qui hac in parte non *potentum*, sed *carnificum* morem imitantur. *Balduin.* in Exam. Apol. Schopp. pro Indulg. p. 423. seq. & in Pholph Cathol. l. 9. c. 1. p. 823. seq. *Zeaman.* in Carnif. Esavit. p. 192. seqq. & 287. seqq.

Vers. 29. *Ne polluas filiam tuam, ut fornicari facias eam & non fornicetur terra, & impleatur terra scelere.*

Usurpatur hic (1.) *Metonymia subjecti* pro *adjuncto*: Fornicetur *terra*, h. e. *populus terræ*, exemplô illius illectus. (2.) *Enallage antecedentis* pro relativo: Impleatur *terra*, h. e. *ipsa*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 26. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 125.

Vers. 32. *A facie canitiei consurges, & decorabis faciem senis, & timebis à Deo tuo: Ego Dominus.*

In versu hoc offenditur (1.) *Synecdoche partis* pro toto: *canities* enim pro *cano homine* ponitur. (2.) *Enallage* modi indicativi, *consurges, decorabis, timebis*, pro imperativo, *consurge, decora, time*. (3.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Ego*, scil. *sum*. Arizin. in Bibl. p. 102. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 125.

Vers. 33. & 34. *Si habitaverit extraneus in terra vestra*, &c. *diligetis ipsum, sicut vos ipsos*, &c.

Deum v. 18. præcepisse, *etiam peregrinum*, qui non est Israëlita, *diligi à Judæis*, textus iste commonstrat, ubi *Judæis injungitur*, ut *peregrinum diligant, sicut seipsos*.

Smalcius contr. Franz. fol. 241. regerit, discrimē esse inter peregrinos *Israelitarum*, & peregrinos *Gentium*; quasi *illos* quidem diligere debeant Judæi ac seipsos, *hos* verò non item.

℞. Discrimen illud tollunt postrema verba: *Fuistis enim & vos advenæ in terra Ægypti*. Nam *quales* advenæ erant Israelitæ in Ægypto, nimirum respectu Ægyptiorum, *prorsus peregrini*, ex alio sanguine, gente, natione: tales *advenæ* quoque intelligendi sunt, quos Israelitæ diligere debent, ut seipsos, tum ad communem societatem invitando, tum operibus bonis juvando *hostes* quantumvis, Luc. 10. v. 37. *Balduin.* in Refut. Catech. Arian. p. 306. *Franz.* in Vindic. disp. 8. thes. 57.

Vers. 36. *Statera justitiæ, lapides justitiæ, epha justitiæ, & hin justitiæ erit vobis: Ego Dominus Deus vester*, &c.

Ecce (1.) *Enallagen* abstracti pro concreto: *Statera justitiæ*, h. e. *statera justa*, &c. (2.) *Metonymiam*

miam materiæ pro materiato, *lapides* enim sunt pro *ponderibus lapideis*, quibus olim utebantur. (3.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Ego*, scil. *sum*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 263. Jun. ibid. p. 125.

CAP. XX. v. 2. *Vir vir de filiis Israel, & de peregrino peregrinante in Israel, qui dederit de semine suo ipsi Molecho, moriendo morietur, populus terræ lapident eum in lapide.*

Moses utitur (1.) Hebraismo: *Vir vir* h. e. *quicunque*. (2.) *Metonymiâ materiæ* pro materiato: *semen* enim est pro *liberis*. (3.) Epizeuxi: *Moriendo morietur*, i. e. *omnino* morietur (4.) *Enallage numeri*: tum quia nomini collectivo singulari *populus*, respondet verbum plurale, *lapident*; tum quia *lapide* ponitur pro *lapidibus*. Ariæm. in Bibl. p. 103. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 264. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 123.

Vers. 5. *Et ponam ego facies meas in virum illum, & in familiam ejus, & succidere faciam eum, & omnes fornicantes post ipsum, ad fornicandum post Molechum, e medio populi eorum.*

Adhibetur hoc loco (1.) Ἀνθρωποπάθεια: nomine enim *facies divinæ* denotatur *ira* ac *pœna divina*. (2.) *Synecdoche*: In *familiam ejus*, h. e. *populum illius terræ*, qui dissimulabit scelus: *populares* enim *familiæ suæ* accensebantur olim, tanquam si ex illius propagatione singuli descendissent, ut *Genes.* 10. idque ostendit *Arist.* lib. 1. Polit. (3.) Metaphora: *fornicari* enim *Hebræis* est, *idola colere*. (4.) *Pleonasmus*: *è medio populi* eorum, pro, *è populo* eorum; ubi ly *medio* abundat. *Vatabl.* & Jun. l. c.

Vers. 6. *Et anima, quæ verterit se ad pythones, & ad ariolos, ad fornicandum post eos, & dabo facies meas in animam ipsam, & succidere faciam eum e medio populi sui.*

I. *Synecdoche* est *partis* pro toto: *anima* enim est pro *homine*, cui & respondet pronomen masculinum ׳ותא, *eum*. Cætera, huc pertinentia, vide v. præced. 5.

II. *Fridericus Martini* in Append. tract. de jur. cens. statuit, *Magos & lamias eo solo nomine, quòd Dæmoni fidelitatem promittunt, etsi homini, bruto aut segetibus haud nocuerunt; interficiendos esse*: quod ii, *qui Magos & Ariolos consulunt lege divina jubeantur occidi*; ideoque multò magis ipse *Magus* & *Ariolus*, qui Dæmonem consulit, sit interficiendus.

℞. (1.) Præsens locus à Martinio impertinenter adducitur: ex eo enim plus non infertur, quàm quòd *Deus*, omnium scelerum justissimus vindex *positurus sit faciem suam in animam illam*, quæ sese ad pythones & haruspices verterit ad fornicandum post eos, illamque è medio populi sui exterminaturus. Sed quid hoc ad *ultimum supplicium temporale*? quasi verò Deus impios per varias plagarum pœnas non etiam *sine Magistratus politici ope* exterminaret; eò quòd impietas illa, ut plurimum latens, in *publico* Magistratus judicio non poterit castigari. (2.) Textus in originali de iis loquitur, *qui Satanæ operâ & instinctu de futuris vaticinari præsumunt*, quales fuerunt *superstitiosi conjectores*, ac *divinatores*, imprimis verò *ventriloqui*, ex quorum ventre Satan responsa dedisse perhibetur, & qui mortuorum umbras reducere videntur, ut ex iis audiantur futura: *Sagæ* vero non ob *futurorum prædictionem*, aut *absconditorum revelationem* (istiusmodi enim vel raro vel nunquam attendunt) sed vel ex *diffidentia & impatientia*, vel *libidinoso voluptatum amore*, vel *privata vindicta immoderatâ cupiditate*, ad Diaboli castra per apostasiam transeunt. *Thumm.* in tract. de Sagar. imp. 96. 97. 98.

Vers. 9. *Vir vir, qui maledixerit patri suo, & matri suæ, moriendo morietur; patri suo & matri suæ maledixit; sanguines ejus in eum.*

Metonymia est *effecti* pro *causa*: siquidem דָּמִים, *sanguines*, denotant *reatum* ac *pœnam sanguinis injustè effusi*. Unde Chaldæus: *Reus est mortis*; Junius verò: *Cædis sua causa est in ipso*. Reliqua, huc pertinentia, vide in Vindic. *Levit.* 20. v. 2. m. 1. & 3. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 264. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 15. m. 3. p. 449.

Vers. 13. *Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, uterque operatus est nefas, morte moriantur, &c.*

Fridericus Martini l. c. instat, *spurcitiam Sagarum, quam cum Dæmone exercent, detestabiliorem esse Sodomiâ*, eò quod contra *sexum* peccet Sodomitæ, Sagæ vero contra *speciem* & *genus*; at *Sodomiam* morte plecti juxta legem divinam.

℞. Concedimus, *Sodomiam* morte dignam esse, quòd peccet contra *sexum*, & quidem *realiter*; at vero Diabolum *realiter* cum Sagis stupri habere consuetudinem negamus; Ecquanam enim quæsò ratione *Spiritus* corporali carnis copulâ cum Sagis & Magis miscebitur? Quicquid itaq; de diabolorum cum Sagis congressu Martinius acriter defendit, id vel *substitutioni viri cujusdam venefici*, vel *fascinationibus diabolicis* imputandum est, cum inprimis ipsa experientia loquatur, Sagas mulieres solere se perungere *unguento aliquo soporifero*, somnum profundissimû conciliante, in quo Phantasiæ beneficio, quam occupat & regit Diabolus, omne genus voluptatum misellis illis mulierculis proponit. *Thumm.* tr. de Sagar. impiet. p. 99. seqq.

Vers. 15. *Qui cum jumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoq; occidite.*

I. Controversiam de *Sagis morte plectendis* vide in *Vindic. Exod.* 22. v. 19.

II. *Socinus* lib. de stat. prim. hom. c 6. p. 158. contendit, *bruta animantia propriè dictam peccati pœnam incurrere posse*, quia disertum Dei mandatum sit, ut *brutum puniatur morte, cum quo homo coierit*.

℞. Concedimus, pœnam hic dictari, cujus etiam executio *suo modo* cadit in bruta: Negamus autem, quòd *primo ac directim*. Ut enim *ultimus* pœnæ terminus non est *brutum*, sed *homo*; sic *primario & propriè* infligitur mors homini, ob culpam aliquam propriè dictam, *secundario* verò ac *indirectim* bruto *propter hominem*, qui istud malum, creatura abusus, perpetravit, & ita mortem ipsi accersivit. Hac autem pœna, jumentis constitutâ, Deus monstrare voluit iram ac severitatem in peccatis puniendis, ac si non satis ipsi sit, in *peccatores* sævire, ut simul & *bruta peccantium* perdat. *Hunn.* in Exam. err. Photin. sect. 2. c. 3. de pecc. act. err. 2. n. 31. 34. 38. 39. 40. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Cruce c. 2. q. 4. p. 40. 85. seq.

Vers. 17. *Et vir qui acceperit sororem suam, filiam patris sui vel filiam matris suæ & viderit nuditatem ejus, & ipsa viderit nuditatem ejus, probrum hoc, & succidentur in oculis aliorum populi sui, nuditatem sororis suæ retexit, iniquitatem suam portabit.*

In textu hoc occurrit (1.) Euphemismus: *Viderit nuditatem ejus* &c. h. e. *coïrit cum illa, & ipsa vicissim cum eo.* (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Probrum* scil. *est.* (3.) Hebraismus. *In oculis filiorum populi sui*, h. e. *publicè, spectantibus popularibus suis.* (4.) *Metonymia causa* pro *effectu: iniquitas* enim, cum verbo *portandi reatum pœna* innuit: *Iniquitatem suam portabit*, h. e. *pœnam iniquitati suæ debitam feret.* Ariæm. in Bibl. p. 103. *Vatabl.* in Annot. ad. h. l. p. 265. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1, c. 1. m. 3. p. 11.

Vers. 19. *Turpitudinem materteræ & amitæ tuæ non discooperias: qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudavit, &c.*

I. *Pontificii quidam* censent, divinam legum illarum prohibitionem complecti tantum *personas expressè nominatas*, non verò *gradus æque propinquos*; quòd enumerentur *personæ*, quæ eodem propinquitatis gradu sibi sunt conjunctæ. Sic *amita* sive soror patria, ac *matertera* sive soror matris, eodem propinquitatis gradu me attingunt: quòd si ex graduum æquali distantia de prohibitione judicandum, utique sufficere potuisset *alterutrius* duntaxat facta mentio.

℞. Ratio illius *repetitionis & expressioris declarationis est*, tum ut divinæ prohibitionis conspiceretur severitas, quæ ex repetita inculcatione elucet; tum ne Israelitæ incestas Ægyptiorum & Chananæorum nuptias, oculis eorum perpetuò obversantes, sibi licitas esse existimarent, ut colligitur ex Levit. 18. v. 3. *Gerhard.* tom. 7. LL. CC. loc. 28. de Conjug. §. 277. p. 413.

II. *Bellarminus* l. de Matrim. c. 27. putat, non *omnia* præcepta in capite hoc de gradibus prohibitis, *jure naturæ* esse constituta; quod Moses hic quædam *conjugia prohibuerit*, & quædam *in eodem gradu* permiserit: nam prohibet conjugium *nepotis* (*filium fratris* intelligit vel *sororis*, abutens vocabulo *nepotis*) *cum amita & matertera*, sed non prohibet conjugium *patrui vel avunculi cum nepte* ex fratre vel sorore; cum tamen sint in eodem gradu *nepos* (id est, ὁ ἐξάδελφος) & *amita*, patruus & neptis.

℞. (1.) Non *omnes* personæ à Mose exprimuntur, sed *illæ* subintelliguntur, quæ *eodem consanguinitatis jure* copulantur, proinde non *personæ*, quæ *nominatim* exprimuntur; sed *ipsi gradus* attendi debent, alioquin sequeretur, quòd *patri liceret filiam ducere*, & *matri filio nubere*, quia expressis verbis in linea descendente non exprimuntur, sed tantùm *gradus* prohibitus est in linea ascendente, Levit. 18. v. 7. *Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuæ non discooperies*; ex cujus tamen gradus prohibitione facilè colligi potest, neq; fas esse *patri* filiam ducere, aut *matri* filio nubere. (2.) Moses in sua supputatione loco *stipitis*, ponit *marem*, & fœminas describit, à quarum conjugio mas debeat abstinere. Si quis igitur loco *stipitis* ponat *fœminam*, rectè concludet, si non liceat, *nepotem* matrimonio jungi *amitæ*, nec licere, *neptem* jungi *patruo*. Quare non concedimus, non prohibitum conjugium patrui cum filia fratris: si enim *similium* eadem est ratio, & sunt similes, quicunque in eodem gradu; ergo iidem æquè *permissi* aut *prohibiti*. (3.) Posito, hic non prohibitum esse *conjugium patrui* vel *avunculi* cum *nepte* ex fratre, vel ex sorore; argumentum tamen esset extra rem nostram: non enim probat, *ab hominibus*, id est, *ab Ecclesia*, aut *dispensatum* fuisse, aut *dispensari* potuisse; sed tamùm, *à Deo* non fuisse *interdictam*, quod longè est aliud.

Jesuita excipit I. argumentum *à simili* in legibus *prohibentibus* non valere: *Has* enim odiosas esse, ideoque non *laxandas*, sed *restringendas*, juxta regulam juris.

℞. (1.) Brocardicum illud, quòd *odiosa sint restringenda*, in legibus *positivis humanis*, non autem in *divinis & naturalibus* locum obtinet, aliàs explicationem Decalogi, in Prophetarum & Apostolorum scriptis traditam, ejus prætextu quis posset repudiare. Deus ipse in lege *generaliter* edicit Levit. 18. vers. 6. *Nemo accedat ad propinquam carnis suæ*; qua ratione moti Pontificii interdictum ampliàrunt olim ad *septimum*, postmodum autem ad *quartum* gradum, nullâ *odiosæ prohibitionis* habita ratione. Jam si prohibitio *humana* potest extendi ad gradum *quartum vel septimum*, quomodo *divina* prohibitio non posset extendi ad gradum *secundum*? (2.) Quòd nugatur, non valere argumentum *à simili*, intelligendum de similibus *rationibus*, non similibus *exemplis*. *Exempla* dico *similia*, quæ *individua sunt ejusdem speciei*, vel *species ejusdem generis*. Exempla *individuorum* sunt Adam & Seth, Noah & Sem, Abraham & Isaac. Qui omnes ad gradum *primum*: item Sem & Cain, Isaac & Ismael, Jacob & Esau; qui ad *secundum* pertinent, At pater & filia, mater & filius, *species* sunt ejusdem generis: Quia, etsi individua non significentur, tamen eâdem definitioue comprehenduntur. Quæcunque autem *ita sunt similia*, ut comprehendantur sub *eadem specie*, aut sub *eodem genere*, hæc omnia nemo negat eôdem jure comprehendi. Sic non tantum Isaaco non licebat Saram ducere, sed ne Jacobo quidem Dinam. Similea autem *rationes* differunt sæpè ab iisdem: nam *illa* non *per omnia* concurrunt, sed *ex parte tantùm*; *ista* verò non possunt à seipsis differre. *Similis ratio* est *fermenti ad totam massam*, quæ *unius peccatoris* ad *totam Ecclesiam*, similis ratio *sagenæ* ad *mare*, quæ *Evangelii* ad *mundum*. Dico igitur in similibus *rationibus* non esse semper conclusionem necessariam, quia omnis, ut ajunt, similitudo claudicat; sed *ejusdem*, contra: ideoque etiam *exemplorum* similium, quia horum ratio est *non similis*, sed *eadem*, quia *idem* genus aut certè species. In *hoc* negotio, nego esse *rationes* similes, sed potius rationem *eandem*: quin, etsi diversæ sint *personæ*, at *genus* idem, quia præter *sexum* nihil mutet. Nam *patrui* cum filia fratris, & *amitæ* cum sororis filio cognatio, ejusdem est definitionis, si modò solum *sexum* mutes. At sulâ sexus mutatione non effici diversum gradum, consentimus omnes & experientia docet: Quia non magis interdictum, Saram Isaaco copulari, quam Dinæ Jacobum.

2. Consequentiam non esse à *simili*, sed à *minori*: nam licet sint in eodem gradu, tamen turpius esse conjungi filium fratris cum amita, quàm patruum cum filia fratris; quia uxorem subjici oporteat: sit autem indecens, amitam subjici fratris filio; non item, patruo fratris filiam.

℞. (1.) Ex jam dictis patet solutio: nam si *eadem* ratio est, non potest esse argumentum à *minori*. (2.) Quòd autem notat, esse indecentius, *materteram* subjici, quàm *filiam fratris*, est extra oleas: neque enim hæc ulla ratio est prohibitarum nuptiarum, alioquin oporteret incestas esse cujuscunque viri minoris natu, cum quacunque muliere seniore; item prohibendum esse, ne regina quenquam non regem, maximè ex subditis suis,

virum

tritum acciperet. *Ergò nec principaliter* inde atque ideo conjugium amitæ cum nepote jure naturæ statuendum est prohibitum, quòd *illa* sit senior, *hic junior*: sed propter *propinquitatem sanguinis*, quæ eadem est in conjugio *patrui ac neptis*. Sic fieri potest, *ut amita sit nepote ex fratre minor natu*. Si enim pater generaret filium annô ætatis 20. qui & ipse 20. ætatis anno generaret, contingere posset ut idem pater filiam anno ætatis 50. susciperet, quam nepos ætate superaret; nihilo tamen minus tale conjugium erit prohibitum, licèt ... quòd amita *patriam authoritatem* ... ætatis in nepo em obtineat: tamen illa ex *causa propinquitate*, utrinque *aqualiter* se habente, ... ndens manet ratio.

... Matrimonium inter *patrueles* non esse prohibitum jure naturæ, & prohibitum tamen *nepotis cum amita*, quæ sit in eodem gradu cum *nepote* suo in quo sunt patrueles.

℞. Etsi juxta supputationem *Canonicam* patrueles *eodem* gradu distent à stipite, quo nepos & amita: non ... en est *distantia omnino eadem*: quia patrueles in ... ea *æquali*, nepos verò & amita in linea *inæquali* distant; & juxta supputationem *civilem*, amita *tertio* gradu est cum suo nepote, patrueles verò *quarto*. ... sunt sibi invicem loco parentis & filii, *hi* verò non item: *primo* enim duntaxat persona, si pti proxima, est reliquis, ex stipite, in altero latere descendentibus loco parentis, nequaquam autem hoc extendendum ad alios, ex hac persona descendentes. *Gerhard*. tom. 7. LL.CC. loc. de Conjug. §. 318. p. 466. seqq. *Gisen*. de Papism. disp. 38. thes. 41. seq. *Eckhard*. par. 2. Pand. C. P. ... q. 10. obj. 3. p. 699. *Matth. Dubmars* in Syll. ... lit. p. 68. *Cham*. tom. 3. Panstrat. l. 18. c. 9. n. ... 22. 23. 24. 25. 26. & 32.

Vers. 20. *Qui coierit cum uxore patrui vel avunculi sui, & revelaverit ignominiam cognationis suæ, portabunt ambo peccatum suum, absque liberis morientur.*

Bellarminus l. de Matrim. c. 27. disputat, *conjugia quædam hic à Deo prohibita esse, non jure naturæ, sed ... positivo, proprio Judæorum; veluti conjugium ... cum uxore patrui*, quod non puniatur *morte*, sed tantum *privatione filiorum*, id est, ut filii eis non adscribantur: communem autem rationem apud omnes homines non dictare, istam esse justam pœnam hujus criminis.

℞. (1.) *Inæqualis pœnarum* non arguit contra *naturam*, sed contra *æqualitatem peccatorum*: at peccata contra *jus naturæ* nihil prohibet esse *inæqualia*, ideoq́; *inæqualiter* puniri. E. G. gravior est *blasphemia* mendacio, gravius *adulterium* fornicatione, gravius *homicidium* furto; & tamen omnia ea peccata sunt contra jus naturæ: & quidem *blasphemia, adulterium, homicidium* in lege Mosaica puniebantur *capitis supplicio*; non item *mendacium, fornicatio, furtum*. Unde Bellarminus ipse in responsione ad *quartum* argumentum pro *nostra* sententia adductum, asserit, ex *pœnarum qualitate* non posse colligi, quæ præcepta sint *naturalia*, cùm *judicialis* ac *ceremonialibus* similes pœnæ addantur. Cur igitur h. l. ex *pœnarum diversitate* evincere conatur, hanc & similes leges esse *forenses*, Judæorum proprias? (2.) Observandum, *Levit*. 20. agi de pœnis *politicis*, à Magistratibus inferendis; non de *propriis* peccati pœnis, quæ pertinent ad *judicium divinum*: *harum* autem longè aliam esse rationem, nemo dubitat, nec dubitat *harum* propriè intuitu, abstinendum esse à peccatis. Itaque Levit. 18. cum ipsa ponuntur interdicta, ratio interdicendi non sumitur ab *his civilibus pœnis*, sed *à judicio divino*, nempe quod *abominatio* sit; & quòd *universus populus Israeliticus*, si has abominationes admitteret, *ejiciendus esset à terra*, instar Chananæorum. (3.) Verba illa, *morientur sine liberis*, non habent eum sensum, quem Bellarminus fingit, *liberi eorum non adscribentur ipsis*, puta in genealogiis. Expressè enim additur *portabunt peccatum suum*, h. e. *pœnam hujus sui peccati*. (ita namq; Hebræum נשא accipitur Job. 35. vers. 3. Thren. 4. v. 6. &c.) quibus verbis personæ illæ, quæ tales nuptias contrahunt, *Magistratus pœnæ subjiciuntur*. (4.) Ex eo, quòd *species pœnæ* ex lumine naturæ non est nota, haudquaquam inferri potest, *peccatum ipsum* non pugnare cum jure naturæ, tùm quia *notitia juris naturalis* in multorum gentilium cordibus opprimitur, ipsô interim *jure naturali* manente salvo atq; integro; tum quia *genus* duntaxat pœnæ, non autem *species* ex jure *naturæ* dependet. *Gerhard*. tom 7. LL. CC. loc. 28. de conjug. §. 269. p. 404. & §. 309. p. 454. seq. *Cham*. t. 3. Panstr. l. 18. c. 9. n. 6. 7. 8.

Vers. 21. *Qui duxerit uxorem fratris sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui revelavit, absq; liberis erunt.*

I. 'Αντινομίας *speciem* quandam hic occurrentem vide conciliatam in *Vindic. Levit*. 18. v. 16. m. 1.

II. *Bellarminus* lib. de Matrim. Sacram. c. 27. duobus argumentis pugnat, *prohibitionem istam de affinitatis gradibus* non esse *juris naturalis*, sed *judicialis & positivi*, quorum *prius* desumit ex *prohibitionis disparitate*. Nam Moses quædam conjugia *prohibuit*, & quædam *permisit* in eodem gradu; siquidem lex illa Levitici prohibet conjugium *cum uxore fratris etiam defuncti*, & non prohibet conjugium cum *sorore uxoris jam defunctæ*; & tamen est idem prorsus affinitatis gradus cum *sorore uxoris*, & cum *uxore fratris*.

℞. (1.) Non potest ulla ratione probari, Mosẽ quædam conjugia *prohibuisse*, & quædam *permisisse* in eodem gradu. (2.) Ex suprà dictis patet, non *personas nominatim expressas*, sed *gradus æqui-distantes* in Levitico prohiberi: ex quo promtè sequitur, nõ tantum conjugium cum *uxore fratris defuncti*, sed etiam conjugium cum *sorore uxoris defunctæ* in affinitate prohibitum esse.

Regerit *ille ibid*. Sicut turpius est, ut una mulier duos simul maritos habeat, quàm ut unus vir duas simul uxores: ita suo modo indecentius, ut una sit uxor duorum fratrum etiam *successivè*, quàm ut unus vir sit duarum sororum *successivè*; & ideo legem unum *concessisse*, & alterum *prohibuisse*.

℞. (1.) Si *indecentius* est, unam fœminam esse uxorem duorum fratrum successivè, quàm unum virum esse maritum duarum sororum *successivè*; sequitur, Deum Deut. 25. v. 5. mandasse id, quod *indecentius*, & prohibuisse, quod erat *decentius*, ex Bellarmini hypothesi. (2.) Concedamus, turpius & indecentius esse matrimonium cum *uxore fratris*, quàm cum *sorore uxoris*: interim quia *comparativus* non excludit, sed potius præsupponit *positivum*, ideo & nobis Bellarminus hoc concedat, turpe & indecens esse conjugium cum *sorore uxoris*. Quamvis enim in *gradibus æqualibus*

 major

major sit turpitudo, tamen cùm eadem maneat *distantia*, ideò idem prohibitionis jus valere censendum: ut enim ipse Bellarminus h.l. addit, diversitas illa non est in *ipso gradu propinquitatis*, sed in *aliquo extrinsecè superaddito*, nimirum in *ætate*, vel *aliqua simili circumstantia*. Ita si quis demortui fratris uxorem *seniorem* in matrimonium vellet ducere, id foret indecentius, quam si qua fœmina demortui mariti fratri, in æquali ætate, *Geometrica* proportione constituto, vellet nubere; nihilo tamen minus utrumque esset contra naturæ legem. *Gerhard.* l.c. §. 318. p. 466. 467. seq. *Ames.* tom. 3. Bellarm. enerv. l. 7. c. 3. thes. 10.

Posterius argumentum Jesuita ducit ex *pœnarum diversitate*, quia conjugia horum graduū non puniantur *æqualiter*, quoniam conjugium *leviri* cum *uxore fratris*, puniatur *levius*, nempe *privatione liberorum*; quemadmodum *gravius*, videlicet *morte*, conjugium *parentum cum filiis*, item *fratris cum sorore* puniatur.

Rᴇ. (1.) Diversitas ista *pœnarum* non potest *ex textu* demonstrari. (2.) Si concedatur *diversitas pœnarum*, non inde sequitur *diversitas juris*, quod conjugiis illis violatur, sed *graduum tantum violationis*. Non enim omnia peccata, in legem moralem vel naturalem admissa, *iisdem* pœnis coërcebantur, qua de re vide *Vindic. Levit.* 20. v. 20. *Ames.* l. c. thes. 8.

Vers. 22. *Et custodietis omnia statuta mea, & omnia judicia mea & facietis ea: & non evomet vos terra, quò ego intrare facio vos illuc, ad habitandum in ea.*

I. Offert sese (1.) *Enallage* partim modi indicativi, *custodietis & facietis*, pro imperativo *custodite & facite*: partim temporis præsentis, *intrare facio*, pro futuro, *mox introducturus sum*. (2.) *Prosopopœja*: nam *terræ* tribuitur *evomitio incolarum*, h.e. *expulsio eorundem de terra*, ex ira Dei ob sceleratam vitam facta. (3.) *Pleonasmus*, siquidem τὸ *illuc* abundare videtur. *Arian.* in Bibl. p. 103. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p. 265. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 9. p. 196.

II. Objectionem *Cajetani*, contra *moralitatem harum legum*, vide confutatam in Vindic. *Levit.* 18 v. 4. m. 2.

Vers. 23. *Nolite ambulare in legitimis nationum, quos ego expulsurus sum ante vos: omnia enim hæc fecerunt, & abominatus sum eas.*

I. *Cajetanus* in 2. 2. q. 154. a. 9. ex eo, quòd *judicialia extranea vitare*, & *judicialia Israelitis dare* commemorat Moses, concludere satagit, non *purè moralia* præcepta esse, quæ de prohibitione graduum hic tradantur; qua de ratione vide *Vindic. Levit.* 18. v. 3.

II. *Leges illas de prohibitis cognationis gradibus esse naturales*, præter locum, *Levit.* 18. v. 24. præsens textus comprobat, quia *obligabant gentes omnes etiam non* Judaicas; quandoquidem *in eis etiam hæc conjugia damnata & punita fuere*.

Bellarminus lib. de Matrim. Sacram. c. 27. ad 1. arg. excip. 1. Scripturam, cùm dicit, *omnia hæc fecerunt*, &c. non intelligere tantùm *conjugia in gradibus prohibitis* sed *omnia scelera supranominata*.

Rᴇ. Concedo, sed vicissim dico, scripturam non tantùm intelligere *scelera supranominata*, sed etiam *conjugia in gradibus prohibitis* quarè (*hæc conjugia* etiam *scelera* fuerunt & *abominationes*, & fuerunt non in *Judæis* tantùm, sed etiam in *gentibus*.

Proinde uti verba illa *omnia hæc fecerunt* non possunt restringi ad *certa aliqua scelera*, cum sint *universalia*, ipso asserente ibidem Bellarmino; ita non possunt restringi tantùm ad *scelera* supra nominata, sed ad *singula* conjugia in gradibus prohibitis, cùm pariter sint *universalia*, qua quidem de re vide *Vindic. Levit.* 18. vers. 24. num. 6. *Gerhard.* tom. 7. LL. CC. loc. 28. de Conjug. §. 294. p. 435. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 18. cap. 10. num. 17.

Vers. 24. *Terram fluentem lacte & melle, ego Dominus Deus vester qui separare feci vos à populis.*

Observa nunc (1.) *Hyperbolen* *Terram fluentem lacte & melle*, i. e. *abundantem quibusvis rebus suavissimis & optimis*. (2.) *Ellipsin*, tum verbi substantivi, *Ego* scil. *sum*; tùm nominis adjectivi: *A populis*, subint. *pollutis*, ut erant Ægyptii. *Vatabl.* in Annot. ad h.l p. 265. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 126. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 15. m. 3. p. 448. seq.

Vers. 25. *Et separare facietis inter jumentum mundum ad immundum & inter avem immundam ad mundam, & non abominemini animas vestras in jumento & in volatili, & in omni, quod reptabit humi, quod separavi vobis in immundum.*

I. Videsis (1.) *Synecdochen partis* pro toto: *Animas vestras*, h.e. *vos ipsos*. (2.) *Enallagen* partim *numeri* singularis, *jumento & volatili*, pro plurali, *jumentis & volatilibus*, partim *temporis* futuri *reptabit* pro præsenti, *reptat*. Ariam. in Bibl. p. 103. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p. 165.

II. *Papistæ* quidam negant, *præcepta illa omnia esse moralia*, quæ in h. c. *proponuntur de gradibus conjugii prohibitis*, cum *ipsis* subjungatur præceptum de *distinguendo animali mundo ab immundo*, quod *ceremoniale* esse constat.

Rᴇ. Præceptum *illud* à *reliquis præcedentibus* planè sejungitur & *appendicis* tantùm loco prioribus annectitur. Nam (1.) v. 22. de *gentibus* in prohibitis gradibus matrimonia contrahentibus dicitur, quòd propter *hæc flagitia* è terra habitationis suæ sint ejiciendæ: sed talis pœna in gentiles, si transgrediantur præceptum de *Levitico ciborum discrimine*, nuspiam statuitur. (2.) Ex vers. 24. 25. 26. manifestum est, *Leviticam* illam *legem de mundorum & immundorum animalium discrimine* observando *ad solum populum Israeliticum* restringi; non item præcepta *de gradibus cognationis prohibitis*, vers. 23. *Gerhard.* d. l. §. 295. p. 435.

Vers. 27. *Moriendo morientur, in lapide obruent eos, sanguines eorum in eos.*

Habetur hic (1.) *Epizeuxis*: *Moriendo morientur*. h. e. *omninò morte afficientur*. (2.) *Enallage* numeri singularis, *lapide*, pro plurali, *lapidibus*. (3.) *Ellipsis* nominis: *Homines* obruent. (4.) *Metonymia effecti* pro causa: nomine enim *sanguinum* denotatur *reatus ac pœna sanguinis injustè effusi*: *Sanguines eorum in eos*, i. e. *cadit eorum causa est in eis*, sive *rei sunt mortis*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p. 226. *Iun.* ibid. p. 126.

CAP. XXI. Vers. 1. *In animam non contaminabit se in populis suis.*

In textu hoc occurrit (1.) *Metonymia*: *anima* enim pro *cadavere* est. (2.) *Ellipsis*: Non contaminabit, scil. *Sacerdos*, quippe cui tantum hic præcipitur, quodnam ipsius officium in exequiis funerum esse debeat. (3.) *Synecdoche*: In *populis suis*, i. e. in *ceto populo Israelitico*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 266. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 126.

Vers.

Vers. 4. *Non polluet se maritus in populis suis, ad polluendum se.*

Moses utitur (1.) *Ellipsi nominis relati, ex correlato* suo eruendi: *Non polluet se maritus, pro uxore* ducta in populis suis, seu *quam duxit e populo suo*, v. 14. (2.) *Enallage* modi indicativi, *polluet*, pro imperativo, *polluito*. Jun. in Not. ad h.l. p. 126. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 2. observ. 7. p. 715.

Vers. 6. *Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen Dei sui: quia ignitiones Domini, panem Dei ui ipsi offerentes, & erunt sanctitas.*

I. *Enallage* est (1.) modi indicativi, *erunt & polluent*, pro imperativo *sunto & polluunto*. (2.) Substantivi, *ignitiones*, pro adjectivo, *ignita* sacrificia. (3. Abstracti, *sanctitas*, pro concreto, *sancti*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p. 266. *Jun.* ibid. p. 126.

II. *Romanenses* contendunt, *ministros Ecclesiæ licitè non posse vivere in conjugio*, quòd *debeant esse sancti & impolluti.*

℞. (1.) *Omnes fideles* debent esse sancti & impolluti, Levit. 19. v. 2. 1. Petr. 1. v. 16. Ergone *nullis fidelibus* licet in conjugio vivere? (2.) Sententia hæc dirigitur ad *Sacerdotes* V. T. *quibus usus conjugii expressè concessus fuit*; & tamen fuerunt, *sancti & impolluti*, etiam secundùm legem. (3.) Præceptum hoc agit de sanctitate *ceremoniali*; quia vero leges ceremoniales jam dudum desierunt, frivolum est, eas in N. T. reducere: non autem de sanctitate *morali*, notante impollutionem à peccato, alioquin *nullus* unquam posset esse Sacerdos, præter unum *Christum*, quô exceptô, nullus nõ est peccato imputatus & pollutus, *Hebr.* 7. v. 26. & 27. *Chemn.* in Exam. Concil. Trid. sess. 8. par. 3. p. 499. *Gravver* par. 8. Præl. in A. C. p. 42. *Meyfart* in Præl. Theol. in Comp. Hutt. loc. 28 de Matrimonio c. 2. q. 5. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 17. c. 7. n. 19. & 20.

Vers. 8. *Et sanctificabit eum, quia panem Dei tui ipse offerens: sanctus erit tibi, quia sanctus ego Dominus, sanctificans vos.*

Nota hoc loco (1.) verbum, *sanctificabis*, Hebræis significare, *jubebis, ut se sanctificet*. (2.) *Panem* ἀνθρωπινως Deo tribui, & *panes propositionis*, quos per singula sabbatha offerebant, innui. (3.) Participium *offerens*. poni pro verbo, *offert*. (4.) Phrasin. *Sanctus erit tibi*, idem notare ac, *habebis eum in honore* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 266. *Jun.* ibid. p. 126.

Vers. 9. *Et filia viri Sacerdotis, quia cœperit fornicari, patrem suum ipsa polluens, in igne comburetur.*

I. Attende (1.) adverbium temporis indeterminati, *quum*, per conjunctionem causalem, כי *quia* exprimi. (2) Phrasin, *cœpit fornicari*, Hebræis notare *fornicandi actum*: fornicata est. (3.) Participium, *polluens*, poni, pro verbo, *polluit*. (4.) Præpositionem IN ante nomen, *igne*, abundare. *Ariæm.* in Bibl. p. 104. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 266. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 126.

II. *Medina* l. de sacrorum hominum continent. c. 61. *contra Sacerdotum conjugium disputaturus*, nugatur. *Sacerdotium impediri a Matrimonio*, quòd *filiã Sacerdotis fornicantem oportuerit cõburi.*

℞. Potuitne res tota *magnificentius* concludi? Quasi verò *filia Sacerdotis* sit *Sacerdotium*: quasi *scortatio* sit *matrimonium.*

Excipit *ille*, inde saltem constare, non tantùm *matrimonium sacerdotis*, sed etiam *ejus fructus* omni libidinis macula carere debere.

℞. Neq; hæc legitima *consequentia* est, neq; ad *rem*. Non *legitima*, quia non agitur de *quavis libidinis macula*, sed tantum *scortationis*: quis autem sibi ab *una specie* permisit unquam de *toto genere* concludere, nisi cui imensa est τῶν φρενῶν ἀῤῥωστία? Non ad *rem*, quia longè aliud est, *carere libidinis macula*; & *impedire sacerdotium*. Nos *illud* prolixè non tàm concedimus, quàm docemus; imò severius, non conjugia tantùm, sed & cogitationes Sacerdotis debere carere omni libidinis maculà. Quis tamen concludet, *Sacerdotis cogitationes impedire sacerdotiũ*? *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 17. c. 7. n. 16. & 26.

Vers. 10. *Et Sacerdos magnus præ fratribus suis, cujus effusum est super caput ejus oleum unctionis, & implevit manum suam, ad induendum vestes, caput suum non nudabit, & vestes suas non scindet.*

§. 1. *Sacerdos magnus præ fratribus suis*, i. e. *maximus fratrum suorum*; ubi מ, præ, comparationem denotat. §. 2. *Cujus super caput ejus*, pro *super cujus caput*; redundat igitur *ejus*. §. 3. *Implevit manum suam*, metonymicè dictum, h. e. *consecravit ministerium suum*. §. 4. *Ad induendum vestes*, subint. *Sacerdotales*. §. 5. *Caput suum non nudabit* &c. i. e. *luctui non vacabit*, Synecdoche: erat enim hoc *signum* commune *luctus*. Vatabl. & *Jun.* l. c.

Vers. 14. *Virginem ducet uxorem; viduam autem, & repudiatam, & sordidam, atq; meretricem non accipiet.*

I. *Medina* l. c. instat, *vix ægreq; sacerdotibus à Deo uxores concedi*, quòd *non nisi cum virgine eis conjugium concedatur*, haud verò cum *vidua*.

℞. (1.) Unde est illud argumentationis monstrũ? Cõceditur conjugium *duntaxat cum virgine* ergò *ægrè* conceditur. Quasi diceret: Cõceditur Judæis esus ciborum *duntaxat purorum*; ergò Judæis *ægrè* conceditur esus ciborum. Sacerdotibus permittitur sacrificare animalia *duntaxat munda*, ergo sacerdotibus *ægrè* permittitur sacrificare. (2.) Sed quibus concessum est ducere uxorem, duntaxat *virginem*, non *viduam*? *omnibusve sacerdotibus*? hoc falsum: sed *summo soli*, teste *Polydoro Vergilio*. At tu, *Medina*, de *Sacerdotibus* disputas, non de *summo Sacerdote*. Quodnam hoc genus *Logica* est? Si *summo sacerdoti*, ægrè permittatur conjugium; ergo *& omnibus sacerdotibus*? Imò & vide. Nam *reliquis Sacerdotibus* conjugium etiam cum *vidua* conceditur: ergone verò ipsis non oportet *ægrè* concessum? (3.) Mirum est, Medinam hoc *ex Mose* objicere, cùm tamen sciat, *summum sacerdotem*, reliquosque V. T. *sacerdotes* habuisse uxores. Quia itaque testimonio, V. T. *Clericos* suos tutari vult, accipiant *illi* etiam conditionem V. T. & ducant, *virgines* uxores, ad exemplum *Pontificum*, etiamsi non ducant *scorta*, aut *vilia prostibula*, aut *repudiatas*.

Syricius Papa Romanus excipit, *propter vices sacerdotales* in V. T. *toleratum fuisse, ut Sacerdotes ducant uxores.*

℞. Falsum est hoc: annis enim ampliùs *quadringentis*, priusquam vices illæ à Davide instituerentur, Deus illo etiam tempore, quando Pontificem quotidie manè & vesperi oportebat offerre, Exod. 29. v. 38. seq. concedit ipsi, ut ducat uxorem. *Chemnit.* par. 3. Exam. Conc. Trid. p. 519. *Gravver.* par. 8. præl. in A. C. p. 42. seq. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 17. n. 16. & 25.

II. *Tertullianus* lib. de Monogam. c. 7. *secundas nuptias damnat*, quòd *Sacerdotes* V. T. *virgines ducere debeant uxores*, non *viduas*: omnes autem *Christiani sint Sacerdotes.*

℞. (1.) A Sacerdotibus *Leviticis* V. T. ad *Spi-*

ritnales in N. T. Sacerdotes non valet collectio, quia leges *ceremoniales* in N. T. sunt abolitæ. (2.) Sed hæc pertinere ad *Levitica* V. T. statuta, inde patet, quia non ratione *digamiæ* prohibitum id fuit; nam *Ezech.* 44. v. 22. *viduam, à Sacerdote relictam, ducere possunt Sacerdotes.* Unde *Hieronymus* secundis nuptiis aliàs infensus, in Epist. ad Ocean. hoc Tertulliani commentum refutat. (3.) Proponitur autem in illa lege pulcerrimus *typus*, quem explicat *Apostolus*, 2. *Corinth.* 11 v. 2. *Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo*; nimirum *Christus* est unicus summus Sacerdos N. T. & sponsus Ecclesiæ, quæ debet esse virgo, h. e. à meretriciis Satanæ, mundi & carnis complexibus, ab idololatria & peccatis contra conscientiam debet abstinere, ut sponso suo, cui verâ fide sociata est, placere possit. *Chemnit.* l. c. p. 524. *Gerhard.* tom. 7. LL. CC. loc. 28. de Conjug. §. 194. p. 290. m. 2.

III. *Polanus.* Comm. in c. 1. Hose. p. 10. inficias it, *Deum* Ose. 1. v. 2. *Prophetæ mandâsse, ut sibi scortum pro uxore deligeret ac duceret; cùm Deus vetuerit profanatam meretricem ducere.*

℞. *Extraordinarium* derogat *ordinario*: & Deus, qui legem tulit, *nobis* tulit, non *sibi*; nec enim in *hoc externis* adstrictus est. Vetuit etiam filiorum cædem, & tamen nihilominus *extraordinariè* injunxit Abrahamo, ut proprium filium mactaret, Gen 22. v. 2. voluit spoliationem aliorum, & tamen jussit *extraordinariè* spoliari Ægyptios, Exod. 11. v. 2. vetuit nudum incessum, quem tamen præcepit *Esai.* c. 20. v. 2. Mandata igitur *ordinaria* non sunt opponenda *factis jussisq́ extraordinariis.* *Meisner.* Comm. in Hose. c. 1. pat. 2. p. 94.

Vers. 17. *Loquere ad Aaron dicendo: Vir de semine tuo in generationibus tuis, quo fuerit in eo macula, non accedet ad offerendum panem Dei sui.*

I. In versu hoc reperitur (1. *Metonymia materiæ* pro materiato: *Semen* enim est pro *posteritate.* (2.) Pleonasmus: *Quo in eo*, ubi *eâ* redundat. (3.) *Enallage* modi indicativi, *accedet*, pro imperativo, *accedito.* Ariæm. in Bibl. p. 104. *Jun.* ibid. p. 126.

II. *Canonistæ* in Papatu sanciunt, *hominibus, vitiô corporis affectis, Ministerium Ecclesiæ non esse committendum*: quia diserta *hac de re* extet *Dei prohibitio.*

℞. Præceptum hoc fuit *ceremoniale* sive *Leviticum*, summam unici Sacerdotis in N. T. Christi Jesu perfectionem, & ab omni peccati labe immunitatem denotans, *Hebr.* 7 v. 26. ideò in N. T. *iste rigor* cessavit; præstat enim ministrum carere v. g. *oculo alterutro*, quàm Ecclesiam *idoneo ministro.* *Gerhard.* tom. 6. LL. CC. loc. 26. de Minist. Eccles. §. 187. p. 301. & 303.

CAP. XXII. v. 4. *Vir vir è semine Aaronis, & ipse leprosus vel fluens, in sanctitatibus non comedet, usq́ quo mundet se, & tangens in omne immundum animæ, vel vir, quo egreditur ex eo concubitus seminis.*

Ecce (1. Hebraismum: *Vir vir*, i. e. *quicunq́.* (2.) Metonymiam, *semen* enim pro *posteris* est, & *anima* pro *cadavere.* (3.) *Enallagen* tùm abstracti, *sanctitatibus*, pro concreto, *rebus sanctis*; tùm indicativi *comedet*, pro imperativo, *comedito.* (4.) Hypallagen: *Concubitus seminis*, i. e. *semen concubitus.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 268. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 127. *Glass.* l. 3. Philol. Sacr. tr. 1. can. 43. p. 163.

Vers. 7. *Et ingredietur Sol, & mundabit se, & postea comedet de sanctitatib9, quia panis ejus ipse.*

Est hoc loco. (1) *Ellipsis*: Et *postquam* ingredietur. (2.) Hebraismus: *Comedet*, h. e. *comedere poterit.* (3.) *Synecdoche, species* pro *genere*: nam *panis*, pro *cibo* est. *Jun.* in Bibl. p 127.

Vers. 9. *Et custodient custodiam meam, & non portabunt super se peccatum, & in eo morientur, cùm pollNuerint eam: Ego Dominus sanctificans eos.*

Videsis (1.) *Enallagen* numeri singularis, *custodiam meam*, pro plurali, *custodias meas.* (2.) *Metonymiam causæ* pro *effectu*: nam *peccatum* cum verbo *portandi* innuit *reatum pœnæ.* (3.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Ego*, scil. *sum.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 268 *Jun* ibid p. 127. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 1. m. 3. p. 11.

Vers. 12. *Et filia Sacerdotis, quia fuerit viro extraneo, ipsa in oblatione sanctitatum non comedet.*

I. Nota hic (1.) adverbium temporis indeterminati, *quum*, exprimi per conjunctionem causalem, כִּי *quia*; (2.) Post verbum *fuerit*, subaudiendum esse ly *nupta.* (3.) Per *virum extraneum* Synecdochicè intelligi *eum, qui non fuerit de genere Sacerdotali.* (4.) בּ N, positum esse pro מ: *In* oblatione, pro *de* oblatione. (5.) Abstractum, *sanctitatum*, esse pro concreto, *rerum sanctarum*, (6.) Indicativum, *comedet*, adhiberi locô imperativi, *comedito.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 269. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 127.

II. *Hieronymus* in Epist. ad Geront. non vult *secundas nuptias viduis concedere*, quòd *Sacerdotum filiabus iterum nubentibus pœna loco imponatur, ne comedant ex pane patris* sui.

℞. Si hæc illatio valeret, etiam *primas* nuptias prohibitas esse, colligi posset, quia *in genere* dicitur, quòd filia Sacerdotis, nubens extraneo, non sit ad cibos sacerdotales admittenda; non autem *in specie* de *secundis* nuptiis ibi sermo est. *Gerh.* tom. 7. LL. CC. loc. 28. de Conj. §. 194. obj. 3. p. 290. seq.

III. Nonnulli Theologi sentiunt, *fœminis Judaicis in universum licuisse extra tribum suam nubere*, quòd & *illud* licuerit *filiabus Sacerdotum*, modò abstinerent posteà à sanctificato.

Tarnovius in Exerc. Bibl. p. 31. dicit, esse fallaciam *parium*: quia pro *talibus* habeantur, quæ sint *disparia*, quòd lex *Numer.* 36. v. 7. seqq. *Sacerdotes* non attingat, eorumq; *filias.*

Excipiunt verò, hinc tamen colligi, quòd *licuerit viro ducere aliam*, quàm quæ esset de *tribu sua.*

Tarnovius ibid. §. 49. ταξίς 2. id inficiatur: nam *Deus*, inquit, *providens sæpe id futurum ordinat, quid tùm faciendum rebus & cibis sanctificatis; quemadmodum alias sæpe in multis aliis, & vel unus ille libellus repudii, propter crebra divortia permissus, contrarium evincit*, *Matth.* 19. v. 7. & 8. *quòd non omnia, de quibus leges fert Deus, & quæ ordinat, aut permittit, probet per omnia. sed in multis, ut Paulus emphaticè loquitur*, ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς, *Act.* 13. v. 18. Ita ille.

Vers. 13. *Et filia Sacerdotis quum fuerit vidua, & repudiata, & semen non ei, & reversa fuerit ad domum patris sui, juxta pueritias suas, de pane patris sui comedet*, &c.

I. Redit huc (1.) *Metonymia* partim *materiæ* pro *materiato*, quia *semen* pro *prole*: partim *subjecti* pro adjuncto, *domus* enim pro *familia* est. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi, ex membro præcedente repetendi: *Non ei*, scilicet *fuerit.* (3.) *Synecdoche speciei* pro *genere*: nam *panis* pro *cibo* ponitur. (4.) Hebraismus: *comedet*, i. e. *comedere poterit.*

Ariæm.

Ariæm. in Bibl. p. 105. *Jun.* ibid. p. 127. Confer *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 1. p. 21. c. 3. m. 2. p. 36. c. 15. m. 3. p. 449.

II. *Hieronymus* l. c. instat, nihilominus *Sacerdotum filias, ad alias nuptias, post viduationem vel repudiationem non transituras, ad cibos Sacerdotales admitti*, id quod alioquin haud fieret.

℞. Quòd filia Sacerdotis *vidua* vel *repudiata* admittitur *ad cibos Sacerdotales*, inde est, quia *redit in potestatem patris*, matrimoniali vinculô soluta; unde etiam familiæ paternæ commodis iterum fruitur. *Gerhard.* l. supr. alleg.

Vers. 18. *Vir vir è domo Israel, & à peregrino in Israel qui obtulerit oblationem suam, in omnia vota sua, & in omnia spontanea sua, quæ obtulerint, &c.*

I. Iteratur nunc (1.) Hebraismus: *Vir vir* h. e. *quicunque.* (2.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *domus* enim pro *stirpe* ponitur. (3.) *Synecdoche generis* pro specie: *Peregrinus*, i. e. *proselytus*; nam *infidelium* oblatio nulla grata erat Deo, v. 25 (4.) *Enallaxis* præfixorum: siquidem ל pro כ ponitur: *In* omnia, h. e *secundùm* omnia. *Ariæm.* in Bibl. p. 25. *Jun.* ibid. p. 127.

II. Rationem *Costeri*, pro libero hominis arbitrio vide refutatam in Vindic. *Exod.* 25. v. 2.

Vers. 25. *Et de manu filii extranei non offeretis panem Dei vestri ex omnibus istis, quia corruptio eorum in eis macula in eis, non placebunt vobis.*

I. In textu habetur (1.) Pleonasmus: *Filius extranei*, h. e. *extraneus* seu *alienigena*. (2) Ἀνθρωποπάθεια: *Pane* Dei enim notatur *oblatio igne consumenda coram Deo* (3.) Ellipsis: *Ex omnibus istis*, nim. *quæ lege non apta sunt ad sacrificium.* (4.) Hebraismus: *Corruptio eorum in eis.* h. e. *hæc vitiosa sunt & corrupta.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 269. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 127. Confer *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 38. p. 147. & li. 5. c. 2. tract. 1. p. 158.

II. Præceptum hoc de *manu alienigenæ non esse offerendum Domino*, repugnare videtur *exemplis alibi laudatis*: nam Salomon ab *Hiramo*, Tyri rege, suscepit munera ad extructionem templi, 1. Reg. 5. v. 10. & populus Israeliticus à *Cyro*. Esdr. 1. v. 8.

℞. Deus non *simpliciter* aspernatus est *omnium extraneorum* dona, sed eorum duntaxat, qui *aperti Ecclesiæ hostes* erant. de quibus rectè usurpaveris illud Sophoclis: ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα. *Hostium muneratnō sunt munera.* *Walther.* in Harm. Script. p 182.

CAP. XXIII. v. 2. *Festa Domini, quæ vocabitis ea convocationes sanctitatis hæc ipsa festa mea.*

I. Ecce (1.) *Pleonasmum*: nam Jus *ea* redundat. (2.) *Enallagen* abstracti, *sanctitatis*, pro concreto *sanctitas*. (3.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Hæc ipsa* scil. *sunt.* Ariæm. in Bibl. p. 105. *Vatabl.* in Annot. ad. h. l. p. 270.

II. *Sanctificatio festorum sine idololatria ad sanctos transferri non potest*, quippe *quibus nulla divini cultûs partio debetur*: *illa* autem in V. T. fuit pars aliqua cultus merè divini & religiosi, quem Papistæ *latriam* vocant.

Bellarminus l. 3. de Cult. Sanctor. c. 16. regerit, 1. *festa sanctorum dicari Deo, in memoriam sanctorum, nullam* igitur *hanc esse idololatriam.*

℞. Si anniversaria Apostolorum & Martyrum festa *historicè* tantum & *dogmaticè* observentur, h. e. eô saltem *fine* celebrentur, ut *historia*, illorum tantò melius explicari, & populus ad imitandas eorum *virtutes* efficacius excitari possit, suô modô institutum hoc probari potest. Sed Bellarminus ait, esse pium & bonum opus, Sanctis demortuis, inter alias complures, etiam *hanc religiosi cultus speciem* exhibere, ut dies festi & sacri *immediatè, & terminativè ad ipsorum honorem* instituantur & celebrentur: quibus scilicet non tantùm res ipsorum gestæ, ad Dei laudem, & aliorum utilitatem publicè recitentur; sed & ipsi (imò eorum reliquiæ, imagines, &c.) *suppliciter ac religiosè* adorentur, atq; palàm invocentur. Id verò impium esse statuimus, quippe *appendicem idololatriæ Papisticæ.*

2. Honorem dierum festorum pertinere quidem immediatè & terminativè ad *Sanctos*, sed quatenus est cultus *duliæ*, non *latriæ*.

℞. Distinctio hæc inter *duliam* & *latriam* falsa est, tùm quòd ista vocabula sint *Synonyma*, quoniam Deo assignatur & latria, Matth. 4. v. 10. & δουλεία, Actor. 20. & λατρεία usurpatur de iis servitiis, quæ hominibus debentur, Num. 28. v. 25. tùm quòd distinctio evertat ipsam rei naturam: neque enim fieri potest, ut ulla particula cultus religiosi à Deo transferatur in nudam creaturam. *Meyfart.* præl. in Comp. Hutter. loc. 25. c. 2. q. 6. *Cham.* tom. 5. Panstr. l. 5. c. 8. n. 16. & 17.

Vers. 10. *Quia ingressi fueritis ad terram, quam ego do vobis, & messueritis messem ejus, & adducetis manipulum, primitias messis vestræ ad Sacerdotem.*

I. Observa hic (1.) adverbium temporis indeterminati, *quum*, per conjunctionem causalem, *quia*, exprimi. (2.) Præsens, *do* poni pro futuro, *daturus sum*. (3.) Post *manipulum* subaudiri, *spicarum*, & per *appositionem* dici *primitias messis.* Ariæm. in Bibl. p. 105. *Vatabl.* in annot. ad h. l. p. 271.

II. Moses sibi *contradicere* videtur: Hic enim refert, *statim post pascha.* falcem mitti in segetem: & tamen. v. 17. *Pentencosten*, quæ post sex hebdomadas absolutum Pascha insequitur, vocat *festum messis primitivorum.*

℞. Duplex *messis* fuit in Palæstina, quia diversa genera frumentorum non eodem tempore maturescebant; id quod manifestissimè colligitur ex loco, Exod. 9. v. 31. & 32. Ibi enim paulo ante exitum Ægypti, h. e. paulò ante Pascha, cum plaga grandinis Ægypto immitteretur, textus dicit: *Hordeum jam erat in spica, ideò grandine percussum est; triticum vero & far. quia serotina sunt*, vel quia adhuc spicas occultabant, (utrumq; enim Hebraicum vocabulum significat) non sunt percussa. Et Exod. 34. v. 22. textus dicit: *Solemnitatem Hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum, messis tuæ triticeæ.* Prima igitur messis *hordei*, & similium frugum cœpit statim post Pascha: spicæ enim in *festo Paschatis* jam maturescebant, & apponebantur. Altera verò messis *tritici* & *farris* cœpit circa *festum Pentecostes*, ita ut die Pentecostes non *spica* vel *grana*, sed *panes* ex novis frugibus messis triticeæ offerrentur. *Chemnit.* l. 3. Harmon. Evang. c. 45. p. 147. seq.

Vers. 24. *In mense septimo, in una mensis erit vobis Sabbatum, memoriale jubilationis convocatio sanctitatis.*

§. 1. *In una*, h. e. *prima*; ubi *cardinale* pro *ordinali* ponitur per *Enallagen.* §. 2. *In una* scil. *die*, per *ellipsin.* §. 3. *In una mensis*, pro *ejusdem*; antecedens enim est pro relativo. §. 4. *Sanctitatis* h. e. *sancta.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 272.

Vers. 27. *In decimo mensis septimi hujus dies expiationum ipse, convocatio sanctitatis erit, & affligetis animas vestras, & offeretis ignitionem Domino.*

I. Iteratur modò (1.) *Ellipsis* nominis יום: *In decimo*, scil. die. (2.) *Enallage* tùm pronominis demonstrativi הוא, pro verbo substantivo, *est*; tùm substantivi, *ignitionem*, pro adjectivo, *ignitum sacrificium*, seu igne absumendum. (3.) *Synecdoche partis* pro toto: *animas vestras*, i. e. *vos ipsos*. (4. *Hebraismus*: nam *affligere animas*, positum est pro *jejunare*, more *Hebraico* Ariæm. in Bibl. p. 106. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 272. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 128.

II. Argumentum *Drexelii*, pro *propria corporis flagellatione*, vide confutatum in Vindic. *Levit.* 16. v. 9. m. 2.

Vers. 27. *Ista festa Domini, quæ vocabitis ea convocationes sanctitatis, ad offerendum ignitionem Domino, holocaustum, & munus sacrificium, & libamina, verbum diei in die suo.*

Hebraismus est: *Verbum diei in die suo*, i. e. *secundum ritum cujusq; diei*, Vatablo interprete in Annot. ad h. l. p. 273. Reliqua, huc pertinentia, vide annotata in Vindic. *Levit.* 23. v. 2. & 27.

CAP. XXIV. v. 2. *Præcipe filiis Israel, & capiant ad te oleum olivæ purū contusum luminari, ad accendendum lucernam semper.*

Philologica unà cum Polemicis ad locum præsentem spectantia, vide assignata partim in Vindic. *Exod.* 25. v. 37. m. 3. partim in Vindic. *Exod.* 27. v. 20. m. 1. & 2.

Vers. 8. *In die Sabbati in die Sabbati disponet, eum ad faciei Domini semper a filiis Israel, fœdere seculi.*

Utitur Moses (1. Epizeuxi. *In die Sabbati, in die Sabbati*, h. e. *singulis diebus Sabbati*; ea enim repetitionis hujus vocum vis est. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: *Ad facies Domini*, h. e. *in tabernaculo fœderis*. (3.) Ellipsi: *Disponet*, subint. *Sacerdos*; & à *filiis Israel*, scil. *acceptum*. (4.) Synecdoche: עולם enim notat *perpetuum*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 274. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 129. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 2. cap. 1. m. 1. p. 518.

Vers. 9. *Panes propositionis erunt Aaron & filiorum ejus, ut comedant eos in loco sancto, quia sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini jure perpetuo.*

I. *Pistorius* in Hodeg. p. 374. contendit, *Sacramentum Eucharistiæ esse, & manere corpus Christi*, sive in usu, sive extra usum, sive manducetur, sive asservetur; quia *panes propositionis in V. T. semel sanctificati Domino, sancti permanserint*, etiam tùm, cùm eos *Sacerdotes comedebant*.

R. (1) Si ex *umbra* sive *figura* argumentari velit Apostata ad *ipsam rem*, sive *corpus*, afferat *agnum Paschalem*, cui successit S. Cœna, de quo Moses: *Comedetis*, inquit, Exod. 12. v. 10. *neque relinquetis ex eo usq; mane. Quòd si quid relictum fuerit ex eo usq; mane, igne comburetis.* Eadem nimirum obedientia debetur huic Christi mandato: *Edite, bibite.* (2.) Idem judicium de *panibus propositionis*, de quibus certum extat Dei mandatum, qui, quando, & ubi eos debebant comedere. Ita hic nihil præter vel contrà præceptum Christi committendū est. *Mentzer.* disp. Antipist. 9 thes. 69. seq.

II. Cæteras duas controversias hic occurrentes vide *Vindic. Exod.* 25. v. 30. diremtas.

Vers. 11. *Et transfixit filius mulieris Israelitidis nomen & maledixit: & adduxerunt eum ad Mosen; & nomen matris ejus Selomith, filia Dibri, tribus Dan.*

Videsis (1.) *Metaphoram* in verbo *transfixit*: nam blasphemus eum quodammodo *transfigit*, in quem pronunciat blasphemiam. (2.) Ellipsin: *Nomen*, scil. JEHOVAH; *Adduxerunt*, puta *judices*; & *tribus*, pro *de tribu*. Ariæm. in Bibl. p. 107. *Vabl.* in Annot. ad h. l. p. 274. *Jun.* ibid. p. 129.

Vers. 12. *Et posuerunt eum in custodia, ad exponendum eis super ore Domini.*

Recurrit nunc (1.) *Ellipsis*: concisa enim est oratio, *Ad exponendum eis*, quoniam subaudiri debet, *quid faciendum*. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: *super ore Domini*, h. e. *juxta sermonem*, vel *ex præstituto Domini*. Ariæm. & *Jun.* l. c.

Vers. 15. *Vir vir, quia maledixerit Deo suo, & portabit iniquitatem suam.*

§. 1. *Vir vir*, Hebraico more dictum pro, *quicunque*. §. 2. Adverbium temporis indeterminati, *quum*, exprimitur per conjunctionem causalem, כי, *quia*. §. 3. Conjunctio ו ET notat, *usq;* sive *omninò*, §. 4. *Iniquitas* cum verbo *portandi* innuit *reatum pœnæ*. Ariæm. in Bibl. p. 107. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 129. *Glass.* lib. 3. Phil. Sacr. tract. 1. can. 5. m. 3. p. 20.

Vers. 16. *Et nuncupans nomen JEHOVAH, moriendo morietur, lapidando lapidabunt in eū omnis cœtus: sicut peregrinus, sic indigena, in nuncupando eum nomen, morietur.*

I. In textu hoc offert sese (1.) Epizeuxis: *Moriendo morietur*, i. e. *omnino morietur*; & *lapidando lapidabunt*, h. e. *omnino lapides conjicient*. (2.) *Enallage* tum *modi* indicativi, *morietur* & *lapidabunt*, pro imperativo *moritor* & *lapidanto*; tum *numeri*, quia verbum plurale, *lapidabunt*, respondet nomini singulari collectivo, *cœtus*. (3.) *Ellipsis* nominis, ex membro antecedente repetendi: *Nuncupando nomen*, scil. JEHOVÆ. *Iun.* in Bibl. p. 129.

II. Hoc oraculum sacrum aliqui *Iudæi* solent Christianis objicere, ut eos deterreant ab *enunciatione* JEHOVAH, quod volunt esse ineffabile, nec sub interminatione mortis nominandum.

R. Sermo hic est non de *simplici*, sed de *mala* nuncupatione, quæ fit cum dedecore & ignominia, hoc est, de *blasphematione* nominis divini: nam ita nominavit vir nomen JEHOVÆ, ut ei maledixerit, v. 11. & Hebræum נקב, significat, *transfixit*, puta blasphemiis. *Iun.* in Not. ad v. 11. p. 129. *Franz.* tract. de Interpr. Script. p. 926. & 937.

III. *Beza* lib. de Puniend. hæret. p. 153. statuit, *Magistratum politicum capitali supplicio debere animadvertere in hæreticos*, quòd lex divina jubeat blasphemos, quales sunt *hæretici*, occidere.

R. Locus hic nihil cōtra nos: quæstio namq; est nobis cum Beza, de *hæretico simplice*, non *apertè blasphemo*. Quòd si Magistratus in horrendas alias *manifestas* blasphemias pœnam latam repeteret, non contradiceremus; imò fidelis conscientia in illa jucundissimè acquiesceret; sicut illa *Michaeli Serveto* A. C. 1553. 17. Octobr. Genevæ contigit, ubi ob execrandas in SS. Trinitatem blasphemias exustus fuit. *Hutter.* in LL. CC. Theol. p. 1020. *Thumm.* tr. de Hæret. non occid. p. 58. seq.

IV. *Fridericus Martini* in Append. tract. de jur. censl. p. 521. censet, *Sagas eo solo nomine occidendas esse, quòd Deum abnegent, & Dæmoni fidelitatem promittant*, etiamsi aliàs nemini nocuerint; cum ipsæ sint blasphemæ, blasphemia autem in Deum morte vindicetur.

℞. [illegible] *Peccatores in Spiritum Sanctum*, Matth. [illegible] ut *auditores Jeremiæ*, Jerem. 5. v. 12. & *Pharisæi tempore Christi*, Matth. 12. v. 24. in Deum [illegible] [illegible]vant, nec tamen illos ultimô affectos [illegible] supplicio, usquam legimus. (2.) Blasphemia mos[illegible] [illegible]let puniri, sed non nisi *illa*, quæ *in publi[illegible] [illegible] committitur*: neq; verò eam, quam in secretis comm[illegible]ain corde pœnitenti ac serio dolore quisquam con[illegible]tur. Talem autem extremô supplicio [illegible]endam esse non facil[illegible] futurum puto [illegible] qui dicat. (3.) Non omnes Sagæ *blasphemiis* [illegible] eum p[illegible]unt: reperiuntur enim nonnu[illegible] qu[illegible] [illegible]æ abnegationis ac sanciti fœderis ita [illegible]n[illegible]t, [illegible]ne verberibus quidem, aut dirissimi Sat[illegible] minis, vel ad *maledicendum Deo*, vel ad *male[illegible]endum proximo*, adigi possint. (4.) *Solam ap[illegible] iam* · *pactumq*, *cum Diabolo initum* om[illegible] [illegible]stantialia *blasphemia* (quam Christianus Magi[illegible]atus ultimô supplicio vindicare solet) re[illegible] [illegible]ta habere. & [illegible]heologi & ICTi constanter negant. *Thumm.* tract. de Sagar. imp. p. 102. seq.

Vers. 17. *Et vir cum percusserit omnem animam hominis, moriendo morietur.*

§. 1. [illegible] notat ac *quis*, sive *mas* fuerit sive *fœmina*. §. [illegible] *Percusserit*, i. e. *percutiendo vitam ademeri[t]*. §. 3. *Omnem animam hominis*, h. e. *ull[um] hominem* [illegible], *ordinis*. §. 4 *Moriendo morietur*, pro *omnino morietur*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 275. *Jun.* ibid. p. 129.

Vers. 18. *Ut percutiens animam jumenti, restituet eam; animam pro anima.*

Nota hic (1.) copulativum ו, ET, sumi adversu[m] pro, AT. (2.) *Percutiens* idem esse ac *occide[ns]*. ([illegible].) *Animam jumenti* poni pro ipso *jumento*. (4.) Pronomen, *eam*, denotare non identitatem [illegible]*genericam*, sed *specificam*: Eam, i. e. *ejusdem* [illegible] *jumentum, aut illius pretium*. (5.) Post voces, *animam pro anima*, ex membro præcedente repetendum esse verbum, *restituet*. Vatabl. in Annot. ad h. l. 275.

Vers. 19. *Qui irrogaverit maculam proximo suo, sicut fecit, ita fiet ei.*

I. Moses Salomoni contrariari videtur: *ille* enim præcipit vindictam, quam prohibet *Salomon*, *Prov.* 24. v. 29.

℞. Di[st]inguendum est inter vindictam *publicam*, & *Privatam*. De *illa* loquitur *Moses*: eam [illegible]ulam ad judices restringit, Deut. 19. v. 19. & [illegible]. de *hac* vero *Salomon*; notanter enim dicit: *Non dicas, sicut fecit mihi, ita faciam ei. Chemnit.* par. 2. LL. CC. Theol. loc. de Vind. p. 125. *Balduin.* Comm. in Epist. Roman. c. 12. par. 1. q. 3. p. 768.

II. *Zepperus* lib. 1. de Legib. Mosaic. c. 10. negat, *[f]ures esse capitaliter puniendos*, cum *pœna capita[li]s fu[r]ti [illegible] gravior*, (quæ enim est proportio inter vitam & furtum?) Deus autem velit, ut *supplicium sit æquale peccato*.

℞. [illegible] per instantiam: *Ovem* vel *aliud quid an[im]ale levinsculum*, & post *omnem suam substantiam tradere*; certè non videtur esse proportio, & tamen id Salomonis tempore usitatum erat, *Proverb.* 6. v. 31. (2.) Per distinctionem: Aliud est, æstimare delictum *absolutè*, aliud verò *respectivè*. Sæpè fit [u]t nulla appareat proportio inter supplicium & delictum *absolutè* pensitatum; quæ tamen evidenter elucet, si delicti *specialis ratio* & *circumstantes appendices* considerentur. Ita permiserat Dominus, ut *si noctu inventus fuisset fur*, in effossione à privato etiam interficeretur, non autem si *interdiu*, Exod. 22. v. 3. Delictum erat idem, & tamen pœna variabat, ob *circumstantiam extrinsecam*; ideoq; proportio non in *ipso facto simpliciter*, sed in *facti aliqua circumstantia* quærenda est. Similiter *sacrilegium* capitaliter puniri potest ac debet, fatente Zepperô; etsi *absolutè* non sit proportio inter vitam & bona surrepta à sacrilego. Quo pertinet exemplum *Achan* sacrilegi, legi, ob surreptionem rerum quarundam, in ærarium Domini consecratarum, cum tota familia lapidati, *Josu.* 7. v. 24. Pari ratione fateor, capitalē pœnā apparere severiorē & iniquiorē, si furtū inspiciatur *absolutè* & *in se*; nihilominus cùm attenduntur *concomitantia*, justè exclamamus cum Davide: *Fur iste filius mortis est*, 2. Sam. 12. v. 5. *Meisner.* par. 1. Phil. sobr. sect. 2. c. 4. q. 3. m. x. arg. 2. p. 604. seq.

CAP. XXV. Vers. 4. *Septimo autem anno sabbatum erit terræ, requietionis Domini: agrum non feres, & vinum, &c.*

Anabaptistæ pro *bonorum communione* dimicaturi, obvertunt, *annum septimum in* V. T. *fuisse sacrum*, in quo quicquid terra fructuum produxit, omne id in pauperum usum cessisse: ideoque, inquiunt, decet nos perpetuò illum *typum* complere, dum communionem observamus bonorum, per quam omnibus pauperibus Christianis consulitur.

℞. Fatemur equidem divino jussu pauperibus, quæ anno feriali sponte nata fuerunt, relicta fuisse: non autem interim *fundis & agris suis cesserunt* Judæi, sed *dominii illorum* nihilominus manserunt. Neque plus inferri potest inde, quàm hoc, *partem* nimirum *aliquam proventuum nostrorum deberi Deo ad sacros usus & ad alendos pauperes*. Hoc autem in controversia non est positum; & dum cōfundunt adversarii *beneficentiam erga pauperes ex proprio*, cum *communione bonorum omnimodâ*, quatuor conjungunt terminos in hoc argumento. *Osiand.* in Enchirid. controv. Anabaptist. c. 7. q. 2. obj. 22. p. 164. & 165.

Vers. 8. *Et numerabis tibi septem sabbata annorum, septem annos septem vicibus, & erunt tibi dies septem sabbatorum annorum, novem & quadraginta anni.*

Ecce (1.) *synecdochen partis* pro toto: *sabbata* enim pro *septimanis* ponuntur. (2.) *Ellipsin* participii; *Erunt tibi*, scil. *numeranti*. (3.) *Enallage numeri* singularis, שָׁנָה, pro plurali, שָׁנִים, *anni*. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 276. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 129.

Vers. 9. *Et transire facies tubam clangoris in mense septimo, in decimo mensis, in die expiationum, transire facietis*, &c.

§. 1. *Tubam clangoris* per Hypallagen, pro *clangorem tubæ*. §. 2. In *decimo*, scil. *die*, κατ᾽ ἔλλειψιν. §. 3. *Decimo mensis*, pro, *ejus*: antecedens enim est pro relativo. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 130.

Vers. 10. *Sanctificabisque annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ: ipse enim est jubilæus*, &c.

Anabaptistæ instant, *annô quinquagesimô jubilæô, omnes a debitis fuisse absolutos*; quem *typum*, ajunt, *decet nos complere in bonorum communione: nam ubi omnia sunt communia, nemo quicquam alteri debet.*

℞. (1.)

℞. (1.) Evangelium non alligat nos ad *politiam Mosaicam*, sed sinit, uti nos *legibus*, sancitis in his imperiis, in quibus vivimus, Rom. 13. v. 1. Hoc autem onus, de *reddendis fundis in Jubilæo*, peculiaris erat illius gentis, sicut *Circumcisio*: voluit enim Deus cōservari familias, & discrimina earum, ut sciri posset, in qua tribu nasceretur Messias. Voluit etiam *avaris* & *prodigis* frenos injicere: *illi* enim minùs emebant, quia reddere fundos cogebantur; *hi* verò difficiliùs inveniebant emptores. (2.) *Carnalis* est ista typi hujus explicatio: neq; enim *terrenorum bonorum communionem*, sed *gratuitam peccatorum remissionem spectavit*, *Esa.* 61. v. 2. *Luc.* 4. v. 21. *Pezel.* par. 6. Object. & Resp. Theol. p. 624. seq. *Osiand.* l. c.

Vers. 14. *Et cum vendideritis venditionem proximo tuo; vel acquireretè manu proximi tui, ne opprimatis vir fratrem suum.*

Videsis (1.) *Syllepsin* numeri, *vendideritis*, pro, *vendideris*. (2.) Metaphoram: *Vir fratrem suum*, h. e. *alter alterum*. Jun. in Not. ad h. l. p. 130

Vers. 16. *Ad os multitudinis annorum multiplicabis emptionem ejus, & ad os paucitatis annorum minues emptionem ejus, quia numerum proventuum ipse vendens tibi.*

In textu hoc occurrit. (1.) *Pleonasmus*: nam פִּי, os cum ל particula *expletiva* est: *Ad os multitudinis*, i. e. *pro multitudine*; & *ad os paucitatis*, h. e. *pro paucitate*. (2.) *Ellipsis* tùm particulæ exclusivæ, *Numerū proventuū*, scil. *tantùm*, & *non fundum*: tum verbi substantivi, *Vendens*, subint. *est*, h. e. *vendis*. Ariæm. in Bibl. p. 108. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 277. *Glass.* libr. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 38. p. 146.

Vers. 29. *Et vir cum vendiderit domum habitationis muri civitatis, & erit redemptio ejus usq; ad consummandū annum venditionis ejus, diebus erit*, &c.

Moses utitur (1.) *Enallage* substantivi, *muri*, pro adjectivo, *murata*. (2.) *Synecdoche partis* pro toto: יָמִים enim, *dies*, sine addita voce numerali, pro *anno* ponitur, ut ex v. seq. patet. *Ariæm.* in Bibl. p. 108. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 130. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tr. 1. cap. 17. m. 3. p. 464.

Vers. 35. *Cum attenuatus fuerit frater tuus & vacillàrit manus ejus tecum, & tenebis illum, peregrinus*, &c.

Metaphora est gemina: una desumitur *à viro morbis confecto*, qui manibus ad labores uti nequit; atq. *hujus manus vacillare*, dicitur: altera à *viro*, *qui labascit*, quem tenemus, ne planè concidat, itaq; vult Deus, ut pauperi, qui rem familiarem præ egestate ritè administrare nequit, facultatibus nostris in tempore succurramus. *Vatabl.* in Annot. ad. h. l. p. 278. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 130. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 343. seq.

Vers. 40. seq. *Si paupertate compulsus vendiderit se tibi, frater tuus*, &c. *usque ad annum Jubilæum operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis, & revertetur ad cognationem.*

Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim servi libertatem differt in annum *quinquagesimum*, qui erat *Jubilæus*, cùm tamen *Exod.* 21. v. 2. *septimum* annum libertati præfigat.

℞. (1.) Quidam nodū ita solvunt, si in sex annis incurrat Jubilæus, servum dimittendū esse, quamvis integrum tempus non expleverit. (2.) Probabilius est, servitutem eorum, qui *aure perforatâ in longum se tempus addixerant*, Exod. 21. v. 5. & seq. ad annum usq; *Jubilæum* durâsse, *Levit.* 25. v. 40. non item aliorum. *Walther.* in harm. Scriptur. p. 183.

Vers. 47. *Et cùm assecuta fuerit manus peregrini & advenæ tecum, & attenuatus fuerit frater tuus secum, & vendiderit se peregrino, inquilino tecum, vel radicato*, &c.

Habes hic (1.) Ellipsin: *Assecuta fuerit*, subint. *magnas opes*. (2.) *Synecdochen speciei pro genere*: nomine enim *fratris* intelligitur *frater gente*. (3.) Metaphoram: *Radicato*, i. e. qui etsi originem habet, aliunde natus: tamen est, & quasi *radices* egit in populo Dei. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 279. *Jun.* ibid. p. 130. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 15. m. 1. p. 447.

CAP. XXVI. v. 1. *Non facietis vobis idola, & sculptile, & statuam non erigetis vobis, & lapidem effigiei non dabitis in terra vestra, ad incurvandum vos super eum, quia ego Dominus Deus vester.*

I. Moses utitur (1.) *Meiōsei*, juxta quosdam qui אֱלִילִים, *idola*, diminutivum esse volunt, ab אל, *Deus*, q. d. *deunculi*. (2.) *Enallage* substantivi, *effigies*, pro adjectivo, *effigiatum*, (3.) *Ellipsi* verbi substantivi: *Ego*, scil. *sum*. Vatabl. in Annot. ad. h. l. p. 280. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 131. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 19. p. 478.

II. Præceptum hoc Dei videtur repugnare *facto, nec illicito nec illaudato*. Etenim *Jacob* titulum, Gen. 35. v. 20. & *Josua* lapidem prægrandem, Jos. 24. v. 26. erigendo, non peccârunt.

℞. Deus hic nō *absolutè* prohibet sive titulū sive *lapidē* erigi: sed *determinatè*, in quātū ipsis *adorationis* cultus accedit. Expressè enim additur: *Ut adoretis* (nota finem) eum. *Grawer.* in Expos. Mich. c. 1. par. 4. p. 73. *Thumm.* in Scult. Iconoclast. p. 50.

Vers. 3. *Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluvias temporibus suis.*

Argumentū Bellarmini, pro *libero hominis arbitrio à conditione* desumptum, vide in *Vindic. Es.* 1. vers. 19.

Vers. 6. *Et dabo pacem in terra, & cubabitis, & non exterrens, & cessare faciam bestiam malam è terra, & gladius non transibit in terra vestra.*

Ecce (1.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Et non exterrens*, scil. *erit*. (2.) *Enallagen numeri* singularis, *bestiam malam*, pro plurali, *bestias malas*. (3.) *Metonymiam causæ pro effectu*: nam *gladius* est pro *bello*, quod gladiis solet peragi. *Ariæm.* in Bibl. p. 109. *Vatabl.* in Annot. ad. h. l. p. 280. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 2 p. 10.

Vers. 11. *Et ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non fastidiet anima mea vos.*

In versu hoc reperitur (1.) Hebraismus: *Ponam tabernaculum*, i. e. *jam positum non auferam*, sed pro fide & veritate mea stabiliā in perpetuum; ubi verbū, ponā de *continuatione gratiosa inhabitationis* intelligendū. (2.) Pleonasmus: *In medio vestri*, pro *inter vos*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια; nam *anima*, Deo tributa, notat ipsum *Deum*: *Non fastidiet vos anima mea*, h. e. *non dedignabor habitare apud vos*. Vatabl. in Ann. ad h. l. p. 218. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 131. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 4. p. 240. & lib. 5. tract. 1. cap. 7. p. 101.

Vers. 12.

Vers. 12. *Et ambulabo in medio vestri, & ero vobis in Deum, & vos eritis mihi in populum.*

I. Ἀνθρωποπάθεια est: *Ambulabo in medio vestri*, h. e. *gratiosè præsens vobis adero & benefaciam*; ubi *ambulatione Dei in populo*, significatur *præsentia ejus gratiosa & beneficentia*. Glass. lib. 5 Philol. Sacr. tract. . cap. 7. p. 143.

II. Argumentum Reformatorū pro *non amissione gratia divina* per peccata mortalia, vide solutum in *Vindic. Exod.* 6. v. 7.

Vers. 13. *Ego Dominus Deus vester, qui feci egredi vos è terra Ægypti, à non existendo eis servi, & confregi temones jugi vestri, & incedere feci vos cum erectione.*

§. 1. *Ego*, scil. *sum*. Ellipsis est. §. 2. *Ægyptus* metonymicè, ponitur pro *ejus incolis*, quippe quibus respondet relativum plurale, *eis*. §. 3 Præfixum מ, A, ante verbum infinitivum constituit gerundium in *do*, & *negativè* sumitur, explicaturq; per NE: מִהְיֹת, *à non existendo*, i.e. *ne essetis*. §. 4. *Temones jugi*, metaphoricè dictum: sunt enim vincula, quibus *jugi* collo boum alligantur. §. 5. *Cum erectione*, videlicet *cervicum*; hilares enim caput attollunt, contrà tristes vultum demittunt. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 281. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 131. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 1. observ. 4. p. 655.

Vers. 16. *Ego quoq; hæc faciam vobis: Visitabo vos velociter*, &c.

Argumentum *Hunnii* contra *Pontificium Purgatorium*, ex hoc quoq; loco deductum, vide ab exceptionibus Papisticis vindicatum in *Vindic. Deut.* 28. v. 15.

Vers. 19. *Et frangam excellentiam roboris vestri, & dabo cœlos vestros sicut ferrum, & terram vestram sicut æs.*

I. In textu hoc offert se (1.) Hypallage: *Excellentiam roboris vestri*, i. e. *robur excellens, quo nunc excellitis*, (2.) Hyperbole: *Dabo cœlos vestros sicut ferrum*, &c. q. d. pluvias supernè continebo, & fructus terræ infernè, periudè ac si naturam ferream aut æneam cœli & terra ipsa induerent, ne quem afferrent fructum. *Jun.* in Not. ad. h. l. p. 131.

Vers. 21. *Et si ambulaveritis mecum sine discrimine, nec volueritis audire mihi, & addam super vos plagam septies*, &c.

Habetur hoc loco (1.) *Ellipsis* præpositionis: קְרִי pro בְּקְרִי ubi ב deficit, ut ex v. 14. apparet, rectèq; exponitur, *sine discrimine*, ὅπως ἔτυχεν, *ut ut accidat*. (2.) *Metaphora*: Nec volueritis mihi *audire*, i. e. *obsequi*. q. d. modò fueritis seqvuti studia vestra, non voluntatem meam. (3.) *Synecdochen numeri finiti* pro infinito: *septies* enim usurpatur de *infinita multitudine*. Vatabl. in Annot. ad. h. l. p. 281. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 131. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 143. & cap. 15. m. 4. p. 450.

Vers. 23. *Et si in his non erudiemini mihi, sed ambulaveritis mecum sine discrimine.*

Usorpatur hic (1.) *Hebraismus*: peculiari enim lingvæ Hebraicæ idiotismô, verbum יָסַר, *erudivit*, in Hiphil *eruditionem accipere* significat, ut תִּוָּסְרוּ sit, *eruditionem accepietis*. (2.) *Ellipsis*: nam iterum deficit ב ante קְרִי, ut v. 21. *Vatabl.* in Annot. ad. h. l. p. 282. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tr. 3. can. 23. p. 306.

Vers. 24. *Et ambulabo etiam ego vobiscum temere, & percutiam vos etiam ego septies super peccata vestra.*

§. 1. *Ambulabo vobiscum temerè*, ἀνθρωποπαθῶς & humanitus dictum, h. e. *sine ullo personarum discrimine habenas iræ meæ in vos laxabo*. §. 2. *Septies*, i. e. *non adhibita plagis moderatione*, ut v. 21. m. 3. §. 3. *Super peccata*, pro, *propter peccata*; nam עַל hic PROPTER significat. *Ariæm.* in Bibl. p. 110. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 131. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 143. & cap. 15. m. 4. p. 450.

Vers. 25. *Et venire faciam super vos gladium vindicantem vindictam fœderis, & colligemini ad civitates vestras, & mittam pestem in medio vestri, & dabimini in manu inimici.*

§. 1. *Gladium*, i.e. *homines armatos* metonymicè. §. 2. *Fœderis*, scil. *rupti*. §. 3. *In medio vestri*, pro, *inter vos*. §. 4. *In manu inimici*, h. e. *in potestatem inimicorum vestrorum*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 282. *Iun.* in Not ad eund. loc. p. 131.

Vers. 26. *In frangendo me vobis scipionem panis, & coquent decem mulieres panem vestrum in clibano uno, & reddent panem vestrum in pondere*, &c.

Videsis (1.) Metaphoram: *In frangendo me vobis scipionem panis*, h. e. *cum alendi facultatem panis ademero*, quo tanquam *scipione* nitimini. (2.) *Synecdochen* numeri *finiti* pro *infinito*: Coquent *decem* mulieres panem vestrum in clibano uno, q. d. tanta erit panis penuria, ut *familia multa* vix tantum habeant, unde furnum unum panibus simul impleant. (3.) *Ellipsin*: In pondere, scil. *distribuendum*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 282. *Iun.* ibid. p. 131.

Vers. 28. *Et ambulabo vobiscum in ira temeritatis, & castigabo vos etiam ego septies super peccata vestra.*

Recurrit (1.) Ἀνθρωποπάθεια: *Ambulabo vobiscum in ira temeritatis*, h. e. *sine discrimine ullo, exertâ meâ irâ, & pœnis inflictis terribilibus*. (2.) *Synecdoche species* pro *genere*: nam numerus certus, *septies*, ponitur pro incerto, & *indefinita multitudine*. Glass. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 143. & cap. 15. m. 4. p. 450.

Vers. 30. *Et perdam excelsa vestra, & succidam simulachra vestra, & ponam cadavera vestra super cadavera idolorum vestrorum, & fastidiet anima mea vos.*

§. 1. Vox חַמָּנִים, non simpliciter *quævis simulachra* significat, sed ejusmodi statuas, *quæ Soli exposita, colorem adustum habent*, 2. *Paral.* 34. v. 7. namque חַמָּה, *Solem* significat. §. 2. *Catachresis* est, cùm *fragmenta idolorum* dicuntur *cadavera*, & quidem per *metaphoram duriorem*; alluditur autem ad *cadavera hominum*, quorum mentio præcedit. §. 3. Ἀνθρωποπαθῶς & *humanitus* dictum: *Fastidiet anima mea vos*, q. d. *Ego ipso ex animo vos detestabor seriò, & abhorrebo à vobis planè.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 282. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 131. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 18. m. 1. p. 465.

Vers. 41. *Etiam ego ambulabo cum eis temerè, & inducam eos in terram inimicorum eorum, vel tunc humiliabit se cor eorum præputiatū, & tunc amabunt iniquitatem suam.*

Nota hic (1.) futurum *ambulabo*, poni pro præterito, *ambulavi*. (2.) *Ambulationem* tribui *Deo* in *ma-*

in *malum*, ratione *pœnarum*, idq; ἀνθρωποπαθῶς, v. 28. (3.) Conjunctionē disjunctivam או, VEL, uſurpari pro copulativa, ו, ET. (4.) *Præputiatum eſſe corde*, metaphoricè de *incredulis & impiis hominibus* dici. (5.) *Iniquitatē μετωνυμικῶς* poni, pro *pœna iniquitatis* Vatabl. in Annot. ad. h.l. p. 283. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 152. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 14; & cap. 13. p. 431.

Verſ. 42. *Et recordabor fœderis mei Jacob, & etiam fœderis mei Iſaac, & etiam fœderis mei Abraham recordabor, & terræ ipſius recordabor.*

I. In textu hoc occurrit (1.) Ἀνθρωποπαθεια: nam *recordatio fœderis ſui*, DEO tribuitur, cujus intuitu gratioſo hominibus benefacit. (2.) *Ellipſis* particulæ את, CUM, quæ deeſt ante nomina, *Jacob, Iſaac, Abraham*. ideoque ſic complenda: CUM JACOB, CUM Iſaac, cum Abraham. (3.) *Pleonaſmus*: copulativa enim, cum altera cōjuncta אַף, *& etiam*, emphaticè repetitur. *Ariæm.* in Bibl. p. 110. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 6. can. 16. not. 2. p. 565 tract. 7. can. 4. m. 3. p. 592. lib. 5. tract. 1. cap 7. p. 123.

II. *Anonymus ille Semijudæus* in peculiari Manuſcripto, & quidem membro 1. illius tractatus, cujus titulus eſt: *Origo & fundamenta religionis Chriſtianæ*; demonſtrare vult, *Meſſiam promiſſum eſſe Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo, ſub hac conditione, ſi modo ipſi & ipſorum poſteri probi & pii futuri eſſent. quia Judæi ob pœnitentiam, quam acturi ſint, Deus eos in patriam ſit reducturus, iisdemq; Meſſiam miſſurus. ut fœderis cum Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo initi.*

℞. Locus hic nihil facit ad *rem*: quandoquidem ibi non agitur de *fœdere Dei*, inito cum Abrahamo, & cæteris majoribus Judæorum, *de danda terra Canaan, & mittendo Meſſia*; ſed *primùm* Deus interdictâ idololatriâ, Sabbathi & Sanctuarij reverentiam imperat: *deinde* amplas variasq; promiſsiones obſervantibus mandata DEI, & contrà comminationes varias transgredientibus denunciat, ac reſipiſcentibus certam veniæ ſpem facit. Quæ omnia impleta ſunt, partim in *deſerto* partim in *captivitate Babylonica*, partim etiam in *excidio Hieroſolymitano*, ubi præſente Silo & Meſſia promiſſo, regnum Judaicum funditus ſubvertebatur, atque Judæi partim miſerrimè trucidabantur, partim captivi abducebantur, partim inter gentes diſpergebantur, & dominio oſorum ſuorum ſubijciebantur. *Iac. Martin.* lib. 3. de trib. Eloh. c. 77. p. 391.

Verſ. 43. *Et terra relinquetur ab eis, & amabit ſabbata ſua, in deſolando ab eis, & ipſi amabunt iniquitatem ſuam, eò quòd & in eo quòd in Judicia mea reprobaverunt, & decreta mea faſtidivit anima eorum.*

§. 1. *Terra amabit ſabbata ſua*; Proſopopœia eſt. §. 2. *Iniquitatem*, metonymicè dictum, pro *pœna iniquitatis*. § 3. *Pleonaſtice*, emphaticè tamen repetitur, יַעַן וּבְ *& in eo quod*, i. e. *multis modis*. §. 4. *Anima eorum*, ſynecdochicè, h.e. *illi ipſi Jun.* in Not. ad h. l. p. 132.

Verſ. 44. *Et etiam quoq; iſtud, in exiſtendo eos in terra inimicorum ſuorum, non reprobavi eos, & non abominatus ſum eos, ad conſumendum eos, ad faciendum irritum fœdus meum cum eis, quia ego Dominus Deus eorum.*

I. Redit huc (1.) *Pleonaſmus*; neq; enim ſine emphaſi conjunctio copulativa una cum altera cōjungitur: וְאַף־גַּם, *& etiam quoq;*. (2.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi, *Iſtud* ſcil. *fuit*; *Ego*, nim. *ſum*. Vatabl. in Annot. ad h l. p. 283. *Iun.* ibid. p. 132. *Glaſſ.* libr. 3. Philol. Sacr. tract. 7. can. 4. m. 3. p. 592.

II. *Iudæi* in textu hoc maximè tripudiant atque triumphant, vocantque illum *Simiam auream*, quòd incipiat à voce Hebrea אַף, quæ Germanis *Simiam* ſignificat; & ex illo concludunt, *ſe adhuc tandem aliquando in terram Canaan reverſuros*, & ſic *Meſſiam nondum exhibitum, qui ipſos eò deducat*: quia igitur nondum ſint in eam reverſi, Meſſiam non veniſſe.

℞. (1.) Ex vetuſta traditione in *Seder Olam* conſtat, poſt *ſecundam* ejectionem è terra Canaan Judæos *ternâ* vice nequaquam in illam reverſuros eſſe. (2.) Quomodo Meſſias Judæos poteſt in terram Canaan reducere, cùm non poſſit naſci niſi in *Bethlehem*, quæ jam olim vaſtata & deſtructa eſt? (3.) Promiſsio hæc, de *reductione in Canaan terrenam data*, intelligenda eſt *cum hac exceptione*, quamdiu ſcil. *Iudæi erunt populus DEI*, & quamdiu *politia Iudaica durare debuit*, videlicet usque ad *exhibitum Meſſiam*. Ac implevit Deus hanc promiſſionem per liberationem Judæorum ex captivitate Babylonica, & eorum in priſtinam terram ſub Eſdra & Nehemia reſtitutionem. Hodierni autem Judæi non amplius ſunt *DEI populus*, quia Meſſiam exhibitum repudiârunt, quô exhibitô, politiâ Judaica finem habere debuit. (4.) In promiſſione illa conditio *pœnitentiæ* expreſsè additur v. 40. & 41. quâ conditione negatâ, non ſit ſperanda exauditio: jam verò Judæi ultra mille quingentos annos non ſunt exauditi, ut eductionem in terram Canaan impetrarent; utique ergo conditio promiſſioni addita, nondum eſt impleta. Fatentur autem ipſi in libro precum ſuarum, ſe non poſſe majorem agere in Judaiſmo pœnitentiam, quàm hactenus egerint; neque poſt ſolennem illum annum pœnitentialem, A. C. 1502. inſtitutum, quo omnes ipſorum ſocii per totum terrarum orbem magna devotione pœnitentiam egerunt, aliquid impetrârunt. Agnoſcent igitur, pœnitentiæ ſuæ aliquem neceſſariam & eſſentialem partem deeſſe, videlicet *veram in Chriſtum fidem*, ac proinde ad eum ſeſe in vera pœnitentia convertant: ita recipientur à DEO in fœdus gratiæ ac ſpiritualium Meſſiæ beneficiorum reddentur participes. *Helvic.* tom. 4. diſp. Gieſs. 15. theſ. 21. ſeqq. *Iac. Mart.* l. 3. de trib. Eloh. c. 41. p. 197. 215. ſeq. *Gerhard* tom. 9 LL. CC. loc. 31. de Extrem. Judic. §. 110. p. 259. ſeq.

Verſ. 46. *Hæc decreta & Iudicia, & leges, quæ dedit Dominus inter ſe, & inter filios Iſrael, in monte Sinai, in manu Moſis.*

§. 1. *Hæc decreta*, ſcil. *ſunt*; κατ᾽ ἔλλειψιν. §. 2. *In monte Sinai*, pro, *ad montem Sinai*, videlicet è *tentorio conventus*. §. 3. *In manu Moſis*, h. e. *per Moſen*; ubi *manus* abundat. *Iun.* in Not. ad Levit. 25. v. 1. & ad h. l. p. 132. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 38. p. 148.

CAP. XXVII. v. 2. *Loquere ad filios Iſrael & dices ad eos: Vir quia mirificabit votum, in æſtimatione tua, animarum Domino.*

I. Nota hic (1.) nomen *viri* ſumi *ſynecdochicè*, pro *homine cujuscunq; ſexûs*. (2.) Adverbium temporis

poris indeterminati, *quum*, exprimi conjunctione causali, כִּי, *quia*. (3.) Post phrasin, *in æstimatione tua*, subaudiri, *ô Sacerdos*, v. 12. alloquitur enim Sacerdotem. (4.) *Animas* synecdochicè poni pro *personis*. Vatabl. in Annot. ad h. p. 284. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 132.

II. *Papistæ* docent, *omne quod fit ex voto, licèt non sit præceptum à Deo, verè & propriè esse cultum Dei*; quia *omnia vota*, quæ h. l. leguntur, *sint de rebus non præceptis, & tamen Deo placuerint*.

℞. (1.) Non placere Deo vota, ab *hominibus* excogitata, optimâ licèt intentione nuncupata, manifestum est è voto *Jephthæ*, voventis filiam in sacrificium, *Judic.* 11. v. 30. seq. & *Micha*, in sculptilis confectionem nuncupantis mille & centum argenteos, *Judic.* 17. v. 1. seqq. (2.) Falsum est, *omnia vota*, quæ in h. c. leguntur, *esse de rebus non præceptis*: quia non reliquit Deus *hominũ arbitrio*, aut *quid* vovere, aut *quomodo* vovere deberent; sed *certò verbò* docuit, *quæ* & *quomodo* vota sibi nuncupari vellet. Ita promulgavit interdicta de *rebus aliis non offerendis*, v. 11. 26. Qualia autem sibi voveri velit Deus, fusè explicat, v. 3. seqq. item, *quo fine*, tradit ipse, Psal. 66. v. 13. seqq. Esa. 1. v. 11. seq. &c. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol art. de bon. oper. c. 2. q. 5. p. 607. obj. 7. & p. 608. ad 7. *Scharp.* in Curs. Theol. tom. 2. p. 1939. obj. 9.

Vers. 3. *Et erit æstimatio tua, masculi à filio viginti anni, & usque ad filium sexaginta anni, & erit æstimatio tua quinquaginta sicli argenti, in siclo sanctuarii.*

Moses utitur (1.) Ellipsi: *Æstimatio tua*, scil. *ô Sacerdos*. (2.) Hebraismo: *A filio viginti*, &c. pro *a nato vicenario*, usque ad *natum sexagenarium*. (3.) *Pleonasmô*, nam ו, ET, ante vocem, *usque*, abundat. (4.) *Enallage* tum numeri singularis, שָׁנָה, *anni*, pro plurali, שָׁנִים, *annorum*; tum substantivi, *argenti*, pro adjectivo, *argentei*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 284. *Jun.* ibid. p. 132.

Vers. 8 *Et si attenuatus, ipse ab æstimatione tua, & stare faciet eum coram Sacerdote, & æstimabit eum Sacerdos super os, quod apprehendit manus voventis, æstimabit eum Sacerdos.*

In versu hoc habetur (1.) *Enallage* tum pronominis demonstrativi, *ipse*, pro verbo substantivo, *sit*; tum modi indicativi, *æstimabit*, pro imperativo, *æstimato*; tum temporis futuri *apprehendet*, pro præsenti, *apprehendit*. (2.) Ellipsis: *Stare faciet*, subint *alius aliquis Sacerdos*. (3.) *Pleonasmus*: nam *os* redundat. (4.) Hebraismus: *Super quod apprehendit manus voventis*, h. e. *pro ratione facultatum voventis*. Aricem. in Bibl. p. 110. & seq. *Vatabl.* in Annot. Bibl. p. 284. *Jun.* ibid. p. 132.

Vers. 9. *Et si jumentum, quo offerent ex eo oblationem Domino, omne quod dederit ex eo, Domino erit sanctitas.*

I. Redit huc (1.) *Ellipsis* verbi: *Si jumentum*, subaudi, *vovit*. (2.) Pleonasmus: *Quo ex eo*, i. e. *ex quo*; ubi *eô* abundat. (3.) *Synecdoche*: Ex *quo*, h. e. *ex cujus genere*. (4.) Hebraismus: *Offerat*, i. e. *offerre solent*. (5.) *Enallage* abstracti, *Sanctitas*, pro concreto, *sanctum*. Aricem. in Bibl. p. 111. *Vatabl.* & *Jun.* l. c.

II. Objectionem *Bellarmini*, pro *templorum consecratorum sanctitate*, vide solutam in *Vindic. Levit.* 27. v. 28.

Vers. 16. *Et si de agro possessionis suæ sanctificaverit vir Domino, & erit æstimatio tua ad os sementis ejus, sementis cori Hordeorum in quinquaginta siclis argenti.*

Iteratur nunc (1.) *Ellipsis* pronominis: *Et si*, subint. *quidpiam*. (2.) *Pleonasmus*: nam particula, פִּי, *os*, cum servili ל, expletiva est. (3.) *Enallage* substantivi, *argenti*, pro adjectivo, *argentei*. Aricem. & *Jun.* l. 4.

Vers. 19. *Et si redimendo redimet agrum, sanctificans eum, & addet quintam argenti æstimationis tuæ super eum, & stabit ei.*

§. 1. *Epizeuxis* est, Hebræis frequentata: *Redimendo redimet*, h. e. *planè volet redimere*. §. 2. Addet *quintam*, scil. *partem*, κατ' ἔλλειψιν, §. 3. *Argentum*, ponitur pro *pecunia*, ex argento confectâ, *metonymice*. §. 4. *Stabit*, metaphoricè dictum, pro, *manebit*, *confirmabitur* seu *ratum erit*. Aricem. in Bibl. p. 111. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 288. *Jun.* ibid. p. 132. *Glassi.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 12. p. 377.

Vers. 26. *Primogenita, quæ ad Dominum pertinent, nemo sanctificare poterit & vovere.*

Petrus Martyr in libro de vot. & cælibat. contra Smithæum, negat, *Christianos aliquid Deo licitè vovere posse*, quòd *omnia jure ipsi debeantur*, non minus quàm *primogenita pecorum* antiquitus fuerint, & ideo *illa* ab Israelitis Deo non vovenda.

℞. (1.) Hac ratione etiam *Judæi* antiquitus nihil vovere potuissent, cùm terra sit Domini & plenitudo ejus, Psal. 24. v. 1. & tam *illi* obstricti erant Deo, quàm obstricti sunt *Christiani*. (2.) Omnia Deo jure debentur, tanquam *Domino*; multa tamen *Christianis* reliquit libera, in quibus tanquam *dispensatores*, pro arbitrio hoc aut illud possunt facere, modò non sit contra Deum. Quocirca quando aliquid Deo vovemus, de rebus *ejus* damus, & tamen verè damus, quia res illæ etiam *nostræ* sunt. (3.) *Primogenita* non ideò non debebant voveri à Judæis, quòd *Dei essent*; sed quia *Deus non reliquerat liberam dispositionem primogenitorum*, ut aliarum rerum. *Bellarm.* l. de Monach. c. 18. *Scharp.* l. c. p. 1932. obj. 2.

Vers. 28. *Quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino.*

Bellarminus l. 3 de Cult. Sanctor. c. 5. censet, *templum consecratum meritò sanctum & venerabile, ac divina quadam virtute præditum, existimari debere*: quod *idipsum sit dicatum Deo*: *omnis* autem *res Deo dicata eo ipso sancta sit*.

℞. Argumentum hoc laborat *homonymiâ*. nam *dicatum Deo*, dicitur vel institutô *divinò*, vel institutô *humanò*; In *illo* est sanctitas vera & necessaria; in *hoc* falsa & imaginaria. Prætereà, *sanctitas* aut *oppositivè* ad profanum & commune, aut *effectivè* in nobis intelligitur. *Priori* modo concedi potest sanctitas templorum, licèt per illas ceremonias, quas Papistæ usurpant, non conseratur, sed per preces & verbum. 1. Tim. 4. v. 5. non autem *posteriori*, quem vult Adversarius. *Tarnov.* Comm. in Johann. c. 10. par. 2. q. 1. p. 808. seq.

Vers. 30. *Omnes decimæ terræ sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur.*

I. Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim refert, omnes decimas terræ esse *Domini*, quas tamen Dominus Numer. 18. v. 12. ab eo dedisse dicitur, *filiis* Israel.

℞. Decimæ erant *Domini*, quia conferebantur ad usum sacrum, & sustentationem Levitarum, ceu ministrorum Ecclesiæ, Deut. 14. vers. 28.

Mandabantur interim & *alia duadecima*, quæ propriæ non erant Levitis, ſed iis communes cum populo, peregrinis, viduis, & orphanis: ſeponebant enim filii Iſrael decimas frugum, quibus veſci non licebat, niſi Hieroſolymis, Deut. 12. v. 17. ad quarum uſum Levitæ invitabantur. Deinde anno tertio aliæ ſeparabantur, quæ diſtribuebantur inter Levitas, peregrinos, viduas, & orphanos, Deut. 14. v. 28. *Walther* in harm. Script. p. 183. ſeq.

II. *Bellarminus* l. 1. de Cleric. c. 25. contendit, *eſſe de jure divino, quòd decimas Laici ſolvant Sacerdotibus*; cùm *Deus juſſerit eas Levitis dari*.

℞. Id mandatum *peculiare fuit Judæis*, non *commune Chriſtianis*: illi enim hac ceremonia divinitus imperata, oblatione, inquam, decimarum, Levitis facta: *Chriſtum*, ſummum Sacerdotem, in carnem venturum, venerabantur, eique ſe & ſua debere fatebantur. *At ceremonia illa* & Ius Eccleſiaſticũ V. T. videlicet perſolutio decimarum, Levitis facta, expiravit, & jus Eccleſiaſticum N. T. nuſquam in Scriptura, ſive libris Apoſtolicis occurrit, ut decima bonorum pars offeratur miniſtris Eccleſiæ.

Excipit *id. ibid.* præceptum hoc licet non obliget Chriſtianos, ut *judiciale* erat, obligare tamen, quatenus *morale*, id eſt, quòd pars aliqua fructuum ſit Sacerdotibus danda.

℞. Concedo, in hac lege *moralitatem* manere in N. T. id eſt, perpetuam hanc rationem obtinere, ut paſtores honeſto aliquo ſtipendio ſuſtententur: nam utique Eccleſia N. T. miniſtros etiam ſuos alere tenetur; quæ verò æquior, minuſque gravis eos alendi ratio eſſe poteſt, quàm ex agrorum decimis? Interim tamen manet, *ceremoniam*, quæ eſt juris Eccleſiaſtici, expiraſſe. *Cham.* tom. 3. Panſtr. l. 19 c. 7. n. 54. & tom. 5. l. 4. c. 10. n. 1. ſeqq.

VINDICIÆ NVMERORVM.

C A P. I. Verſ. 2. *Sumite caput omnis cœtus filiorum Iſrael, ad familias domus patrum ſuorum, in numero nominum, omnem maſculum ad calvitia ſua.*

IN verſu hoc habetur (1.) Metaphora: *caput* enim *numeri ſummam* notat, i. e. præcipuum in numeratione. (2.) *Synecdoche*: nam *Calvitia*, ſunt pro *capitibus*. Iun. in Not. ad h. l. p. 133. & *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 12. p. 338.

Verſ. 3. *A filio viginti annorum, & ſuprà, omnem egredientem exercitum in Iſrael, viſitabitis eos ad exercitus ſuos, tu, & Aharon.*

§. 1. *Filius viginti annorum*, eſt, *natus viginti annos*. §. 2. *Egredientem exercitum*, h. e. *aptum egredi ad militiam*. §. 3. *Iſrael* metonymicè ponitur pro *populo Iſraelitico*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 28-.

Verſ. 4. *Et vobiſcum erunt vir vir virgæ, vir caput domus patrum ſuorum ipſe.*

Moſes utitur (1.) Hebraiſmo: *Vir vir*, h. e. *ſinguli viri*. (2.) *Metonymia* tùm *adjuncti* pro *ſubjecto*, cum מַטֶּה, *virgam*, pro *tribu* ponit, quia tribuum Iſraeliticarum ſigna erant virgæ, inſcriptis earum nominibus, *Num.* 17. v. 2. tum *ſubjecti* pro *adjuncto*, quoniam *domus* pro *familia* eſt. (3.) *Metaphora*: nam רֹאשׁ, *caput*, ſignificat *Principem*. (4.) *Enallage* pronominis demonſtrativi הוּא, *ipſe*, nomini ſubjuncti, pro verbo ſubſtantivo, EST. *Ariam.* in Bibl. p. 112. *Buxtorf.* in Lexic. Hebraic. p. 459. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 12. p. 337. & 398.

Verſ. 18. *Et omnem cœtum congregare fecerunt in una menſis ſecundi, & ad generârunt familias ſuas, domus patrum ſuorum, in numero nominum, à filio viginti annorum, & ſuprà ad calvitia ſua.*

Eſt hic (1.) *Enallage* adjectivi numeralis cardinalis, *una*, pro ordinali, *prima*. (2.) *Ellipſis* nominis; *in una* ſcil. *die*. (3.) Hebraiſmus: *Adgenerarunt, familias ſuas*. i. e. *natales ſuos profeſſi ſunt*. (4.) *Metonymia ſubjecti* pro adjuncto: *domus* enim pro *familia* ponitur. (5.) *Synecdoche ſpeciei* pro genere: *patres* enim *majores* ſunt. Cætera vide v. 2. & 3. aſſignata *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 282. *Iun.* ibi. p. 134.

Verſ. 44. *Iſti numerati, quos numeravit Moſes & Aharon & Principes Iſraelis, duodecim viri, vir unus ad domum patrum ſuorum fuerunt.*

I. Ecce (1.) *Ellipſin* verbi ſubſtantivi: *Iſti*, ſc. *ſunt*. (2.) *Metonymiam cauſæ* pro *effectu*: Siquidem *Iſrael* pro *ejus poſteris* ponitur. (3.) *Enallagen* numeri pluralis, *fuerunt*, pro ſingulari, *fuit*. *Ariam.* in Bibl. p. 113. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 290. *Jun.* ibid. p. 134.

II. Species quædam ἀντιλογίας apparet: nam Moſes hic dicitur *numeraſſe populum Iſraeliticum*, quod malè ceſſit *Davidi*, Deoq; diſplicuit, 2. *Sam.* 24. v. 10. ſeqq.

℞. Diſpar utrobique eſt ratio, non in *ipſa operis ſpecie*, ſed in *operantis conſilio*: David enim *injuſſus*, & ex *arrogantia* atque *ambitione* numeravit populum, ut *de multitudine ſuorum ſubditorum gloriari poſſet*: Moſes verò *juſſus*, & ex *obedientia*, idque potiſſimum ideò (1.) ut *ordo* inter Iſraelitas, quem obſervent, inſtitui queat. (2.) Ut de *ſingulis* poſſit tributum colligi in miniſterium tabernaculi. (3.) Ut notam Deus faciat cùm *veritatem* in ſervanda promiſſione, facta Abrahæ, de augenda in immenſum prole ipſius; tum *potentiam* ſuam, in multiplicando & mirabiliter ſuſtentando populum ſuum in deſerto. *Walther* in harm. Script. p. 184. §. 151.

Verſ. 47. *Et Levitæ ad virgam patrum ſuorum non recenſiti fuerunt in medio eorum.*

§. 1. *Virga* metonymicè ſumitur pro *tribu*. §. 2. *Patres* ſynecdochicè ſignificant *majores*, §. 3. *In medio eorum*, pleonaſticè, pro *inter illos*. §. 4. In verbo הָתְפָּקְדוּ, *recenſiti fuerunt*, ἀνωμάλως *Cametscatuph* pro *Hireck* ſub ה ponitur *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 31. p. 331.

Verſ. 49. *Veruntamen virgam Levi non numerabis, & caput eorum non tolles in medio filiorum Iſrael.*

I. Iteratur nunc (1.) *Metonymia ſigni* pro *ſignato*, cùm *virga* pro *tribu* ponitur. (2.) *Enallage* modi indicativi, *numerabis* & *tolles*, pro *numerato* & *tollito*. (3.) Metaphora: *caput* enim *ſummam* notat. (4.) Pleonaſmus. *In medio filiorum Iſrael*, pro, *inter filios Iſrael*. Jun. in Bibl. p. 134. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c 12. p 338.

II. Rationem *Bellarmini*, pro *omnimoda Sacerdotum exemtione à Magiſtratus juriſdictione*, vide confutatam in *Vindic.* *Exod.* 30. verſ. 12. m. 2.

Verſ. 54. *Et fecerunt filii Iſrael juxta omnia, quæ præcepit Dominus Moſi, ſic fecerunt.*

Videſis (1.) *Synecdochen generis* pro ſpecie: *Omnia*, ſcil *quæ ad numerationem marium*, & *ordinem caſtrametationis* ſpectant. (2.) *Pleonaſmum*: idem enim verbum, *fecerunt*, repetitur, q. d. diligenter & cum fervore executi ſunt demandata ſibi. Confer. *Glaſſ.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 2. obſerv. 14. p. 729. & lib. 5. tract. cap. 14. m. 1. p. 436.

CAP. II. v. 17. *Et proficiſcetur tentorium conventûs, caſtra Levitarum in medio caſtrorum: quemadmodum caſtrametabuntur, ſic proficiſcentur vir ſuper manu ſua, ad vexilla ſua.*

In hoc verſu habetur (1.) *Ellipſis* nominis: *In medio caſtrorum*, ſcil. *reliquorum*. (2.) Hebraiſmus: *caſtrametabuntur*, h. e. *caſtrametari* ſolent. (3.) *Enallage* numeri ſingularis, *vir*, pro plurali, *viri*, putà *ſinguli*. (4.) Metaphora: *Super manu ſua*, i. e. *in loco ſuo*. Ariœm. in Bibl. p. 114. *Jun.* ibid. p. 135.

Verſ. 18. *Vexillum caſtrorum Ephraim ad exercitus ſuos ad mare & Princeps filiorum Ephraim Eliſama* &c.

Redit huc (1.) *Metonymia adjuncti* pro ſubjecto: nam *mare Occidentem* ſignificat, mare ſcil. *magnum* ſive *mediterraneum*, quod Judæam inhabitantibus in *Occaſu* eſt. *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Princeps filiorum Iſrael*, ſubaudi, *erat*. Ariœm. in Bibl. p. 114. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 2. c. 7. p. 565.

Verſ. 25. *Ad aquilonis partem caſtrametati ſunt filii Dan.*

Scioppius in Syntagm. de AntiChriſt. p. 64. nugatur, *Antichriſtum ex tribu Dan eſſe naſciturum, quia illa tribus ad aquilonis partem caſtrametata eſt.*

℞ Mira profectò ratio! Quid enim *caſtrametatio filiorum Dan verſus Aquilonem ad Antichriſti ortum?* Annon juxta tribum Dan erant & caſtra filiorum *Aſer*, & *Nephthali*? Deſcribitur enim ſitus caſtrorum Iſraeliticorum, juxtà quatuor orbis plagas. Ad *Orientem*, Judas, Iſaſchar, Zabulon. Ad *Meridiem* Ruben, Simeon, Gad. Ad *Occidentem* Ephraim, Manaſſe, Benjamin. Ad *Septentrionem*, ut dixi, Dan, Aſer, Nephthali. Et annon in ſortitione hæreditatum in terra ſancta *domus Joſeph*, hoc *eſt*, *tribus Manaſſe & Ephraim*, quoque fuit *Aquilonaris*, Joſu. 8. v. 6? Nunquid vero ex his etiam tribubus oriundus AntiChriſtus? Sed quis non videat & rideat haſce nugas? *Balduin.* tom. 2. diſp. Witteb. 2. c. 2. theſ. 10. & 12. p. 124. ſeq. *Cham.* tom. 2. Panſtr. l. 17. c. 9. n. 11. & 13.

CAP. III. v. 1. *Et iſta generationes Aaronis in die, locutus eſt Dominus cum Moſe in monte Sinai*

In textu hoc occurrit (1.) *Ellipſis* tùm verbi ſubſtantivi, *Et iſta*, ſcil. *ſunt*; tum pronominis relativi, *In die*, ſubaudi, *quo*. (2.) *Enallaxis* præfixi, ב, pro, אֶל: *In monte*, pro, *ad montem*. *Ariœm.* in Bibl. p. 114. *Jun.* ibid. p. 135.

Verſ. 3. *Ita nomina filiorum Aharon, Sacerdotum unctorum, quorum implevit manum eorum ad fungendum Sacerdotiô.*

Repetitur (1.) *Ellipſis* tùm verbi ſubſtantivi, *Iſta*, ſcil. *ſunt*; tum nominis proprii, *Implevit*, nim. *Moſes*, (2.) *Metonymia adjuncti* pro ſubjecto: *Implevit manum*, h. e. *conſecravit*, *miniſterium*, (3.) *Pleonaſmus*: nam, *eorum*, redundat. *Ariœm.* in Bibl. p. 114. *Jun.* ibid. p. 135.

Verſ. 4. *Et mortuus eſt Nadab & Abihu, ad facies Domini, in offerendo eos ignem alienum ad facies Domini in deſerto Sinai, & filii non fuerunt eis: & functus eſt Sacerdotio Eleazar & Ithamar ſuper facies Aaronis patris ſui.*

Eſt hic (1.) Ἀνθρωποπάθεια: *Ad facies Domini*, h. e. *in tentorio conventûs*. (2.) Hebraiſmus: *Super facies Aaronis patris ſui*, i. e. *adhuc ipſo vivente*, ut *Geneſ.* 11. v. 28. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 293. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 135.

Verſ. 6. *Applica tribum Levi, & fac ſtare in conſpectu Aaronis Sacerdotis, ut miniſtrent ei*, &c.

Bellarminus l. 1. de Cleric. c. 14. ſtatuit, *Epiſcopum & Presbyterum jure divino ita differre, ut Epiſcopus ſit Presbyterô major*, cùm quoad poteſtatem *ordinis*, tùm quoad poteſtatem *juriſdictionis*: idque conſtare dicit ex *figura*, ſeu *typo* V. T. *ubi ſummus Pontifex* à reliquis *Sacerdotibus* eôdem. ferè modô differebat, quo nunc *Epiſcopi* à *Presbyteris*; & *Pontifex* major erat *Sacerdotibus*, Sacerdotes verò majores *Levitis*, quippe qui ipſis inſervire debebant. At *Epiſcopi* Pontifici, *Presbyteri* Sacerdotibus minoribus, *Diaconi* Levitis, ſucceſsêre. Ergo talis in N. T. eſto differentia, ut penes *Epiſcopum* ſit juriſdictio, non item penes *Sacerdotes cæteros.*

℞. (1.) Typus ille *Pontificis* in V. T. malè ad hanc cauſam accommodatur: neque enim Pontifex ille *vulgarium Epiſcoporum*, ſed *unius Chriſti* typum geſsit, Hebr. 4. v. 14. Falsò itaque Bellarminus ait, id eſſe *Epiſcopos* in N. T. quod erant *Pontifices* in Veteri. (2.) Quòd ſi tamen *Epiſcopos* cum V. T. *miniſtris* conferre velit, cum *Sacerdotibus* conferri oportebit, inter quos ordo quidem fuiſſe legitur; majoritas autem & minoritas, quoad poteſtatem *juriſdictionis* non legitur. (3.) *Ordinaria* verò *juriſdictio* *Eccleſiaſtica* in V. T. fuit penes *Synedrium*, non penes *unum & ſolum Pontificem*. (4.) Non quæritur, an quædam *graduum* in miniſterio ſit differentia? (id quod ſolùm inferre poteſt hæc collectio.) ſed contro verſia de *Presbytero* ſaltem & *Epiſcopo* contendit, inter quos diſcrimen non negamus omne, ſed illud ſaltem, quod *jus divinum* conſtituerit, & quidem ratione *juriſdictionis*. Itaq; probanda erat differentia (1.) nô *abſolutè* in ordine *Eccleſiaſtico*, ſed tantùm inter duos *controverſos* ordines: 2. Neque differentia *quæcunque*, ſed *juriſdictionis*: (3.) Itaque non *undequaque* orta, ſed *divinitus* ſancita & conſtituta. *Eckard.* par. 1. Pand. C. P. c. q. 4. object. 2. p. 299. *Hunn.* in Demonſtr. Miniſtr. Luther. p. 311. 312. ſeq. *Cham.* tom. 5. Panſtrat. l. 4. c. 2. n. 4. ſeq.

Verſ. 9. *Et dabis Levitas Aaroni, & filiis ejus: donati donati ipſi ei è filiis Iſrael.*

I. Nota hoc loco (1.) *Epizeuxin*: repetitio enim voculæ, *donati*, adhibetur, ad indicandam donationis illius *certitudinem*, q. d. *omninò certiſſimum* eſt, *Levitas* donatos eſſe Aaroni, pro redemptione *primogenitorum* DEI. (2.) *Ellipſin* verbi Subſtantivi: *Ipſi ei*, ſcil *ſunt* vel *erunt*. Ariœm. in Bibl. p. 114. *Vatabl.* ad h. l. p. 293. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 135. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 16. m. 1. p. 54.

II. *Bellarminus* l. 1. de Cleric. c. 28. propos. 5. censet, *Clericos in* N. T. *à jurisdictione Principum secularium liberos esse*, quòd *Deus Levitas omnes soli Pontifici subjectos esse voluerit, quando eos Aaroni & filiis ejus*, hoc est, *summo Sacerdoti & successoribus ejus dono dari jussit*; constet autem id nunc in Ecclesia esse *Clericos*, quòd in V. T. fuerint *Levitæ*.

℞. (1.) *Bellarminus* ibid. c. 6. §. 3. fatetur, disparem esse rationem *Levitarum* V. & *Clericorum* N. T. proinde non potest ab *illorum* statu ad *horum* qualitates argumentum duci cum necessitate. Nam 1. illi *carnali successione* propagabantur: hi verò *speciali electione* gaudent 2. Illis licuit in cõjugio vivere, his verò nõ item in Papatu. 3. Illi nec *agros* nec *fundos* possederunt, sed ex *oblationibus* filiorum Israel se sustentârunt; hi autem in Papatu *tertiam ferè partem bonorum hujus mundi* ad se transtulerunt, ut Senatus Venetus in suâ Apologia conqueritur. (2.) Idem Jesuita d. l. c. 30. §. *Sed adhæc*, &c. concedit, *Levitas in* V. T. *fuisse subjectos Mosi*. Atqui Moses in populo Israelitico functus fuit officiô *Regis*, Deut. 33. vers. 5. Ergò etiam *Clerici* in N. T. subjecti sint Magistratui Politico. (3.) Quòd *soli Pontifici* Levitæ non fuerint subjecti, sed unà cum Pontifice *Regi*, historia V. T. in Davide, Salomone, Hezekia, Josia, satis clarè testatur. *Gerhard.* tom. 6. LL. CC. loc. 27. de Magistr. Polit. §. 462. p. 1273. & in Confess. Cathol. l. 2. spec. par. 2. p. 159. arg. 2. *Ames.* tom. 2. Bellarm. ener. l. 3. c. 5. thes. 33.

Vers. 12. *Et ego ecce cepi Levitas è medio filiorum Israel, pro omni primogenito, apertione vulvæ, è filiis Israel, & erunt mihi Levitæ.*

I. Ecce (1.) Pleonasmus: *E medio filiorum Israel*, pro, *è filiis Israel*, uti mox seipsum explicat Moses. (2.) *Enallagen* substantivi, *apertione vulvæ*, pro, *aperiente vulvam*, h. e. quòd primum nascitur. *Vatabl.* in Annot. ad. h. l. p. 293. *Ariæm.* in Bibl. p. 114.

II. *Bellarminus* l. c. probare nititur, *clericos jure divino non tantùm quoad personas, sed & quantum ad facultates à jugo seculari prorsus exemtos esse*; quòd *Deus Levitas quoque ab ejusmodi jugo exemerit: dum pronunciavit, eos propriè suos esse, sibique ex omni populo Israelitico delegisse.*

℞. (1) Deus exemit Levitas, non jure *communi & morali*, sed jure sive lege *ceremoniali*, quæ nihil pertinet ad *nostram quæstionem*: nam exemtio illa fuit *typica*. (2.) Si à *Levitis* V. T. ad *Sacerdotes* N. T. argumentari licet, poterimus contra Bellarminum sic inferre: *Levitis non licebat possessionem habere*, Num. 18. vers. 13. ergo *idem non licebit Sacerdotibus in* N. T. quâ ratione *clerici* magnam terrarum ac provinciarum suarum facient jacturam. *Gerhard.* tom. 6. LL. CC. loc. 27. de Magistr. Polit. §. 462. p. 1273. *Cham.* tom. 5. l. 4. c. 11. n. 6. seq.

Vers. 16. *Et visitavit eos Moses super os Domini*, &c.

Metonymia est causa pro effectu: *Super os Domini*, h. e. *super mandatum Domini*: seipsum enim mox declarat Moses, quum subdit: *Quemadmodum jussus erat.* i. e. *acceperat in mandatis à Domino.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 294. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 2. p. 8.

Vers. 22. *Visitati eorum, in numero omnis masculi, à filio mensis & supra, visitati eorum, septem*, &c.

In versu hoc reperitur (1.) *Hebraismus*: nam *filius mensis*, Hebræis est, *natus mense*. (2.) *Anaphora*: siquidem eadem vox, *visitati eorum*, in principio sententiæ hujus iteratur, q. d. *visitati, inquam, eorum.* Jun. in Not. ad h. l. p. 136.

Vers. 32. *Et princeps Principum, Levi Eleazar filius Aaronis Sacerdotis, præfectura custodientium custodiam sanctuarii.*

I. Moses utitur (1.) Anadiplosi, *Princeps Principum*, locô superlativi, *summus Princeps*; eo enim carent Hebræi. (2.) *Metonymia causa* pro effectu: *Levi* namque pro *Levitis* ponitur. (3.) *Ellipsi* verbi substantivi: *Eleazar*, scil. *erat*. (4.) *Enallage* abstracti, *præfectura*, pro concreto, *præfectus*. Ariæm: in Bibl. p. 215. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 16. m. 2. p. 56.

II. Species quædam ἀντιλογίας apparet: *Eleazar* enim dicitur *summus princeps Levitarum*; & *talis* erat *Aharon*.

℞. Nulla est contradictio; neque enim *absolutè summus Princeps* ordinis Levitici tô têpore erat *Eleazar*, sed *certo in genere*, nim. *ipsis Levitarum principibus* præfectus erat, qui *secundus* erat à summo Sacerdote; quamobrem hæc dignitas *Secundatus Sacerdotis* appellatur, 2. *Reg.* 25. v. 21. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 136.

Vers. 39. *Omnes numerati Levitarum, quos numeravit Moses & Aharon, super os Domini ad familias eorum, masculus à filio mensis, duo & viginti millia.*

I. Recurrit modò (1.) *Metonymia causa* pro effectu: nam *os Domini* pro *ejus mandato* ponitur. (2.) Hebraismus: *filius mensis* enim est, *natus uno mense*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 295. *Glass.* lib. 5, Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 2. p. 8.

II. Moses sibi *contrariari* videtur: hic enim Levitarum fuisse non nisi *viginti duo millia* refert; cùm tamen singuli, *seorsim* recensiti, *trecentos* plus ostendant, adeoque efficiant *vicies bis mille ter centum*. Nam per triplicem familiam numeratio diducitur: *Gersonitarũ* recensentur 7500. v. 22. *Caathitarum* 8600. v. 28 Meraritarum 6200. v. 34. qui omnes in unam redacti summam producunt 22300.

℞. *Lyranus* rectè & ex re respondet superstites *trecentos* inter Levitas fuisse ipsos *primogenitos*, atque ob id oportuisse *primogenitis Israelitarum* accenseri in hac redemptione, non inter *Levitas* haberi, quippe qui ob primogenituram & ipsi debebant redimi preciô indictô, nec alios poterant redimere Hic igitur talis constituenda est Ellipsis; *Omnes visitati Levitarum* (præter primogenitos, quorum trecenti) *erant duo & viginti millia*; Quæ sententia fit probabilior ex v. 10. ubi permutationis istius, quâ prò primogenitis Israelitarum Deus Levitas sibi vendicat, hæc redditur ratio: *Quia meum est omne primogenitum*, &c. Ex quo patet, *omnem omninò masculum primogenitum*, non ex *reliquis solùm tribubus*, sed & *ex tribu Levi*, Dominum sibi consecrâsse, ut pro illo Levitas acciperet *non primogenitos*. Walther in Harm. Script. Sacr. p. 184. seqq. *Calixt.* in Concord. Evang. p. 67. seq. *Glass.* lib. 1. Phil. Sacr. tract. 1. sect. 2. obj. 8. p. 76. 79.

Vers. 47. *Et capies quinq; quinq; siclos calvitio, in siclo sanctuarii capies: viginti obolorum Siclus ille.*

Videsis (1.) Hebraismum: *Quinq; quinq;*, h. e. *quinos*. (2.) Synecdochen: *calvitiũ* enim pro *capite* est. (3.) *Enallaxin* ב & כ: *In sicle*, pro, *secundum siclum*. (4.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Obolorum*, scil. *est*. Ariœm. in Bibl p. 115. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 136.

Vers. 51. *Et dedit Moses argentum redemptionum Aharoni, & filiis ejus, super os Domini, quemadmodum præcepit Dominus ad Mosen.*

In textu hoc occurrit (1.) *Metonymia* tùm materiæ, *argentum*, pro materiato, *pecuniam*; tùm instrumenti, *os*, pro effectu *sermonem* seu *præstitutum*. (2.) *Enallage* partim abstracti, *redemptionum*, pro concreto, *redemptorum*; partim antecedentis, *Mosen*, pro relativo, *illum*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 296. *Jun.* ibid. p. 136.

CAP. IV. v. 2. *Tolle caput filiorum Chahati, è medio filiorum Levi, ad familias suas, ad domum patrum suorum.*

Usurpatur hoc loco (1.) Metaphora: *caput* enim *summam* significat. (2.) Hebraismus: *Filiorum Chahati*, h. e. *Chahathitarum*. (3.) Pleonasmus. *E medio filiorum Levi*, i. e. *ex Levitis*. (4.) *Enallage* numeri singularis, *domum*, pro plurali, *domos*. Ariœm. in Bibl. p. 115. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 296.

Vers. 3. *A filio triginta annorum, & suprà, usque ad filium quinquaginta annorum, omnem ingredientem ad exercitium*, &c.

I. *Hebraismus* est. *Filius* enim *annorum* Hebræis est, *natus annos*; & *ingrediens ad exercitum*, aptus ad militiam, *ætate* nim. & *corporis viribus*. Vatabl. ibid.

II. *Canonistæ* in Papatu statuunt, *neminem ad Ministerium Ecclesiæ eligendum esse, nisi, qui jam trigesimum ætatis annum exegerit*, cùm & annô *ætatis trigesimò Levitici generis Sacerdotes ad publica ministeria demum fuerint admissi.*

℞. Statutum hoc de *anno trigesimo* priùs expectando, antequam sacris ministeriis quis adhibeatur, fuit *Leviticum*, ideoq; *nos* in N. T. haudquaquam obligat. Hoc enim casu respicienda est *ἱκανότης*, quæ in quibusdam citius, in quibusdam tardiùs animadvertitur. Ita *Timotheus* 1. Tim. 4. v. 12. juvenis erat *ætate*, sed *moribus* & conversatione senior, ut in h. l. commentatur *Ambrosius*. Gerhard. tom. 6. LL. CC. loc. 26. de Minist. Eccl. §. 185. p. 298. seq.

Vers. 19. *Et hoc facite eis, & vivent, & non morientur, in appropinquando eos sanctitatem sanctitatum, Aaron, & filii ejus venient, & ponent eos, virum virum super*, &c.

§. 1. *Et vivent & non morientur*, pro, *ut vivant & non moriantur*. §. 2. *In appropinquando eos*, h. e. *quando appropinquabunt*. §. 3. *Sanctitatem sanctitatum*, i. e. *ad res sanctissimas deferendas*. §. 4. *Virum virum*, h. e. *quemq; virum* Ariœm. in Bibl. p. 116. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 298. *Jun.* ibid. p. 234.

Vers. 20. *Et non venient inspiciendo, cùm tegent sanctitatem, & morientur.*

Est hic (1.) Hypallage: *Venient inspiciendo*, pro, *inspicient veniendo*. (2.) *Ellipsis* nominis: Cùm *tegent*, scil. *Sacerdotes*: Jun. in Not. ad h. l. p. 137.

Vers. 49. *Super os Domini visitavit eos in manu Mosis, virum virum super servitium suum, & super onus suum, & numeratos eorum, quod præcepit Dominus ad Mosen.*

Moses utitur (1.) *Metonymia causæ* pro *effectu*, cùm *os* pro *mandato* ponit. (2.) Pleonasmô: *In manu Mosis*, h. e. *per Mosen*; ubi *manus* abundat. (3.) Hebraismô: *Virum, virum*, pro, *unumquemque virum*. (4.) *Enallage* simplicis אֲשֶׁר, *quod* pro composito כַּאֲשֶׁר, *sicut*. Ariœm. in Bibl. p. 117. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 300. *Jun.* ibid. p. 138.

CAP. V. v. 3. *A masculo usque ad fœminam emittetis, ad extra castra emittetis eos; & non polluent castra sua, quorum ego habitans in medio eorum.*

Ecce (1.) Hebraismum: *A masculo usq; ad fœminam*, i. e. *sive masculum sive fœminam*, ubi מ cum sequente עַד positum, *distributionem* notat. (2.) *Ellipsin* tùm nominis, *Ad extra*, pro *ad locum extra* castra; tum verbi substantivi, *Habitans*, scil. *sum*, h. e. *habito*. (3.) Pleonasmum: *Quorum in medio eorum*, pro *inter quos*; ubi ly *medio*, & *eorum* redundant. (4.) *Ἀνθρωποπάθειαν*: *habitatio* enim, *Deo* tributa, *gratiosam ejus præsentiam* notat. *Ariœm.* in Bibl. p. 117. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 300. *Jun.* ibid. p. 138. Confer. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 1. observ. t. m. 1. n. 5. p. 657. & lib. 5. tract. 1. cap. 7. p. 151.

Vers. 7. *Et confitebuntur peccatum suum, quod fecerunt & restituet reatum suum in capite suo, & quintam ejus addet super illam, & dabit, cui deliquit, ei.*

I. Moses utitur (1.) *Ellipsi* nominum, *Restituet*, subint. *fur*: & *quintam* scil. *partem*. (2.) Metaphorâ: *caput* enim pro *summa* vel *sorte* ponitur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 300. seq. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 338.

II. *Bellarminus* lib. 3. de Pœnit. c. 3. contendit, *singulorum peccatorum enumerationem & confessionem, proprie Sacerdoti faciendam esse de jure divino necessariam*; cùm *ea hic a Deo præcipiatur unà cum sacrificii oblatione.*

℞. (1.) Agitur hic de *illo peccato*, quo graviter læsus fuit proximus, sicut planissimum est è *fine* & *fructu* hujus confessionis, v. 8. jam verò id quod in casu *gravis cujusdam læsionis & injuriæ*, tùm temporis fiebat, ad *omnia & singula* etiam occultissima, *peccata* non est trahendũ. (2.) Nec necesse est, ut si prisco *illo ævo* deposita sit singulorum peccatorum confessio, idem *hodiè* servetur. Etenim V. T. *ordinariè* non expiabantur peccata, nisi *interventu Sacrificiorum* quorum administratio solis Sacerdotibus commissa erat; at hodie quivis Christiani sunt *Spirituales* Sacerdotes, apti qui offerant victimas spirituales, Deo complacentes per JESUM CHRISTUM, 1. Petr. 2. vers. 5. & 9. (3.) Pro delicto sacrificium debebat offerri, non in *satisfactionem quandam*, (quæ sententia planè Judaica est) sed in *typum unici sacrificii propitiatorii*, in ara crucis à CHRISTO offerendi, quod pii Israelitæ

fide intuebantur, & peccatorum remiſſionem hoc modo conſequebantur. Hodiè, poſtquàm Filius DEI *unâ oblatione* conſummavit omnes, qui ſanctificantur, Hebr. 10. v. 14. non ampliùs requiruntur *externa hoſtia* pro peccatis, ſed *unius ſacrificii fructus* per *verbum Evangelii* credentibus confertur. *Gerhard.* tom. 3. LL. CC. loc. 18. de Pœnitent. §. 113. p. 889. *Eckard.* par. 2. Pandect. controv. Pontif. c. 25. q. 10. obj 2. p. 311. ſeq. *Brochm.* tom. 2. Syſt. Theol. art. de Pœnit. c. 2. q. 22. obj. 2. p. 359. 363. ſeq.

Verſ. 12. *Loquere ad filios Iſraël, & dices ad eos: Viri viri, quia declinaverit ejus uxor, & pravaricata fuerit in eum pravaricationem.*

§. 1. *Viri viri*, i. e. *ullius viri*, vel *cujuscunq; viri*. §. 2. Adverbium temporis indeterminati, *quum*, exprimitur conjunctione, כִּי, *quia*. §. 3. *Declinaverit*, ſubint. *abeo, ſeu à via pudicitia*. §. 4. *Vxor ejus*; abundat τὸ *ejus*. §. 5. *Pravaricata fuerit pravaricationem*, h. e. *omninò pravaricata fuerit*. Vatabl. in Annot. ad. h. l. p. 301. *Jun.* in Not. ad. h. l. p. 138. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 5. m. 3. p. 19. ſeq.

Verſ. 18. *Et ſtarefaciet Sacerdos mulierem ante facies Domini, & nudabit caput mulieris, & dabit ſuper volas ejus munus memoria, munus Zelotypia ipſa: & in manu Sacerdotis erunt aqua amara execrantes.*

I. In textu hoc habetur (1.) Ἀνθρωποπάθεια: *Ad facies Domini*, h. e. *ante tabernaculum fœderis*. (2.) *Enallage* partim pronominis demonſtrativi, הוא, *ipſa*, pro verbo ſubſtantivo, EST; partim formæ conſtructæ מֵי הַמָּרִים, *aqua amara*, pro מַיִם. (3.) Metonymia: *aqua* enim dicuntur *amara* ab *effectu*, quia gravi acerboq; ſupplicio afficiebant mulierem ſontem. *Ariam.* in Bibl. p. 118. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 301. *Jun.* in eund. loc. p. 138. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 40. m. 2. p. 160.

II. Moſes videtur Paulo *contradicere*: ille enim approbat, fœminæ caput denudari, quod *hic* pronunciat, ipſi legi naturæ adverſari, 1. *Corinth.* 11. v. 6. & 14.

℞. *Ordinariè* fœminæ caput in publico debebat eſſe tectum, in *caſu* autem *Zelotypia* Sacerdos illud *DEI juſſu*, denudabat, ut apertè omnibus ſpectantibus palam faceret, quâ audaciâ, quave conſtantiâ, in periculum examinis iſtius fœmina deſcenderet: notum eſt enim proverbium, *liberam audaciam* ſignificans, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ. *Jun.* tom. 1. oper. Theol. p. 425. quæſt. 7.

Verſ. 19. *Ipſe autem tenebit aquas amariſſimas, in quibus cum execratione maledicta congeſſit, adjurabitque eam & dicet: Si non dormivit &c. non te nocebunt iſta aqua amariſſima*, &c.

I. *Bellarminus* l. 3. de Cult. Sanctor. c. 7. docet, *rectè ad effectus ſupernaturales efficiendos & ſignificandos, uti nos aquâ, oleô, aliisq; rebus benedictione conſecratis*: quòd hic *conſecretur aqua Zelotypia ad ſuſpicionem adulterii purgandam*, & quidem *citra necromantiam*; adeò ut *ſonti nocerent, non item inſonti.*

℞. Conſecratio illa *Sacerdotalis* in V. T. nihil juvat conſecrationem *Papiſticam*, quia magna eſt diverſitas *vocationis*, *modi*, & *finis*: itaq; quod Sacerdotes Levitici fecerunt ex *mandato DEI*, & *officio*; non rectè transfertur ad *hodiernos praſules Eccleſia Romana. Cham.* tom. 5. Panſtr. l. 5. c. 8. num. 36.

II. ICTI quidam ſtatuunt, *licere judici, ut exigat à reo juramentum, de crimine ipſi objectô*; quod *adjurare licuerit uxorem de adulterio ſuſpectam.*

℞. Fuit hoc *ſingulare* inſtitutum *extraordinaria* diſpoſitionis, propter *duritiem cordis Judaorum* conceſſum; ſicut *repudium non adultera*, teſte Chriſto, *Matth.* 19. v. 8. *Ames.* l. 4. Caſ. conſcient. c. 22. theſ. 45. ſeq.

III. *Germani veteres* ſolebant *veneficii reas per aquam probare*, dum eas in præterfluentem, ſtagnum aut lacum, frigidâ oppletum, immergebant; adeò ut, ſi *incolumes ſupernatarent*, pro *manifeſtis*; ſin *ſubmergerentur*, pro *inſontibus* eaſdem haberent: cujus ſententiæ patroni exemplum Moſis allegant, qui *per aquam mulierum, qua ſtupri fuerunt inſimulata, innocentiam exploravit.*

℞. Eſt magna in *utroque exemplo* diſcrepantia: nam (1.) iſtæ mulieres non *veneficiis*, ſed *adulteriis* ſuſpectæ habebantur: (2.) à *propriis maritis* deferebantur: (3.) non *carceres & vincula* iis injiciebantur: (4.) non ad *fluvium* aut *lacum*, ſed ad *templum* deducebantur: (5.) aqua iſta non erat *profana*, ſed *ſacra*: (6.) non *manibus pedibusque colligabantur*, ſed *caput ſaltem denudari* oportebat: (7.) aqua adhibebatur, non ut *in eam projicerentur*, ſed ut *exhauriretur ab ipſis*; non ut *ſupernatarent ſontes*, ſed ut *venter earum intumeſceret*, & *femur putreſceret*: (8.) nō *carnifici* adminiſtro, ſed *Sacerdoti*, iſtud negocū à Deo datum erat. *Thumm.* tract. Theol. de Sagar. impiet. p. 74.

CAP. VI. v. 2. *Vir ſive mulier, cùm fecerint votum, ut ſanctificentur, & ſe voluerint Domino conſecrare.*

I. *Greſſerus* in Reſp. ad Theſ. Hunn. de ineund. colloq. p. 74. ad locum *Deut.* 12. v. 32. excipit, non tantùm *illud faciendum eſſe*, quod per *verbum ſcriptum propriè eſt praceptum*; ſecus neminem mortalium jus habuiſſe, ut *fieret Nazaraus*, cùm nulli *propriè praceptum*, permiſſum tamen, fuerit, ut *inſtitutum Nazaraorum amplecteretur.*

℞. Negatur connexum, quia poſito antecedente, non ſequitur conſequens; & dicitur ad probationem, quod careat *elenchô*. Nam ex antecedente neceſſariæ præceptioois & obſervantiæ, ſequitur tantùm, quod nemo *coactus fuerit* Naazaræus fieri, quia *liberum* relictum; hic autem concludo: Si neceſſariò illa tantùm facienda ſunt, quæ Deus præcepit, ut fierent *abſque omiſſione, neglectione & exorbitatione*; Nazaræum fieri nemo fuit coactus. Nam hoc non eſt præceptum, ut fieret *abſque omiſſione*, ſed eſt *adiaphorum*: at non eſt adiaphorum, *addere ad pracepta tantùm facienda*, vel *detrahere eis*. *Lubav.* in Analyſ. Protoc. Coll. Ratisb. par. 2. p. 361.

II. *Bellarminus* l. de Monach. c. 5. contendit, *vitam Monachorum in Papatu cum variis ſuis ordinibus praceptis & obſervantiis, Deo placere*; quippe *quorum* vitam auſteram *Nazaræi* adumbrârint: *Si* enim ſeipſos Domino conſecrârunt, quorum exemplum imitentur *Monachi*, qui ſe totos in Eccleſia cultui divino devoveant.

℞. (1.)

℞. (1.). Pontificii statuunt tria *essentialia* Monasticæ religionis vota; *obedientiam*, *paupertatem*, & *continentiam*. Atqui nullum ex his votis in *Nazaræis* invenitur: non *continentia*, quia in conjugio vixerunt, & liberos genuerunt, ut Samson, Samuel &c. Nō *paupertatis*, quia possessiones habuerunt: quomodo enim, qui conjugati, & Patres, iidem poterant absq; familia esse? Non *obedientia*, quia nec *Abbati* nec *Priori* paruerunt. (2.) Pontificii *Monachos* distinguunt in *Eremitas*, & *Cænobitas*. Atqui *Nazaræi* nec *Cænobitæ* fuerunt, sed vixerunt apud se, & domi suæ, in medio populi, ut Samson, Samuel, & omnes, quod sciam. (3.) Taceo, *Nazaræos* votum suum fecisse *Deo*; præcipuam verò *Monachorum* partem consecrare se *Sanctis*: illosq; vovisse de rebus, quas *præstare facilè poterant*, ut quòd vellent abstinere à *vino*, & quovis *liquore*, ex uvis expresso, ab omni *crinium tonsione*, ab omni *luctu premortuis*, &c. Monachos verò promittere continentiam, quam præstare *ne millesimus potest* inviolatè per naturam, sibi à Deo aliter informatam. Item, Nazaræi *meritum* sibi nullum tribuebant, quod tamen faciunt Monachi: & denique *illorum* votum non erat *perpetuum*, v. 13. seqq. quod etiam suo exemplo testatum facit *Paulus*, Actor. 21. v. 23. *horum* autem votum non nisi morte finitur. Nulla ergo vel *specie veri* dicitur, *Nazaræos Israeliticos* adumbratos fuisse *Monachos Pontificios*: verius autem dixeris, votô *Nazaræorum* adumbratum fuisse *Christum*, teste DEI spiritu, *Matth.* 2. v. 23. (4.) Quid? quòd *Nazaræorum vota* pars erant *Ceremoniarum Mosaicarum* & *pædagogiæ Israeliticæ*, atque adeò in Legibus Mosaicis *disertè* asserta. Sciunt autem, quicunque discrimen non ignorant *Mosis* & *Christi*, non esse in *Ceremoniis* legitimam consequentiam à *lege* ad *Evangelium*. *Franz*. par. 3. in A.C. disp. 6. thes. 29. 30. 31. *Gisen*. de Papism. disp. 16. thes. 46. seq. *Eckhard*. par. 1. Pandect. C.P. c. 10. q. 1. obj. 2. p. 489. *Gerhard*. p. 2. lib. 2. spec. Confess. Cathol. p. 224. arg. 2. *Brochm*. tom. 2. Syst. Theol. act. de Minist. Eccles. c. 2. q. 16. obj. 2. p. 940. seq. *Cham*. tom. 3. Panstr. l. 20. c. 22. num. 16. 17. 18. 19.

Vers. 3. *A vino, & omni, quod inebriare potest abstinebunt.*

Papistæ pro *delectu ciborum in jejuniis* urgent exemplum *Nazaræorum*, qui juxta legem à *vino*, & omni *eo*, *quod inebriare poterat*, abstinuerint; idque *Deo* fuisse placitum.

℞. *Votum Nazaræorum* non pertinet ad *jejunium*, de quo nobis cum Papistis disputatio est. Etenim (1.) Nazaræis *certa genera* probibebantur; at non imponebatur *luctus*, qui semper conjunctus *jejunio* in veteri lege, adeò ut idem esset *jejunare*, & *affligere animam suam*. (2.) Ipsimet Pontificii agnoscunt *refectionem solito pauciorem* in jejunio requiri: Atqui *ea* non fuit Nazaræis mandata. (3.) Lex Nazaræorum etiam prohibebat *vini* usum, quem tamen retinent in Jejunio Adversarii. (4.) Vota Nazaræorum pertinuerunt ad legem *Leviticam*, in N.T. abrogatam, *Coloss*. 2. v. 16. Itaque, qui à *Nazaræorum votis* argumentantur tam confidenter, non ausint *eadem* restituere, quæ apud *Christianos* cessare debuerunt. *Osiand*. in Enchirid. contr. Papist. c. 22. err. 1. obj. 9. p. 278. seq. *Gerhard*. par. 3. l. 2. Spec. Conf. Cathol. p. 964. obj. 2. *Cham*. tom. 3. Panstr. l. 19. c. 4. n. 5. 6. 9.

Vers. 4. *Omnibus diebus separationis suæ, ab omni, quod fiet è vite vini ab acinis & usque ad corticem non comedet.*

Videsis (1.) *Synecdochen partis* prò toto: *dies* enim pro *temporibus* ponuntur. (2.) *Enallagen* partim *temporis* futuri, *fiet*, pro præsenti, *fit*; partim *modi* indicativi, *comedet* pro imperativo, *comedito*. (3.) *Metonymiam effecti* pro causa, nam *vitis vini* usurpatur pro *vite vinifera*, seu vinum producente. (4) Hebraismum: *Ab acinis & usque ad corticem*, h.e. *sive illud fiat de acinis uvarum, sive de cortice earum*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p. 303. *Jun*. ibid. p. 139. *Glass*. lib. 4. Philol. Sacr. tract. 1. observ. 4. m. 1. n. 5. p. 657.

Vers. 9. *Et cum mortuus fuerit, mortuus super eum in momento subito, & polluerit caput Nazaræatus ejus: & radet caput suum in die purificationis* &c.

§. 1. *Super eum*, pro *juxta eum*: nam עַל, *juxta* hic significat. §. 2. *In momento subito*, pro, *in momento*, *vel subitò*; ubi VEL κατ' ἔλλειψιν omittitur. §. 3. *Caput Nazaræatus* per Hypallagen, ponitur pro *Nazaræatus capitis*. §. 4. *Caput suum*, i.e. *crines capitis sui*, per Synecdochen. *Arias*. in Bibl. p. 118. *Vatabl*. in Annot. ad. h.l. p. 303. *Jun*. in eund. loc. p. 139.

Vers. 21. *Hæc lex Nazaræi, qui voverit oblationem suam Domino, super Nazaræatum suum, præter quod attinget manus ejus, secundùm os voti ejus*, &c.

I. In textu hoc reperitur (1.) *Ellipsis* tùm verbi substantivi, *Hæc lex*, scil. *est*; tum pronominis relativi, *Præter quod*, pro, *præter id quod*, &c. (2). *Metonymia causæ* pro effectu: *manus* enim pro *facultate* usurpatur, *manibus* quippe ut plurimum acquisitâ. (3.) *Pleonasmus*: Secundum *os voti*, h.e. secundum *votum*: ubi פֶּה, *os*, abundat. *Arias*. in Bibl. p. 119.

II. *Papistæ* mordicus defendere nituntur, *vota Monastica esse servanda*, & *obligare in conscientia*; quòd *vota sint Deo reddenda*.

℞. (1.) Dictum hoc duntaxat intelligendum est de votis *Leviticis*, quæ per libertatem Evangelicam sublata sunt, adeò ut nulla sit consequentia à *veteris legis servitute*, ad *Evangelii libertatem*. (2.) Concedimus, vota *pia*, *justa*, & *legitima* Deo esse reddenda & persolvenda, idque nemo unquam pius *Christianus*, imò etiam Ethnicus unquam negavit; sed hoc quæritur, an *vota Monachorum sint pia justa & legitima*, imò *talia*, *qualia esse debent*? Atque hoc ipsum est, quod negamus. *Grawer*. par. 8. Prælect. in A.C. p. 234. seq.

Vers. 24. seqq. *Benedicat tibi Dominus & custodiat te: lucere faciat Dominus faciem suam ad te, & misereatur tui: elevet Dominus faciem super te, & ponat tibi pacem.*

I. Ecce (1.) Ἀνθρωποπάθειαν: phrasis enim, *elevare faciem*, & *lucere facere faciem super aliquem*, de *Deo* usurpata, notat *misericordiam & gratiam alicui exhibere*. (2.) *Synecdochen speciei* pro genere: nam *pax*, bonorum illud præcipuum, pro *felicitate omnigena*, in benedictione hac sumitur. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 105. & cap. 15. m. 3. p. 449.

II. *Fulgentius* in Discuss. Object. Arian. pro adstruendo *Trinitatis* mysterio argumentum ducit ex *benedictione Ecclesiastica*, in qua *personarum divinarum trinitas* ostenditur 1. ex *trina* nominis JEHOVAH repetitione, 2. ex *distinctorum beneficiorum* enumeratione, 3. ex *ritu*, quem in pronuncianda ista benedictione observare consueverunt Sacerdotes, peculiari ratione, quâ *tres digitos*

olevarunt, teste *Weidnero* in loc.fid.Christ.præcip. tractat.1.

Smalcius contr.Schopper.de Trinit. p. 13.regerit 1. *trinam* illam vocis DEI *repetitionem* potius trinitatem *Deorum*, quàm *personarum* inferre.

℞. Hoc *simpliciter* negamus : non enim hic quæstio est, quomodo *hic* vel *ille hæreticus* verba ista interpretetur; sed quis *verus illorum sit sensus* & *usus*, nempe quem *unanimi consensu* tenuerunt orthodoxi & antiquissimi *Hebræi* cum orthodoxa *Ecclesia* N.T. Atqui isti omnes *unanimiter* non de *essentia*, sed duntaxat de *personarum* trinitate verba ista intellexerunt : ergo nullo modo pluralitas *essentiarum*, sed tantùm *personarum* inde colligenda & concludenda est trinitas.

2. Repetitâ istâ voce DEI saltem indicari *rei*, de qua sermo est, nempe *benedictionis, perfectionem* & *incrementum*, non *personarum trinitatem*.

℞. (1.) In *trina* illa nominis JEHOVAH repetitione aliquid *mysterii* latere, & causam aliquam *repetitionis* illius investigandam esse, Photiniani largiuntur : Ecceur verò causam hujus *trinæ repetitionis* in Scripturis ab ipso Spiritu Sancto monstratam prætermitterent, atque aliam privatô arbitriô excogitatam eidem substernere velint ? (2.) Simul hæc stare possunt, significare *Trinitatem*, & *benedictionis perfectionem atque incrementum* indicare: quandoquidem omnis benedictio, quæ fit in nomine Jehovæ & SS Trinitatis, perfecta est; & quando propter perfectionem illam, *Jehovah* ter nominatur, oratio, qua benedicitur, *incrementum* & *emphasin* habet. Sed quare ? certè nullam aliam ob rationem, quàm quòd in illa nomen Jehovæ *Patris*, nomen Jehovæ *Filii*, & nomen Jehovæ *Spiritus Sancti* invocetur. (3.) Si *majoris* duntaxat *assertionis* & *incrementi* indicandi gratiâ, repetitio illa nominis Jehovah fuisset adhibita, potuisset non *ter* duntaxat, sed etiam *quater*, *quinquies*, imò *centies* adhiberi, & quò pluribus vicibus adhibita fuisset, eò majus benedictionis incrementum significasset. Sed Deus ipse *ter* duntaxat nomen JEHOVAH repetere jubet, & David in Commentario hujus benedictionis, *Psalm*.67.v. 7. numerum illum *ternarium* præcisè retinet. *Gerhard.* par. 2. dispp. Theol.p.1147.seq.& in Exeg. loc. 3. de Trinit.§. 151. *Jac. Martin*.lib.2.de trib.Eloh. c.35.p.335.& c. 38.p.354. seqq.

CAP. VII. Vers. 1. *Et fuit in die complere Mosen erigere tabernaculum, & unxit illud, & sanctificavit*, &c.

I. *Hebraismus* est: בְּיוֹם כַּלּוֹת, *in die complere*, q. d. *in die completionis*, quâ die complevit; ubi *substantivum* post se regit *verbum infinitum*, tanquam *nomen genitivi casus*. Confer. Glass. lib. 3. Philol.Sacr.tract.1.can.31.m. 3.p.115.

II. *Bellarminus* lib. 3. de Cult. Sanctor. c.5. propos. 1. docet, *meritò templa DEI cum ingenti lætitia & solennitate dedicari*, quòd *tabernaculum Mosis & altare solenniter ab ipso fuerint dedicata.*

℞. Non disputat Jesuita contra nos : neque enim improbamus *quamvis templorum dedicationem*, neque prohibemus, *in novorum templorum dedicationibus publica lætitiæ signa edi*; sed quæstio est de *Papistarum dedicationibus*, an *illæ ipsæ* convenientiam habeant, cum *dedicatione Mosis*? Hoc verò negamus. Etenim dedicatio *tabernaculi* facta est mandante *Deo*, ritibus *præscriptis*, precibusque ad *Deum* fusis : At *Papisticæ* dedicationes fiunt sine *verbo DEI*, per *κακοζηλίαν*, cum additamentis *erroneis* & ceremoniis *superstitiosis*. Concedimus ergo *dedicationem*, nec non *lætitiam* : modò *illa* sit *pia*, & verbo DEI consentanea ; *hæc* verò *spiritualis*, in Domino. *Tarnov.* Comment. in Johann.c.10.par. 2.q.1.p.806.seqq. *Brochm*.tom.2. System.Theol.art.de Leg.c.9.sect. 5.q.10. p.111. seq. *Cham*.tom.5.Panstr.l.5.c.8.n.29.p.109.

III. Argumentum ejusdem *Bellarmini*, pro *Papisticis templorum consecrationibus*, vide solutum in *Vindic. Exod.* 40.v. 9.in 1.

Vers.8. *Et quatuor plaustra, & octo bovem dedit filiis Merari, juxta os servitii eorum, in manu Ithamar*, &c.

Habes hic (1.) *Enallagen numeri* singularis, *bovem*, pro plurali, *boves*. (2.) Pleonasmum: juxta *os servitii*, h.e. juxta *servitium* ; ubi *os* abundat. (3.) Metaphoram: In *manu Ithamar*, i.e. *ministerio Ithamar*. Confer *Glass*.lib.3.Philol.Sacr. tract.1.can.38. p.148.& lib.5.tract.1.c.12.p.343.

Vers.11. *Et dixit Dominus ad Mosen : Princeps unus in diem, Princeps unus in diem offerent oblationem suam.*

Redit huc (1.) *Hebraismus*: hac enim repetitione, *Princeps unus in diem*, Hebræi exprimunt distributionem : *Singuli Principes in singulos dies*, &c. (2.) *Enallage modi* indicativi, *offerent*, pro imperativo, *offerunto*. Vatabl. in Annot.ad h. l. p. 305. *Jun*. in eund.loc.p.140.

Vers 15. *Juvencus unus, filius bovis, aries unus, filius anni sui, in holocaustum.*

Hebraismus est: *Filius bovis*, h e. *subrumus*; & *filius anni sui*, i.e. *anniculus*. Jun. Annot. ad h.l. p. 140.

Vers. 72. *In die undecim dierum Princeps filiorum Aser, Paghiel filius Hochran.*

Enallage est: numeralia enim *cardinalia* supra *denarium* ferè pro *ordinalibus* ponuntur, ut, *In die undecim dierum*, h.e. *die undecimo*. Jun. in Not.ad. h.l.p.141.

Vers. 89. *Et in ingrediendo Mosen ad tabernaculum conventus, ad loquendum cum illo, & audiebat vocem loquentis ad se desuper propitiatorio, quod super arcam testimonii, ab inter duos Cherubim, & loquebatur ad eum.*

I. In versu hoc reperitur (1.) *Enallage* relativi pro antecedente : אִתּוֹ, *cum illo*, h. e. cum DEO, quem intelligi, verba sequentia, & ipsæ textus *περιστάσεις* comprobant. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Quod*, scil. *erat*. (3.) Pleonasmus מִבֵּין, *ab inter*, ubi מ, AB, redundat. *Ariam.* in Bibl. p. 121. *Vatabl.* in Annot.ad h.l.p. 310. *Glass.* lib. 3. Phil. Sacr. tract. 2. can.12.p.194.

II. Moses sibi *contradicere* videtur : hic enim dicitur *ingressus tabernaculum*, cum *Exod.* 40.v. 35. referatur, *nubem sic operuisse tabernaculum, ut ingredi non potuerit.*

℞. Licet *initio* nubes ita operuerit tabernaculum, ut ab accessu Mosen prohiberet; non tamen *semper* sic operuit, sed solùm *aliquandiu*, pòst recessit ab eo, dans locum ingredienti. *Walther.* in Harm.Script.p.187.

CAP. IIX. Vers.6. *Tolle Levitas ex medio Israel, & purificabis eos*, &c.

Papistæ pro adstruendo *Sacerdotum* N. T. *cælibatu*, nugantur, *consuetudinem conjugalem reddidisse hominem immundum in* V.T. adeò ut *Sacerdotes ex domibus suis venientes, per aliquot dies purificandi essent, priusquam templum ingrederentur*; idq; putant constare exemplô *Levitarum, qui purificandi fuerint, antequam ingredi debuerint tabernaculum fœderis, ut servirent DEO.*

℞.(1.)

℞. (1.) Petunt Papistæ principium: sumunt enim pro confesso, quòd *Sacerdotes* V. T. *ex domibus suis venientes, per aliquot dies purificandi essent, priusquam templum ingrederentur*; cùm hac de re nulla extet lex divina. Purificatio enim *Levitarum*, quæ h. l. describitur, longè alia est. (2.) Si maximè *Levitica* aliqua pollutio in consuetudine conjugali *Levitarum* fuisset, adeò ut ab *ea* ipsi priùs purificandi essent, quàm tabernaculum ingrederentur; Paulus expressè *eam* abrogat, 1. *Tim.* 3. v. 2. *Hebr.* 13. vers. 4. *Chemnit.* par. 3. Exam. Conc. Trid. p. 493. seq.

Vers. 7. *Aspergantur aquâ lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ.*

Deus sibi *contrariari* videtur: hic enim *præcipit rasionem omnium pilorum capitis, quam* tamen *prohibet Levit.* 19. v. 27.

℞. Discrimen est *Laicorum* & *Sacerdotum*. Ut enim *hi* ab *illis* discernebantur *vestibus*; sic *illis* prohibita est tonsio, *his* mandata abrasio capillorum. Prior ergo sanctio est *specialis*, posterior autem *generalis*. (2.) Moses *Judæis* non *simpliciter* prohibuit, ne attonderent comam, nec absolutè *Clericis* præcepit, ut raderent capillos; sed *certo tempore*: nam tantùm radendi erant capilli in capite Levitarum tempore, *purificationis*; alio tempore, *vitæ* scilicet & *ministerii* radendi non erant, *Ezech.* 44. v. 22. *Walther.* in harm. Script. p. 187.

Vers. 8. *Et capient juvencum filium bovis, & munus ejus, similam consusam cum oleo, & juvencum secundum, filium bovis capiet in peccatum.*

Ecce (1.) Hebraismum: *Filium bovis*, h. e. *subrumum*. (2.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: *peccatum* enim sumitur pro *sacrificio, quod pro peccato expiando offerebatur*. Iun. in Not. ad h. l. p. 141. *Glass.* lib. 5. Phil. Sacr. tract. 1. c. 3. m. 4. p. 47.

Vers. 14. *Separabis Levitas de medio filiorum Israel, ut sint mei.*

Nova *ἀντιλογίας* species hîc occurrit: nam Deus pronunciat, *Levitas esse suos*, cum tamen v. 16. dicat, *eos sibi a filiis Israel dono donatos esse.*

℞. Constituenda est differentia *donationis*: alio enim modo donat aliquid *dominus* servo; alio, *filius* patri, & *servus* domino. *Hi* ratione *gratitudinis* & obedientiæ, *Ille* ratione *dominii* & possessionis. (2.) Fons Hebræus pronunciat, *Levitas esse datos* & quidem datos de *medio filiorum Israel*, h. e. *electos ad ministerium*. Cùm enim destinarentur à Deo cultui sacro reliquæ tribus, tribum *Levi* segregantes, DEO quasi obtulerunt, ut exequerentur, quæ in mandatis habuerint à Iehovah. Donatio ergo ista intelligenda est ratione *obedientiæ* & *gratitudinis*. Atque hunc esse sensum, indicat v. 19. *Walther.* ibid. p. 188.

Vers. 16. *Dati dati ipsi mihi è medio filiorum Israel, pro apertura omnis vulvæ, primogenito omni à filiis, &c.*

Est hîc (1.) Epizeuxis: *Dati dati*, h. e. *omninò dati*. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Ipsi*, subandi, *sunt* (3. Pleonasmus: *E medio filiorum Israel*, i. e. *ex filiis Israel*; ubi ly *medio* abundat. (4.) *Enallage* abstracti, *apertura omnis vulvæ*, pro concreto, *aperiente omnem vulvam*, pro *primogenito*, ubi statim explicatur. *Ariæm.* in Bibl. p. 122. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 311. *Jun.* ibid. p. 141.

Vers. 19. *Et dedi Levitas donatos Aharoni, & filiis ejus, è medio filiorum Israel, ad serviendum servitium filiorum Israel in tentorio, &c.*

Enallage est: continuatur enim antecedentis, *filiorum Israel*, pro relativo, *eorũ*, repetitio. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 3131. *Glass.* lib. 3. Phil. tr. 2. can. 13. p. 198.

Vers. 25. *Et à filio quinquaginta annorum revertetur ab exercitu servitii, & non serviet ultrà.*

Offert sese *Hebraismus*: nam *filius quinquaginta annorum*, Hebræis est, *natus quinquaginta annos*; &, *revertetur*, idem est ac, *licebit reverti, si velit*. Iun. in Not. ad h. l. p. 142.

CAP. IX. Vers. 5. *Et fecerunt Pascha in primo, in quarta decima die mensis inter duas vesperas in desertis Sinai, juxta omnia, quæ præcepit Dominus* Mosi, *sic fecerunt*, &c.

In textu hoc reperitur (1.) *Ellipsis* nominis, ex membro sequente repetendi: *In primo*, sc. *mense*, quæ vox statim sequitur. (2.) *Pleonasmus*: nam verbum, *fecerunt*, emphaticè repetitur q. d. *strenuè sibi demandata peregerunt*. Iun. in Bibl. p. 142. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 2. observ. 12. p. 724.

Vers. 6. *Et fuit homines, qui erant immundi ad animam hominis, & non potuerunt facere Pascha in die ipsa; & appropinquaverunt ad facies Mosis, & ad facies Aharonis, in illa ipsa die.*

Ecce (1.) *Enallagen* numeri singularis, *fuit*, pro plurali, *fuerunt*. (2.) Metonymiam: *anima* enim pro *cadavere* est. (3.) *Pleonasmum*: Ad *facies Mosis*, & ad *facies Aharonis*, h. e. ad *Mosen*, & ad *Aharonem*. Ariæm. in Bibl. p. 122. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 312. *Jun.* ibid. p. 142.

Vers. 7. *Ut non valeamus oblationem offerre Domino in tempore suo inter filios Israel.*

Bellarminus l. 1. de Miss. c. 7. vult, *Agnum Paschalem* Exod. 12. v. 6. *fuisse sacrificatum*, cùm hîc dicantur *offerre oblationem Iehovæ* ii, qui *faciunt Pascha.*

℞. I. *Vulgata* quidem legit, *offerre oblationem*, sed secundùm *Hebræam* veritatem, *Pagnino* Interprete, est, *appropinquationem Domini facere*, sive *accedere*. Vox enim Hebræa, קָרְבָּן, notat *accessionem*, à radice קָרַב, *appropinquavit*, Gen. 20. v. 4. Thren. 4. v. 18. & nomen *generale esse cujusvis doni* annotat *Mercerus*. Esto igitur, nomen illud in descriptione *ritus Agni Paschalis* usurpetur; inde tamen minimè sequitur, *eum statim inter sacrificia propriè sic dicta referendum esse*. 2. Toto genere inter se differunt *agni* Paschales, & *sacrificia* Paschalia. Nam (1.) *Agni* Paschales erant vel ex *agnis*, vel ex *hædis*, Exod. 12. v. 5. *Sacrificia* Paschalia sumebantur ex *ovibus* & *bobus*, Deut. 16. v. 2. (2.) *Agni* Paschales propriè non immolabantur à *Sacerdotibus*, sed mactabantur ab omnibus *patribus familiâs* in omnibus *domibus*, Exod. 12. v. 3. & 6. *Sacrificia* Paschalia tantummodo instituebantur à *Sacerdotibus* in eo *loco*, quem eligebat Iehovah, ut nomen ejus habitaret ibi, Deut. 16. vers. 6. (3.) *Agni* Paschales inter duas vesperas *uno die* conficiebantur & comedebantur, Exod. 12. v. 6. sed *Sacrificia* Paschalia per *septem continuos* dies offerebantur, Levit. 23. v. 8. Utrumque tamen istud fiebat in *vere*, in *mense*, quo Deus Israëlitas eduxerat ex Ægypto, Deut. 16. v. 1. Hîc *conjunctim*, & agni Paschalis, & sacrificiorum Paschalium mentio fit, uti quilibet spontè fatebitur, qui discrimina jam allata agnoscet, quemadmodum omnes agnoscere necessum erit. *Franz.* par. 3. disp. 3 in A. C. thes. 32. seqq. *Hutter.* in Refut. Miss. p. 16*. 171. 172. seq.

Vers. 10.

Vers. 10. *Vir vir, quia erit immundus ad animam, vel in via longinqua, vobis, vel generationibus vestris, & faciet Pascha Domino.*

§. 1. *Vir vir*, h. e. *quicunque*. §. 2. *Quia*, est pro, *quum*. §. 3. *Ad animam*, i. e. *super mortuo*. §. 4. *Vobis*, *vel generationibus*, pro, *ex vobis*, *vel ex generationibus vestris* κατ' ἔλλειψιν §. 5. Ordo Hebræis inversus est, pro, *Si quis ex vobis*, *vel ex generationibus vestris fuerit immundus super cadavere*, *aut fuerit in via longinqua*, &c. Ariæm. in Bibl. p. 123. *Vatabl.* in Annot. ad. h. l. p. 312. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 142.

Vers. 13. *Et vir, qui ipse mundus, & in via non fuerit, & cessarit facere Pascha; & excidetur anima ipsa e populis suis, quia oblationem Domini non obtulit stato tempore suo, peccatum suum portabit vir ipse.*

Habetur hoc loco (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Qui ipse*, scil. *est*. (2.) *Synecdoche partis* pro toto: *anima* enim pro *homine* est. (3.) *Metonymia causæ* pro *effectu*: nam *peccatum* cum verbo *portandi* reatum pœna innuit. *Ariam.* in Bibl. p. 123. *Jun.* ibid. p. 42.

Vers. 18. *Super os Domini proficiscebantur filii Israel, & super os Domini castrametabantur: omnibus diebus, quibus habitabat nubes super tabernaculum castramentabantur.*

Videsis (1.) *Catachresin*: nam *os Domini* pro *ejus præstituto* est, quod non *manifesta locutione*, sed *signo nubis* testatum dabatur. (2.) *Enallagen temporis* futuri, *castrametabuntur*, pro præterito, quod per imperfectum, *castrametabantur*, vertendum est. *Vatabl.* in Annot ad h. l. p. 313. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 142. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 18. m. 1. p. 465.

Vers. 20. *Et eveniebat, quod erat nubes diebus numeri super tabernaculum, super os Domini castrametabantur, & super os Domini proficiscebantur.*

In versu hoc offert sese (1.) *Ellipsis* nominis: *Diebus numeri*, supple, *exigui*, ut qui facilè numerari possunt. (2.) *Metonymia causa* pro effectu: *os* enim *Domini* pro *ejus præstituto* est. *Vatabl.* & *Jun.* l. c.

CAP. X. v. 2. *Fac tibi duas tubas argenti, ductile facies eas, & erunt tibi ad convocationem cœtum, & ad motionem castra.*

Enallage est (1.) substantivi, *argenti*, pro adjectivo, *argenteas*. (2.) *Numeri* singularis, *ductile*, pro plurali, *ductiles*. (3.) *Modi* indicativi, *facies*, pro imperativo, *facito*. (4.) *Nominis* pro *infinitivo*, juxta Kimchium: Ad *convocationem cœtum*, & ad *motionem* castra, h. e. ad *convocandum* & *profectionem imperandum*. Nisi malis, nomina verbalia, מִקְרָא, *convocatio*, & מַסַּע, *motio*, regere casum verbi sui, nim. accusativum, *cœtum* & *castra*, qui Latinis per genitivum, *cœtus* & *castrorum*, explicandus. *Ariam.* in Bibl. p. 123 *Jun.* ibid. p 142. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 41. p. 161. & tract. 3. can. 44. p 366.

Vers. 29. *Et dixit Moses ad Chabab, filium Reguel, Midianitidem, socerum Mosis: Proficiscentes nos ad locum, quem dixit Dominus, eum dabo vobis: ito nobiscum & benefaciemus tibi, quia Dominus loquutus est bonum super Israel.*

I. Recurrit modò (1.) *Enallage* tum *temporis* perfecti, *dixit*, pro plusquamperfecto, *dixerat*; tum *numeri* singularis, *bonum*, pro plurali, *bona*. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Proficiscentes*, scil. *sumus*, Ariæm. in Bibl. p. 124. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 315. *Jun.* in eund. loc. p. 143.

II. Contradictionem quandam hic apparentem vide conciliatam in *Vindic. Exod.* 2. v. 18.

Vers. 30. *Et dixit ad eum: Non ibo, quin imò ad terram meam & ad nativitatem meam ibo.*

Habes hic (1.) *Ellipsin* tùm adverbii, *Non ibo*, scil. *jam*; tùm nominis, *Ad nativitatem* h. e. *ad locum nativitatis*. (2.) Hebraismum: *Ibo*, i. e. *volo ire*. Vatabl. & *Jun.* l. c.

Vers. 31. *Et dixit: Ne quæso ne derelinquas nos, quia idcirco nôsti castrametari nostrum in deserto, & fuisti nobis in oculos.*

I. Ecce (1.) *Ellipsin* nominis, ex v. 29. repetendi, *Et dixit*; subint. *Moses*. (2.) *Enallagen* verbi, *castrametari*, pro nomine, *castrametationem*. (3.) Metaphoram; quâ *oculus* notat *providentiam*: *Fuisti nobis in oculos*, h. e. *tuo quasi lumine omnes vidimus*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 316. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 12. p. 339.

II. Moses sibi itidem *non constare* videtur: orat enim *Hobabum*, ut *sit Israelitis via ductor*, & *per desertum castrametator*; cùm *Dominus ipse*, præeunte *arcâ nubeque*, ostenderit, quid facto opus sit, vers. 33. & 34.

℞. Moses sua oratione ostendit, aliam esse rationem *divinæ nubis*, aliam *Hobabi*: quia *nube divina profectiones* solum significabantur; *Hobab* verò, regionum peritus, *metationum commoditates & incommoditates* exponebat, & propterea expediebat, ut adesset. Et quamvis *Deum* Moses habebat viæ ducem, noluit tamen negligere *media*, quæ cum fiducia erga Deum optimè consistunt. *Walther.* in harm. Script. p. 189.

Vers. 33. *Et profecti sunt in monte Domini, via trium dierum, & arca fœderis Domini proficiscens ante eos viâ trium dierum, ad explorandum eis requiem.*

In versu hoc habetur (1.) *Enallage* præsentis temporis, *proficiscens*, pro imperfecto, *proficiscebatur*. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: *humanitus* enim dictum, quum *arcæ* tribuitur *requiei exploratio*, quæ *circumambulando* perficitur. (3.) *Ellipsis* nominis; Ad *requiem* i. e. ad *locum requiei*. Ariæm. in Bibl. p. 124. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 143. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 7. p. 145.

Vers. 35. *Et erat in proficiscendo arcam, & dicebat Moses: Surge Domine, & dispergantur inimici tui & fugiant odio habentes te a facie tua.*

I. Observa (1.) *Cabbalam*: Hebræi enim tradunt, נ inversum in dictione, בִּנְסֹעַ, *in proficiscendo*, non carere mysterio, sed significare *amicam & salutarem Domini conversionem ad populum suum*, vi precum Mosaicarum. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: nam *Deo* tribuitur tum *Surrectio*, quâ *divinum de magnis operibus propositum* indicatur, tum *facies*, quâ *ira ac pœna divina* innuitur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 316. *Glass.* lib. 2. Phil. Sacr. par. 1. tract. 2. Sect. 3. art. 7. m. 1. p. 431. & lib. 5 tract. 1. c. 7. p. 144.

II. *Ensedinus* in Explic. locor. V. & N. T. p. 25. negat, nomen JEHOVAH *proprium DEI nomen esse*, cum *arcæ fœderis* h. l. *tribuatur*.

℞. Adversarius *crimen falsi* committit: non enim *arcæ fœderis* nomen *Iehovah* tribuitur, sed *vero DEO*. Is namque vocatur *Iehovah*, quem Moses *alloquitur*: Iam verò Moses non alloquitur *arcam*, sed *ipsum Deum*, suam illic sedem habentem, Exod. 25. v. 22. Etenim (1.) continent hæc verba *precationem*, quæ citra idololatriam ad arcam di-

eam diligi non potest, Exod. 20. vers. 3. & 4. Solus enim *verus Deus* est *adorationis* objectum, Deut. 6. v. 13. (2.) Arca propriè non *surgit*, Deo autem id per ἀνθρωποπάθειαν tribuitur, Psal. 82. v. 8. Es. 2. v. 19. &c. (3.) Neque arca *inimicos potest dispergere*, ut patet ex 1. Sam. 4. v. 11. Sed solus *Dominus*, Psal. 68. v. 2. (4.) Moses ita precabatur, quando *arca jamjam proficiscebatur*: Sed quàm ineptè quis diceret *jamdum* proficiscenti, *Surge*. Oravit ergo Moses, ut surgente *arcâ*, surgat etiam *ipse Deus*. (qui peculiarem & gratiosam suam præsentiam circa arcam promiserat) ad viam præmuniendam, & hostes dissipandos. *Gerhard.* in Exeg. loc. 2. de Nat. DEI, §. 39. p. 636. seq. *Hunn.* in Exam. error. Photin. c. 3. err. 2. n. 11. p. 212. *Thumm.* in Apod. Theol. de person. Spir. Sanct. p. 7.

III. *Thummius* in Ταπεινωσιγ. p. 289. num. 7. sentit, *Deum nudâ suâ adessentiâ, sine ulla efficaci operatione, impios terrere*, quòd *surgens inimicos suos dissipet*.

℞. *Surgendi* vox, in Scripturis de *Deo* usurpata, *peculiarem demonstrationem zeli divini pro populo suo adversus hostes denotat*, ut loca parallela ostendunt, *Ps.* 3. v. 8. *Ps.* 7. v. 7. &c. ubi plerumque *operatio efficax* additur. Unde *Lutherus* tom. 2. Lat. Jenens. fol. 25. fac. a. disertè sic scribit: *Tunc exurgere Deus dicitur, quando effectu præsente ostendit, se nobis adesse.* Exurgere ergò non *nude adesse* notat; id quod & agnoscit *Osiander*, tom. 1. Paraphr. Bibl. fol. 217. verba h. l. sic exponens: *Adesto nobis* (Domine) *disjiciens & in fugam conjiciens populi tui hostes, qui nos ingressu terra Canaan prohibere conantur.* Nudâ verò *adessentia* hostes DEUS suos dissipasse, & conatus ipsorum impediisse, aut eventu sperato frustrasse, nullibi legitur. *Theol. Saxon.* in Apol. contra Wurttemb. sect. 3. cap. 4. p. 490. seq.

Vers. 36. *Et in quiescendo eam, dicet: Revertere Domine decem millia millium Israel.*

I. Videsis (1.) *Enallagen temporis* futuri, *dicet*, pro imperfecto, *dicebat*: (2.) Ἀνθρωποπάθειαν: *reversione* enim ad pios, *Deo* tributa, *pœnarum oblatio & gratia divina exhibitio* notatur. (3.) *Ellipsin* præpositionis, אל, AD: *Decem millia*, pro, *ad decem millia*. (4.) *Synecdochen speciei* pro genere: nam *decem millia millium* pro *maximo omnium numero* ponuntur. *Ariam.* in Bibl. p. 124. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 144. & cap. 15. m. 4. p. 450.

II. *Enjedinus* l. c. urget, Mosen alloqui *arcam*, eamque nuncupare *Jehovam*, ideoq; nomen *Jehovah* non *solius veri DEI nomen esse proprium*.

III. *Bullingerus* in Apol. Expos. ex eodem fundamento contendit, verba Cœnæ, *hoc est corpus meũ*, tropicè esse intelligenda & explicanda; quemadmodum & hæc, *arca fœderis est Jehovah*.

℞. Nec h. v. *arca* appellatur *Jehovah*, sed quando arca requiescebat, alloquebatur Moses Deum in hanc verborum formulam: *Revertere Domine*, &c. Atqui ineptum foret, jamdum *quiescenti arca* dicere, *revertere*. Neque arca propriè *revertitur*, Deo autem idipsum per ἀνθρωποπάθειαν in Scripturis sæpius tribuitur, *Gen.* 18. v. 10 *Ose.* 5. v. 15. &c. estque *reverti* hic nihil aliud, quàm *propitium fieri*, ac velut *patremfamiliâs in domo suorum curam gerere*. Corruit ergo & *Enjedini* & *Bullingeri* structura, quippe ruinoso innitens fundamento. *Wigand.* de Sacrament. fol. 96. fac. 6. *Gerhar.* in Exeg. loc. 2. de Nat. DEI. §. 39. p. 636. seq. *Brochm.* tom. 1. System. Theol. de Deo & Trin. cap. 2. q. 3. obj. 4. p. 111.

CAP. XI. v. 1. *Et fuit populus sicut querit antes, malum fuit in auribus Domini, & audivit Dominus, & accensa est ira ejus & exarsit in eis ignis Domini, & comedit in extremitate castrorum.*

I. Moses utitur (1.) *Emphasi* in participio Hithpahel, כְּמִתְאֹנְנִים, *sicut queritantes*, quod significationis *reciproca* est q. d. *ipsi se querimoniis injustis dediderunt*. Chaldæus vertit, *Occasionem quarentes*, scil. *discedendi à Domino*, ut sit à תֹּאֲנָה, *occasio* ab אָנָה, *occasionem quæsivit, causam præbuit*, judic. 14. v. 4. Junius: *Planè queribundi*; atque sic כ notaret & ipsam *rei veritatem*. (2.) *Cabbalâ*, juxta *Hebræos* qui tradunt, in eadem vocula Hebræa, כְּמִתְאֹנְנִים propius *Nun* inversum scribi, ad indicandam *populi perversitatem & aversionem à Deo ad delitias Ægyptiacas*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: *In auribus Domini fuit malum* h. e. *Domino displicuit*. (4.) Προσωποποιΐα: nam *comedere* tribuitur *igni consumenti*. (5) Ellipsi: *Comedit*, scil. *eos, qui erant* &c. nisi malueris ב, IN, redundare, ut pro, *in extremitate*, sit, *extremitatem*. Ariæm. in Bibl. p. 124. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 316. *Jun.* ibid. p. 144. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 5. can. 28. p. 504. seq.

II. *Enjedinus* in Explic. locor. V. & N. T. ad locum, *Genes.* 19. v. 24. m. 3. excipit, *ignem Jehova* ibi accipi pro *magno & vehementi*, cum & ita h. l. sumatur.

℞ Hæreticus petit principium: quânam enim vel levi saltem conjectura asserit, vocem *Jehova* hic non *Deum*, sed *magnum* sive *vehementem* significare? Ignem quidem hunc *magnum* & *vehementem* fuisse intelligitur; verùm non ex eo, quòd vocetur *ignis Jehova*, sed ex antecedentibus & consequentibus. Ex *illis*, quia dicitur (1.) quòd *iratus fuerit nasus* sive *furor* Jehova. (2.) quòd *ipsius ignis se in populum incenderit*. Ex *his*: quia subjicitur, quòd *consumserit extremum castrorum*. Vox igitur Jehovah, hic *causam efficientem* κατ᾽ ἐξοχὴν significat, ut sit sensus, *ipsum Jehovam ingratos populos igne incendente, & consumente punivisse Jacob*. *Martin.* l. 1. de trib. Eloh. c. 23. p. 255. seq.

Vers. 3. *Et vocavit nomen loci ipsius Incendium, quia incendit se in eis ignis Domini.*

§. 1. *Vocavit*, subint. *Is, qui nomen indidit*, seu *vocatum est*, Man hieß. §. 2. *Paronomasia* est: dicebatur תַּבְעֵרָה, *incendium*, quia בָעֲרָה, *incendit se*. §. 3. *Ignis Domini* dicitur qui *singulariter à Domino in rebellantem populum immissus fuit*, pœnæ & supplicii loco. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 316. *Glass.* lib 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 17. p. 65.

Vers. 4. *Et colluvies, qua in medio ejus, desideraverunt desiderium, & redierunt & fleverunt etiam filii Israel & dixerunt: Quis comedere nos faciet carnem?*

Ecce (1.) Metaphoram: *Colluvies*, h. e. *promiscua advenarum turba*, Exod. 17. v. 38. (2.) Pleonasmum: *In medio ejus*, i. e. *inter eum*. (3.) *Ellipsin*, verbi substantivi. *In medio ejus* scil. *erat* (4.) Epizeuxin: *Desiderârunt desiderium*, h. e. *ardenter desiderarunt*. (5.) Hebraismum: *Redierunt & fleverunt*, h. e. *rursus fleverunt*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 315. & *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 144.

Vers. 5. *Recordati sumus piscis, quem comedemus in Ægypto gratis, cucumerum & peponum & porri, &c.*

I. Videsis (1.) *Enallagen* partim *temporis* tum præte-

præteriti, *recordati sumus*, pro præsenti, *recordamur*; tùm futuri, *comedemus*, pro præterito, *comedebamus*: partim numeri singularis, *piscis* & *porri*, pro plurali, *piscium* & *porrorum* (2.) Hyperbolen: *Gratis*, i.e. *vili pretio*, quasi gratis. *Vatabl.* in Annot. ad h.l.p.317. *Ariam.* in Bibl. p.124. *Jun.* ibid. p. 44.

II. *Hieronymus* inde *jejunium* probare conatur, quòd *populus Israel, cùm in deserto tantùm manna pasceretur, desiderio carnium, piscium, peponum &c. in Ægypto, contra Dominum murmuravit.*

℞. Aliud est *cibo desiderato carere*, quod *necessitatis* est, aliud verò, *cibo licito & præsenti voluntariè abstinere*, quod proprium est *jejunii*. *Chemnit.* par.4. Exam. Conc. Trid. p.761. fac.a.

Vers.6. *Et nunc anima nostra arida, non omne, præterquam ad Man, oculi nostri.*

Habes hic (1.) *Synecdochen partis* pro toto: *Anima nostra arida*, h.e. *nos exarescimus & contabescimus* penuriâ rerum omnium. (2.) Hypallagen: *Non omne, præterquam ad Man oculi nostri*, pro, *tantùm Man ob oculos nostros.* (3.) Aposiopesin: *Tantùm Man oculi nostri*, subint. *vident*. Ariæm. in Bibl. p.124. *Jun.* in Not. ad h.l.p.144.

Vers. 7. *Et Man sicut semen coriandri ipsum, & oculus ejus, sicut oculus Bedellii.*

In textu hoc reperitur (1.) *Enallage* pronominis demonstrativi, *ipsum*, pro verbo substantivo, *erat*. (2.) *Metonymia adjuncti occupati* pro *subjecto occupante*: עַיִן, *oculus*, pro *colore*, qui *oculis* videtur, & *visui* objectum est, sumitur. *Ariam.* in. Bibl. p. 124. *Glass.* lib.5. Phil. Sacr. tract.1.c. 4.m.5.p.65.

Vers.8. *Populus faciens ex Man tortulas saporis quasi panis oleati.*

Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim dicit, saporem Mannæ fuisse tanquam sapor *humoris ex oleo*; cum *Exod.* 16. vers. 31. saporem *mellis* ei tribuat.

℞. *Utrumq;* verum est: nam ita sapore suo referebat crustulum *mellitum*, ut simul etiam haberet suavitatem *olei præstantissimi*. *Walther.* in harm. Script. p.189.

Vers.10. & 11. *Mosi intoleranda res visa est, & ait ad Dominum: Cur afflixisti servum tuum, quare non inveni, &c.*

Non esse renatum, qui unquam etiam graviter peccarit, inter alia testatur *Mosis* exemplum, qui *graviter murmurat adversus Deum*, quando populus fastidiebat mannã. *Smalcius* contr. Franz. disp. 9. de hypocr. fol.296. regerit, *murmurationem adversus Deum* esse *actum singularem*, non verò *iterationem* talem, quæ *habitum*, (quem vocant) efficiat.

℞. Distinguendum est inter repetitionem *peccati in genere*, & repetitionem *actuum unius speciei peccati*. Non *hæc* tantùm, sed & *illa* verè damnabilis est. *Illam* commisit Moyses, sed ipsi à Deo remissa est, ne æternum periret: quæ verò, si non damnare debeat, remissione indiget. *Stegm.* disp. Antiphotin. 42. q. 2. ad 2.

Vers.13. *Unde mihi caro, ad dandum universo populo huic? Quia flebunt super me, dicendo; Da nobis carnem, & comedemus.*

Nota hoc loco (1.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Unde*, scil. *est*. (2.) *Enallagen temporis* futuri, *flebunt*, pro præsenti, *flent*. (3.) *Enallaxin* conjunctionis: nam, *Et comedemus*, est pro, *ut comedamus*. Ariæm. in Bibl. p.124. seq.

Vers. 14. *Non potero ego solus portare omnem populum hunc, quia gravis præ me.*

Redit hic (1.) *Enallage* temporis futuri, *potero*, pro præsenti, *possum*. (2.) *Ellipsis* nominis conjugati, ex verbo conjugato eruendi: deest enim nomen, מַשָּׂא, *onus*, quod in verbo נְשֹׂא, *portare*, (à quo deducitur) latet. Itaque לָשֵׂאת אֶת, est, pro אֶת־הַמַּשָּׂא לָשֵׂאת, *portare onus*. (3.) Hebraismus, *Gravis præ me*, h.e. *gravius est onus, quàm ut illud viribus meis sustinere possim*; ubi præfixum מ, PRÆ, notat comparationem. *Ariam* in Bibl. p. 125. *Jun.* in Not. ad h.l.p.144. *Vatabl.* in Annot. ad eund. loc. p. 317. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 32. m. 3. p. 340. & lib. 4. tract. 2. observ. 5. p. 712.

Vers. 15. *Et si ita tu faciens mihi, occide me quæso occidendo, si inveni gratiam in oculis tuis, & ne videam in malo meo.*

I. Iteratur (1.) *Enallage* tum *generis* fœminini, אַתְּ, tu, pro masculino, אַתָּה; licet alii hac forma *commune* esse ajunt: tum *temporis* præsentis, *faciens*, pro futuro, *facturus es* (2.) Epizeuxis: *Occide occidendo*, h.e *omnino occide* (3.) Hebraismus: *Inveni gratiam in oculis tuis*, i.e. *gratus tibi sum & acceptus*. (4.) Pleonasmus: *In malo meo*, pro, *malum meum*, ubi IN abundat. *Ariam.* *Vatabl.* & *Jun.* ibid. *Glass.* lib.3. Philol. Sacr. tract 2. can.16. p.204.

II. *Galatinus* lib.1. de Arcan. Cathol. verit. c. 8. vult, *loca quædam a* V.T. à *Scribis Judæorum corrupta esse*, v.g. *locum præsentem* ubi nunc habemus: *Et non videam* בְּרָעָתִי, *malum meum*; dicunt, esse correctionem Scribarum, & antea fuisse, בְּרָעָתֶךָ, *malum tuum*.

℞. Vanitas Judæorum circa locum hunc deprehenditur ex translatione *Græca*, quæ cum *Hebræo* consentit. (2.) Sed nec suberat ulla *mutandi* causa, si maximè anteà fuisset lectum: *Et videam malum tuum*. (3.) Et annon sensus verborum sibi magis constat, si lectio nostra בְּרָעָתִי, retineatur, quàm si alia ex *Thalmudica* traditione accersatur? Conqueritur enim Moses de malo *suo*, non *Dei*; de onere *suo*, non *Dei* incumbente humeris, uti ex v. 11. & 14. patet. *Hunn.* tom. 2. oper. Lat. p 129. seq. *Glass.* l.1. Philol. Sacr. tract.1. par. 2 sect.1. art. 1. p. 47. seq. & sect. 2. m 9. p. 79.

Vers.17. *Et descendam, & loquar tecum ibi, & auferam de Spiritu tuo, & tradam eis, & portabunt tecum in onere populi, & non portabis tu tibi soli.*

I. Offert sese (1.) Ἀνθρωποπάθεια: *descensus* enim de *Deo* dicitur, quo *propositum Dei apparentis, de singulari gratia opere, inter homines efficiendo*, notatur. (2.) *Metonymia causæ* pro effectu: *Spiritus Sanctus* enim pro *ejus donis* sumitur, quæ Dominus admensus est septuaginta senioribus, ex populo selectis, fine eo, ut Mosi in gubernatione populi adjumento essent (3.) Pleonasmus: *In onere*, pro, *onus*, & *tu tibi soli*, pro, *tu solus*; ubi IN & TIBI redundant. *Ariam.* in Bibl. p. 125. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. p. 5. & cap. 7. p 143.

II. *Photiniani* negant, *Spiritum Sanctum esse personam divinam*, quod *ab homine aliquo denominatur*, cum à *Mose* vocetur *Spiritus Mosis*.

℞. *Deus Pater*, quem ipsimet etiam Photiniani *personam* esse non negant, denominationem accipit ab *homine*, cùm dicitur *Deus Sem*, Gen. 9. v. 16. *Deus Abrahami*, Gen. 26. vers. 24. *Deus Israel*, Exod. 14. v. 10 Luc. 1. vers. 68 (2.) Non dicit Deus:

Aufe-

Auferam de spiritu tuo; sed, *seponam de Spiritu, qui est super te*, id est, *communicabo cum LXX. senioribus de eodem spiritu, de quo ante tecum communicavi*. (3.) Falsum est, *Spiritum Sanctum* accepisse nomen a *Mose*. Dicitur enim *Spiritus Mosis*, non verò *Spiritus Sanctus est Moses*, & quidem ideò, non quasi *Moses sit autor & dominus Spiritus Sancti*, sed quia *donis Spiritus Sancti* pollebat. At sic esse potest *metalepsis*, in qua *causa* (Spiritus) pro *effectu* (dona) ponitur. Sensus itaque est: *Dona*, à Spiritu Sancto profecta, Mosis. *Balduin.* in Colleg. Trinit. disp. 12. thes. 19. & 50. *Thumm.* in A'*ποδ*. Theol. de Spir. S. personal. p. 133. *Cham.* tom. 5. Panstr. l. 5. c. 1. n. 2. p. 185.

III. *Macedoniani* quoque inficiati sunt, *Spiritum sanctum esse verum DEUM, cùm sit divisibilis*, quoniam *auferatur de eo aliquid, & aliis à Deo tradatur.*

℞. Vox Hebraica אצל non tantùm significat *auferre*, sed etiam *communicare*; *appropinquare*, ut ex una lucerna accenduntur aliæ; & hoc secutus Chaldæus dixit: *Prophetiæ Spiritum cum illis communicabo*. Unde R. *Salomoh* ait, quod *Deus de Spiritu, qui fuit super Mose, eâ ratione segregaverit, quod Senioribus daret, ut tamen Mosi nihil auferret*; idque declarat dicta similitudine *multarum lucernarum*, ex una ita accensarum, ut tamen primæ luci nihil decedat. *Gerhard.* tom. 1. LL. CC. loc 6. de Spir. Sanct. §. 32. p. 623. *Cham.* l. c.

IV. Fuerunt *quidam* in ea sententia, sicut refert *Lombardus* l. 1. sent. distinct. 14. c. 2. dari *credentibus* non *ipsum Spiritum Sanctum*, sed tantùm *dona ejus*, eò quòd de *persona* Spiritus Sancti non possit intelligi, *ipsius aliquid* auferri de Mose, & tradi Senioribus.

℞. Concedimus de *persona ipsa* Spiritus Sancti non posse *partem quandam* auferri, & alteri tradi: neque hoc in præsenti textu dicitur: sed de *plenitudine illius Spiritus*, de qua Moses hauserat, etiam in Seniores illos se defusurum Deus pronunciat. Quæritur autem, an tùm quoque *præsens* fuerit *persona* Spiritus Sancti ipsis Senioribus? & quidni? neque enim *absens* sua dona in eis coronavit. *Chemnit.* par. 1. LL. CC. art. de Spir. Sanct. c. 4. m. 6. pag. 104. *Cham.* ibid.

V. *Bellarminus* l. 4. de Rom. Pontif. c. 24. nugatur, *Pontificem Romanum immediatè omnem jurisdictionem Ecclesiasticam habere à Christo, sed potestatem jurisdictionis exterioris a Pontifice immediate derivari in Episcopos cæteros*; idque probare conatur ex *figura* V. T. Nam LXX. Seniores virtutem *suam* per derivationem accepisse leguntur à virtute *Mosis*, ut unà cum ipso populum regerent: voluit enim Deus ostendere, in *Mose* residere *totam* authoritatem; alios autem, si quam habent, à *Mose* habere. Constat autem, *Pontificem* in Ecclesia eum habere locum, quem habuit *Moses* in populo Judæorum.

℞. (1.) *Bellarminus* libr. 1. de Pontif. c. 9. voluit, *Aaronem* typum fuisse *Papæ*, nunc verò typum ejus constituit *Mosen*, qui Aaroni fuit vice DEI, Exod. 4 vers. 16. *Papa* ergò, ut Bellarmino placet, est *omnis homo*. (2.) *Mystica* illa significatio de *Spiritu Mosis* fictitia est: quia *Pontifex Romanus* nihil quicquam cum *Mose* commune habet. Probet Adversarius Romanum Pontificem, non minus, quàm Mosen, ad *præfecturam domûs DEI* vocatum esse: nominet *miracula*, quibus Papa, Mosen imitatus, vocationi divinæ fidem fecerit: Ostendat, Papam *eodem*, quo Mosen, duci & dirigi *Spiritu*. (3.) Non à *Mose*, sed à *Deo*, fuit LXX. illorum Seniorum authoritas, qui *similem* planè virtutem cum virtute Mosis illis communicavit, quia ut Mosi *suum*, ita & Senioribus *suum* dedit Spiritum. *Insinuatur* (ait Cajetanus) *quòd talem Spiritum illis daret, qualem participârunt à Spiritu, qui fuit in Mose*. (4.) In illa derivatione virtutis, nulla fuit differentia inter potestatem jurisdictionis *interna*, & *externa*: simul & semel *tota virtus ab eodem principio* communicabatur. Hoc autem Papa sibimet non arrogat, nisi in *externa* sola jurisdictionis potestate. (5.) Res illa, cum Mose & primis illis Senioribus peracta, fuit *extraordinaria* & *semel* gesta: itaque ineptè inde extruitur res *ordinaria* & *perpetua*, adeò ut non magis ad exemplum trahi debuisset, ac *propheticum* donum, quo eorundem Seniorum vocatio fuit *extra ordinem* obsignata, vers. 25. (6.) Officium illud, ad quod vocati fuerunt illi Seniores, erat *civile*: perperam itaque accommodatur ad jurisdictionem *Ecclesiasticam*, & quidem *externam*. Non enim ad *hanc*, & ad officium *civile* requiruntur dona eadem. Quarè si quid posset sequi, sequeretur, *Principes civiles* à Papa spiritum habere, & *Papam* esse caput *Politicum*; si tale quid locum habuisset in Mose & in illis Senioribus, quale Bellarminus vult. (7.) Cùm in Ecclesiastico statu Veteris Testamenti jurisdictionis derivatio nulla fuit à *summo Sacerdote* ad inferiores, non magis quàm ordinis ipsius Sacerdotalis, neque potuit summus Sacerdos pro suo arbitrio inferioris alicujus potestatē minuere, restringere, mutare aut variare; multò minùs hoc credi vel admitti potest sub N. Testamento, ubi talem differentiam *graduum* inter pastores Ecclesiæ non legitur Christus instituisse. Omnes ministri Christi, quoad potestatem illius muneris, quo funguntur, *immediatè & ex æquo*, pendent a Christo. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Pontif. Rom. c. 5. sect. 5. cap. 4. pag. 844 lib. seq. *Scharp.* tom. 2. Curs. Theol. pag. 1721. *Cham.* loc. eod. *Ames.* tom. 1. Bellarm. enerv. libr. 3. cap. 8. thes 10.

VI. *Becanus* in libell. de judic. controv. fid. & relig. p. 168 §. 156. ad argumentum nostrum, contra *infallibile Papæ judicium in controversiis fidei decidendis*, Ex *Rom.* 3. v. 4 *Omnis homo mendax*; deductum, excipit, *aliquos homines infallibiles & sine mendacio esse*, quales in V. T. fuerit *Moses* cum *Senatu Seniorum*.

℞. Negamus, infallibiles omninò, æquè ac *Mosen*, fuisse *septuaginta Seniores*: nam ipse Dominus pronunciat, *consilium a Senioribus esse periturum*, Ezech. 7. v. 26. Neque probari potest, Spiritum Sanctum *immediatè* illos rexisse, & in judicando *planè infallibiles* fecisse, ut *Mosen*. *Garth.* de judic. controv. p 522. 523. seq

Vers. 21. *Et dixit Moses: Sexcenta mille pedites populus, cujus ego in medio ejus: Et tu dixisti: Carnem dabo eis, & comedent mensem dierum.*

§. 1. *Populus*, scil. *est*. §. 2. *Cujus in medio ejus*, pro, *in cujus medio*. §. 3. Comedent *mensem*, pro, *per mensem*. §. 4. *Mensem dierum* Hebræi vocant *integrum mensem*, constantem suis diebus. *Ariam.* in Bibl. p. 125. *Vatabl.* in Annot. ad numer. 11. vers. 20. pag. 318.

Vers. 22. *Num pecus & bos mactabitur eis, & inveniet eis? Si omnes pisces maris congregabitur eis, & inveniet eis?*

Invenitur hoc loco (1.) *Enallage* numeri singularis, *pecus* & *bos*, & *congregabitur*, pro plurali, *pecora & boves, & congregabuntur*. (2.) *Epistrophe*: eadem enim vox, *Et inveniet eis*, h. e. *ut satisfiat eis*, in clausulis iteratur. (3.) *Hebraismus*: nam conjunctio côditionalis, אם, SI, ponitur pro adverbio interrogandi, NUM. *Ariam.* in Bibl. p. 125. *Iun.* ibid. p. 144.

Vers. 23. *Et dixit Dominus ad Mosen: Num manus Domini abbreviabitur? Nunc videbis, an eveniat tibi verbum meum, an non.*

Habetur hic Ἀνθρωποπάθεια: nam *manus Domini* pro *potentia ejus* ponitur, idque dicitur *humanò more*; *quoniam hominis robur* in *manibus* ejus ferè consistit. (2.) *Enallage temporis* futuri, *abbreviabitur*, pro præterito, *abbreviata est*. (3.) Metaphora: *Videbis*, h. e. *experieris*, sumtá translatione à *visu*, qui acutior reliquis est sensibus, ad experientiam. (4.) *Synecdoche generis* pro specie: *verbum* enim pro *promissione* usurpatur. Ariæm. in Bibl pag. 125. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 318. Confer *Glass.* lib 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. pag. 357. & cap. 14. m. 1. pag. 441.

Vers. 24. *Et collegit Moses septuaginta viros è Senioribus populi, & stare fecit eos circuitibus tentorii.*

I. In textu hoc occurrit (1.) *Ellipsis* præpositionis: *Circuitibus*, pro *in circuitibus*. (2.) *Synecdoche generis* pro specie: *tentorium* κατ᾽ ἐξοχὴν notat *tabernaculum fœderis*, Ariæm. in Bibl. p. 125. *Iun.* ibid. pag. 144.

II. Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim refert, se septuaginta Seniores populi Israelitici, *collegisse & stare fecisse ante tabernaculũ fœderis*; mox tamen, v. 26. dicit, *duos eorum remansisse in castris.*

℞. Nulla est contradictio. Moses enim *omnes collegit & stare fecit*, i. e. *jussit convenire* & *se sistere* etiamsi *duo ex viris illis non fecerint*, vers. 26. Iun. loco eod.

Vers. 25. *Auferent de spiritu, qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris, &c.*

I. *Polus* lib. 2. de Unit. Eccles. docet, ex eo, quòd *eadem potestas cæteris Apostolis concessa sit* Matth. 18. v. 18. quæ *Petro*, *Matth. 16. v. 19. non minus Petri dignitatem*: neque enim de *Mosis dignitate, à Deo data, aliquid detractum esse, cùm Deus de eodem Spiritu, quem illi dederat, abstulit, ut 70. Senioribus impertiret, qui cum ipso populi onus sustentaret.*

℞. *Mosis* exemplum est alienum. Nam (1.) de Spiritu, qui erat in *Mose*, dicitur aliquid ablatum & Senioribus illis datum; quod nusquam de *Petro* dicitur. (2.) Illi Seniores ex *institutione* inferiores fuerunt Mose, ac proinde *ipsius Mosis jussu delecti, constitutique*; quod de *Apostolis* dici similiter nequit. Itaque nunquam dicuntur illi *cum Mose parem dignitatem habuisse*, quod de *Apostolis & Petro* Cyprianus profitetur lib. de Simplic. Clericor. *Cham.* tom. 2 Panstr. l. 11. c. 9. §. 14. seq. p. 204.

II. Philologica, una cum reliquis loci hujus controversiis, vide annotata in *Vindic. Numer.* 11. v. 17.

Vers. 29. *Et dixit ei Moses: Num tu Zelans mihi? Et quis det omnem populum Domini prophetas, quòd det Dominus Spiritum suum super eos?*

§. 1. *Tu Zelans mihi*, i. e. *æmularis propter me*. §. 2. *Quis det omnem populum Domini prophetas*, Hebraismus, pro, *utinam totus populus essent Propheta*. §. 3. *Spiritus Domini* metonymicè ponitur pro *ejus donis*. Ariæm. in Bibl. p. 125. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 319. *Iun.* ibid. p. 144.

Vers. 31. *Ventus egrediens à Domino, arreptas trans mare, &c.*

Enjedinus in Explic. locor. V. & N. T. ad locum, Gen. 19. v. 24. m. 3. replicat, vocem *Iehovah* ibi esse ἐπιτατικὴν, adeò ut *pluvia à Iehovah* idem significet ac *pluviam Iehovanam*, quemadmodum hic *ventus à Iehova ventum Iehovanum*, hoc est, *vehementem*.

℞. Vox hæc IEHOVAH in *propria* sua significatione sumitur, eaque *causam efficientem*, nempe *creatorem cœli & terræ*, significat, & ideò *à Iehova ventus egressus* dicitur, quòd illum *Iehovah* è thesauris suis educit, Psal. 135. v. 7. quod *Jehovah* illum creat, Amos. 4. v. 13. quòd *Jehovah* illum excitat. Jon. 1. v. 4. quod *Jehovah* illum præparat, Jon. 4. v. 8. &c. non propter *magnitudinem* vel *vehementiam*. Alioquin, si Jehovanus est παρώνυμον Jehovæ, *Iehovanus* autem significat *vehemens*, necessario consequeretur, *Iehovam* significare *vehementiam*: Certom enim est, qualis significatio *abstracti*, talem quoque significationem formalem esse *concreti*, cùm *hoc* suam ab abstracto significationem formalem accipiat. *Iacob. Martin.* lib. 1, de trib. Eloh. c. 23. p. 257. 258. 263.

Vers. 32. *Et surrexit populus tota die ipsa, & tota nocte, & tota die crastino, & collegerunt coturnicem: diminuens collegit decem cumulos: & expanderunt sibi expandendo circuitus castrorum.*

Moses usurpat (1.) *Enallagen* numeri singularis, *coturnicem*, pro plurali, *coturnices*, (2.) Epizeuxin: *Expanderunt expandendo*, i. e. *compositè expanderunt*, oim. ut eò melius à putredine conservarentur. (3.) Ellipsin præpositionis, PER, ante nomen, *circuitûs*, Ariæm. in Bibl. p. 125. *Iun.* in h. l. p. 144.

Vers. 34. *Et vocavit nomen loci ipsius, sepulcra concupiscentiæ, quia ibi sepelierunt populum concupiscentes.*

Redit huc: (1) *Ellipsis*: Et *vocavit*, scil. *quisq;*, vel *is, qui nomen indidit*. (2.) *Paronomasia* nomen enim loco inditum est, *sepulcra concupiscẽtiæ*, *à facto*, quia *sepelierunt ibi concupiscentes*. (3.) *Enallage* numeri pluralis, *concupiscentes*, pro singulari, *concupiscentem*. Ariæm. in Bibl. p. 125. *Iun.* in Aunot. ad h. l. p. 145. *Vatabl.* in eund. loc. p. 319.

CAP. XII. v. 1. *Locutaq; est Maria & Aaron contra Mosen, propter uxorem ejus Æthiopissam.*

Ἐναντιοφανὲς, h. l. occurrens vide in *Vindic. Exod.* 2. v. 21. m. 3. conciliatum.

Vers. 2. *Et dixerunt: An solùm tantummodo in Mose loquutur Dominus? nonne etiam in nobis loquutur? Et audivit Dominus.*

§. 1. Adverbium רַק, solùm, cum synonymo suo, אַךְ *tantummodo*, conjunctum, significationis emphasio importat, q. d. an *omninò solùm* in Mose loquitur, omnibus reliquis prorsus exclusis?

§. 2. Præpositio ב, IN, significat, PER; בְּמֹשֶׁה, *per Mosen*, & בָּנוּ, *per nos*. §. 3. *Auditus* ἀνθρωποπαθῶς Deo tribuitur, & *ejus intelligentia*, simul ac *displicentia* notatur. *Glass.* libr. Philol. Sacr. tract. 5. can. 2. m. 2. pag. 433. & libr. 4. tractat, 1. observ. 5. can. 7. pag. 669.

Vers. 8. *Ore ad os loquar in eo, & visione, & non in ænigmatibus, & figurâ Dominum adspiciet; & cur non timuistis loqui in servum meum, in Mosen?*

I. Nota hîc (1. Ἀνθρωποπάθειαν: nam *ore ad os loqui alicui* Deus dicitur, cùm *familiarius & intimius se ei patefecit*, uti *Mosi* hæc prærogativa divinitus obtigit. 2.) *Enallagen* temporis futuri, *loquar & aspiciet*, pro præsenti, *loqui soleo*, & *adspicere solet*. (3.) *Ellipsin* tùm *præpositionis* IN. ante nomen, *visione*; tùm *adverbii* negandi, NON; more Hebræorum, ex præcedenti membro repetendi: *Et figurâ*, pro, *Et non in figura*. (4.) Homonymiam præfixi ב: *In eo*, h.e. *cum eo*: *In ænigmatibus*, id est, *per ænigmata*; *In Mosen*, h.e. *contra Mosen*. Ariæm. in Bibl. p. 126. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 320. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 109.

II. Deus *contrariari* videtur Iohanni Baptistæ: *ille* enim de Mose pronunciat, quòd *se viderit in in hac vita palam*, non in specie ænigmatica; *hic* verò testatur, quod *Deum nemo viderit unquam*, Iohann. 1. v. 18.

℞. Aliud est *nudam*, & *ut in se est*, videre *Dei essentiam*, & aliud, *speciem & similitudinem ipsius* contemplari. De *illo* Iohannes, de *hoc* Deus loquitur. Quam rem hæc ipsa Dei verba attestantur evidentissimè, cùm Deus dicit: *Et speciem, ac nō in ænigmatibus*, id est, *non tam obscuram*, ut Prophetæ alii, *similitudinem Iehova intuetur*. *Walther.* in harm. Scriptur. pag. 191. seq.

Vers. 12. *Ne fiat hæc quasi mortua, & ut abortivū, quod projicitur de vulva matris suæ: ecce jam medium carnis ejus devoratum est a lepra.*

Galatinus l. 1. de Arcan. Cathol. verit. c. 8. putat, *Scribas Iudæorum hunc locum depravâsse*, cùm legendum sit, *matris nostra & carnis nostra*, atq; אמו mutatum. ex אמבו, & בשׂרו ex בשׂרנו.

℞. Sententia ex verbis *textus nostratis* sua sponte fluit; *altera* autem illa coacta est: Utrum igitur hîc *mutatum* vel *depravatum* habeamus textum, conjectura facilè sumi potest. *Glass.* lib. 1. Philol. Sacr. tract. 1. par. 2. sect. 1. art. 1. obj. 3 p. 48.

Vers. 14. *Et dixit Dominus ad Mosen: Et pater ejus spuendo spuisset in facies ejus, nonne erubuisset septem diebus? Excludatur ab extra castra septem diebus, & postea revocabitur.*

I. Ecce (1. *Ellipsin* conjunctionis conditionalis, *Et pater*, pro, *Et si pater*, &c. (2.) *Synecdochen speciei pro genere*: Si pater ejus *spuendo spuisset in faciem ejus*, h.e. si pater ipsius *aliquod gravis in eam iræ signum edidisset*; ubi *generale* illustri *specie* quadam *proponitur*. (3.) *Aposiopesin*, quâ Dominus ἀνταπόδοσιν reticet: *Quantò minus debet illa ad me accedere*, utpote *leprâ infectâ*. (4.) *Pleonasmum*: redundat enim מ, AB, in voce מחוץ *ab extra*. Ariæm. in Bibl. p. 126. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 320. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 145.

II. *Bellarminus* l. 1. de Purgator. c. 11. nugatur, *necessariò statuendum esse Purgatorium*, cum possit fieri, & sæpe fiat, ut in tota vita aliquis non satisfecerit pro temporali pœna, quam Deus non semper cum peccato dimittat peccatori, licèt reconciliato; idque probare nititur exemplô *Mariæ*, quæ, cùm murmurâsset contra Deum, punita est *leprâ*: at licèt ei dimissa fuerit culpa, tamen *pœnam* voluit Deus, ut illa lueret per unam hebdomadam.

℞. Exemplum Mariæ huc non quadrat. Nam (1.) Maria *ante peccatum dimissum* leprâ infecta erat. v. 10. hinc Aaron ad Mosen orat, v. 11. & 12. Moses ad Deum, v. 13. (2.) Ejici oportebat ex *lege*, Num. 5. v. 2. & quidem septem dies, Num. 12 v. 19. non tamen sequitur, manere *pœnam* propriè dictā post reconciliationem, quæ etiam *post obitum* luenda: nam pœna illa Mariæ fuit *in hac vita* inflicta, ideòque non probat *Purgatorium*. (3.) Minimè verò in textu legitur hoc factum esse, locô *satisfactionis pro culpa*, quod Bellarminus quærit; Sed agitur de *pœna exempli*, ut Maria peccatum suum eò profundiùs agnoscat, & ab illo imposterum eò diligentiùs caveat, alii etiam magis magisque deterreantur. (4.) Pœna illa *temporalis* Mariæ injuncta est, non ut *Deo*, sed ut *Ecclesiæ* satisfieret. *Thumm.* tract. de Purg. sat. p. 176. seq. *Eckhard.* par. 1. Pand. C. P. c. 14. q. 6. rat. 2. pag. 624. seq. *Scharp.* tom. 1. Curs. Theol. p. 1100. seq. & tom. 2. p. 2035. obj. 31.

III. *Peccatores notoriæ turpitudinis à sacris arceri licitè posse*, comprobat *diserta Dei lex de immunda à sanctuario arcenda Maria*.

Erastus lib. 2. Confirm. thes. de Excomm. excipit, *impuritatem legalem* ita non figurâsse *turpitudinem morum*, ut quemadmodum qui *lege* immundus erat, ex mandato Dei à sacris & tabernaculo arcebatur, ita etiam, qui *grave peccatum* commisit, à Sacramentis tantisper arcendus sit, dum Presbyteris judicetur idoneus, qui ad ea rursus admittatur.

℞. Concedimus, *immunditiem legalem*, & *morum vitiositatem* in omnibus non convenire; negari tamen non potest, *ceremoniali hac & Leviticâ impuritate* adumbratam fuisse & designatam, *moralem atq; spiritualem immunditiem*, teste *Haggæo.* c. 2. v 12. & *Ieremiâ* c. 11. v. 15. Atque *utraque impuritate* infecta fuit *Maria*; ob quam homo per Sacerdotium Leviticum à sacrorum communione excludebatur, *Levit.* 6. v. 2. & 3. *Ezech.* 44. vers. 9. *Brochm.* tom. 2. *Syst.* Theol. art. de Discipl. Eccles. c. 4. q. 6. p 999. & seq.

CAP. XIII. v. 2. *Mitte tibi viros, & explorent terram Canaan, quam ego dans filiis Israel, virum unum virum unum baculô patrum suorum mittetis, omnem principem*, &c.

§. 1. Mitte *tibi*, i.e. *populo tuo petenti*, Deut. 1. v. 22. per *Synecdochen*. §. 2. *Dans*, h. e. *daturus sum*, κατ' ἐναλλαγὴν. § 3. *Virum unum virum unum*, Hebraismus, pro *singulos viros*. §. 4. *Baculus* metaphoricè notat *tribum*. §. 5. *Patres* synecdochicè ponuntur pro *majoribus*. Ariæm. in Bibl. p. 126. *Vatabl.* in Annot. ad h. l p. 321. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 145.

Vers. 3. *Et misit eos Moses è deserto Paran super os Domini, omnes ipsi viri capita filiorum Israel illi.*

Moses utitur (1.) Ἀνθρωποπαθείᾳ: *Super os Domini*, h. e. *juxta mandatum* seu *præstitutum Domini*. (2.) Metaphorâ: *capita* enim notant *Principes*, seu *præcipuos in populo*. (3.) *Enallage* pronominis demonstrativi, *illi*, pro verbo substantivo, *erant*. Ariæm. in Bibl. pag. 126 *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 321. Confer *Glass.* libr. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 2. pag. 8.

Vers. 16. *Hæc nomina virorum, quos misit Moses ad explorandum terram: & appellavit Moses Hoseam filio Nun Iehosuah.*

§. 1. *Hæc nomina*, scil. *sunt*, κατ' ἔλλειψιν. §. 2. *Terra*

κατ᾽ ἐξοχὴν notat, *Palæstinã*, idq; synecdochicè. §.3. Nomẽ הוֹשֵׁעַ, si *appellative* sumatur, est imperativus *Hiphil*, & significat, *serva*, quæ vox est. *pro salute Dei supplicans:* at nomen יְהוֹשֻׁעַ, futuri significationem vi literæ *Jod* habet, estq; idem ac, *servabit*; & simul præteriti passivi, vi literæ *vav schurec servatus*, quasi certissimam Dei per Josuam salvationem & introductionem in terram Chanaan, voluisset Moses hac mutatione significare. *Aricem.* in Bibl. 126. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 3. observ. 14. m. 2. m. 2. p. 839.

Vers. 17. *Ascendite hac in Meridie, & ascendetis Montem.*

Videsis (1.) *Ellipsin* antecedentis in pronomine demonstrativo inclusi: זֶה, *hac*, pro בַּדֶּרֶךְ הַזֶּה, *via hac*, seu *per hanc viam*. (2.) *Enallagen* numeri singularis, *montem*, pro plurali, *montes*, i. e. *regionem montanam*. Vatabl. in Annot. ad. h. l. p. 321. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 21. p. 210.

Vers. 29. *Amalec habitans in terra meridiei, & Chittaus, & Jebusaus & Amorrhaus habitans in monte, & Chananaus super mare, & super manum Jordanis.*

§. 1. *Amalec* metonymicè ponitur pro *ejus posteris*. §. 2. *Habitans*, scil. *est*, h. e. *habitat*. §. 3. *Chittaus Jebusaus* &c. in singulari pro plurali, *Chittai, Jebusai* &c. §. 4. *Super manum Jordanis*, metaphoricè, i. e. *juxta ripam Jordanis*. Aricem. in. Bibl. p. 126. seq.

Vers. 33. *Et fecerunt exire infamiam terra, quam exploraverunt eam ad filios Israel, dicendo: Terra, qua transivimus in ea, ad explorandum eam, terra comedens habitatores suos ipsa, & omnis populus, quem vidimus in medio ejus, viri mensurarum.*

Ecce (1.) *Pleonasmum*: nam EAM, post verbũ, *exploraverunt*, redundat. (2.) Prosopopœiam: *comedere* enim tribuitur *terra* seu regioni consumenti. (3.) Hebraismum: *Viri mensurarum*, h. e. *procera admodum statura*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 323. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 9. p. 203.

CAP. XIV. v. 1. & 2. *Igitur vociferans omnis turba, flevit nocte illa, & murmurati sunt contra Mosen & Aaron cuncti filii Israel.*

Moses sibi *non constare* videtur: refert enim, *omnem turbam cunctorum filiorum Israel* murmurâsse contra Mosen & Aaronem; cùm tamen de *tribu Levi*, id non sit verisimile cogitatu, quippe quæ terram Chanaan ingressa, inter murmurantes reputari nequit.

℞. Illorum verborum sensum *limitatè* universalem esse, Paulus testatur 1. *Corinth.* 10. v. 5 inquiens, PLEROSQVE *illorum non habuit gratos Deus, prostrati enim sunt in deserto*. *Walther.* in harm. Script. pag. 192.

Vers. 7. *Terra, qua transivimus in ea, bona terra valdè valdè.*

Habet hic (1.) *Pleonasmũ*. nam EA redundat. (2.) Hebraismum: *Bona valde valdè*, h. e. *perquam optima* est; ubi adverbium intendendi, מְאֹד. *valdè*, repetitum, *emphasin* adauget. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 323. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 16. m. 5. p. 58.

Vers. 9. *Panis noster ipsi, recessit umbra eorum desuper eis, & Dominus nobiscum, ne timeatis eos.*

I. In textu hoc occurrit (1.) Metaphora: *Panis noster ipsi*, h. e *facilè vincemus & absumemus eos*, perinde ac si essent *panis noster*. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Ipsi*, scil. *erunt*, & *Dominus*, subint. *est*. (3.) *Metonymia effectûs* pro causa: *umbra* enim pro *præsidio & protectione* ponitur. *Aricem.* in Bibl. p. 127. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 146. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 11. p. 306.

II. *Thummius* in Ταπειν. p. 289. n. 7. statuit. *Deum nudâ suâ adessentiâ, sine ullâ efficaci operatione, aliquando suos solatum esse*; cùm Josua & Caleb multitudinem Israelis jubeant bonô esse animô in occupatione terræ Canaan, ob *Dei præsentiam*.

℞. Josua & Caleb hic non *nudam* Dei adessentiam & propinquitatem innuerunt, nam sic Chananæis etiam Deus adfuit; sed pugnaturum Deum præsentẽm populo suo indicârũt, uti *Osiander* tom. 1. Paragr. Bibl. fol. 222. explicat. *Theol. Saxon.* in Apol. contra Würtemb. sect. . c. 4. p. 483.

Vers. 12. *Feriam Israelitas pestilentia, & consumam*, &c.

Videtur Deus *non stetisse promissis*: hæc enim, quæ pronunciat, non executus est.

℞. Pronunciatum Dei non est κατηγορικὸν, sed ὑποθετικόν: *sententia*, (ut vocant) *definitiva*, sed *propositionis communicativa*: quia totus locus non *sententia simplicis*, sed *gratiosa communicationis* est, quâ uti Deus cum Mose voluit, ut & servi sui zelum religionemque excitaret in ipso ad salutem populi, & servorum Dei piorum dignitatem ostenderet, quos Deus velut consortes suorum consiliorum dignatur adhibere, Amos. 3 v. 7. *Jun.* tom. 1. Oper. Theol. pag. 448.

Vers. 14. *Et dicent ad habitatorem terra hujus, audierũt, quòd tu Domine in medio populi isti sis, quòd oculo in oculo visus tu Domine, & nubes tua stans super eos, & in columna nubis tu ambulans ad facies eorum, die*, &c.

In versu hoc invenitur (1.) *Enallage* numeri singularis, *habitatorem*, pro plurali, *habitatores* (2.) *Ellipsis* tum conjunctionis; *Audient*, subint. *enim*; tum verbi substantivi, *Quod tu*, scil. *es*, idque ter repetendum est. (3.) *Hebraismus*: Deus namque *oculo in oculo visus* dicitur, h. e. *non eminus aut obscurè*. (4.) Ἀνθρωποπάθεια: *ambulatio* enim, DEO tributa, *gratiosam ejus præsentiam* significat. *Aricem.* in Bibl. p. 127. *Jun.* in Not. ad hunc loc. p. 146.

Vers. 16. *Præ non posse Dominum introducere populum in terram, quàm juravit eis, & jugulavit eos* &c.

§. 1. *Præ non posse Dominum*, h. e. *eò quòd non poterat Dominus*. &c. §. 2. *Quam juravit*, scil. *dare*, κατ᾽ ἔλλειψιν. §. 3. *jugulavit* pro *occidit*, per *Synecdochen*; h. e *violenta morte e medio sustulit*, velut *pecudes*. Jun. in Not. ad h. l. p. 146.

Vers. 18. *Dominus tardus est ad iram, & propensus ad clementiam, culpas & peccata condonans* &c. *visitans iniquitatem patrum* &c.

I. *Puccius* l. de Christ. Serv. efficacitate, &c. *censet, omnes homines ad vitã æternam a Deo destinatos esse, cùm ipse propensus sit ad clementiam, & culpas atque peccata condonet.*

℞. N. C. nam ut Deus se propensum ad clementiam demonstret, satis est, eam omnibus *offerri* in Christo, adeò ut, quotquot gratiam oblatam fide finali receperint, eos Deus ab æterno ad vitam æternam destinaverit, & in tempore culpes atque peccata condonaverit, incredulis præteritis. *Jun.* tom. 2. Oper. Theol. p. 328.

II. Philologica cum cæteris controversiis hujus loci, vide partim in *Vindic. Exod.* 20. vers. 5. m. 3. seq. partim in *Vindic. Exod.* 34. v. 6. & 7. partim in *Vindic. Psal.* 103. v. 11.

Vers. 21. *Et profectò vivens ego, & implebitur gloria Domini omnis terra.*

Videtis 1.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Vivens*, scil. *sum*, h. e. *vivo* (2.) *Enallagen* partim temporis futuri, *implebitur*, pro præsenti, *impletur*; partim antecedentis, *Domini*, pro relativo, *meâ*. Ariœm. in Bibl. p. 127. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 324. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 13. not. 3. p. 200.

Vers. 22. *Omnes viri videntes gloriam meam, & signa mea, quæ feci in Ægypto, & in deserto, & tentaverunt me istis decem vicibus, & non audierunt in voce mea.*

Est hic (1.) *Enallage* temporis præsentis, *videntes*, pro præterito, *qui viderunt*. (2.) *Pleonasmus*: nam demonstrativum; זֶה, *istis*, nomini numerali עֶשֶׂר, *decem*, cum emphasi additur: *Istis decem vicibus*, h. e. *jam decem vicibus*. (3.) *Synecdoche* speciei pro genere; *numerus* enim *certus* pro *incerto* ponitur: *Decem vicibus*, i. e. *multis vicibus*. (4.) Metaphora: *audire* enim *in voce Dei*, est, *Deo obedire* sive parere. *Ariœm.* in Bibl. p. 127. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 147. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 6. p. 185. & lib. 5. tract. 1. cap. 15. m. 4. p. 450.

Vers. 23. *Non videbunt terram, pro qua juravi patribus eorum.*

Socinus in Prælect. Theol. c. 11. sentit, *Deum non omnia, quæ fiunt, scire, antequam eveniant; quia non juraturus fuisset Abrahamo, se universum ejus semen in terram benedictionis introducturum esse, si præscivisset, impedituros peccatis suis Israelitas, quo minus in terram illam introducerentur.* Quis enim ex ipsis hominibus ita amens est, ut ex animo juret, se aliquid facturum, quod se facturum minimè esse, jam probè noverit, seu causas, cur id nullô modo facturus sit, jam exploratissimas habeat.

℞. (1.) *Vere* præstitit Deus, quod juravit Abrahamo & patribus Israelitarum; nam *Gen.* 12. v. 7. sic sonat promissio: *Semini tuo dabo terram hanc*: Quod erga non in *Israelitis*, in deserto prostratis impletum fuit, reipsâ est in *illorum posteritate*, & semine Abrahæ. (2.) Juramentum illud non *absolutè* se habebat ad *singulos & universos* Abrahæ posteros, quasi terram illam benedictionis possessuri sint, quomodocunq; etiam & qualescunque erga mandata Dei sese gerant; sed *indefinite* ad *semen Abrahæ*, cui juraverat Deus terram. Quia verò prævidit, quosdam in deserto fore pessimos, *istos* noluit introducere, sed eorum locô *filios*. Nulla igitur in Deo amentia cogitari debet, quasi juraverit, se aliquid facturum, quod tamen sciverit, se propter peccata populi facere non posse. Ipse enim ex parte sua juramentô confirmavit certitudinem promissionum suarum erga posteros Abrahæ, licèt *immorigeros* illos in deserto prostraverit, quippe quibus juramento introductionem in terram Chanaan haud promiserat aut confirmaverat. *Hutter.* in LL. Theol. p. 841. b & 843. a. *Franz.* disp. ult. Vindic. sect. 2. *Stegm.* disp. Antiphot. 13. q. 1. obj. 3.

Vers. 24. *Et servum meum Caleb, propterea quod fuit spiritus alius cum eo, & implevit post me, & introducam eum in terram, quam ingressus est illuc, & semen ejus hæreditabit eam.*

Observa (1.) *Metonymiam* tùm efficientis, *spiritum*, pro effecto, *affectu animæ*, eoque *bono*; tum materiæ, *semen*, pro materiato, puta *posteris*. (2.) *Ellipsin* verbi infiniti, לָכֶת, *ire*, post verbum, מִלֵּא, *implevit*, adverbialiter explicandum, sequente præpositione, אַחֲרֵי, POST: *Implevit ire post me*, h. e. *plenè vel complete secutus est me*. (3.) *Enallagen* nempto posteriori relativo usurpatur adverbium שָׁמָּה, *illuc*, cum de loco sermo fit; אֲשֶׁר שָׁמָּה, *quam illuc*, pro אֲשֶׁר בָּהּ, *quam in eam* h. e. *in quam*. Jun. in Not. ad h. l. p. 147. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 36. not. 2. p. 348. & lib. 5. tract. 1. cap. 1. m. 1. p. 8.

Vers. 25. *Et Amalecita & Chananæus habitat in valle, cras vertite faciem. & proficiscimini vobis in desertum, viâ Maris Suph.*

Redit huc (1.) *Enallage* numeri singularis, *Amalecita & Chananæus*, pro plurali, *Amalecitæ & Chananæi habitant*. (2.) *Synecdoche speciei*, pro genere: *vallis* enim pro *locis humilioribus* sumitur. (3.) *Pleonasmus*: nam ly VOBIS redundat. Quanquam *Junius* in Not. ad h. l. p. 147. exponit: *Vestro bono seu commodo*. (4.) *Ellipsis* præpositionis: *Viâ*, pro, *per viam*. Ariœm. in Bibl. p. 127. *Vatabl.* in Annot. ad. h. l. p. 325.

Vers. 27. *Usque quò ad cœtum istum malum, qui ipsi murmurantes super me: murmurationes filiorum Israel, qui ipsi murmurantes super me audivi.*

Ecce (1.) Aposiopesin: *Usquequo*, subaudi, *feram*. (2.) *Enallagen* participii, מַלִּינִים, *murmurantes*, pro nomine *murmuratores*, q. d. qui nil nisi murmurare contrà me nôrunt. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 325. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 4. can. 2. m. 1. p. 409. seq.

Vers. 30. *Si vos ingressi fueritis terram, quam elevavi manum meam ad habitare faciendum vos in ea, nisi Chaleb filium Jephunnæ & Josuam filium Nun.*

I. In textu hoc occurrit (1.) *Hebraismus*: nam Hebræi tradunt, אִם, SI vertendum esse per NON. (2.) *Ellipsis* præpositionis, עַל. *Quam*, pro, *super quam*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: *Elevavi manum meam*, i. e. *juravi*: *juramenti* enim signum *manus levatio* est. *Ariœm.* in Bibl. p. 128. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 325. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 110.

II. Deus non videtur stetisse juramentô suô: nam manifestum est ex *Josu.* 14. v. 1. c. 17. v. 4. c. 19. v. 51. etiam *Eleazarum*, qui erat ex adultioribus, *Levit.* 10. v. 6. & 7. terram sanctam esse ingressum; & *Josu.* 24. v. 7. in ipsa terra promissa *Seniores* provocantur ad ὀφθαλμοφανείαν, quòd *viderint oculi ipsorum id, quod fecerit Dominus contra Ægyptios in mari rubro.*

℞. Verba Dei *limitatè* universalia sunt: nam v. 22. 23. 29. ea restringuntur ad *murmurantes*, inter quos dubio procul nec summus ille Sacerdos *Eleazar*, nec *tribus Levi*, nec *Seniores illi* apud Josu. 24. v. 7. fuerunt, idcoq; nec in istam pœnam incurrere potuerunt, quin potius hâc ipsâ ratione in terram Chanaan tutò intrârunt. *Franz.* in Schöl. Sacrif. disp. 7. thes. 17. seq. *Walther.* in harm. Script. p. 192. seq.

III. *Bellarminus* l. 4. de Pœnit. c. 2. disputat, *remissâ culpa remanere aliquando reatum pœnæ luendæ*, quòd *omnes Hebræi murmurantes, post impetratam veniam, à Deo morte puniti sint in deserto*, ob crimen illud murmurationis.

℞. Exemplum hoc non est ad rhombum. Nam (1.) pœna illa murmurantium Hebræorum non erat *satisfactionis*, sed *supplicii*. (2.) Nec sponte & *humanitus* eligebatur, sed *divinitus* imponebatur. (3.) Qui è populo illo Hebræo mortui sunt, dicuntur *infideles, rebelles, duri corde, Deo displicentes*, &c. ut *Psalm.* 95. v. 10. & 11. *Hebr.* 3. v. 10. & 11. 1. *Cor.*

 10. v. 5.

to. v.5. Ergò non erant Deo *spiritualiter* reconciliati. (4.) Quod si verò *mors* hominum reconciliatorum pœna est ipsorum peccati, & quidem *satisfactoria*; ergò superatâ morte illis exolvendum nihil pœnarum restat. *Eckard.* par. 2. Pand. controv. Pontif. c.25. q. 1. obj. 1. p. 319. seq. *Scharp.* tom.1. Curs. Theol. p. 1094. obj. 3.

Vers. 31. *Et pubem vestram, quam dixistis, in prædam erit, & introducam eos, & scient terram, quam abhorruistis in ea.*

Habetur hoc loco (1.) *Metonymia* tùm *adjuncti*, pro *subjecto*, quia *pubes* pro *juventute* ponitur; tum *causa* pro *effecto*, *scire* enim notat *frui*. (2.) *Enallage numeri*: nam nomini *pubem*, respondet pronomen plurali, *eos*. (3.) *Pleonasmus*: siquidem τὸ *in ea* abundat. *Arias m.* in Bibl. p. 128. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 147. *Dieter.* instit. Rhetor. lib. 1. cap.7. §.4. p.45.

Vers. 32. *Et cadavera vestra, vos, cadent in deserto isto.*

Moses utitur (1.) Emphasi: *Cadavera vestra, vos*, i. e. *vestra ipsorum cadavera.* (2.) Metaphorâ: *cadere* enim significat *mori* seu *interire*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p.325. *Glass.* lib.5. Philol. Sacr. tract. 1. cap.12. p.377.

Vers. 33. *Et filii vestri erunt pascentibus in deserto quadraginta annis, & portabunt fornicationes vestras usque ad consumi*, &c.

I. Offert sese (1.) *Enallage* participii, *pascentes*, pro nomine, *pastores.* (2.) *Metaphora*: nam *erunt pastores*, h. e. *incertis sedibus vagabuntur*, ut *pastores* cum gregibus suis, *pascuorum causâ* vagantur per desertum. (3.) *Metonymia causa* pro effectu: *fornicationes* enim cum verbo *portandi*, reatum *pœna* innuunt. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 325. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p.147. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 4. can. 2. m. 1. p. 409. & lib. 5. tract. 1. cap. 1. m. 3. p. 11.

II. Instant *Papistæ*, utique *pœnam manere in hac vita, remissâ culpâ*, cùm *puniantur filii ob peccata parentum.*

R. (1.) Est captio *à dicto secundùm quid*: quia filii sunt puniti ob peccata parentum, non *simpliciter*, sed ob *peccata continuata*; siquidem Deut. 31. v. 21. & 27. docetur, continuata fuisse peccata. (2.) Petitur principium: nec enim in allato loco dicitur, *peccata illa fuisse remissa*; at quæstio est de pœna, quæ manet post *remissionem culpæ*. *Scharp.* l. c. p. 1095. obj. 6.

Vers. 34. *In numero dierum, quibus explorâstis terram quadraginta diebus. diem anno diem anno, portabitis iniquitates vestras, quadraginta annis, & cognoscetis abruptionem meam.*

I. Deprehenditur hic (1.) Hebraismus: *Diem anno diem anno*, h. e. *singulis diebus in singulos annos versis.* (2.) *Metonymia causæ* pro effectu: nam & *iniquitates* cum verbo *portandi* reatum *pœnæ* innuunt; & *cognoscere* notat *experiri*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: *humanitùs* enim dictum, *Deum abruptum esse à fœdere suo*, quo hactenus ei devicti fuerant Israelitæ. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 35 *Jun.* ibid. p. 147.

II. *Bellarminus* l. 4. de Pœnit. c. 2. *pœnam temporalem post culpæ remissionem propugnaturus*, docet, *pœnam mortis* non infligi ad *emendationem in futurum*, cùm hoc loco Deus ipse testetur, eam pœnam in *ultionem sceleris*, à populo se exigere.

R. Duo sunt *judicii* genera: unum *vindictæ*, alterum *castigationis*. Deus non expetit pœnas à *fidelibus* in *vindictam peccati*, sed *emendationem*; at in quos exercet *eam vindictam*, eorum finis est *exteritus*, in quem ob sua peccata ruunt: Atqui *fidelium suorum* Deus semper quærit *salutem*; non ergò *illo modo* vindictam sumit de eis, sed *altero modo*. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 23. c. 6. n. 3. 14. 16.

Vers. 40. *Et manicaverunt in matutino & ascenderunt ad caput montis, dicendo. Ecce nos, & ascendemus ad locum, quem dixit Dominus, quia peccavimus.*

Videsis (1.) Hebraismum: *Manicaverunt in matutino*, h. e. *mane surrexerunt.* (2.) Metaphoram: *caput* enim *fastigium* notat. (3.) Ellipsin: *Ecce nos*, sc. *præsto sumus*; &, *Quia peccavimus*, pro, *quia agnoscimus nos peccasse*. Ariam. in Bibl. p. 128. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 147. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 7. can. 13. p. 608.

Vers. 41. *Et dixit Moses: ad quid hoc vos transgredientes os Domini? Et hoc non prosperabitur.*

Recurrit modò (1.) *Pleonasmus*: nam זה, *hoc*, redundat. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi, ESTIS; *Transgredientes*, scil. *estis*, h. e. *transgredimini*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: *os* enim, *Domino* tributum, ejus *præceptum* notat. *Arias m.* & *Jun.* l. c.

Vers. 42. *Ne ascendatis, quia Dominus non in medio vestri, & non percutiamini ad facies inimicorum vestrorum.*

I. In versu hoc offenditur (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Dominus non* scil. *est*, vel *erit*, v. 43. (2.) *Pleonasmus*: In *medio vestri*, h. e. *inter vos*. (3.) *Enallaxis* conjunctionis *copulativæ*, ו, ET, pro *causali*, UT. *Arias m.* in Bibl. p. 129. *Jun.* ibidem p. 147.

II. *Vorstius* in Not. ad disp. 3. de Deo, p. 235. negat, Deum ubique præsentem esse, eò quòd non sit cum impiis.

R. *Deus* negatur *à Mose esse cum impiis* non ἁπλῶς; nec ratione *essentiæ*, sed κατά τι, respectu *favoris* & *gratiæ*, in victoria ab hostibus, & aliis beneficiis concedendis. Sustentat & conservat *impios* ac pios per *suam omnipotentem essentiam*; sed in solis *piis* habitat per *salvificam gratiam*, qui proinde dicuntur ipsius templa, 1. *Corinth* 3. v. 16. *Gerhard.* in Exeg. loc. 2. de Nat. Dei, §. 177. object. 3. p. 802.

Vers. 43. *Quia Amalecita & Chananæus ibi ad facies vestras, & cadetis in gladio, quia idcirco aversi estis a post Dominum, & non erit Dominus vobiscum.*

I. Redit huc (1.) *Enallage numeri* singularis, *Amalecita* & *Chananæus*, pro plurali, *Amalecitæ*, & *Chananæi*. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Ad facies vestras*, scil. *est*. (3.) Metaphora: *cadere* enim significat *interire* seu *mori*. (4.) *Metonymia causa* pro effectu: *gladius* namque pro *cæde* ponitur, quæ ut plurimum gladiis peragitur. (5.) Hebraismus: *A post Dominum*, i. e. *à sequendo Dominum*. Ariæm. in Bibl. p. 129. *Vatabl.* in Annot. ad. h. l. p 326. *Jun.* in Not. ad eund loc. p. 14 . Confer. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 2. p. 10. & c. 12. p. 377.

II. *Bellarminus* l. 5. de grat. & lib. arbitr. c. 20. contendit, *hominem non renatum in rebus spiritualibus habere liberum arbitrium*, quia *Deus de homine queratur, per illum stetisse, quò minus benè ageret, & peccata vitaret*; alioqui *frustra de eodem queratur, cum ipse aliter facere non potuerit.*

R. (1.) Deus passim queritur de hominibus, quòd noluerint *credere*, noluerint *resipiscere*; nec tamen in libera eorum potestate est *credere*, vel *resipiscere*,

sipiscere,

sipiscere, secus ad *Pelagianos* esset transeundum. (2.) Potest quidem homo *non committere enormia peccata*, quo de hoc in loco; non tamen statim sequitur ipsum in *spiritualibus* liberum habere arbitrium, & posse *fiducialiter* assentiri: quia opus hoc solius *Dei* est, id operantis in homine, *Philip.* 1. v. 9. Conqueritur Spiritus Dei dicto ho ab homine violari *externam legis disciplinam*. Quis vero dubitat, quin *externa legis disciplina* ab homine, quantumvis *non renato*, utcunque præstari possit? Tale tamen dictum nihil facit ad genuinum quæstionis statum. Non enim controvertitur de viribus humanis circa *externam legis disciplinam* præstandam, & *actiones morales*; sed in eo unice volvitur controversiæ cardo, quantum possit hom *sibi relictus* & *non renatus* circa actus *merè spirituales*. *Gerhard*, tom. 2. LL. CC. loc. 14. de lib. arbitr. §. 74. p. 977. *Meisner*. dec. 3. Anthrop. sacr. disp. 3. thes. 18. seq. *Thumm*. disp. alt. de liber. hom. arbitr. c. 2. q. 17. p. 386. b. obj. 3. & p. 390. ad 3.

Vers. 45. *Et descendit Amalecita & Chananæus, habitans in monte ipso & percusserunt eos, & contriverunt eos, usq; Chormam.*

I. Nota (1.) *Enallagen numeri* singularis, *Amalecita & Chananæus habitans*, pro plurali, *Amalecita & Chananæi habitantes*, quippe quibus respondent verba pluralia, *percusserunt* & *contriverunt*. (2.) Synthesin: *Contriverunt*, i. e. *conterendo persequuti sunt*. (3.) *Prolepsin*: nam loco nomen *Chorma* longô post tempore ab eventu impositum t, *Num*. 21. v. 3. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 326. *Glass*. lib. 4. Philol. Sacr. tract. 3. observ. 10. m. 2. p. 801.

II. Moses sibi contradicere videtur, hic enim refert, Amalecitas & Chananæos *habitâsse in monte*, & v. 25. *in valle*.

℞. Nulla est contradictio, si *tempora* distinguantur. Nam *primùm in valle* responderont hostes illi, posteà audaciores facti *summum montem* occuparunt, quamobrem illi dicuntur posteà *descendisse*. Jun. in Not. ad Numer. 14. v. 43. p. 147.

CAP. XV. v. 3. *Et feceritis ignitionẽ Domino, holocaustum vel sacrificium, ad mirificandum votum, vel in spontanea oblatione, vel in solennitatibus vestris, ad faciendum odorem quietis Domino de bove, vel pecore.*

I. Ecce (1.) *Enallagen* partim abstracti, *ignitionem*, pro concreto, *ignitam oblationem*; partim numeri singularis, *bove & pecore*, pro *bobus* & *pecudibus*. (2.) Ἀνθρωποπάθειαν: nam *odor quietis*, Domino ex sacrificiis obveniens, Dei εὐδοκίαν & *complacentiam* innuit. *Ariæm*. in Bibl. p. 128. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 141.

II. Controversias fortè hic motas vide partim in *Vindic*. *Exod*. 25. v. 2. partim in *Vindic*. *Levit*. 27. v. 2. diremtas.

Vers. 24. *Et erit, si ab oculis cœtus factum fuerit in errorem & faciant omnis cœtus juvencum filium bovis, unum in holocaustum, in odorem quietis Domino, & munus ejus & libamen ejus secundùm judicium, & hircum caprarum unum in peccatum.*

I. Moses utitur (1.) Hebraismo: *Ab oculis cœtus*, h. e. *non animadvertente multitudine*; itêm *filium bovis*, i. e. *juvencum*; & *hircus caprarum*, h. e. *lactens* est Hebræis. (2.) *Synecdoche generis* pro specie; *facere* enim significat *parare in sacrificium*. (3.) *Enallage numeri*: nam nomini collectivo singulari, *cœtus*, respondet verbum plurale, *faciant*. (4.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *peccatum* siquidem significat *sacrificium pro peccato expiando* oblatum. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 328. *Jun*. in Not. ad eund. loc. p. 148. Confer. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 3. m. 4. p. 47. & cap. 17. m. 4. p. 446.

II. Controversiam h. l. occurrentem vide in *Vindic*. *Levit*. 4. v. 2. m. 2. decisam.

Vers. 30. *Et anima, quæ fecerit in manu excelsa, de indigena, & de peregrino, Dominum ipsum probris afficit, & excidetur illa ipsa anima e medio populi sui.*

Habes hic (1.) *Synecdochen* partis pro toto: *anima* enim pro *homine* est. (2.) *Metonymiam* adjuncti pro subjecto: *Manu excelsa*; i. e. *proservè*, quippe quæ *proserviæ signum* est. (3.) Hebraismũ: *De indigena & de peregrino*, h. e. *tam indigena quàm peregrinus*. (4.) Pleonasmum: *E medio populi sui*, pro, *è populo suo*; ubi *medium* abundat. *Ariæm*. in Bibl. p. 129. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 328. *Jun*. ibid. p. 148.

Vers. 35. *Et dixit Dominus ad Mosen: Moriendo morietur vir ille lapidando eum in lapidibus omnis cœtus extra castra.*

I. In textu hoc reperitur (1.) Epizeuxis: *Moriendo morietur*, h. e. *omninò morietur*. (2.) *Enallage* infinitivi pro imperativo, *lapidando*, pro *lapidato*. Ariæm. in Bibl. p. 129. *Jun*. in Not. ad eund. loc. p. 148.

II. *Rauffius* in Colloq. Franckenthal. act. 23. n. 3. p. 470. nobis persuadere vult, *vindictam quidem publicam Magistratus in V. T. licitam fuisse, non item in Novo*: quia *collector ille lignorum in Sabbatho*, jussu Dei, *lapidibus obrutus* fuerit: id quod *fidelibus* in N. T. non concedatur.

℞. Hoc non facit ad rem: quia enim Christus *leges Ceremoniales* in N. T. abrogavit, qualis etiam fuit *observatio judaici sabbathi*; ideò quoque *pœnas*, in illarum Ceremoniarum transgressores latas, sustulit. *Dathen*. in Colloq. Franckenthal. act. 23. n. 4. p. 470. seq.

III. *Smalcius* contr. Franz. fol. 294. ad locum Ezech. 18. v. 23. & 32. c. 33. v. 11. (ex quo probamus *Deum enormiter lapsis, pœnitentibus tamen, non denegare remissionem peccatorum*) excipit, *illum* non esse *simpliciter* intelligendum, quasi Deus mortem peccatoris *simpliciter* loquendo noluerit; cùm *non expectatâ peccatoris resipiscentiâ, eum* nonnunquam *funditus extirpaverit*, ut exemplum *illius*, qui *ligna in sabbatho collegerat*, doceat.

℞. Verum est, virum ligna in sabbatho colligentem, mandatô Jehovæ lapidibus obrutum fuisse: at quid hoc pro *inexpectatâ a Jehova viri pœnitentiâ*? num *prolixum* ejusmodi ad pœnitentiam largiendum Spiritui sancto præscribet spacium Smalcius? cum etiam *repentinâ morte temporali* enecati *spiritualiter* vivere possint: neque concedimus Smalcio, damnari cunctos, qui *morte violentâ per Magistratum* enecantur. *Franz*. disput. 10. Vindic. thes. 53. *Thumm*. in Imp. Photin. p. 443. seq.

Vers. 38. *Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Et facient sibi fimbriam super alis vestimentorum suorum per generationes suas, & dabunt super fimbria alæ filum hyacinthi.*

I. Observa (1.) copulativam poni pro causali: *Et facient*, pro *ut faciant*. (2.) *Fimbriam* in singulari usurpari, pro plurali, *fimbrias*. (3.) *Alas* metaphoricè *extremitatem vestis* denotare (4.) Sub-

ſtantivum, *hyacinthi*, ſtare, pro adjectivo, *hyacinthinum*. Aricem. in Bibl. p. 129. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 329. *Jun.* ibid. p. 148. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 11. p. 311.

II. Moſes Chriſto *repugnare* videtur: *ille* enim populo Iſraelitico injunxit, ut *ſibi fimbrias per angulos palliorum faceret*; id quod in *Phariſæis* Chriſtus taxat, *Matth.* 23. v. 5.

℞. *Abuſus rei uſum* non tollit, Judæi facilè obliviſcebantur mandatorum DEI, ideoq; Deus *memoriam* obſervationis legis ſuæ poſuit in oram veſtimentorum, ut quoties illam intuerentur, obedientiæ ſuæ erga Dei legem recordarentur: Et hic erat *genuinus fimbriarum uſus*, qui laudabilis. Phariſæi autem agentes omnia, ut viderentur ab hominibus, *abutebantur* hoc ſignô memoriali: exiſtimabant enim, ſufficere ad obſervationem legis, ſi dilatarent phylacteria, & fimbrias palliorum magnificarent, quamvis ne digitô quidem attigerint legem Dei; meritò ergò *hypocriſis* ipſorum taxatur, *Walther.* in harm. Script. §. 186. p. 401. ſeq.

III. *Iconolatræ Synodi Nicenæ* II. ſanxerunt, *imagines eſſe adorandas*, eò quòd ſecundum Moſis traditionem *præcipiatur populo purpura hyacinthina in fimbriis in extremis veſtimentis poni ad memoriam & cuſtodiam præceptorum.*

Reſpondit *Synodus Francofurdiana* apud Carolum M. l. 1. contr. Synod. de Imagin. c. 18. non valere conſequentiam ab exemplo diſſimili: nusquam enim in Scriptura V. & N. T. *adorationem fimbriarum aut imaginum* præcipi. *Hiſtor. Magdeb.* Cent 8. cap. 9. p. 693.

Verſ. 39. *Et erit vobis in fimbriam, & videbitis eam, & recordabimini omnium præceptorum Domini & facietis ea, & non explorabitis poſt cor veſtrum, & poſt oculos veſtros, quos vos fornicantes poſt eos.*

Iteratur (1.) *Enallage numeri* ſingularis, *fimbriam*, pro plurali, *fimbrias*. (2.) *Metonymia ſubjecti pro adjuncto:* nam *cor* ponitur pro *cordis affectibus & deſideriis*. (3.) *Hebraiſmus:* ſiquidem *explorare poſt cor ſuum, & poſt oculos ſuos*, Hebræis eſt, *attentâ obſervatione ſequi cogitationes cordis ſui, & concupiſcentiam oculorum ſuorum.* (4.) Metaphora: *fornicari* enim poſt oculos ſuos notat, à Deo vero ad *idololatriam*, nomine *fornicationis* venientem, deficere. (5.) Pleonaſmus: *Quos poſt eos*, pro, *poſt quos*; ubi *eos* redundat. *Aricem.* in Bibl. p. 129. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 329. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 148. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 3. m. 1. p. 34.

CAP. XVI. v. 2. *Et ſurrexerunt in facies Moſis, & viri è filiis Iſrael quinquaginta & ducenti, Principes cœtûs, vocati conventus, viri nominis.*

§. 1. *In facies Moſis*. pleonaſticè pro, *in Moſen*. §. 2. *Viri nominis*, h. e. *nominatiſſimi*, ſeu celebres. juxta Hebræorum idiotiſmum. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 329. *Jun.* ibid. p. 148.

Verſ. 3. *Et congregaverunt ſe ſuper Moſen, & ſuper Aharonem. & dixerunt, ad eos: Multum vobis, quia omnis hic cœtus omnes illi ſancti, & in medio eorum Dominus*, &c.

I. Nota hic (1.) præpoſitionem על, ſignificare, *adverſum*, (2.) Hebræis: *multum vobis* idem eſſe ac, *ſatis ſit vobis*. (3.) Nomini collectivo ſingulari, *omnis hic cœtus*, reſpondere pronomen plurale, *omnes illi ſancti*. (4.) Pleonaſticè poni: *In medio eorum*, pro, *inter eos*. Aricem. in Bibl. p. 129. *Jun.* ibid. p. 149. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 17. m. 2. p. 207.

II. *Bellarminus* libr. de Cleric. c. 1. in *Lutherum* libr. de abroganda Miſſa privata, par. 1. & *Calvinum*. lib. 4. Inſtit. c. 4. §. 9. negantes, quod *miniſtri Eccleſiæ commodè & juſtâ ratione a populo Dei diſtinguantur, Clericorum* appellatione; debacchatur, quaſi *idem* clament adverſus *Clericos* N. T. quod olim *Dathan* & *Abyron* clamabant adverſus *Sacerdotes* V. T. *Sufficiat vobis, quod omnis Eccleſia clerus, id eſt, hæreditas Domini eſt: cur elevamini ſuper Laicos, cur ſoli vobis Cleri vocabulum uſurpatis?*

℞. Non fuit *idem*. Nam (1.) non fuit ibi lis aut quæſtio mota de *nomine*, ſed de *ipſo munere Sacerdotii*. v. 10. (2.) Illi ſeditionem movebant contra Sacerdotes *à Deo inſtitutos & ſanctificatos*: nos autem pro *talibus* contendimus adverſus ambitum & conjurationem *eorum*, qui ipſorum locum, & populi Dei privilegia *vi injuſtâ* occupârunt. Omnes enim fideles ſunt *participes unctionis*, 1. Johann. 2. v. 27. *Sacerdotium regale*, 1. Petr. 2. v. 9. imò & *Clerus*, ſive *ſors & peculium Domini*, 1 Petr. 5. v. 3. *Cham.* tom. 5. Panſtr. l. 4. c. 2. n. 4. *Ames.* tom. 2. Bellarm. enerv. l. 3. c. 1. theſ. 4.

Verſ. 13. *Num parum, quòd adſcendere feciſti nos è terra fluente lacte & melle, ad faciendum mori nos in deſerto, quia facis te principem ſuper nos, etiam te principem faciendo.*

§. 1. *Num parum*, ſcil. *eſt*. §. 2. *Ægyptus* hyperbolicè dicitur *terra lacte & melle fluere*, h. e. *deſideratiſſimis quibusq; affluens*. §. 3. *Facis te Principem ſuper nos, etiam te principem faciendo*, h. e. *indeſinenter imperium tibi aſſumis in nos.* Aricem. in Bibl p. 130. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 149. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 15. n. 3. p. 448. ſeq.

Verſ. 14. *Etiam non ad terram fluentem lacte & melle venire feciſti nos, & dediſti nobis hæreditatem agri & vineæ: num oculos virorum iſtorum evelles.*

In textu hoc reperitur (1.) *Synecdoche ſpeciei* pro genere: *mel* enim & *lac* pro *quavis re dulci & delectabili* uſurpatur. (2.) *Ellipſis* adverbii NON, ex membro præcedente repetendi: *Et dediſti*, pro, *Et non dediſti*, &c. (3.) *Enallage numeri* ſingularis, *agri* & *vineæ*, pro plurali, *agrorum* & *vinearum*. (4.) Parœmia: *Num oculos virorum iſtorum evelles?* h. e. *an cum viris iſtis, tanquam cum cæcis, te acturum arbitraris*, ut fraudes tuas non videamus? *Vatabl.* in Annot ad. h. l. p. 330. *Jun.* & *Glaſſ.* l. c.

Verſ. 22. *Et ceciderunt ſuper facies ſuas, & dixerunt: Deus, Deus Spirituum omnis carnis, vir unus peccabit, & ſuper univerſum cœtum iraſceris?*

I. Moſes & Aharon utuntur (1.) *Epizeuxi*: nam vocem, *Deus*, iterant. (2.) Ellipſi: deficit enim eadem vox, *Deus*, ante voculam, *omnis carnis*, repetenda: *Deus omnis carnis*; (3.) Meioſi; *Vir unus*, h. e. *pauci aliqui*. (4.) *Enallage temporis* futuri, *peccabit*, pro præterito, *peccavit*. Aricem. in Bibl. p. 130. *Jun.* ibid. p. 149. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tr. 1. cap. 19 p. 479.

II. *Bucanus* Inſtit. p. 60. ſtatuit, *animas humanas non eſſe ex traduce*, ſed *citra materiam à Deo creari*, cùm *Jehovah ſit Deus ſpirituum*.

℞. (1.) Etiam Jehovah eſt *Deus corporum*, à ſe creatorum. *Job.* 10. v. 10. & 11. *Pſalm.* 139. v. 13. 15. 16. *quæ* tamen à *parentibus propagari*, non negat Bucanus. (2.) Non neceſſum eſt, ut per *ſpiritus* intelligantur *animæ*, cum poſſit intelligi *vita*, ut

ſenſus

sensus sit: *Fortissime Deus, non est tuum, qui es dator spirituum seu vita, tam facilè tantam multitudinem vitâ privare.* (3.) Ut maximè verò *animarum* Deus & creator diceretur, hinc tamen *immediatè earundem creatio* seu *infusio* non necessariò sequitur: Deus enim *spirituum*, h. e. *animarum* Deus & creator dici & esse potest, sive *mediatè*, sivè *immediatè* infuderit; ita *Eckard* in. fascic cont. Calvin. c. 10. append. de trad. anim. ad 3. ad obj. p. 263. seq. *Jun.* tom. 1. oper. Theol. comm. in c. 2. Genes. p. 42. *Hieronym.* ad Oleastr. in annot. in c. 16. Num. p. 480. b.

Vers. 28. *Et dixit Moses: In hoc scietis, quòd Dominus misit me, ad faciendum omnia opera hac, quod non de corde meo.*

Ecce (1.) *Metonymiam* tum causæ, *scietis*, pro effectu, *experiemini*; tum subjecti, *de corde meo*, pro adjuncto, *ex affectu & consilio cordis mei.* (2.) *Ellipsin* verbi: *Ex corde meo*, scil. *confinxi*, vel *feci ea.* *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 331. *Glass.* lib. 4. Phil. Sacr. tr. 2. observ. 2. m. 1. p 702. Confer. lib. 3. tract. 1. cap. 1. m. 3. p. 14. & cap. 3. m. 1. p. 33.

Vers. 30. *Et si creationem creaverit Dominus, & aperuerit terra os suum, & deglutiverit eos, & omnia quae eis, & descenderint vivi in infernum, & scietis, quòd irritaverunt viri isti Dominum.*

Gemina *metaphora* hic est: Una desumta à *Dei actione*, putà *creatione*: Si *creationem creaverit* Dominus, h. e. si *novum & inauditū* Deus præstiterit miraculum, quale fuit *deglutitio terra*, quæ seditiosis contigit, v. 33. Altera ab *animali*: Terra *aperuerit os suum & deglutiverit eos*, i. e. ipsa *foramen aperuerit*, & *texerit eos.* Glass. lib. 5. Philol. Sacr. tract 1. cap. 10. p. 2t;. & cap 11. p. 310.

Vers. 31. *Terra devoravit Core, Dathan, & Abiron, cum omnibus hominibus qui ad ipsū pertinebant.*

I. Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim refert, terram devorâsse Core cum *omnibus*, *qui ad ipsum pertinebāt*, at infrà c. 26. v. 11. dicit, *filios Core* non esse mortuos.

℞. Verisimile est, fuisse *eos*, exorta seditione, non in tabernaculis *parentis*, sed in tabernaculis *Domini*, eò quòd essent Levitæ, neque in impium parentis conatum consenserunt; ideoq; pœna ipsos non tetigit, sed *illos* solum, qui patrium factum, in patrio existentes tabernaculo, approbârunt, & maturè non resipuerunt: nam v. 1. hujus capitis fit etiam mentio *Hon*, filij Phileth, qui postmodum reticetur; ex quo colligitur, *ipsum pœnituisse*, seq; à conjuratis sejunxisse. *Walther.* in. harm. Script. p. 193.

II. *Dontelokius* Respond. ad Anonym. Contra-Remonstr. collat. Hag. p. 33. adeò audax *absoluti decreti Reprobationis* propugnator est, ut *infantes quosdam etiam renatos, & in infantia decedentes, reproborum censui adscribere* non dubitet; urgetque horrendum judicium quod exercuerit in *liberos Dathanis & Abironis.*

℞. Exemplo hoc parum proficit: nam agit tantùm de *pœna temporaria*; quæstio autem est de *mortis æterna supplicio*, quod quidem *adultiores rebelles* experti sunt, non autem *liberi tenelli*, quippe qui immunes fuerunt ab horrendo isto flagitio, ob quod pœnis temporariis & æternis in congregationem rebellium Core, Dathanis & Abironis animadvertebat Deus, v. 24. & 30. *Brocm.* tom. 1. Syst. Theol. art. de Prædest. c. 3. q. 6. p. 656. b.

Vers. 33. *Descenderuntq; vivi in infernum, operti humo*, &c.

I. *Schoppius* Apostata in Apologet. pro Bellarm. de Indulg. c. 4. blaterat, *hæreticos esse interficiendos*, quòd *tres illi gregales*, Core, Dathan, & Abiron, ideò *graviùs puniti* fuerint, quàm ii, qui adorârant vitulum, quia fuerint *hæresiarcha*, hæreseos autem crimen gravius sit, quàm *idololatria*, juxta *Augustin.* in Epist. 137.

℞. (1.) Exemplum hoc non probat Schoppij intentum: nam gregales illi, non *ut hæretici*, sed *ut seditiosi*, incitantes plebem contra Mosen & Aharonem, & ipsi & ducenti quinquaginta sceleris hujus complices, qui certè non fuerunt omnes hæretici, *divinò miraculò* vivi descenderunt in infernū. (2.) *Augustinus* l. c. dicit, hæreticos dignissimas *pœnas* luere, non autem *mortis* pœnam: *hanc* enim negat hæreticis infligendam esse, in Epist. 127. ad Donatum, Africæ Proconsulem, & in Epist. 61. ad Dulcitium Tribunum. *Balduin.* in Exam. Apolog. contr. Schopp. p. 29. seqq.

II. *Bellarminus* l. 4. de Christ. c. 10. contendit, *infernum esse locum aliquem corporalem subterraneum, in centro terra situm*; quia *Core Dathan & Abiron descenderint vivi in infernum, operti humô*, id est, *in locum damnatorum.*

℞. (1.) Per שאולה, sive *infernum* nihil aliud quàm *terra vorago* sive *locus corporum* intelligi debet, non autem *locus damnatorum*, in quem aliàs animæ impiorum perveniunt: tum quia vers. 29. Moses significat, illos seditiosos non *consuetâ morte* interituros, sed *novâ & inusitatâ*; quod tum factum, quando illos vivos terra deglutivit. Aliàs enim *consuetò ordine* priùs homines moriuntur, & postmodum in terram conijciuntur: hos autem terra priùs deglutivit suo hiatu, & postea mortui sunt. Tum quia in *Scheol* descendisse dicuntur nō tantùm *homines*, sed etiam *omnia, qua ipsorū erant*, id est, *eorum tabernacula & suppellectilia*, quæ in *locum animarum* non pervenerunt v. 32. (2.) *Cajetanus* in Num. 16. locum istum *corporum* fuisse ipsis *sepulchrum* affirmat & probat: id quod etiam apparet ex ipsis verbis, in quibus *descendere in infernum*, & *operiri humô*, unum & idem designant; quam explicationem confirmant *Psalmista*, 106. v. 17. *Aperuit se terra, deglutivit & operuit*; & *Arias* lib. de Arcano Sermone: *Dathan*, inquit, *atq; Abiram vivi dicuntur descendere in infernum*, id est. *antè sepulti, quàm mortui.* (3.) Si vel maximè concederemus, per *Scheol* h. l. intelligi *locum damnatorum*, ex eo tamen inferri nequit, *eum in centro terra esse statuendum.* Distinguendum enim inter φορᾶς *medium*, ac *terminum.* Seditiosi illi vivi fuerunt abrepti à terra, ideoque *corpora* in *terra* manserunt, *anima* verò in *locum damnatorum* detrusæ sunt: *Ubi* autem ille sit, ibidem non exprimitur. *Gravver.* par. 3. Prælect. Theol. in A. C. p. 126. seq. *Gerhard.* tom. 9. LL. CC. loc. 33. de Infern. §. 85. p. 960. & l. 2. spec. Conf. Cathol. par. 1. p. 428. a. *Meyfart.* Præl. Theol. in Comp. Hutter. loc. 33. c. 2. q. 7. *Ames.* tom. 1. Bellarm. Enerv. l. 2. c. 2. thes. 21.

Vers. 38. *Acerras peccatorum istorum in animas suas, & faciens eas extensiones laminarum, opertorium altari, quia obtulerunt eas coram Domino, & sanctificata sunt*, &c.

I. In versu hoc offert se (1.) *Hebraismus*: nam *peccare in animam suam* est, *seipsum perdere propter peccata sua.* (2.) *Enallage* tùm substantivi, *extensio-*

extensiones laminarum, pro adjectivo, *extensas laminas*; tum affixi הִקְרִיבֻם, *obtulerunt eas*, pro separato הִקְרִיבוּ אֹתָם *Ariæm*. in Bibl. p. 131. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 332.

II. Moses sibi *repugnare* videtur: hic enim refert, *acerras sanctificatas esse mortibus peccatorum*; cùm jam ante *Levit.* 8 v. 10. *ipse unxerit omnia altaris vasa oleo*, itaq; *sanctificaverit*.

℞. Vasa ad ministerium necessaria Mosea oleô sic consecraverat, ut usus illorum esset sacer, nec *communi* hominum usui destinarentur. *His* abusi fuerant *seditiosi* contra Dominum, qui Pontificatum sibi arrogârant, rejectô Aarone, ideoque igni erant consumti. Verum ne quis thuribula illa ex igne extracta, usui *prophano* deputaret, mandavit Deus, ut producerentur in laminas, & affigerentur altari, cùm à Mose sint sanctificata, & incensum in in eis oblatum, quam sanctitatem *morte peremptorum & abeuntium* recuperant. *Walther* in harm. Script. p. 193. seq.

CAP. XVII. v. 2. *Loquere ad filios Israel & cape à cuncteis virgam virgam, ad domum patris, ab omnibus principibus eorum, ad domum patrum eorum, duodecim virgas, viri nomen ejus scribes super virga ejus.*

Moses utitur (1.) Hebraismo: *Virgam virgam*, h. e. *singulas virgas*; ubi alterum repetitum substantivum locô adjectivi distributivi est, quo Hebræi carent. (2.) *Metonymiâ subjecti* pro adjuncto: *domus* enim pro *familia* est. (3.) *Enallage numeri* singularis, *domum* patrum, pro plurali, *domos* (4.) *Synecdoche speciei* pro genere: *patres* namq; pro *avis* ponuntur. (5) *Pleonasmo*: nam pronomen EJUS ante verbum, *scribes*, redundat *Ariæm*. in Bibl. p. 131. *Vatabl.* in Annot. ad. h. l. p. 333. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 5. m. 3. p. 20.

Vers. 4. *Et dimittet eas in tentaria conventus coram testimonio, quo conveniam vobis ibi.*

In textu hoc habetur (1.) *Metonymia adjuncti* pro subjecto: *testimonium* enim ponitur pro *arca, in qua est testimonium*, Exod. 25. v. 16. (2.) *Enallage* futuri, *conveniam*, pro præsente, *convenire soleo*, Exod. 27. v. 21. (3) *Hebraismus*: אֲשֶׁר שָׁמָּה, *quo ibi*, h. e. *ubi*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 333. *Jun.* ibid. p. 50.

Vers. 8. *Et fuit à crastino, & venit Moses ad tentorium testimonii, & ecce floruit virga Aaronis domûs Levi, & protulit germen, & fecit florere florem, & ablactavit amygdalas.*

I. Nota (1.) præpositionem מ, A, poni pro ב, IN. (2.) Præteritum perfectum, *floruit, protulit*, &c. vertendum esse per plusquamperfectum, *floruerat, protulerat*, &c. 3.) *Domum* metonymicè stare pro *familia*. (4.) *Ablactavit* metaphoricè significare, *ad maturitatem produxit*. Aricem. in Bibl. p. 130. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 334. *Iun.* ibidem p. 150.

II. *Greiserus* l. 3. de flagell. spontan. cap. 4. ut *spontaneam corporis sui flagellationem* statuminet, *virgam Aaronis* cum *virga disciplinæ* comparat; quòd sicut *virga Aaronis* flores & fructus, reclamante naturâ, protulit; *idem* flagellans sibi polliceri debeat de *virga disciplinæ*, quæ nunc quidem judiciô hominum, terrena duntaxat sapientium, planè sterilis sit, sed posteà fructum redditura sit *justitiæ*, per eam exercitatis.

℞. In hac comparatione Sophista fraudem committit æquivocatione Latinæ vocis *virga*; nam *Aaronis virga* non talis fuit, qualis in *Scholis* usurpatur, multò minùs *flagellum Esavitieum*, sed *pedum* seu *baculum*, quo Deus insigne edidit miraculum, dum unâ nocte flores & fructus protulit, significans, se Aaronem & tribum Levi præ omnibus aliis ad Sacerdotium elegisse. Quia autem in Latinâ versione *virga* appellatur, sophisticè eam ad *virgam disciplinæ* seu *flagellum* Jesuita accommodat, atque sic *baculum* cum *flagello*, & *miraculum divinum* cum *opere humano* stolidè comparat. *Zeaman.* in Carnif. Esavit. l. t. c. 2. p. 91.

Vers. 10. *Et dixit Dominus ad Mosen: Reduc virgam Aaronis coram testimonio ad custodiam, in signum filiis rebellionis, & finies murmurationes eorum, desuper me, & non morientur.*

I. Recurrit modò (1.) *Metonymia adjuncti* pro subjecto: *Coram testimonio*, h. e. *coram arca testimonii*. (2.) Hebraismus: *Filiis rebellionis*, h. e. *viris rebellibus*, seu *rebellioni deditis*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 334. *Jun.* in eund. loc. p. 150.

II. *Pistorius* in Hodeg. p. 300. nugatur, *reliquias Sanctorum religiosè esse asservandas & calendas*, quòd & Judæi *virgam Aaronis* asservârint.

℞. Est *dispar* utrobique ratio. Nam (1.) Judæi asservationis istius *expressum habuerunt Dei mandatum*; Pontificii verò asservationis reliquiarum suarum *nullum* ostendere possunt Dei mandatum. (2.) Non reposuerunt Judæi virgam Aaronis ad *superstitiosum cultum*, sed in *signum rebellium filiorum Israel*, at Pontificii reliquias suas ad *cultum religiosum* asservant. *Gisen.* de Papism. disp. 24. thes. 36. & 43.

Vers. 13. *Omnis accedens accedent ad tabernaculum Domini morietur: nunquid absolvemus expirando?*

Invenitur hoc loco Epizeuxis: *Accedens accedens*, h. e. *temerè accedens*. (2.) Hebraismus: *Absolvemus expirando*, h. e. *omnes ad unum expirabimus*. Jun. in Not. ad h. l. p. 150. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 16. m. 1. p. 54.

CAP. XIIX. v. 1. *Et dixit Dominus ad Aharonem: Tu & filii tui, & domus patris tui tecum, portabitis iniquitatem Sanctuarii, & tu & filii tui portabitis perversitatem Sacerdotii vestri.*

I. *Metonymia* est partim *subjecti* pro adjuncto, *domus* enim pro *familia* est; partim verò *causa* pro effectu, quia עָוֹן, *iniquitas*. cum verbo *portandi* reatum pœnæ innuit. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 334. *Jun.* in Not. ad eund. lòc. p. 150. Confer. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 3. p. 11. & cap. 3. m. 2. p. 36.

II. *Stapletonus* putat, *Pontifices Romanos necessariò debuisse succedere personæ Petri*, quod *nominatim ad Aharonem locutus sit Deus*, ut non nisi in *filiis ejus*, supremi Sacerdotii successio perpetuò conservaretur, sicut non nisi in *Levitica tribu* successio Sacerdotalis.

℞. *Aaronis* exemplum est dissimile: nam *successum fuit Aaroni*, non eam ob causam, quòd *nominatim ad eum locutus sit Deus* (annon enim Dominus nominatim allocutus Mosen, *Exod.* 3. v. 10. ut educeret Israelitas de Ægypto. & immolaret *Exod.* 29. v. 11. *cujus* tamen nulla fuit successio?) sed quia disertè in *filios ejus* continuatur *institutio Sacerdotii*, & quidem additâ prohibitione, vers. 7. ne *quisquam alienigena*, id est, *non de tribu Levi*, ea officia usurparet. At de *Petro* nihil tale observari potest, nec in Christi ad eum sermonibus quicquam

quam indicari, quo *successio* promittatur; sed duntaxat in eum collata autoritas. *Cham.* tom. 2. Panstr. l. 13 c. 3. n. 19. & 26.

Vers. 8. *Et locutus est Dominus ad Aaronem: Et ego ecce dedi tibi custodiam elevationum mearum, ad omnes sanctitates filiorum Israel tibi dedi eas, ad unctionem, & filiis tuis in statutum seculi.*

Videsis (1.) *Metonymiam adjuncti* pro subjecto: Propter *unctionem*, h. e. propter *Sacerdotium*, quòd *unctione*, in te & filios tuos collatum est; ubi signum, *unctio*, pro signato, *Sacerdotio*, ponitur. (2.) *Synecdochen totius* pro parte nam עוֹלָם, *seculum*, de *parte* quasi quadam temporis dicitur. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 151. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 4. m. 6. p. 64. & cap. 16. m. 4. p. 458.

Vers. 12. *Omnem medullam olei & vini ac frumenti, quicquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi.* &c.

Controversiam fortè hic motam vide in *Vindic. Levit.* 2. v. 3. m. 3. diremtam.

Vers. 15. *Omnis apertio vulvæ omni carni, quam offerent Domino, in homine & in jumento, erit tibi: sed redimendo redimas primogenitū hominis.* &c.

In versu hoc continetur (1.) *Enallage* tùm abstracti, *apertio*, pro concreto, *aperiens*; tùm numeri singularis, *homine* & *jumento*, pro plurali, *hominibus* & *jumentis* (2.) Epizeuxis: *Redimendo redime*, h. e. *omnino redimes.* (3.) Hebraismus: *Redimes*, i. e. *redimi jubeto.* Aricem. in Bibl. p. 132. *Jun.* in Not. ad. h. l. p. 151.

Vers. 16. *Animalis redemtio erit post unum mensem siclis*, &c.

Deus sibi *contradicere* videtur: hic enim pecudis redemtionem jubet fieri post *unum mensem*: cum tamen *Exod.* 22. v. 30. præcipiat, ut pecua septem diebus sit cum matre sua, & *octavâ* die reddatur Domino.

℞. *Primogenita bruta*, quæ Domino debebant offerri, duplicis erant generis: alia *munda*, alia *immunda*. *Immunda*, quale fuit Asinus, redimebantur *quartâ septimanâ* à partu, quinq; siclis argenti, pondere sanctuarij: *munda* verò, ut bos, agnus, capra, *die octavâ* offerebantur sacerdotibus, ut mactarentur &c. *Walther.* in harm. Scr. p. 194

Vers. 19. *Omnes elevationes sanctificationum, quas elevare faciant filii Israel Domino, dedi tibi, & filiis tuis, & filiabus tuis tecum, in statutum seculi, pactum salis seculi illud, ad facies Domini, tibi & semini tecum.*

Ecce (1.) *Enallagen* abstracti, *sanctificationum*, pro concreto, *sanctificatas*. (2.) *Metaphoram*: nam *pactum salis* significat *decretum, ab omni corruptione tutum, firmum, perpetuumq;* cujus locutionis ratio est, quia *salita* diutiùs durant, & non putrefiunt. (3.) *Ellipsin* verbi substantivi: *illud*, scil. *est*, (4.) *Metonymiam causæ* pro effecto: *semen* enim pro *posteris* est. *Aricem.* in Bibl. p. 132. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 336. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 151. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. p. 11. p. 285.

Vers. 20. *Dixitq; Dominus ad Aaron: In terra eorum nihil possidebis, nec habebis partem inter eos: Ego pars & hæreditas tua*, &c.

Controversias h. l. occurrentes vide partim in *Vindic. Numer.* 18. v. 24. partim in *Vindic. Deuter.* 18. v. 2. definitas.

Vers. 24. *Levitæ nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti.*

I. Hoc Dei præceptum *repugnare* videtur facto haud illicito: hic quidem Levitis *prohibentur possessiones facultatum in terra Israelitarum*; at Josu. 27. v. 41. *illis ipsis assignantur* 48. *civitates*, cum earum suburbanis, in medio possessionis filiorum Israel.

℞. (1.) Aliud est, habere aliquid per *hæreditatem*, ad *possidendum*; & aliud, per *aliorum concessionem*, ad *habitandum*. Etenim Levitæ nihil *possidebant proprii* ad *hæreditatem* sed tantum ad *habitationem*, & *animalium pastum* (2.) Quamvis huic tribui civitates quædam à fratribus sint assignatæ & concessæ; non tamen fuerunt *contigua*, ut aliarum tribuum, sed hinc inde ædificatæ *sparsim*, ut cultui Dei vacare possent. (3.) Nec *possederunt reditus & bona*, quæ cujusvis urbis fuerunt propria; sed duntaxat *habitatores* fuerunt civitatum. (4.) Nihil proprii habuerunt de *bonis*, quibus ditati fuerunt fratres eorum à gentibus: ideoque prohibet Jehovah, ne partem habeant inter Israelitas, *partem* scilicet *de præda*, ut Lyra loquitur, quam obtinuerunt de hostibus. *Walther.* l. c.

II. *Anabaptistæ*, pro adstruenda *bonorum communione*, urgent exemplum *Sacerdotum ac Levitarum*, quibus in hæreditate terræ Canaan, *nulla certa sors fuerit data*, sed *vixerint ex decimis*, & illis bonis, quæ ab Israelitis Deo sanctificabantur; proinde quia *nos in* N. T. *simus regale Sacerdotium*, inferunt illi, *requiri, ut in commune collatis bonis, omnes vivamus.*

℞. (1.) In V. T. Sacerdotibus *non omnia* communicabantur bona, sed *certa* quædam & *determinata pars* illorum; *dominium* interim possessionum suarum nihilominus retinentibus Israelitis. Quarè, si maximè hoc argumentum procederet; non tamen aliud, quàm hoc inferretur, nimirum *partem* quandam bonorum ad sacros usus esse conferendos: de quo non controvertitur. (2.) Confusio est terminorum: Adversarii enim imperitè permiscent Sacerdotium *Leviticum* cum sacerdotio *spirituali*, bona *terrena* sive *corporalia* cum *cœlestibus*, & collationem *partis* alicujus de facultatibus cum *communione omnium* facultatum. Nihil igitur cohæret argumentum. *Osiand.* in Enchir. controv: Anabapt. c. 7. q. 2. obj. 23. p. 165. seq.

CAP. XIX v. 2. *Hoc statutum legis, quod præcepit Dominus dicendo: Loquere ad filios Israel, & capient ad te juvencam rufam perfectam, quæ non in ea macula, quam non ascendit super eam jugum.*

§. 1. *Hoc*, scil. *est*, κατ' ἔλλειψιν. §. 2. *Statutum legis*, h. e. *lex* vel *statutum*, κατὰ πλεονασμόν, vel *statutum legale* κατ' ἐναλλαγήν. §. 3. *Et capient*, prò, *ut capiant*. §. 4. *Capiant*, i. e. *captam adducant*, κατὰ σύνθεσιν. §. 5. *Quæ non in ea*, scil. *sit*. §. 6. *Quæ in ea*, &, *quam super eam*, pro, *in qua*, &, *super quam*, ubi *eâ* & *eam* redundat. §. 7. *Super* quam *non ascendit jugum*, i. e. *injugem*, ut olim in Sacrificiis dicebatur; Hebraismus. *Aricem.* in Bibl. p. 133. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 337. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 151. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 32. p. 118. & tract. 3. can. 2. p. 229.

Vers. 4. *Asperget contra fores tabernaculi septem vicibus.*

Argumentum *Bellarmini* pro *septem Sacramentis* N. T. vide solutum in Vindic. *Exod.* 29. v. 31.

Vers. 9. *Cineres vaccæ sint in aquam aspersionis pro peccato*, &c.

Controversiam fortè hic motam vide in Vindic. *Numer.* 5. v. 19. m. 1. decisam.

CAP.

CAP. XX. v. 4. *Cur eduxistis Ecclesiam Domini in solitudinem?*

Bellarminus l. 3. de Eccles. milit. c. 12. contendit, *Ecclesiam Dei semper in hoc mundo conspicuam ac visibilem esse, non verò invisibilem*; quòd *Ecclesia Israelitica fuerit notissimus Dei populus, qui eductus est ex Ægypto in solitudinem: et invisibilis cœtus educi non potest.*

℞. Jesuita ignorat elenchum. Nam (1.) nemo nostrum neget, *particularem illam Ecclesiam Israelitarum* fuisse visibilem: sed ex eo nondum efficitur, *catholicam* Ecclesiam fuisse visibilem, quia ad *Catholicam Ecclesiam*, id est, ad *Sanctorum congregationem*, pertinebant non omnes illi, qui in externo & visibili illo cœtu versabantur, sed *pii* duntaxat & *verè credentes*; atqui non poterat *externo* aspectu dijudicari, quinam in illo cœtu essent *verè pii & sancti*. Edisserat enim, num Mosea in universa Israelitarum multitudine, quem oculis aspexeret, etiam in *individuo* viderit, quinam sint *electi*, quinam verò non? (2.) Concedimus, veram Dei Ecclesiam *interdum* esse visibilem, nimirum propter *externum & visibile inter homines ministerium*, cum illud *publicè* viget; non autem *semper*. Fieri enim potest, ut tum *error*, tum *persecutio* ita invalescat, ut nō detur *numerosus* aliquis & *illustris* cœtus, qui Deū rectè colat; velut tempore *Achab*, 1. Reg. 19. v. 14. *Achas*, 2. Reg. 16. v. 11. *Antiochi*, 1. Macc. 1. v. 57. seqq. *Antichristi*, Apoc. 13. m. ✠. c. 18. v. 3. (3.) Admittimus, *Deo* suos notos esse; id enim Paulus affirmat, 2. Tim. 2. v. 19. nō autē *mūdo* eos esse visibiles: *Paulo* enim v. g. cognita nō erat vera Dei Ecclesia, cùm illam persequeretur, *Actor*. 9. v. 1. seqq. neque *mundo* conspicua fuit, cum fugeret in desertum, *Apoc*. 12 v. 14. Tria ergò erant probanda: Ecclesiam *Catholicam*, non autem *particularem*; eamque non *aliquando tantum*, sed *semper*; imo & *mundo* visibilem esse. *Hutter*. in LL. Theol. p. 816. a. *Gerhard*. tom. 5. LL. CC. loc. 25. de Eccles. §. 79. p. 707. *Brochm*. tom. 2. Syst. Theol. art. de Eccles. c. 2. q. 4. obj. 1. p. 715 b. & 716. b. ad 1. *Cham*. tom. 5. Panstr. l. 1. c. 4. n. 3. seq.

Vers. 11. *Cumque Moses elevâsset manum, percutiens virgâ bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita ut populus biberet*, &c.

I. *Petrus*, Abbas Cluniacensis, in Epist. 2. contr. Petrobr. nugatur, *crucem Christi & venerandam & adorandam esse*, quia *Moses bis percusserit silicem, unde aqua effluxerit*. Histor. Magdeb. Cent. 12. c. 5. p. 841. lin. 37.

℞. Hoc nihil ad rem: quid enim commune habet *bina silicis percussio*, manu Mosis facta, cum *adoratione crucis Christi*? Quin potius, ut Dominus ostenderet servo in opere *diffidentiam*, permisit eum bis percutere, & ut ei ostenderet, quantum operibus miris noceat infidelitas operantia, ceu ait *Hieronymus ab Oleastro*, annot. in c. 20. Numer. p. 498. a.

II. *Gretserus* l. 3. de Spont. flegell. cap. 4. p. 329. pro *spontanea proprii corporis flagellatione* urget exemplum *Mosis*; quemadmodum enim cùm ille manum elevâsset, percutiens *virgâ* bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita ut populus biberet & jumenta; sic non ambigendum, qui corpus *virgâ disciplinæ* percusserit, futurum in eo fontem aquæ salientis in vitam æternam.

℞. Hæc comparatio vel explicatio historiæ Mosaicæ admodum insulsa & ridicula est, dum *virgam* Mosia cum *flagello*, petram cum *dorso*, aquam cum *sanguine*, stupendum Dei *miraculum* cum opere *humano, mandatum divinum* cum *superstitiosa traditione Monachorum*, fontem aquæ *uberrimum*, quo multa centena millia hominum & jumentorum pota sunt, cum *aliquot guttis sanguinis* comparat. Hæc enim tàm inter sese quadrant, quàm persona & cothurni Herculis infanti, de quibus proverbium: *Herculis cothurnos aptari infanti*. *Zeaman*. in Carnif. Esavit. l. 1. c. 2. p. 90 m. 44.

III. *Bellarminus* l. 4. de Sacr. Eucharist. cap. 10. rat. 4. docet, *necessarium esse, vinum in sacro calice aquâ misceri*, quòd *calix Eucharistiæ* figuratus fuerit in V. T. in *aqua*, quæ fluxit ex petrâ.

℞. Argumentum *typicum* non concludit de ipsa *substantia* in *antitypo*; alioquiquia *agnus Paschalis* fuit typus *sacræ Cœnæ*, juxta Bellarminum l. 1. de Miss. c. 7. etiam *carnes agni* in ea adhiberi deberent. *Gerhard*. tom. 5. LL. CC. loc. 24 de S. Cœn. §. 29. m. 3. p. 40.

Vers. 12. *Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram*, &c.

I. *Non esse aliquem hominem, qui post factam regenerationem & renovationem, non ampliùs peccaverit*: inter alia docet exemplum *Mosis*, qui in Deum peccavit tum *inobedientiâ*, quia virgâ bis percussit silicem, id quod Dominus non jusserat, sed mandaverat saltem alloqui petram, vers. 8. & 11. tum *diffidentiâ*, quia Deo non credidit: idcircò dixit ei Deus v. 12. quòd non sit ingressurus in terram promissam.

Smalcius contr. Frantz. disp. 9. de hypocr. fol. 296. excipit, I. percussionem petræ cum dubitatione, actus *singulares* esse, quos in hominibus piis inveniri posse, nunquam negârit, *iterationem* tantùm talem, quæ *habitum* efficiat, semper pernegere.

℞. *Habitus* peccatorum in renatis, *qua talibus*, ipsi non agnoscimus; pœnitentibus tamen gratiæ locum *ordinariè* dari dicimus. Moses, si non iteravit in *eadem specie*, tamen in eodem *genere*, Deut. 32. v. 51. Exod. 4. v. 24. c. 5, v. 22. c. 6. v. 12, 30. Num. 11. v. 11. 21. 22.

Et ob tantos hos nævos omninò dignus fuisset, ut ipsum Deus illicò perderet, quemadmodum per Petrum perdidit Ananiam & Sapphiram, Act. 5. v. 5. & 10. Nec sunt illi Mosaici nævi *solitarii* & *unici*, sed *aliquoties*, ut diximus, *repetiti*.

2. Quàm *periculosum* sit, viris præsertim *divinis*, unum etiam peccati actum committere, satis superq; docere exemplum *Mosis*.

℞. Et nos periculum esse dicimus, unum etiam peccati actum committere: si tamen fiat, desperandum non esse, asseveramus. *Franz*. disp. 10. Vindic. thes. 74. seqq. Thumm. in Imp. Photin. p. 329. m. 3. & p. 331. ad 4. & 5.

II. *Bellarminus* l. 4. de pœnitent. c. 2. putat, *remissâ culpâ, debitum pœnæ temporariæ restare solvendum*, quòd *Mosen & Aaronem Deus post remissam culpam nihilominus punìverit morte; ne ingrederentur terram promissam.*

℞. (1.) Est ceptio ob homonymiam *pœnæ*: nam Mosis & Aaronis pœna non fuit *supplicii*, sed *castigationis*, ut peccata sua agnoscant: & *commonitionis*, ut alii exemplis tantorum virorum deterriti, peccare vereantur. (2.) Mosis & Aaronis immaturior mors tantùm abest *pœna* sit, quę *laboriosis hominum satisfactionibus* expiari queat, ut Mosi, prorogationem vitæ sollicitè prece petenti, iratus responderit Deus: *Nequaquam ultrà loquaris de hac re*, Deut. 3. v. 26. Proinde Moses illam immaturioris mortis pœnam non evitavit.

Schop-

Schoppius in Apologet. pro Bellarm. de Indulg. c.51. regerit, ideò Deum punire Mosen & Aaronem, non ut *agnoscant peccatum*, vel ut *alii commemorantur* sed eò quòd *increduli fuerunt ad aquas contradi... ... ut.*

℞. Apostata studiò statum controversiæ pervertit: ... præsens textus de *causa impulsiva* loqui..., ob quam morte fuerint puniti servi Domini; responsio autem *causam finalem* assignat; de qua hic controvertitur, in quem nimirum finem mors illius fuerit immissa, num propter *expiationem peccati*, ut fingunt Papicolæ; an verò propter *causas modo allegatas*? *Istam* ex præsenti textu demonstrare Schoppius debebat, non *aliam*, qua de neque dubium, neque controversia est. *Hunn.* tom.1. oper. Lat p. 1524. seq. *Balduin.* in Exam. Apolog. Schopp. p.419. seq. *Brochm.* tom.2. Systemat. Theol. art. de Pœnit. c 2. q.23. p.367. b. obj.2. & p. 369. b. *Scharp.* tom.1. Curs. Theol. p.1094. obj.3.

Vers. ... *Hæc est aqua contradictionis, ubi jurgati sunt filii Israel contra Dominum, & sanctificatus est in eis.*

Moses *Davidi* repugnare videtur: *ille* enim refert, *Deum in contentione filiorum Israel fuisse sanctificatum*; *hic* verò dicit, *Dominum imm fuisse exasperatum*, Psal. 78. v.17.

℞. Sanctificatus est Deus, non propter *murmur & contentionem Judæorum*, sed propter *suam omnipotentiam*, qua potuit; & *veritatem*, quâ voluit ex petra aquam elicere. Walther. in harm. Script. pag.195.

Vers.17. *Transeamus obsecro in terra tua, non transibimus in agro, & in vineâ, neq; bibemus aquas puteo, viâ regis ambulabimus, non declinabimus dextram vel sinistram, usque quò transeamus terminum &c.*

§.1. *Transeamus*, i.e. *liceat nobis transire*, §.2. *In agro & in vinea*, pro, *in agrum & in vineam*. §. 3. *Viâ regis*, h.e. *regiâ*. §.4. *Terminum tuum*, i.e. *regionem tuam*, quæ terminis & finibus circumscripta est. *Ariam.* in Bibl. p.134. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. pag.340.

Vers.18. *Et dixit ad eum Edom: Non transibis per me, ne forte in gladio egrediar in occursum tui.*

I. Observa (1.) *metonymiam* parum causæ efficientis *Edom*, pro effectu, *Edomitis*; partim *subjecti* pro adjuncto, Per *me*, i.e. per *regionem meam*; partim *causa instrumentalis* pro effectu; *gladius* enim pro *bello* est, utpote quod *gladiis* ut plurimum peragi...let. (2.) *Adverbium*, 19. *ne fortè* non dubitationem *de futuro*, hic indicare, sed pro particula *prohibendi* simpliciter accipi, *ne*. Jun. in Annot. ad h.l. p.152. seq. *Glass.* l.3. Philol. Sacr. tract. 5. can.25. m.2. pag.495.

II. Moses *sibi* contradicere videtur: hic enim ait, *regem Edom negasse Israelitis transitum per terram suam*; at *Deut.*2. v.29. affirmat, quòd *transitum concesserit Idumæus.*

℞. Viam *obliquam* concessit, *ordinariam* verò denegavit. Amicè postulârat Moses per suos legatos a... ge Idumæorum, ut *tritâ viâ* sibi cum populo transire per pagos & civitates concederetur; id quod concessum non fuit: quocirca necessitate compulsus Moses, per *ambages & extremitates illius regionis* populum suum duxit, v.21. judic. 11. v. 18. quod Edomiticus rex permisit. *Walther.* l.c. pag.196.

Vers.19. *Et dixerunt ad eum filii Israel: In via trita ascendemus, & si aquam tuam biberimus ego & pecudes meæ, & dabo venditionem earum, tantùm non verbum &c.*

Ecce (1.) Metonymiam: *venditio* enim pro *pretio* accipitur. (2.) Hebraismum: *Tantùm non verbum*, h.e. *ne quicquam detrimenti erit*. Ariam. in Bibl. p.134. *Jun.* in Not. ad h.l. p.153.

Vers.21. *Et renuit Edom dare Israeli transire in termino suo, & declinavit Israel desuper eo.*

§.1. *Edom*, metonymicè, pro *Edomitis*. § 2. *Dare*, id est, *concedere*. §.3 *Transire*, h. e. *transitum*. §. 4. *In termino suo*, i.e. *per regionem suam*. §.5. *Israel*, pro *populo Israelitico* ponitur. *Jun.* in Bibl. p.153. *Glass.* lib.3. Philol. Sacr. tract.3. Can. 31. not.1. p 158.

Vers.24. *Colligetur Aharon ad populos suos, quia non ingredietur ad terram, quam dedi filiis Israel, eò quod rebelles fueritis ori meo in aquis jurgii.*

I. In versu hoc habetur (1.) Hebraismus: *Colligetur ad populos suos*, i.e. *morietur*, v.26. ubi *colligi* exponitur *mori*. (2.) *Enallage* temporis præteriti, *dedi* pro futuro, *dabo*, vel pro præsenti, *do*. (3.) *Metonymia causæ* pro effectu: *Os* enim pro *præstituto* est. Quanquam hoc potiùs ad *ἀνϑρωποπάϑειαν* referendum est. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p.341. *Iun.* ibid. p.183. *Glass.* lib.5. Philol. Sacr. tract.1. cap.1. m.2. p.8.

II. Argumentum *Bellarmini*, pro *pœna*, *post remissam culpam* exolvendâ, vide confutatum in Vindic. *Numer.* 20. v.12. m.2.

Vers. 28. & 29. *Cumque Aaron spoliásset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium ejus; illo mortuo in montis supercilio; descendit cum Eleazaro.*

I. *Bellarminus* l.2. de Pontif. c.12. disputat, *Romanum Pontificem Petro succedere in Ecclesiastica Monarchia*, quia in V.T. *fuerit successio summorum Pontificum*, nam *Aaron* successit *Eleazarus*; at Sacerdotium V.T. *figura* fuerit N.T. Igitur & nunc successio in sede *Petri*, primi ac summi Christianorum Pontificis, conservari debeat.

℞. (1.) Petitur principiū; cùm *Petrus* dicitur primus & summus Christianorum pontifex: hoc enim in quæstione est. (2.) Argumentū non magis valet de *Petro*, quàm de *reliquis Apostolis*. Nam in V.T. non solùm fuit successio *Aaronis*, sed *omnium quoque Sacerdotum*: at *cæterorum Apostolorum* conceditur nulla fuisse successio; ideòque non est *legitima*, aut certè *necessaria* consequentia à V. T. ad Novum. (3.) Ἀ'ναλογον est, quod *Sacerdotium vetus* dicitur fuisse figura *Sacerdotii novi*, nisi Sacerdotium *novum* intelligatur de *Christo*, quem solum *ἱερέα* Scripturæ nominant.

Jesuitæ Posnanienses par.2. controv.2. sic argumentum emendant, ut dicant: non esse à *typo*, sed à *minori ad majus*.

℞. (1.) Hoc falsum est: nam disertè Bellarminus argumentatus est à *typo* seu *figura*. (2.) Causam non juvat: quia ejusmodi comparationes à *minori* ad *majus* tùm valet, cùm *eadem ratio* utrinq; subest, quæ hic deficit nimirum *institutio divina*. Itaque dicendum, etsi apud *Judæos* unius summi Sacerdotis successio fuerit, propterea quòd à Deo erat instituta; tamen apud *Christianos* nullam esse, quia non sit à Deo instituta. (3.) Apostolus ad Hebr.7. vers.23. hanc consequentiam refellit, cum docet, in *veteri lege* factos esse plures sacerdotes *successivè*, at non in *Ecclesia* Novi Testamenti, ubi unicus est Sacerdos perpetuus. Utrolibet ergò modò accipias, perinde est: nam constat Aaronem

fuisse typum Christi Sacerdotis. Ergò non sequitur: In *typo* erat successio, igitur & in *re significata*. Quòd si a *minori* ad *majus* malis, quia credat, potiorem esse consequentiæ rationem in ea ec, propter quam non fuit vetus Sacerdotium institutum, quàm in ea, propter quam institutum fuit? *Eckard.* par. 1. Pand. controv. Pontif. c. 7. q. 2. obj. 4. p. 324. seq. *Cham.* tom. 2. Panstr. l. 13. c. 3. n. 45. seq.

II. Offert sese quoddam ἐναντιοφανὲς: nam *Eleazarus fuit præsens. quando parens ejus moriebatur*, Cùm Levit. 21. v. 11. *omnis Pontifex prohibeatur ingredi ad mortuum super patre.*

℞. Tempore *officii* duntaxat, dum in sanctuario, eô functus est summus Sacerdos, interdictum illi fuit exire, & adesse parentum sepulturæ: at Eleazarus tùm temporis non erat in *sanctuario*, neque sacrificia sacrificabat. *Walther.* in harm. Script. pag. 196. seq.

CAP. XXI. v. 1. *Et audivit Chananæus Rex Arad, habitans meridiem, quòd venisset Israel viâ exploratorum, & pugnavit in Israel, & captivavit ex eo captivitatem.*

§ 1. *Chananæus*, h. e. *Amalekita*, ut qui habitavit in montanis ad meridiem. §. 2. *Israel* metonymicè ponitur pro *populo Israelitico*. §. 3. *Viâ exploratorum*, i. e. *eâ viâ quâ exploratores venerant*, Num. 13. v. 18. §. 4. *Captivavit ex eo captivitatem.* Hebraismus, pro, *captivam duxit ex Israelitis multitudinem.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 341. *Jun.* in Not. ad ad eund. loc. p 153. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 3. observ. 6. p. 784.

Vers. 2. *Et vovit Israel votum Domino, & dixit. Si dando dederis populum istum in manum meam, & anathematizabo urbes eorum.*

In versu hoc habetur (1.) Epizeuxis: *Dando dederis*, h. e *omninò dederis*. (2.) Metaphora: *manus* enim pro *potestate* est. *Jun.* in Not, ad h. l. p. 153. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 343.

Vers 4. *Et profecti sunt de Hor monte viâ maris Suph, ad circumeundum terram Edom, & abbreviata est anima populi in via.*

Moses utitur (1.) *Metonymiâ causa* pro effectu. *Edom* enim est pro *Edomæis*. (2. *Metaphorâ*: nam *abbreviatio*, de *anima populi* usurpata, *ejus consternationem, tædium*, & *afflictionem* notat. *Jun.* in Bibl. p. 153. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1 cap. 12. p. 378.

Vers. 5. *Locutusq; est populus contra Dominum & Moysen &c.*

Socinus in Refut. Bellarm. & Wieck. cap. 3. p. 58. resp. ad 1. argum.

Enjedinus in Explic. Locor. V. & N. T. p. 283. & *Autor Catechismi Racoviensis*, p. 87. ut eludant argumentum Orthodoxorum, pro *æterna* τοῦ λόγου *divinitate*, ex 1. Corinth. 10. v. 9. deductum, dicunt, *non statim eum, quem Israelitæ in deserto tentârint, esse verum* & *æternum Deum.* I. cum & *Mosen Israelitæ in deserto tentârint*, dum contra ipsum locuti sunt, qui tamen verus & æternus Deus non sit.

℞. Hic Moses non dicitur *tentatus ab Israelitis*, sed habetur saltem, populum *locutum esse contra Mosen*, & *murmurasse contra eundem.* Esse autem duo distincta, *murmurare contra aliquem* & *tentare aliquem*, Moses ipse docuit, *Exod.* 17. v. 2. & 7. ubi disertè inter *murmur adversum se*, & *tentationem Jehovæ* distinguit. Propositio ergò *universalissima* manet: *Quemcunque tentarunt Israelitæ in deserto, is fuit Jehovah, verus & æternus Deus.* Ratio: quia *solum Jehovam tentârunt.*

(2. Quia is, qui præter *Mosen* tentatus fuit, appellatur in Hebræo *Elohim*. quod non sit *Dei nomen proprium*, eoque *Angelus*, cujus ministeriô Israelitæ educti fuerant ex Ægypto, significetur, non ille *unus Deus Israelis.*

℞. (1.) Illud nomen *Elohim* primò & *per se* competit *vero & uni Deo Israelis*, secundario autem *legatis ejus*, teste *Christo*, Ioh. 10. v. 34. & 35. Atqui ille *Elohim*, contra quem Israelitæ loqvuti fuerunt, disertè appellatur *Jehovah*, v. 7. quod nomen *solius Dei veri* proprium est.

(2. *Angelus* ille, educens Israelitas ex Ægypto, revera fuit *Filius Dei*, in quo nomen *Dei* est, & potestas operatioq; divina, Exod. 23. v. 20. qui hoc loco agnoscitur esse *Jehovah* a populo, contra quem locutus fuit, *Num.* 21. v. 7. *Balduin.* in Colleg. de Trinit. disp. 7. thes. 25. seq. & in Refut. Catech. Arian. p. 191. *Thumm.* in Ἀντιδ. Theol. de trib. person. divin. p. 53. seq. *Tarnov.* de SS. Trinitat. p. 85. 86. 94. seq.

Vers. 6. *Et misit Dominus in populum serpentes ignitos, & momorderant populum, & mortuus est populus multus ex Israele.*

§ 1. *Serpentes* illi dicuntur *igniti ab effectu*, quòd morsu inducerent calorem quendam intensissimum in carnem affectam venenô eorum. §. . Præfixum ו, ET, ante verbum, *momorderunt*, exponendum est per, אֲשֶׁר, QUI. *Vatabl.* in Annot. ad. h. l. p. 342. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 153.

Vers. 7. *Et venit populus ad Mosen, & dixerunt: Peccavimus, quia locuti sumus in Dominum, & in te; ora ad Dominum, & recedere faciet desuper nos serpentem. Et oravit Moses pro populo.*

1. Nota hoc loco (1.) ב IN, significare *contra*. (2.) Conjunctionem copulativam exponendam esse per causalem. *Et recedere faciet*, pro *ut recedere faciat.* (3.) Singulare, *serpentem*, pro plurali, *serpentes*, h. e. *serpentum illam fœdam colluviem seu multitudinem.* Arias in Bibl. p. 135. *Jun.* ibid. p. 153. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 22. p. 85.

II. Litem à Photinianis contra *æternam Christi Deitatem*, hic intentatam, vide compositam in Vindic. *Numer.* 21. v. 5. m. 1.

Vers. 9. *Et fecit Moses serpentem æneum, & posuit eum super vexillum, & fuit, si mordebat serpens virum, & adspiciebat serpentem æneum, & vivebat.*

In textu hoc offert sese 1. *Enallaxis*, qua עַל, *super*, ponitur pro אֶל, IN, ita ut, עַל־הַנֵּס, vertatur, *in signum.* (2.) Metaphora: *vivere* enim est *sanitati restitui*, seu *reconvalescere.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 342. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p 3[illegible].

II. Deum non absolutè imagines, sive *sculptas* sive *pictas*, in lege sua prohibuisse, inde patet, quia *Moyses æneum serpentem Israelitis in deserto inspiciendum proposuit.*

Beza in Colloq. Mompelg. p. 395. excipit, non oportuisse omnium oculis exponi æneum serpentem.

℞. In hoc non peccatum est, quod *omnium oculis expositus est serpens æneus*, tum quia idipsum Deus jussit, v. 8. tum quia illô spectaculô pii fidem suam quotidiè confirmare potuissent. *Jacob. Andr.* in Act. Colloq. Mompelg p. 3[illegible]1. & 395.

III. *Salesius* in Defens. Vexill. Cruc. probaturus *in* N. T. *debere esse crucis imagines*, affert *æneum serpentem*, quem Moses jussu Dei suspenderit in *vexillo*, id est, in *formam crucis*: fiebant enim olim *vexilla* in formam *crucis*, ita ut lignum, ex quo velum penderet, alterum secaret. Infert ergò, *si in lege fuerint*

fuerint signa crucis ventura, etiam *in Evangelio esse debere ejus imagines.*

℞. 1. Negatur consequentia: tùm quia nullo Dei verbo nititur, tum quia non est eadem conditio Ecclesiæ pòst *adimpleta*, quæ erant *promissa*, quæ prius; aliàs deberent esse multa alia signa quæ nulla sunt. (2.) Distinguo *crucem*, ut significet, vel *abstractè*, ipsam crucem, in qua Christus affixus est; vel *concretè* Christum in cruce. *Priori* sensu negatur antecedens: nam Christus ipse, Iohann. 3. v. 14. asserit, serpentem *suspsum* efferendi in altum fuisse signum. Et sanè, qui potuit id, quod efferebatur in altum, significare id in quo quid effertur? *Alterâ* autem significatione nihil concluditur, non enim est necesse, si aliquid fuit *judæis* signum Christi crucifigendi, apud *Christianos* extare imagines ipsius crucis. (3.) נס Hebraicè significat non *propriè* id, quod *vexillum* dicitur à *velo*, etsi aliquando hoc ipsum; sed *universaliter*, quicquid elevatur in signum: ideoque & *perticam*, quomodo verisimile est serpentem erectum.

Non habet enim serpens eas dimensiones corporis, quæ decussatam crucem requirant. Est verò ineptum, morem vetustissimum *Judæorum* in vexillis metiri ex more *aliorum populorum*: quasi apud omnes gentes eadem sit *vexillorum* ratio, & non hodiè bellica omnium nationum *vexilla* unô potiùs ligno constent.

Salesius regerit, Justinum Martyrem in Apolog. pro Christian. testari, à Mose serpentem erectum in formam *crucis*.

℞. *Justinus* ibid. dicit, Mosen æs accepisse, & *typum crucis* fecisse; non verò *in formam sive figuram crucis*. Nam quis non videt falsum? æs enim factum est in *figuram serpentis*, quæ nullô modô esse potuit [illegible] crucis. Fuit ergò *typus crucis*, id est, *secundâ* significatione, Christi in cruce. *Cham.* tom. 2. Panstr. l. 22. c. 1. n. 18. 19. 20.

IV. *Bellarminus* l. 2. de Sanctor. Imag. c. 12. asserit, *imagines Christi & Sanctorum religiosè esse colendas atque honorandas*, quòd *serpens æneus, non potuerit non honorari*, cùm *in loco sublimi positus à Deo fuisset.*

℞. (1.) Hoc Bellarmini argumentum à *serpente æneo* deductum, est à scopo alienum: probat enim serpentem illum æneum, in sublimi positum, tanquam *sacrum symbolum* divinitus propositum, fuisse *honoratum*; cùm probare deberet, eum fuisse religiose adoratum, idque *jussu divinô*. Nam illud *honorare* vocabulum est nimis latè patens; significat enim *magnifacere & in pretio habere*, quomodo consentimus, omnia sacra in honore habenda. Sed quæritur de alio *honoris* genere, ut modò admonuimus: Iam verò negamus, serpentem fuisse *hoc modo* honoratum, sive ut distinctiùs loquamur, *religiosè cultum & adoratum*. Nam neque ullum fuit ea de re præceptum DEI, qui nihil aliud jussit, nisi *aspici*, v. 8. idque etiam asserunt *Azorius* lib. 9. Instit. Moral. c. 6. q. 7. & Vasquez. in part. 3. Thom. di p. 49. cap. 5. Unde cum serpens ille æneus per oblationem sacrificii *religiosè coli* inciperet, ab *Ezechia* Rege abolitus & exustus fuit, 2. Reg. 18. vers. 4. (2.) Si serpens æneus non potuit non adorari, quia fuit in sublimi positus, tum *Sol* etiam, *Luna, ac reliqua sidera*, imò *ambo latrones* cum Christo crucifixi, fuissent adoranda: non ergò *omnia, quæ in sublimi loco constituuntur*, adorantur. *Gerh.* tô. 3. LL. CC. loc. 15. de Leg. Mor. §. 97. p. 160. & l. 2. spec. par. 2. 2. p. 732. seqq. *Chã.* tô. 2. Panstr. l. 21 c. 5. n. 11. & 7. *Ames.* tô. 2. Bell. Enerv. l. 6. c. 5. th. 32.

V. *Papistæ nugantur, Eucharistiam esse adorandam*, quòd *elevetur ad ostendendam eam populo & adorandam*; sicut *serpens ille in deserto elevatus fuerit in figuram Christi.*

℞. (1.) Serpens æneus nequaquam est divinô jussu elevatus, *ut coleretur* à Judæis, sed *ut conspiceretur* à cunctis, ait Azorius l. c. Sic autem non colebatur, i. e. adorabatur, ergò concludimus, ex *elevatione* non concludi *adorationem*. (2.) Elevati serpentis ratio longè fuit alia: quia videlicet erat electio *mystica*. Etenim non *serpens*, sed *elatus serpens* denotabat Christum, Iohann. 3. v. 14. Atqui vel concedentibus Papistis, *elevatio Eucharistiæ* non est *mystica, sed extrinsecus ritus*, neq; adeò ex *institutione.*

Costerus in Enchlrid. c. 11. p. 374. instat, *serpentem æneum non potuisse non honorari*, cùm *salutem miseris in se adspicientibus adferret*: honor autem quis major, quam ut ab imagine petatur morbi gravissimi curatio?

℞. (1.) Si serpens æneus non potuit non adorari, quia *salutem miseris in se adspicientibus* afferebat, tum *Sol salutem* afferens esset adorandus. Non ergò omnia, quæ salutem adferunt corpoream, adoranda sunt; alioquin infinitæ *stirpes* essent adorandæ, adorandi *Medici*, & adoranda *piscina*, quæ in Siloe, Iohann. 5. v. 4. (2.) Serpens elevatus salutem *per se* non attulit, neque *in ipso* fuit virtus saucios Israelitas sanandi; sed ut aspectus ejus esset *symbolum sanationis à Deo petendæ ac sperandæ*, Sap. 16. v. 7. & *Lyra* in h. l. & *typus Christi*, in crucem evehendi, ac salutem collaturi illis, qui oculis fidei cum adspicerent, Ioh. 3. v. 14. & 15. *Gerh.* l. c. *Gesen.* de Papism. disp. 25. thes. 40. seq. *Cham.* tom. 2. Panstr. l. 21. c. 5. n. 7. p. 417. & tom. 4. l. 7. c. 2. n. 15. 16. 32. p. 166. *Ames.* tom. 2. Bellarm. Enerv. l. 6. c. 5. th. 32. pag. 232.

VI. *Lindanus* lib. 4. Panopl. c. 22. in justificatione hominis peccatoris statuit, *peccata in ipsius corde funditus extirpari, per Christi gratiam & pharmacum*; cùm *serpens ille æneus, in deserto in Christi typum erectus, judæos à venenatis regulorum morsibus planè liberarit, curârit & sanârit*: illudq; tantò magis Christus præstet, quantò *umbrâ* præstet corpus, atque *æneo serpente* efficacior sit *Christus.*

℞. Typi significant, *quod futurum* sit, ut faciat Christi gratia; sed *momenta temporum* non distinguunt, *quibus* ita futurum sit. Itaque implentur eorum significata, si certum sit, id aliquando futurum, quod illi pollicentur. Non sequitur ergò: Sic in vita hac *perfectè* sanabantur ab iis morsibus Israelitæ, sic in hac vita *perfectè* sanatum iri fideles à peccato. Atque adeò idem ipse serpens, qui statim ut factus, in altum elatus, Christum ipsum significavit *crucifigendum*, etsi non nisi annis post nativitatem triginta, & quod excurrit. Et rursus, non quomodo *ille semper* elatus, sic *iste nunquam non* cruci affixus, sed duntaxat *paucas horas*. *Cham.* tom. 3. Panst. l. 21. c. 16. n. 8. seq. p. 443.

VII. *Pistorius* in Sodeg. p. 178. impugnaturus *imputativam Christi justitiã*, & propugnaturus *infusã justitiam*, urget similitudinẽ *serpentis ænei*: Quemodũ inquiens, *qui serpentẽ intuebantur vulnerati, sanabantur in se, & non in serpente; ita qui fide intuentur Christum, justificantur in se, & non in Christo.*

℞. Christus ipse Ioh. 3. v. 14. & 15 ostendit applicationem, ubi duo sunt partes collationis: (1.) Ut serpens extollitur, ita Christus exaltatus est in cruce; (2.) Ut intuentes serpentem sanabantur à morsu

ignitorum serpentum, ita fide intuentes Christum non pereunt, sed habent vitam æternam: Habes, Pistori, *tertium comparationis*, ultra quod si eam extendas, peccas in Leges Logicas. Edissere verò nobis, vita æterna hæretne *subjectivè* in hominibus justificatis in hac vita, an *expectatur post mortem?* uti quidem dicebas p.163. *Menzer.* disp. Antipist.5.thes.175.

Vers.14. *Unde dicitur in libro bellorum Domini, contra Vahebum in turbine, & contra flumina Arnon.*

I. Ecce (1.) *Hebraismum*, nam, סֵפֶר, *liber*, Hebræis est, *recensio* seu *narratio* alicujus rei. (2.) *Ellipsin* verbi conjugati, נִלְחַם, *pugnavit*, quod in nomine conjugato, מִלְחֲמוֹת *bellorum*, latet: *Contra Vahebum*, scil. *pugnavit*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.342. *Glass.* lib.4. Philol. Sacr. tr.2. observ. 5, m. 2. p.712.

II. *Becanus* in lib. de Judic. controv. fid. & relig. p.60.§.36. existimat, & hoc *Scripturam facere obscuram*, quòd in historiis interdum citetur liber, qui quidem, si existeret, multum lucis adserret lectori; sed quia non extet, relinquat ambiguum & suspensum: cujusmodi sit *liber bellorum Domini*.

℞. (1.) Jesuita fallitur *homonymiâ*: vox enim Hebraica סֵפֶר, non tam *librum* significat quam *narrationem*, à radice, סָפַר, *narravit*. Ineptè autem concluditur: Si *narratio* est, *scripta ergò*. Moses *narrationem* dicit, *scriptam* non dicit. Deinde verbum יֵאָמַר, in Hebræo positum, dicit *futurum*, & rectius exponitur, *dicetur*. Ex quo patet, Mosen loqui non de *re conscripta*, sed de *re imposterum narranda*, ita ut sensus verborum ejus sit: *Cùm bella Dei recensebuntur à posteris, hoc quoque dicetur, quòd sicut Deus fecit in mari rubro, ita fecit in torrentibus Arnon.* Quapropter ex hoc loco, de ullo *scripto libro*, qui exciderit, non justa potest fieri argumentatio, nedum de *libro bellorum Domini*. (2.) Sed esto sanè, fuerit *liber scriptus*: ne hoc quidem propterea obtinebitur, librum hunc *sacrum* fuisse, qui ex *canone* exciderit. Nam sicut *librum* fuisse negamus, & probari postulamus; ita rursum hic duo postulata concurrunt: *unum*, probari, quòd liber fuerit *sacer*; alterum, quòd liber sacer fuerit *relatus in canonem*. Quisquis enim librum sacrum relatum in Canonem excidisse confirmat ex hoc loco, eum hæc tria postulata probare necesse est: *librum* fuisse, *sacrum* fuisse, & fuisse *Canonis*. (3.) Defectus libri alicujus, in Scripturis citati, difficultatem & obscuritatem non parit, quæ in cognoscendis & disjudicandis controversiis fidei & morum, vel tantillum impedimento esse queat. In *particulari* enim tantùm historiâ & sententiâ aliquâ ad eundem provocatur, cujus summa vel eo ipso, quæ citatur loco, recitatur, vel alibi copiosiùs & clariùs explicatur: Uti hic allegatur *liber bellorum Domini de finibus*. *Morb. Gerhard.* lib.2. spec. par. 1. Conf. *Cathol.* p.260.6. *Gerth.* de judic. controv. p.109.111.112. *Iun.* tom.1. oper. Theol. p 464.

Vers.17. *Tunc cecinit Israel canticum hoc: Ascende putee, canite ei.*

Moses adhibet (1.) *Metonymiam causæ pro effectu*: nam *Israël* pro *posteris ejus* est. (2.) *Prosopopœiam*, alloquitur enim *puteum ut ascendat*, i. e. *exaltetur* (3.) *Hypallagen*: inversus enim est ordo: *Ascende putee, canite ei*, pro, *Canite ei, ascende putee*. Vatabl. in Annot. ad h.l.p.343. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p.153.

Vers.21. & 22. *Misit autem Israel nuncios ad Sehon regem Amorrhæum, dicens? Obsecro ut mihi transire liceat, &c.*

Offert se hic ἀντιλογίας species: nam *Israelitæ pacem offerunt Amorrhæis*, cùm mandatum habuerint, *ipsos delendi*, & *terram ipsorum occupandi*.

℞. Probabile est, Israelitas hoc facere non ex *proprio consilio*, sed *Dei jussu*, qui priùs vult hujus Regis immanitatem & obstinatam malitiam notã facere, ut judicii divini æquitas perspiciatur. Rex enim adeò transitum concedere non vult, ut ad prohibendum populum armatâ manu procedat, & cum Israëlitis confligat; accidit autem, ut hac occasione succumbat, & deleatur cum toto suo exercitu. *Walther.* in harm. Script. p.197. seq.

Vers.23. *Et non dedit Sichon, Israelem transire in termino suo, & collegit Sichon omnẽ populũ*, &c.

In textu hoc reperitur (1.) *Hebraismus*: נָתַן, enim, *dedit*, pro, *permisit*, ponitur. (2.) *Meiosis*; nam verbum negans, *non permisit*, stat pro contrario affirmante, *omni vi adhibitâ prohibuit*, Deut. 2. v. 30. (3.) *Metonymia adjuncti pro subjecto*: siquidem *terminus* pro *regione est*, terminis quippe & finibus circũscripta. *Glass.* l.3. Phil. Sacr. tr.2. can.30. p.286.

Vers.24. *Et percussit eum Israel ad os gladii, & hæreditavit terram ejus ab Arnon usq; ad Jaboc, &c.*

Iteratur nunc (1.) *Metonymia causæ* pro effectu: *Israel* enim pro *ejus posteris est*. (2.) *Metaphora*: nam *os gladii* aciem ejus notat, quâ mordet quasi scinditque. *Ariæm.* in Bibl. p.35. *Glass.* lib.5. Philol. Sacr. tract.1. cap.11. p.309.

Vers.28. *Quia ignis egressus est de Chesbon, flamma è civitate Sichon, comedit Ar Moab, dominos excelsorum Arnon.*

Videsis (1.) *Metaphoram*: nomine enim *ignis* & *flammæ*, *intelliguntur copiæ militares, & bella desolantia*. (2.) *Prosopopœiam*: *comedere* namq; tribuitur *igni consumenti*, (3.) *Hebraismum*: *Dominos excelsorum*, h.e. *habitatores eorum*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.344. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p.154. *Glass.* lib.3. Philol. Sacr. tract.1. can.35. m.3. p.128.

Vers.30. *Et projecimus eos, periit chesbon usque ad Dibon, & desolavimus usq; ad Nophach, quæ usq; &c.*

§.1. וַנִּירָם *verbum* esse, tum *punctatio* præfixi ו (quæ in nominibus hac forma usitata non est) tum *simile verbum* in hoc versu ostendit, וַנַּשִּׁים, & *desolavimus*, quod in Hiphil est, à שָׁמַם, itidem cum ו conversivo in futuro. §.2. *Ellipsis verbi* est: *Quæ*, sc., *extenditur*. Ariæm. in Bibl. p.135. *Glass.* lib.4. Philol. Sacr. tract.1. observ.7. m.3. p.686.

CAP. XXII. v.4. *Et dixit Moab ad Seniores Midian: Nunc lingent congregatio hæc omnes circuitus nostros, &c.*

Habes hic (1.) *Metonymiam* tum *causæ* pro *effectu*, quia *Moab pro ejus posteris* ponitur; tum *subjecti* pro *adjuncto*: *Circuitus nostros*, h.e. *omnia quæ sunt in circuitu nostro*. Sequitur enim: *Sicut bos lambit gramen agri*. (2.) *Metaphoram*: nam *lingere* hominibus tributum, *absumere* significat, sicut bos gramen depasturus, lambendo quasi id arripit. (3.) *Enallagen numeri*: singulari enim collectivo, *congregatio*, respondet verbum plurale, *lingent*. Ariæm. in Bibl. p.136. *Glass.* lib.5. Philol. Sacr. tract.1. cap.3. m.2. p.36. & cap.11. p.310.

Vers.5. *Et misit legatos ad Bileam, filium Beor in Bethor, quæ super flumen, terra filiorum populi sui, ad vocandum ei, dicendo: Ecce populus egressus est ex Ægypto, ecce operuit oculum terræ, & ipse habitans contra me.*

§.2. Sa-

§.1. *Super flumen*, i.e. *juxta Euphratem*, per synecdochen. §.2. *Filiorum populi sui*, h.e. *popularium suorum*, Hebraismus. §.3. *Oculum terræ*, pro, *superficiem terræ*, metaphoricè. §.4. *Hyperbole* est: *Operit superficiem terræ*, nim. præ multitudine. §.5. *Habitans contra me*, id est, *manet prope regionem meam*. Ariæm. in Bibl. p. 136. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p. 344. seq. *Jun.* in Not. ad eund loc. p. 154.

Vers. 6. *Et nunc veni quasò, maledic meâ causâ populo huic, quia essent ipse præ me, fortassis prævalebo, percutiemus eum, aut expellam eum è terra, quia novi, cui benedixeris, benedictum, & cui maledixeris, maledictum.*

I. Continetur hic (1.) Metaphora: *essens* enim notat *robustum*. (2.) Hebraismus: *Robustus præ me*, h.e. *robustior est meipso*; Hebræi siquidem carent comparativo. (3.) *Synecdoche generis* pro specie: *terra* namque pro *regione* est. Ariæm. in Bibl. p. 136. *Vatabl.* in annot. ad h.l. p. 145. *Jun.* ibid. p. 154.

II. R. *Bechas* in *Genes. 1. v. 26.* urget, *quempiam in scripturis de se pluraliter interdum loqui*, *Regem Balak* de se: *Percutiemus eum.*

R. *Aben Ezra* in comment. Genes. 1. v. 26. ait, *testem hunc falsum esse*: vel enim intelligi *Regem Balak cum suo exercitu*, vel נַכֶּה esse *infinitivum*, sensu eo: Forsan. אוּכַל נַכֶּה־בּוֹ, *potero percutere eū.* Quæ sententia optima est. Intelligitur autem *infinitivus in Piel*, à נכה inusitato in Piel, נַכֵּה infinitivus, נַכּוֹת, & ob lineam Maccaph, נַכֶּה. *Glass.* l. 3. Phil. Sacr. tract. 3. can. 51. p. 393. seq.

Vers. 7. *Et iverunt seniores Moab, & seniores Midian, & divinationes in manu eorum, & venerunt &c.*

Metonymia est *causa* pro *effectu*: nam קְסָמִים, *divinationes* seu *auguria* ponuntur pro *præmiis & honorariis* eorum, quæ darent Moabitæ Bileamo pro *labore augurii*. Glass. lib. 5. Phil. Sacr. tract. 1. c. 1. m 3. p. 11. seq.

Vers. 13. *Et surrexit Bileam in manè, & dixit ad principes Balac: Ite ad terram vestram, quia renuit Dominus dare me ad eundum vobiscum.*

Iteratur nunc (1.) *Synecdoche generis* pro specie: *terra* enim est pro *regione* (2.) Hebraismus: *Dare me*, h.e. *concedere mihi*. Ariæm. in Bibl. p. 136. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 11. not. 1. p. 258.

Vers. 15. *Et addidit adhuc Balac mittere, principes multos & honeratos præ illis.*

Geminus *Hebraismus est*: Unus, *Addidit mittere*, h.e. *iterum misit*; alter, *multos & honoratos præ illis*. i.e. *plures & honoratiores illis*. Ariæm. in Bibl. p. 136. *Vatabl. in Annot.* ad h.l. p. 345. *Jun.* ibid. p. 154.

Vers. 18. *Et respondit Bileam & dixit ad servos Balac: Si dederit mihi plenitudinem domûs suæ Balac argentò & aurô, non potero transgredi os Domini Dei mei, ad faciendum parvum vel magnum.*

In versu hoc invenitur (1.) *Enallage* abstracti pro concreto *plenitudinem domus suæ*, h.e. *plenam domum suam*. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: nam *os Domini* pro *ejus præstituto* est. Ariæm. & *Jun.* l.c.

Vers. 19. *Et nunc sedete quaso in hoc etiam vos hac nocte, & sciam, quid addat Dominus loqui mecum.*

Bileam utitur (1.) *Synecdoche speciei* pro genere: *Sedete*, h.e. *manete*. (2.) *Ellipsi* nominis: *In hoc*, sc. *loco*. (3.) *Enallaxi* conjunctionis copulativæ & causalis? *Et sciam*, pro, *ut sciam*. (4.) Hebraismo: *Addat loqui*, pro, *rursus loquatur*. Ariæm. & *Jun.* ibid.

Vers. 20. *Venit Deus ad Balaam nocte, & ait ei: Si vocare te venerint homines isti, surge & vade cum eis.*

Nonnulli ex *Calvini* asseclis evincere allaborant, *Deum interdum aliud externô verbô testari, aliud verò clausum in corde occultare.* eò quòd *præceperit Bileamo, ut abiret ad regem Balaac*; quæ fuerit voluntas *signi*, sed non *beneplaciti*, quia ipsum abire noluerit. v. 22. Et videtur, *simulationem* istam fuisse *malam*, quia tendebat ad Bileami perniciem, vers. 32. & 33.

R. (1.) Exemplum istud prorsus alienum est à *præsenti* controversia; cùm nos de *salute hominum* & *promissionibus Dei* quæramus. (2.) Deus v. 20. non *simulavit*, quia ibi tantum παραχώρησις & *permissio* habetur, conjuncta cum *displicentia & ira* v. 22. adeò ut sensus sit verborum divinorum: *Quia non vis acquiescere in responso meo, vadas sanè, sed tuo periculo; ego permittam ita fieri, sed cedet in tuum detrimentum.* Fit enim sæpius, ut *verba mandati* exponenda sint *permissivè*. Exemplum habetur 2. Reg. 2. v. 16. ubi Elisæus nolebat mitti quosdam ad quærendum Eliam: tandem tamen coegerunt eum, ut acquiesceret, & diceret: *Mittite*, hoc est, *permittam sanè, ut quidam mittantur, sed frustra erit.* Sic Christi mandatum, *ite*, factum ad Dæmones, porcos Gergesenorum ingressuros: Matth. 8. v 32. *permissivè* exponitur, Luc. 8. v. 32. *Et permisit illis.* (3.) Sed etsi mandatum Jehovæ in *proprio suo sensu* retineretur, neque de *permissione* exponeretur; inde tamen Adversariis nihil accederet. Nam *prius* mandatum Jehovæ de non abeundo, in v. 12. est modò πειραστικὸν seu *tentatorium* (quale illud ad *Abrahamum* fuit, Gen. 22. v 1.) ad explorandam, & in lucem protrahendam, Bileami inobedientiam ac contumaciam: *posterius* verò de *abeundo* in v. 20. *voluntatem ipsam Dei constantem* exprimit. *Meisner.* dec. 2. Anthr. disp. 2. q. 1. thes. 34. *Glass.* l. 3. Philol. Sacr. tract. 5 can. 8. p. 441. seq.

Vers. 22. *Et accensa est ira Dei, quia abiens ipse, & stetit Angelus Domini in via, in adversarium illi, & ipse equitans super asinam suam, & duo pueri ejus secum.*

§.1. Adverbium temporis indeterminati, *quum*, per conjunctionem כִּי, *quia* exprimitur: *Quia abiens*, pro *quum abiret*. Abitio enim illa, (quæ ad mandatum Dei facta est, v. 20) non *causa*, sed *circumstantia modo temporis* est, respectu *iræ divinæ*. §.2 *Enallage* est temporis præsentis, *equitans*, pro præterito imperfecto, *equitabat*. §.3. *Ellipsis* est verbi substantivi: *Duo pueri ejus* scil. *erant*. Ariæm. in Bibl. p. 136. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 5. can. 8. pag. 441.

Vers. 23. *Cernens asina Angelum Domini stantem in via, evaginatò gladiò, avertit se de itinere, & ibat per agrum, &c.*

Posse corpus Christi in S. Cœna adesse, licèt à nobis haud videatur; inde constat, quia *potest aliquid esse simul obvium alicujus visui, & alterius visui non obvium, quantumvis præsens verè*; ut *angelus* Asinæ erat visus, non item *Bileamo*.

Pezelius libr. contr. Hunn. de Sacram. p. 104. excipit, *oculos Bileami fuisse detentos, qui videre non potuerit*, propter impedimentum conspectûs, quod fuerit non in ipso *Angelo*, sed in *Bileamo*: nos autem contendere, *carnem ipsam Christi* eandem esse *visibilem*, & *invisibilem*.

℞. Phrasin, quâ dicit, *oculos Bileami fuisse detentos*, non explicat Antagonista, ut sub ea non explicatâ quoddam sui erroris latibulum habere queat. At vero, si *videre* est immutabilis proprietas rerum visibilium, non poterunt oculi *naturaliter* aperti sic teneri, quin videant objectum visibile. Jam si teneri oculi possunt, ut quamvis naturali ratione aperti verè, non tamen videant id, quod alterius oculis est obvium, habemus, quod in argumento proposito volebamus. *Hunn.* tom. 1. oper. Latin. pag. 412.

Vers. 24. *Et stetit Angelus Domini in tramite quodam vinearumm, acervia ex hoc, & maceria ex hoc.*

Videsis (1.) *Ellipsin* nominis, *Ex hoc*, scil. *loco*. (2.) *Hebraismum*, quod demonstrativi pronominis repetitio distribotionem indicat: *Ex hoc, & ex hoc*, i.e. *hinc illinc*, seu *utrinque maceriam habentes*, Glass. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 5. p. 183.

Vers. 28. *Et aperuit Dominus os asina, & dixit ad Bileamum: Quid feci tibi, quia percussisti me istis tribus vicibus.*

Nota hoc loco (1.) conjunctionem ET usurpari locô pronominis, QVÆ: *Et dixit*, pro, *qua dixit*: (2.) QVIA poni pro QVOD. (3.) Demonstrativũ זה, *istu*, nomini numerali, שלש *tribus*, pleonasticè quidem, cum emphasi tamen addi: *Istis tribus vicibus*, h.e. *tribus jam vicibus*. Iun. in Bibl. p. 155. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 6. p. 185.

II. *Gentiles* quidam pro *fabula* narrationem hanc Mosis habuerunt, quia fieri non possit, *asinam loqui*, cùm id *natura ipsius adversetur*.

℞. Duæ sunt *natura* partes: Una *hujus natura*, quæ circumcluditur doctrinâ *Physica*, id est, rerum *corporalium*; altera *superioris natura*, quæ circumcluditur doctrinâ *Metaphysicâ*, id est, rerum, quæ naturæ hujus inferioris comparatione super naturales appellantur. *Totius* autem naturæ secundùm utramque partem arbiter Deus est; ineptum igitur est, impios istos homines sic colligere; Non potest istud secundùm *hanc* naturam fieri, ergò non secundùm *illam* superiorem. Imò magis adhuc impium: Non potest hoc secundùm naturam fieri *rerum creatarum*, nec igitur potest secundùm naturam *Dei & virtute illius*. Spiritum autem hoc in corporibus præstare posse, demonstrat exemplum *Dæmonolatrarum*, quibus *Dæmon* per *species* aut instrumenta sua solet responsa dare. Quod si id ille speciebus aut instrumentis suis facere potest, & apud *gentiles* fecit; cur non *auctorem ipsum natura* credemus idem facere potuisse, imò & fecisse, *asina istius lingua*? Esset enim maximæ impudentiæ, *Deo* eripi, quod tribuatur *Dæmoni*. *Jun.* tom. 1. oper. Theol. p. 469. seq.

Vers. 30. *Et dixit asina ad Bileamum: Nonne ego asina tua, quam equitâsti super me, ex quo adhuc tibi, usq; ad diem hanc? Num consuescendo consuevi facere tibi sic?* &c.

§. 1. *Nonne ego*, scil. *sum*, κατ᾽ ἔλλειψιν. §. 2. *quam equitâsti super me*, pro, *super quam equitâsti*, ubi τὸ *me* redundat. § 3. Adverbium temporis continuativum, עוד, *adhuc*, respicit tempus præteritum מעודך *ex quo hactenus* tua fui. §. 4. *Consuescendo consuevi*, h.e. *unquam consuevi*. Ariæm. in Bibl. p. 136. *Jun.* in Not. ad h.l. p. 155. Glass. lib. 3. Phil. Sacr. tract. 5. can. 10. m. 2. p. 449.

Vers. 31. *Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum stantem in via evaginatô gladiô, adoravitq; pronus in terram.*

I. *Pezelius* l.c. urget, *impedimentum conspectus fuisse in Bileamo, cujus oculi demum aperti fuerint, ut illicò videret Angelum, quem priùs non viderat.*

℞. Legitur sanè in hac historiâ de *apertione oculorum*, quæ postquam facta sit, illicò vidisse Bileamum, quòd prius non viderat: Sed intelligitur ejusmodi *apertio*, quâ oculi illius *naturali* ratione verè aperti, nec tamen Angelum Dei cernere valentes, nunc *peculiari planè modo* collustrantur, ut videant assumtam angeli formam. *Hunn.* d.l.

II. *Bellarminus* l. 1. de Sanct. beatitud. c. 13. rat. 2. contendit, *Angelis deberi cultum religiosum*, i.e. minorem *divino*, & majorem *civili*; quòd *Bileam angelum Dei adoraverit*, quamprimum ipsum agnovit.

℞. Exemplum hoc est alienum: tùm quia Bellarmino propositum est demonstrare, Angelos ab hominibus *piis & prudentibus* fuisse adoratos; jam verò Bileamus nec *pius* nec *prudens* fuit, sed *magus*, Num. 24. v. 1. avarus, 2. Petr. 2. v. 15. ideòque ab Angelo occidendus, Num. 22. v. 33. Imò *infidelis*, & *Baalis cultor*. Esto igitur, *adoravit ille Angelum*: an verò hinc discenda erit Christianis vera adorationis & cultus religiosi forma? absit. Tum quia Bileamus non *religiosam* seu *internam*, sed saltem *civilem* sive *externam* reverentiam Angelo sibi *apparenti exhibuit*.

Excipit *Jesuita* ibid. quòd ridiculum sit dicere, Angelis deberi *civilem honorem*.

℞. (1.) Sic ergo Bellarmino *Nihusius* Apostata ridiculus est, qui c. 2. in præfat. hoc Bileami exemplũ, nõ pro adoratione *religiosa* sed *civili* allegat. (2) *Civilis honoris* appellationẽ *nimis strictè* Bellarminus accipit, cùm *generaliter* pro *quovis honore* creaturis debito, distincto autem à *religioso* cultu, qui soli Deo debetur, sit accipiendus, illumque si vocare nolit *civilem*, appellet cum *Costero* in Enchirid. p. 347. honorem *externum*. *Gerhard.* tom. 8. LL. CC. loc. 29. de Mort. §. 437. p. 834. & 837. *Hummel.* tract. de Nat. invoc. relig. par. 2. Clas. 3. cap. 3. m. 1. §. 1. pag. 432. 433 seq.

Vers. 32. *Et dixit ad eum Angelus Domini: Super quid percussisti asinam tuam istis tribus vicibus? Ecce ego egressus sum in adversarium, quia declinavit hac via in conspectu meo.*

Continuatur hic (1.) *Pleonasmus*: Istis tribus vicibus, pro *tribus jam vicibus*; ubi ly *istis* abundat. (2.) *Ellipsis pronominis*, ex v. 22. subaudiendi: *In adversarium*, scil. *tibi*. (3.) Metaphora, *quâ via*, pro *instituto* accipitur, q.d. alium hujus tuæ profectionis finem tibi proposuisti à meo. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p. 347. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 155. *Glass.* lib. 3. Phil. Sacr. tract. 5. can. 8. p. 442.

Vers. 34. *Et dixit Bileam ad Angelum Domini: Peccavi, quia non sciebam, quod tu stans in occursum mei in via. & nunc, si est malum in oculis tuis, revertar mihi.*

In textu hoc offert sese (1.) *Enallage temporis* præsentis. *stans*, pro præterito imperfecto, *stares*. (2.) *Hebraismus*: *Si est malum in oculis tuis*, h.e. *si displicet tibi*. (3.) Pleonasmus: *Revertar mihi*, ubi ly *mihi* redundat, aut *metonymicè* significat, *in domum meam*. Ariæm. in Bibl. p. 137. *Iun.* in Annot. ad h.l. p. 155. *Vatabl.* ibid. p. 347.

Vers. 35. *Ait Angelus ad Balaam; Vade cum viris istis.*

Instant

Instant quidam *Calvini* sectatores ad Vindic. v. 20. nihilominus Deum *exteriore alloquio* probare aliquid, quod *interiore animi affectu* improbet; cum Bileamo præcipiat, ut abeat; & tamen v. 12. ipsum abire nolit, atque sic simulàrit.

℞. Hic non *simulavit* Deus: quia serio voluit, ut pergeret Bileamus, licèt *itineris initium* non approbaverit. Deus enim *initiò* interdixerat Bileamo, ne ad Balaachum iret, vers. 12. Sed cùm Bileamus instantiùs vocaretur à Balaacho, & semel iter ingressus erat, noluit Deus eum reverti, sed *serio* voluit eundem pergere, hac tamen lege, ne alia dicat Balaacho Balaam, quam quæ Deus præscriberet dicenda, atque hinc occasionem captaret illustrandæ gloriæ, & Hebræis benedicendi. *Meisn.* l. supr. cit. *Brochm.* tom. 1. Syst. Theol. art. de grat. Dei. c. 2. q. 29. obj. 4. p. 611. b. & p. 613. ad 4. *Walther.* in harm. Script. p. 198. seq.

CAP. XXIII. v. 4. *Et occurrit Deus ad Bileam, & dixit ad eum: Septem altaria ordinari, & ascendere feci juvencum & arietem in altari.*

Moses utitur (1.) ἀνθρωποπαθείᾳ: *occursum* enim *Deo* attribuit, quô *Dei manifestatio* denotatur. (2.) Enallaxi, quâ conjunctio copulativa ו, ET, pro pronomine relativo אֲשֶׁר, QUI, ponitur: *Et dixit*, pro, *qui dixit*; nisi statuatur Ellipsis nominis ex membro præcedente repetendi: *Et dixit:* scil. *Bileam.* Jun. in Bibl. p. 155. *Glass.* lib. 5. Phil. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 144.

Vers. 7. *Et assumsit parabolam suam, & dixit: De Aram adduxit me Balak rex Moab, de montibus Orientis: Abi, maledic mihi Jaacob, & ito, indignare Israel.*

§. 1. *Parabola* est sententia, graviter ac seriò dicta, & de magni momenti rebus. §. 2. De *Aram*, h. e. ex *Mesopotamia*, Syriæ parte, *Deut.* 23. v. 4. §. 3. *Moab* & *Jaacob* sive *Israel* metonymicè pro *eorum posteris* sumuntur. §. 4. *Indignare*, i. e. in *indignationem adduc.* Jun. in Not. ad h. l. p. 155. *Glass.* lib. 2. Philol. Sacr. tract 1. par, 2. sect. 5. art. 1. m. 3. p. 478.

Vers. 10. *Quis numeret pulverem Jaacob, & numerum quarta Israel? Moriatur anima mea morte justorum, & sit novissimum meum, sicut ipsius.*

I. In textu hoc continetur (1.) Metaphora: *Pulverem Jaacob*, i. e. *multitudinem filiorum Jaacob.* (2.) *Ellipsis* nominis: *Et quanta* scil. *partis.* (3.) *Synecdoche partis* pro toto: *Moriatur anima mea*, h. e. *ego moriar*; mors enim *totius compositi* est. *Ariæm.* in Bibl. p. 137. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 348. *Jun.* ibid. p. 155. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 17. m. 1. p. 459.

II. *Robertus*, Satisburiensis Episcopus, in Exerc. de grat. & persever. Sanctor. p. 50. putat, ex eo, quòd *apostata illi* Hebr. 6. v. 5. dicantur *gustâsse virtutes futuri seculi*, non sequi, *eosdem fuisse regeneratos*: nam & *Balaamum gustâsse virtutes futuri seculi, easq; optâsse.*

℞. *Hoc ipsum* negatur: quamvis enim Balaamus, ex visione Jehovæ, ita edoctus, pulchritudinem & prosperitatem populi Israelitici viderit, & mortem justorum appetiverit, non tamen textus dicit, quòd percéperit gustum æternæ beatitudinis: siquidem hic solis piis & regeneratis competit. Fevverborn. in Dissert. de Peccat. in Spirit. Sanct. t. 8. p. 78. 79. seq.

Vers. 13. *Et dixit ad eum Balac: Ito quæso mecum ad locum alium, quo videas eum inde: tantùm extremum ejus videbis, & totum ipsum non videbis, & maledices mihi inde.*

§. 1. *Quo inde*, i. e. *ex quo.* § 2. *Videbis*, nō *videbis*. h. e. *vidisti*, nō *vidisti*. Ita accipiēdū esse, collatio v. 4. & 18. ostendit. §. 3. *Totū ipsum non videbis*, i. e. *partē tantùm istius videbis.* Jun. in Bibl. p. 155. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 49. m. p. 385. & tract. 5. can. 19. p. 480.

Vers. 16. *Et occurrit Dominus ad Bileamum, & posuit verbum in ore ejus, & dixit: Revertere ad Balac, & sic loquèris.*

I. Ecce (1.) Ἀνθρωποπάθειαν: *occursus* enim *Deo* tributus, *ejus manifestationem* denotat. (2.) Hebraismum: *Posuit verbum in ore*, h. e. *suggessit illi, quæ responderet.* (3.) *Enallagen* modi indicativi, *loqueris*, pro, imperativo, *loquitor.* Jun. in Bibl. p. 156. *Vatabl.* in Annot. ad Numer. 23. v. 5. p. 548. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 144.

II. *Lyranus* suspicatur, *Deum misisse Samuelem*, 1. Sam. 28. v. 12. cùm *Maga illa Endoraa advocaret* malum spiritum; quemadmodum, cùm *Balaam* excitare vellet Diabolum, *Deus sese interposuerit.*

℞. (1.) Quòd *Balaamus Diabolum excitare voluerit*, incertum est, nec potest ex Historia probari. (2.) Nullū *interventus divini* vestigium habetur in Historia *Saulis*, sicut in historia *Balaams*. Gerhard. tom. 8. LL. CC. loc. 29. de Mort. §. 174. p. 302.

Vers. 19. *Non vir Deus, ut mentiatur, & filius hominis, ut pœniteat eum: an ipse dixit, & non faciet? an loquetur, & non præstabit illam?*

Reperitur hic (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Non vir*, sc. *est.* (2.) *Synecdoche* speciei pro genere: *vir* enim pro *hom.* est. (3.) *Enallage generis* fœminini, *illam*, pro neutro, *illud*; neutro enim genere Hebræi carent. *Ariæm.* in Bibl. p. 137. *Jun.* ibid. p. 156. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 19. p. 74.

Vers. 20. *Ecce benedicere accepi, & benedixit, & non avertam illam.*

Habetur hôc locô (1.) Ellipsis: *Benedicere*, i. e. *benedicendi onus*, vel, *accepi*, scil. *præceptum benedicendi*; & *benedixit*, subaudi, *Dominus*, qui mihi occurrit. (2.) *Enallage generis* fœminini, *illam*, pro neutro, *illud*. *Vatabl.* in Annot. ad h. l p. 349. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 156. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 10. p. 190.

Vers. 21. *Non aspexit iniquitatem in Iacob, & non vidit, prævaricationē in Israel, Dominus Deus ejus secum, & clangor Regis in eo.*

I. Occurrit nunc (1.) *Enallage* temporis præteriti, *aspexit* & *vidit*, pro præsenti, *aspicit* & *videt*, h. e. *imputat.* (2.) *Metonymia causæ* pro effectu: *Iacob* enim & *Israel* pro *populo Israelitico* ponitur. (3.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Deus ejus*, scil. *est.* (4.) Metaphora: *Clangor Regis*, i. e. *jubilatio similis clangori Regis victoris.* Ariœm. in Bibl. p. 137. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 349. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m 1. p. 6.

II. *Bellarminus* l. 2. de Imagin. Sanctor. cap. 5. rat. 2. nugatur, *idolum* semper *aliquid falsi* significare, quia in Scripturis vocatur ordinariè אָוֶן, quod significat *mendacium.*

℞. (1.) אָוֶן non est nomen *propriè idolum* significans, sed *epitheton* idolo impositum: itaque non pertinet ad significationem vocabuli *idoli*, sed ad

naturā ejus, quod idolū erat, id est, etiam *imaginis* (2.) Idipsum epithetoo impositum est non ex eo, quòd ab *idolo* significetur, sed ex *malo idoli usu*: nam omnis imago, quatenus religiosè colitur, docet falsum, nempe falsam religionē. *Cham*. tom. 2. Panstr. l. 21. c. 9. n. 17. & 18.

Vers. 24. *En populus sicut leo magnus surget, & sicut leo minor attollet se: non cubabit, donec comederit prædam, & sanguinem occisorum biberit.*

Locutio hæc Bileami *metaphorica* est: *sicut leo magnus surget, & sicut leo minor attollet se*, h. e. *prosperabitur & cōtra hostes prævalebit*, ut leo. Itē, *donec comederit prædam, & sanguinem occisorum biberit*. i. e. *plenam victoriam de hostibus consequetur*. Jun. in Not. ad h. l. p. 156. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 375.

CAP. XXIV. v. 2. *Bileam irruente in se spiritu Dei*, &c.

I. *Nihusius* c. 2. in præfat. excipit, *Bileamum rectè egisse, quod Angelum Dei adoraverit*, Numer. 22. v. 31. quia tum temporis *Propheta veri Dei*, & *à Spiritu Sancto actus* fit.

℞. (1.) Bileamum Angelo Dei, in figura corporea sibi apparenti, *civilem* adorationem exhibuisse, non improbamus, sed *religiosam* eam fuisse negamus. (2.) In Bileamum irruisse Spiritum Dei concedimus, sed spiritum *prophetiæ*, qui in *impiis* quoque esse potest, uti fuit in *Saule*, 1. Sam. 19. v. 23. in *Caipha*, Joh. 11. v. 51. in *damnandis*, Matth. 7. v. 22. & 23. non autem spiritum *sanctificationis*, quippe qui non habitat in corpore peccatis subditô, *Sapient*. 1. v. 4. Bileam autem fuit maculatus *lethalibus* flagitiis, ut *magiâ*, Num. 24. v. 1. *avaritiâ* Jud. v. 11. *idololatriâ*, Apoc. 2. v. 14. Proinde *pietatem* nō coluit, ut ab eo Christiani *εὐγγελολατρείαν* addiscere queant. *Fevverb*. in differt. de pecc. in Spir. Sanct. p. 78. *Gerhard*. tom. 8. LL. CC. loc. 29. de Mort. §. 437. p. 834. *Himmel*. tract. de Nat. innoc. relig. p. 434.

II. *Robertus Sarisburiensis Episcopus*, in Exercit. de grat. & persevcr. Sanctor. p. 50. urget, Apostatas illos, *Heb*. 6. v. 4. non fuisse *per Spiritum sanctum regeneratos*, quòd & in *Bileamum* non regeneratum Spiritus Dei venerit.

℞. Est dispar utriusque exempli ratio. Nam in *Bileamum* irruit spiritus, non gratiæ *sanctificantis*, sed *prophetantis*; at *Apostata*, de quibus, *Hebr*. 6. v. 4. ante suum prolapsum fuerunt participes Spiritus gratiæ *sanctificantis*: expressè enim perhibentur fuisse *sanctificati*, Hebr. 10. v. 29. scilicet *spiritualiter*, ut ex contextu patet. *Fevverborn*. in Differt. de Peccat. in Spirit. Sanct. cap. 8. p. 77. 78. seq.

Vers. 7. *Fluet aqua è situlis ejus, & semen ejus in aquis multis: & exaltabitur, præ Agag, Rex ejus, & elevabitur*, &c.

I. Ecce (1.) *Metaphoram*: nomine enim *aqua* numerosus pupulus significabatur, qui ex stirpe sua, ceu *fonte* profluit, h. e. progignitur. (2.) *Metonymiam materia* pro materiato: *semen* namque pro *posteritate* est, quæ instar *magnarum aquarum* augescat & excrescat. (3.) *Synecdochen speciei* pro genere: *Agag* enim, Rex Amalecitarum, eo tempore potentissimus, regnumq; ejus florentissimum, pro *quovis Rege potentissimo* ponitur. *Jun*. in Annot. ad h. l. p. 156. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 10. p. 255.

II. *Eusebius* l. 9. Demonstr. Evangel. c. 3. *Gogum*, Ezech. 38. & 39. exponit de *Romano imperio*, quia *ad Christo Rege exhibito exaltatum sit*.

℞. Ratio hæc nullius momenti est; nititur enim sphalmate typographicô; siquidem in hoc Bileami vaticinio mentio fit *Agagi*, non *Gogi*; ideoque pro *Agago* Eusebius male legit *Gogum*. Gesner. disp. 1. in Ezech. 38. thes. 26.

Vers. 11. *Et nunc fuge tibi ad locum tuum, Dixi: Honorando honorabo te, & ecce prohibuit te Dominus ab honore.*

Videsis (1.) *Pleonasmum*: nam TIBI redundat. (2.) *Enallagen temporis* præteriti perfecti, *dixi*, pro plusquamperfecto, *dixeram*. (3.) *Epizeuxin*: Hebræis frequentatam: *Honorando honorabo*, i. e. *cumulatè honorabo*. (4.) Hypallagen: *Prohibuit te Dominus ab honore*, pro, *prohibuit honorem à te*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 351. *Jun*. in Not. ad eund. loc. p. 156.

Vers. 17. *Videbo illud & non nunc: intuebor illud, & non propinquum: procesit stella ex Jacob, & surget virga ex Israel, & franget latera Moab, & destruet omnes filios sedis.*

I. Occurrit (1.) *Hebraismus*: tum quia relativum, *illud*, respicit ad consequens in textu: *Illud*, scil. *quod mox dicturus sum*; tùm quia *filii sedis* sunt ij, *qui pene Moabitas habitabant*, ut *Midianita* & Orientales cæteri, ad Euphratem usque pertingentes. (2.) *Ἀνθρωποπάθεια*: Christus enim vocatur *stella*, ob *miraculorum splendorem*; & *regnum ejus* appellatur *virga* sive *sceptrum* ob *regalem eminentiam*. (3.) *Enallage* temporis præteriti, *processit*, pro futuro, *procedet*. (4.) *Metonymia* tum *causa* pro effectu: nam *Jacob* & *Israel* pro *populo Israelitico* ponitur, ut *Moab*, pro *Moabitis*; tum *signi* pro signato: quia *virga* seu *sceptrum* pro *regia majestate* est. (5.) Metaphora: *duces* enim Moabitarum dicuntur *latera Moab*, ob regni Moabitici conservationem & fulcimentum. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 351. *Iun*. ibid. p. 156. *Glass*. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 11. p. 193. lib. 4. tract. 3. observ. 17. p. 853. lib. 5. tract. 1. cap. 1. m. 1. p. 6. cap. 8. p. 179. cap. 12. p. 398.

II. *Bozius* exinde probat *cultum Mariæ*: hanc enim esse illam *stellam* ex Jacob & Israel prognatam.

℞. *Stella* illa non est *Maria* sed *Christus*, teste *Vatabl*. utpote *Oriens ex alto*, Luc. 1. v. 78. & *Sol justitia*, Malach. 4. v. 2.

Adversarius regerit, non significari *Christum*, quippe qui non ortus sit ex Jacob, neque surrexerit ex Israel, sed *Maria*.

℞. *Christus* omninò est ex *Iacob* ortus, non quidem *immediatè*, sed *mediatè*, in *Maria* ex Jacob prognata. *Cham*. tom. 2. Panstr. lib. 16. cap. 10. n. 5. p. 319.

III. *Robertus, Sarisburiensis Episcopus*, l. c. instat, non sequi, *Hebr*. 6. v. 4. *Apostatas illos fuisse regeneratos*, quia *agnoverint Christum*; cùm & *Bileamus de Christo vaticinatus fuerit*.

℞. Nulla est hæc instantia: siquidem Apostolus *Hebr*. 6. v. 4. loquitur de *vera Christi agnitione*, qua *Bileamus* fuit destitutus, quamvis de *Christo prophetaverit*, quoniam tales etiam damnatum iri, *Christus* ipse profitetur, *Matth*. 7. v. 22. & 23. *Fevverb*. de Differt. de Peccat. in Spirit. Sanct. c. 8. p. 74. seq.

Vers. 20. *Et vidit Amalec, & tulit parabolam suam, & dixit: Principium gentium Amalec.*

Amalec, & novissimum ejus usque ad perditorem.

§. 2. *Parabola* est magni momenti sermo, & divina prophetia de rebus venturis longè maximis. §. 2. *Hebraismus* est: *Principium gentium Amalec*, i.e. *primi invaserunt Amalecitæ filios Israel*, postquam ex Ægypto egressi sunt. §. 3. *Enallage* est concreti, *perditorem*, pro abstracto, *perditionem*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 352. *Glass.* lib. 2. Philol. Sacr. tract. 2. par. 1. sect. 5. art. 1. m. 3. p. 478. & lib. 3. tract. 1. can. 2. p. 3.

Vers. 21. *Et vidit Kenæum, & assumsit parabolam suam & dixit: Robustum habitaculum tuum, & pone in petra nidum tuum.*

Redit hic (1.) *Enallage* tum numeri singularis, *Kenæum*, pro plurali, *Kenæos*; tum imperativi, *pone*, pro subjunctivo cum conjunctione SI: *Et pone*: pro, *etsi posueris*. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Robustum*, scil. est. (3.) Ironia: *Pone in petra* &c. q. d. etiamsi in rupe altissima & fortissima habitaveris, tu tamen superaberis, & non evades. (4.) Metaphora: *nidus* enim significat *habitationem hominum*, in loco prælto extructam, sicut quædam *aves* rapaces in altis rupibus nidificare solent. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. d. 352. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 156. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 43. p. 358. m. 2. & lib. cap. 11. tract. 1. p. 332.

Vers. 22. *Attamen erit ad depascendum Cain, quousque Assur captivabit te.*

Habes hic (1.) *Metonymiam causa* pro effectu: nam *Cain* pro *familia* seu *posteritate Kenæorum* ponitur, utpote quorum stirps fuit. (2.) *Ellipsin* phraseus, ex membro præcedente repetendæ: *Quousque* scil. *erit in petra nidus tuus*; quæ verba in versu præcedente habentur. (3.) *Synecdochen generis* pro specie: *Assur* enim vel *Assyria* generalis est multarum regionum appellatio, in quibus est *Babylonia*. Jun. in Not. ad h. l. p. 157. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 2. observ. 11. p. 721. & lib. 5. tract. 1. cap. 1. m. 1. p. 7.

Vers. 24. *Et naves de manu Chittæorum, & affligens Assur, & affligens Heber, & etiam ipse usq; ad perditorem.*

Ecce (1.) *Metonymiam* tùm *subjecti* pro adjuncto, quia *naves* pro *militibus* sunt, ut qui navibus vehuntur; tùm *causa* pro effectu, quoniam *Assur* & *Heber*, pro *eorum posteris* ponuntur. (2.) Metaphoram: *manus* enim pro *littore* ponitur. (3.) *Ellipsin* verbi: *De littore Chittim*, scil. *solvent*. (4.) *Enallagen* concreti, *perditorem*, pro abstracto, *perditionem*. Ariœm. in Bibl. p. 138. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 157.

Vers. 25. *Et surrexit Bileam, & abiit, & reversus est ad locum suum, & etiam Balac ivit in viam suam.*

Moses sibi contradicere videtur: hic enim refert, *Bileamum reversum esse ad locum suum*; at *Num.* 31. v. 8. dicit, *eundem apud Midianitas substitisse, & illic interfectum esse.*

℞. Nulla est contradictio: Bileam enim *surrexit*, revertendi animô, licèt *actu & de facto* non statim reversus sit ad locum suum, sed paulisper apud *Midianitas* substiterit, in itinere verò, dum rediret in Mesopotamiam, interfectus fuerit. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 157. & in Not. ad Numer. 31. v. 8.

CAP. XXV. v. 1. *Et sedit Israel in Sittim, & cæpit populus fornicari ad filias Moab.*

Moses utitur (1.) *Synecdoche speciei* pro genere: *sedere* enim pro *habitare* vel *cōmorari* sumit. (2.) *Metonymiâ causa* pro effectu: nā *Israelē* pro *populo Israelitico*, & *Moab*, pro *ejus posteritate* ponit. (3.) *Synthesi*: siquidem in uno verbo duæ significationes concurrunt: *Fornicari ad filias Moab*, h. e. *fornicando seu fornicationis causâ eis se adjungere*. Glass. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 2. p. 229.

Vers. 4. *Et dixit Dominus ad Mosen: Cape omnia capita populi, & suspende illos Domino coram Sole, & avertetur ira nasi Domini ab Israel.*

I. In textu hoc reperitur (1.) Metaphora: *capita* enim significant *principes*. (2.) *Enallage*: nam relativum אֹתָם, *illos*, pro antecedente, *transgressores*, ex v. 5. eruendô, usurpatur. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: *nasus* siquidem *Deo* tributus notat *ejus furorem*, cujus *signum* est *pallor nasi* in homine. *Ariœm.* in Bibl. p. 139. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 353. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 12 p. 194. & lib. 5. cap. 12. p. 337.

II. Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim jubet suspendi *omnes principes populi Israelitici*, & tamen vers. 5. jubet, ut *ipsi occidant subditos idololatras.*

℞. Relativum אֹתָם, *illos*, non ad *omnes in universum Principes* referri debet, sed ad *eos, qui ex populo deliquerunt*, v. 5. Illi enim à Mose convocantur, ut judicium exequantur in *transgressores*, quos quisque sibi subditos habebat, ut *Chaldæus Interpres*, & *Targum Hierosolymitanum* exponunt. *Glass.* l. 3. Phil. Sacr. tract. 2. can. 12. p. 194.

Vers. 8. *Phinees perfodit ambos simul, virorum*, &c.

I. Nonnulli sentiunt, *privatam vindictam simpliciter non esse prohibitam*, eò quòd *Pinehas*, cum nondum esset in *publico officio* constitutus, *scortatorem confoderit.*

℞. (1.) Pinehas fuit *filius summi Pontificis*, cui juxta legem debebatur successio; & Pontifices præfuisse judiciis *politicis*, manifestum est ex *Deut.* 17. vers. 9. & cap. 19. vers. 17. non igitur omnino persona *privata* fuit. (2.) Positô autem, Pinebam tùm temporis omnino personam *privatam* fuisse, causæ nostræ nihil decedit. Nam Phineæ factum oriebatur ex *speciali* mandato, quo Deus injunxit tùm temporis Israelitis, ut quisque interficeret proximum suum, qui sese adjunxerat Baal Peor, idolo Moabitarum, v. 5. quale mandatum speciale etiam antea contra cultores vituli aurei promulgaverat, Exod. 32. vers. 27. Quæ verò Judæis ex *singulari* mandato concedebantur, hodiè à nemine in exemplum trahenda sunt; quemadmodum nec *spolia Ægypti*, nec *immolatio Isaaci* ad imitationem sunt posita. *Chemnit.* Par. 2. LL. CC. loc. de Vindict. q. 1. p. 130. b. & p. 131. a *Balduin.* in Caf. consc. l. 4. c. 12. caf. 3. p. 1165. a.

II. *Iesuitæ* exemplô hôc *Pineba* probare nituntur, *Magistratum hæreticum è medio tollendum esse*; unde *parricidium Henrici* III. Regis Galliarum, factum A. C. 1589. d. 11. Septemb. comparant cum facto *Eleasaridis*, hoc est, *Phinea* Sacerdotis, conficientis Zambri & Chasbi, in fornicatione deprehensos.

℞. Pineham, præter *speciale* illud DEI mandatum, cultis Israelitarum datum, adhuc *specialiori* quoque *vocatione* ad hoc factum heroicum, non fuisse destitutum, colligitur tùm ex *eventu*, quia reputatum,

putatum, ipsi ad justitiã. Ps. 106. v. 31. tũ ex *phrasi*, zelatus est zelum meum, Num. 25. v. 11. Ideoque factum illud Pinehæ pertinet inter *singulares motus & heroicos spiritus*, qui sunt *supra communem regulam* & sententiam, ut *Lutherus* definit, in cap. 22. Genes. adeoq; in imitationem haud trahendum. Vulgò dicitur, *heroica & specialia facta non facere legem*. *Balduin*. l. c. *Finck*. in Syllog. quæst. Illustr. Theol. sect. 1. q. 64. p. 414. seq. *Gerhard*. tom. 6. LL. CC. loc. 27. de Magistr. Polit. §. 396. p. 1179. & 1181.

Vers. 9. *Et occisi sunt uno die viginti quatuor millia hominum.*

Moses *Paulo* repugnare videtur: *ille* enim refert, propter idololatriam & scortationem populi Israelitici cum filiabus Moabitarum, mortuos esse unô die 24000. *hic* verò 1. *Corinth*. 10. v. 8. cecidisse dicit 23000.

℞. Illi tantùm à Paulo recensentur, qui *ceciderunt*, nimirum *gladiô confossi*: apud Mosen autem accensentur etiam *Principes*, seu primarii populi istius, qui non *gladiô* confossi, sed *suspendiô* mortui sunt ad Dei mandatum, v. 4. *Horum* numerus potuit esse *millenarius*. *Walther*. in harm. Script. p. 199.

Vers. 11. *Pinehas, filius Eleazari, filii Aharon Sacerdotis averti fecit furorem meum desuper filiis Israel, in Zelando ipsum Zelotypiam meam in medio eorum, & non consumpsi filios Israel, in Zelotypia mea.*

Ecce (1.) *Hebraismum*: nam verbum Hebræum, בְּקַנְאוֹ, *in Zelando ipsum*, eleganter regit nomen conjugatum אֶת־קִנְאָתִי, *Zelotypiã meam*, q. d. cum quod agebat, ageret Zelotypiâ mei, seu respiciendo ad Zelotypiam, quâ ego Zelo pro filiis Israel, & ita ad gloriam meam. (2.) Pleonasmum: *In medio eorum*, h. e. *inter eos*. (3.) Ἀνθρωποπάθειαν: *Zelotypia* enim, *Deo* tributa, notat *vehementem iram adversus rebelles ac improbos*, qui quasi violata fide, quâ sibi eos Deus despondit, spiritualiter scortantur. *Jun*. in Bibl. p. 157. *Glass*. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 32. m. 2. p. 358. & lib. 5. tract. 1. cap. 7. p. 121.

Vers. 12. *Idcircò dic: Ecce ego dans ipsi fœdus meum pacis.*

I. Habes hic (1.) *Ellipsin* nominis: *Dic*: scil. *Israelitis*. Alii subaudiunt, *ille Pineha* (2.) *Enallagen* temporis præsentis, *dans*, pro futuro, *dabo*, h. e. *certissimè daturus sum*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 353.

II. ℞. *Levi Ben Gerson* in 1. Reg. 17. vult, *Pineham eundem esse cum Elia Propheta*, quòd *ipsi Deus dederit fœdus suum pacis*, non secus àc *Elia Propheta*, h. e. *mirabilem vitæ longitudinem*.

℞. R. *Kimchi* ibi rectè asserit, hoc è *longinquo* petitum esse. Nam *fœdus Dei cum Pineha* non ad *personam*, sed ad *successionem Sacerdotii in familia ejus* pertinet uti ex recensione, 1. *Paral*. 6. vers. 4. seq. patet. *Glass*. lib. 4. Philol. Sacr. tract. 3. observ. 12. p. 818.

Vers. 18. *Quia affligentes ipsi vos in fraudibus suis, quibus defraudârunt vos super verbum Chasbi, filiæ Principis Midian, sororis eorum, percussa in die plaga super verbum Peher.*

Redit huc (1.) *Enallage* temporis præsentis, *affligentes*, pro, præterito, *afflixerunt*. (2.) *Hebraismus*: nam דְּבַר. *verbum*, Hebræis notat *causam* sive *negotium*: (3.) *Synecdoche speciei* pro genere: *soror* enim sumitur pro *sorore* quoad *gentem*, h. e. *gentili*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 354. *Jun*. in Not. ad eund. loc. 157.

CAP. XXVI. v. 2. *Tollite caput omnis cœtus filiorum Israel à filio viginti annorum, & supra, ad domum patrum suorum, omnis egredientis exercitum in Israel.*

§. 1. *Tollite caput*, metaphoricè dictum, pro *recensete summam*. §. 2. *Filius viginti annorum*, Hebræis est, *natus viginti annos*. §. 3. *Domus patrum*, metonymicè est, *familia avita* seu *majorum*. §. 4. omnis *egredientis*, κατ' ἐναλλαγὴν, pro *omnium egredientium*, h. e. *aptorum egredi*, seu *qui egredi* possunt. Ariœm. in Bibl. p. 139. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 354. & *Jun*. in Not. ad eund. loc. p. 158.

Vers. 4. *A filio viginti annorum, & supra, quemadmodum præcepit Dominus Mosi & filiis Israel, egredientibus è terra Ægypti.*

In versu hoc offert sese (1.) *Ellipsis* phraseus: *A filio viginti annorum & suprà*, scil. *tollite caput omnis cœtus filiorum Israel*, i. e. *numerate universam congregationem filiorum Israel*; ea enim verba ex v. 2. sunt repetenda, ut textus sit integer. (2.) *Enallage* temporis præsentis, *egredientibus*, pro præterito, *egressis*, seu *qui egressi sunt*. Ariœm. in Bibl. p. 139. *Glass*. lib. 4. Phil. Sacr. tract 2. observ. 11. p. 722.

Vers. 10. *Et aperuit terra os suum, & deglutivit eos, & Chorach, in moriendo cœtum, in comedendo ignem quinquaginta & ducentos viros, & fuerunt in signum.*

Nota hoc loco (1.) *Metaphoram*: terræ enim tribuitur *os*, h. e. *patens foramen*; & *deglutitio*, i. e. *absconsio*, quia quæ *deglutiuntur*, ex oculis remota *absconduntur*. (2.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: nam *Korach* ponitur pro *iis*, *quæ erant Korachi*, Numer. 16. v. 32. hic ipse autem cum illis ducentis quinquaginta erat, quos ignis Domini comedit, Num. 16. v. 35. (3.) Prosopopœjã: *comedere* enim tribuitur *igni consumenti*. Jun. in Not. ad h. l. p. 158. Confer. *Glass*. lib. 5. Phil. Sacr. tract. 1. cap. 9 p. 209. cap. 11 p. 308. & 310.

Vers. 42. *Isti filii Dan, ad familias suas, Sucham, familia Suchamitarum; ista familia Dan ad familias suas.*

Iteratur nunc (1.) *Ellipsis* tum verbi substantivi, *Isti*, scil. *sunt*; tum præpositionis DE, ante nomen *Sucham*. (2.) *Enallaxis* præpositionum; nam AD pro PER ponitur. (3.) *Synecdoche generis* pro specie *Filii Dan*, h. e. *filius Dan*; licèt sint, qui statuant, quòd ex *pluribus* solus hic manserit superstes. *Ariœm*. in Bibl. p. 140. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 14. m. 3. p. 444.

Vers. 56. *Super os sortis dividetur hæreditas ejus, inter multum ad parvum.*

In textu hoc occurrit (1.) Pleonasmus: *Super os sortis*, pro, *juxta sortem*; ubi ly *os* redundat. (2.) *Enallage* modi indicativi *dividetur*, pro imperativo, *dividitor*. Jun. in Not. ad h. l. p. 159. *Glass*. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 38. p. 146.

Vers. 59. *Caath genuit Amram, qui habuit uxorem Jochabed filiam Levi, quæ nata est ei in Ægypto.*

Bellarminus lib. de Matrim. cap. 27. ad locum *Exod*. 6 v. 20. excipit, quòd *propriè* Jochabed fuerit *amita* ipsius Amram, quia extiterit *filia Levi*, qui genuit

genuit Caath; & soror Caath, patris Amram ac prom[illegible] e amita ipsius Amram, viri sui.

℞. Jochabed dicitur *filia Levi*, sumtâ voce filiæ *late* pro *[illegible]epi*, juxta phrasin scripturæ, *filiam* pro [illegible] *te* inter[illegible] um ponentis; ut 2. Paralip. 11. vers. 18. uxor Rehabeam Abihael vocatur *filia* Eliabi Isaidæ [illegible] erat *nepos*. Quin imo *posteriores* etiam [illegible]*m* appellatione [illegible]eniunt; sic *Elisabeth* dicitur [illegible] e de[illegible] *us Aaron*, Luc. 1. v. 5. jam vero *gradus cognationis in linea collaterali æquali secundus* divino jure non est prohibitus, *Gerhard.* tom. 7. LL. CC. 2[illegible]. de Conjug. §. 31 p. 458.

[illegible]. 6[illegible] *Hi [illegible] numerus filiorum Israel, qui de-[illegible]p[illegible] Moyse & Eleazaro.*

[illegible] h. l. occurrens, vide conciliatum in [illegible] di[illegible] *[N]umer.* 1 v. 9.

[illegible] *Nullus q; remansit ex eis, nisi Caleb fi-[illegible] ep[illegible] ine, [illegible] Josua filius Nun.*

[illegible] app[illegible] ntem *ἀντιλογίαν* vide solutam in Vindi[illegible] *[Nu]mer.* 14. v. 30. m. 2.

CAP. X[illegible] v. 7. *Rectum filiæ Zelaphechad loquen[illegible] dando dabis eis possessionem hereditatis [in] medio fratrũ patris eorum, & transire facies hereditatem patris, &c.*

In textu hoc occurrit (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Loquentes*, scil. *sunt*, h. e. *loquuntur*. (2.) *Epizeuxis*, Hebræis frequentata: *Dando dabis*, pro, *omnino dabis*. (3.) *Enallage* tum *generis* masculini, להם, pro fœminino, להן, *eis*; tum *modi* indicativi, *dabis* & *transire faciet*, pro futuro, *dato* & *transire facito*; tum abstracti, *hereditatis*, pro concreto, *hereditariam*. (4.) Pleonasmus: *In medio fratrum*, i. e. *inter fratres*, τῶ *medio* redundante. *Ari[as Montanus]* Bibl. p. 141. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 358. [illegible] in Not. ad eund. loc. p. 159.

[V]ers. 11. *Etsi non fratres patris ejus, & dabitis hereditatem ejus carni ejus, propinquo ad eum, de familia ejus, & hereditabit eam: & erit filiis Israel in statutum judicii, quemadmodum præcepit Dominus Mosi.*

Iteratur nunc (1.) *Ellipsis* verbi: *Etsi non*, scil. *superierunt*. [(2.)] Synecdoche: *Carni* ejus, h. e. *con*[illegible]*ineo*[illegible]s, statim enim explicatur per *propin*[illegible]. [(3.)] *Enallage* partim substantivi, *judicii*, pro *adj*[ecti]vo, *judiciale*: partim personarum: *Præcepit Dominus Mosi*, i. e. *præcepi ego tibi*; Deus enim Mosen alloquitur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 358. *Iun.* [illegible] id. p. 159. *Glass.* lib. 3. Phil. Sacr. tract. 2. can. 8. p. 1[illegible]7.

Vers. 12. *Et dixit Dominus ad Mosen: Ascende in montem Abarim istum, & vide terram, quam dedi filiis Israel.*

I. Reperitur hoc loco (1.) *Synecdoche* totius, [illegible]*m*, pro parte, *Nebo*. (2.) *Enallage* temporis [præ]teriti, *dedi*, pro futuro, *daturus sum*, vel omnino [illegible], *do*. Jun. in Bibl. p. 159.

II. Moses *sibi* non constare videtur: hic enim [r]efert, se jussum esse conscẽdere montem *Abarim*, & contemplari terram benedictam; at *Deut.* 34. v. 1. facit mentionem montis *Nebo*.

[℞.] Unus idemque fuit moos, aliterq; non differunt, quam ut *pars* & *totum*. *Abarim* est locô *totius*, [Ne]*bo* autem & *Pisga* sunt instar *partium*. Hinc [N]*umer.* 33. vers. 44. *Deut.* 32. vers. 49. cap. 34. v[er]s. [1]. Abarin & Nebo conjunguntur. *Walther.* in harm. Script. p. 199.

V[er]s. 14. *Quemadmodum rebellâstis ori meo in deserto Sin, in jurgio cœtus, ad sanctificandum me in aquis, in oculis eorum, ista aquæ jurgii Cades, &c.*

I. Ecce (1.) *Ἀνθρωποπάθειαν*: *os* enim, *Deo* tributum, notat *ejus mandatum* sive præstitutum. (2.) *Hypallagen*: nam istud, *Ad sanctificandum me*, refertur ad initium versus. *Rebellâstis ad sanctificandum me*, i. e. *ut daretis mihi gloriam omnipotentiæ*. [(]3.) Hebraismum: *In oculis eorum*, h. e. *ipsis præsentibus & inspectantibus*. (4.) Ellipsin verbi substantivi: *Ista*, scil. *sunt*. Ariæm. in Bibl. p. 141. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 359. *Iun.* ibid. p. 159. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 2. p. 8.

II. Nova hic exurgit *ἀντιλογίας* species: *Deus* enim h. l. *negat*, *se fuisse sanctificatum ad aquas contradictionis*; id quod tamen Moses affirmat, *Num.* 20. vers. 13.

℞. Moses & Aaron non sanctificârunt Dominum, propter *incredulitatem*; semet ipsum autem Jehovah sanctificavit per *veritatem* & *omnipotentiam*. Walther. in harm. Script. p. 200.

Vers. 16. *Provideat Dominus Deus spirituum omnis carnis, &c.*

Controversiam hic agitatam, vide in Vindic. *Numer.* 16. v. 22.

Vers. 21. *Et ad faciei Eleazaris Sacerdotis stabit, & petet in judicio Urim coram Domino: super os ejus egredientur, & super os ejus ingredientur ipse, & omnes filii Israel cum eo, & omnis cœtus.*

I. Videsis (1.) *Enallagẽ* indicativi modi, *stabit* & *petet*, pro imperativo, *stato* & *petito*. (2.) *Metonymiã causæ* pro effectu; *os* enim pro *sermone* est, quippe qui in ore formatur. (3.) *Hebraismũ*: nã *egredi* & *ingredi*, proverbiali loquutione, Hebræis sumitur pro *vita & officii actionib9, puta* aliquid *aggredi faciendũ*, aut *suscepto desistere*. Vatabl. in Ann. ad h. l. p. [3]59. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 159. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 15. m. 6 p. 451.

II. Huic *Dei præcepto* repugnare videtur factum haud illicitum: nam *David*, qui tamen non fuit *sacerdos*, interrogavit Dominum per *Ephod*, 1. Sam. 30. vers. 8. cùm *sũmus Sacerdos* jubeatur Dominum consulere in Urim.

℞. Duplex fuit genus *Ephod*; unum commune erat *Sacerdotibus* omnibus, alterum *Pontificis* proprium. *Illo* David est usus, si modò ipse usus, *extraordinariè*, cùm fuerit *Spiritu prophetiæ* donatus; *hôc* autẽ solus summus *Sacerdos*. *Walther.* in harm. Script. p. 200.

III. *Bellarminus* l. 2. de Rom. Pontif. c. 2. negat, *in* V. T. *Pontificem fuisse inferiorẽ Rege*, quia *ad verbum Pontificis Eleazari, tam princeps Iosua, quàm omnis populus ingredi & egredi deberet.*

IV. *Gretserus*, Bellarmini Apologista, ut declinaret incommodum, quod narratur, *Iudith.* 4. vers. 5. ubi bellum describitur *gestum auspiciis imperioque summi Sacerdotis*; id quod vero non sit verisimile, cum politica potestas non fuerit penes *Sacerdotes*: regerit, ibidem ideò fieri mentionem *summi Sacerdotis*, quòd *semper maxima fuerit apud Iudæos summi Pontificis authoritas*, idque ex hoc ait constare loco.

℞. Illud, *ad verbum ejus*, refertur à quibusdam ad *Deum* proximè nominatum, ut hæc sit constructio: *Coram Iehova*, juxta cujus verbum, nimirum quod Sacerdos didicerit per Urim, Josue ingredietur & egredietur. Sed tamen etsi referatur & *Eleazarũ*, (quæ mollior est constructio) significabitur, consulendum eum de voluntate Dei, quem ipse inquisiturus esset per *Urim*. Id vero nullum *im-*

persumo

pertum erat, sed tantùm *oraculi responsum*; quo sensu legimus, Abimelechum consuluisse pro Davide Jehovam, 1. Sam. 22. v. 10. & aliâs sæpe. Porrò, *qui consulitur, & respondet*, non est propterea major eô, *qui consulit*, Cham. tom. 1. Panstr. l. 5. c. 7. n. 57. & 60. & tom 2. l. 14. c. 11. n. 26. & 31.

CAP. XXIIX. v. 2. *Præcipe filiis Israel, & dices ad eos: Oblationem meam, panem meum, ignitionibus meis odorem quietis meæ*, &c.

Moses utitur (1.) *Enallage* modi indicativi, *dices*, pro imperativo, *dic*. (2.) Ἀνθρωποπαθείᾳ: *panis* enim, *Deo* tributus, notat *sacrificium*, *quibus ipse delectatur*, ut homo *pane* sive *cibo*, & odor *quietis* Dei εὐδοκίαν innuit, habitô respectu ad *Messiæ sacrificium*. Ariœm. in Bibl. p. 142. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 141. & 158.

Vers. 11. *Et in capitibus mensium vestrorum offeretis holocaustum Domino, juvencos filios bovis duos, & arietem unum, agnos filios anni septem integros.*

Est hic (1.) Metaphora, *capita* enim pro *initiis* ponuntur. (2.) *Hebraismus*: nam Hebræis *juventus filius bovis*, est juveneus *cubrumus*, & agnus *filius anni*, agnus *anniculus* Jun. in Not. ad h. l. p. 160.

Vers. 15. *Et hircus caprarum unus in peccatum Domino super holocaustum juge fiet, & libamen ejus.*

Redit huc (1.) Hebraismus: *Hircus caprarum*, i. e. *lactens*. (2.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *peccatum* enim notat *sacrificium pro peccato* offerendum, (3.) *Synecdoche generis* pro specie: *Fiet*, h. e. *parabitur in sacrificium*. Jun. in Bibl. p. 160. Confer. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 3. m. 4. p. 47. & cap. 14. m. 4. p. 446.

Vers. 21. *Decimam decimam facies ad agnum unum*, &c.

§. 1. *Decimam decimam*, h. e. *singulas decimas*. §. 2. *Facies*, i. e. *parato*. §. 3. *unum*, h. e. *singulum, unumquemque*. Ariœm. in Bibl. p. 142. *Jun.* ibid. p. 160. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 5. m. 3. p. 20.

Vers. 26. *Et in die primitiarum in offerendo vos munus novum Domino in septimanis vestris*, &c.

Præpositio ב, IN, pro POST, de *complemento* hic usurpatur: *In septimanis vestris*, h. e. *post septimanas* vestras, exactis illis septem septimanis, de quibus cautum est. *Levit.* 23. v. 15. seq. Luth. Wenn ewer Wochen vmb sind. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 6. can. 6. m. 6. p. 534.

CAP. XXIX. v. 6. *Præter holocaustum mensis, & munus ejus, & libamina eorum juxta judicium eorũ, in odorem quietis ignitio Domino.*

Ecce (1.) *Ellipsin* nominis: *Mensis*, subaudiendum, *principii* seu *calendarum*. (2.) *Enallagen* numeri *pluralis*, libamina *eorum*, pro singulari, *ejus*. (3.) Ἀνθρωποπάθειαν: *odor* enim *quietis* notat *Dei complacentiam*. Ariœm. in Bibl. p. 143. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 362.

Vers. 7. *Et in decima mensis septimi hujus convocatio sanctitatis erit vobis, & affligetis animas vestras, omnem functionem non facietis.*

I. Recurrit modò (1.) *Ellipsis* nominis: *In decima*, scil. *die*. (2.) *Enallage* abstracti, *sanctitatis*, pro concreto, *sancta*. (3.) *Synecdoche partis* pro toto: *Animas vestras*, h. e. *vos ipsos*. Jun. in Bibl. p. 160.

II. Objectionem *Drexelii*, pro *spontanea propria corporis flagellatione*, vide refutatam in Vindic. *Levit.* 16. v. 29. m. 2.

CAP. XXX. v. 2. *Et locutus est Moses ad capita tribuum, ad filios Israel, dicendo. Hoc verbum, quod præcepit Dominus.*

In textu hoc occurrit (1.) *Metaphora*: nam *capita* significant *duces* (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Hoc*, scil. *est*. (3.) *Pleonasmus*: siquidem ly *verbum* abundat. *Ariœm.* in Bibl. p. 144.

Vers. 3. *Vir cum voverit votum Domino, vel juraverit juramentum, ligando ligamen super animam suam, non polluet verbum suum, secundum omne egrediens de ore suo faciet.*

I. Habetur hoc loco (1.) *Hebraismus*: verba enim, *voverit, juraverit, ligando*; eleganter regunt nomina sua conjugata, *votum, juramentum, ligamen*. (2.) *Synecdoche partis* pro toto: *Animam suam*, h. e. *seipsum*. (3.) *Enallage* temporis præsentis, *egrediens*, pro præterito, *egressum*. Ariœm. in Bibl. p. 144. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 364.

II. *Non licet vota Sanctis nuncupare*, quia *eadem soli Deo nuncupanda sunt.*

Excipit 1. *Aquinas* in Summ. Theol. 2. 2. q. 88. art. 5. distingvendum esse inter *votum*, & *promissionem*; *illudque* proprie fieri *Deo*, *hanc* hominibus; adeò ut promissio, quæ fit Sanctis, non sit *formaliter* votum, sed *materia* voti.

℞. (1.) Hac responsione conceditur *soli Deo vota facienda* esse, & non *Sanctis*; quæ est manifesta sententiæ Pontificiæ, de votis nuncupandis sanctis, destructio. Unde Cajetanus in Comm. Thom. repudiat hanc Thomæ responsionem, & probat ex ipsa professione *fratrum Prædicatorum*, vota *verè* fieri Sanctis. (2.) Deus seriò prohibet, ne nos ullâ *promissione* obligemus Sanctis mortuis, *Deut.* 18. vers. 11. *Esa.* 8. vers. 19. 20. *Luc.* 16. vers. 31. 32.

2. *Bellarminus* l. 3. de Cult. Sanctor. c. 9. aliter voveri *Deo*, aliter *Sanctis*. & quidem *Deo* voveri vota, ut *primo bonorum principio*; *Sanctis* autem, ut *mediatoribus* & *intercessoribus*, per quos à Deo beneficia accipiamus.

℞. Petitur hac in re principium: Scriptura enim nuspiam nisi *soli Deo* vovendum esse docet; ac *votum* & *sacrificium*, ut duos actus exteriores cultus, *soli Deo* debitos, perpetuò conjungit.

Jam verò concedit Bellarminus, *Sacrificium* nulli nisi *soli Deo* esse offerẽdum: ex quo recte infert *Costerus* in Enchirid. p. 400. *votum* esse actum, qui includit *latriam & honorem*, soli Deo debitum. Quarè non licitum est, ut Sanctis, sive ut *primo bonorum principio*, sive ut *mediatoribus ac intercessoribus* vota voveamus.

3. *Id. ibid.* nomen *voti* in Scripturis sanctis semper quidem accipi pro *promissione Deo facta*; sed id non alia de causa esse factum, quàm quia tùm temporis, cum scriberentur Scripturæ, nondum cœperit *usus vovendi Sanctis*.

℞. Ex hac ingenuâ Adversarij confessione clarè liquet, quòd vota, quæ nuncupantur Sanctis, non *Deum*, sed *homines* habeant auctores; & institutum vovendi Sanctis sit *recentius*, quàm ut ejus origo vel usus in scripturis ostendi possit. *Gerhard.* tom. 2. LL. CC. loc. 29. de Mort. §. 435. p. 828. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Invoc. cap. 2. q. 2. p. 4020. seq.

℞. *Bellarminus* l. 3. de Cult. Sanctor. c. 8. ut eludat argumentum *Calvini* l. 4. Inst. c. 13 §. 7. contra *votivas peregrinationes ad loca Sanctorum*, eò quòd

omnis

omnis cultus voluntarius Deo displiceat; urget, cultum *voluntarium* dici eum, qui sine ratione suscipitur, ut si quis voveat, se non iturum ad mensam, nisi bis laverit manus: at cultum, qui exhibetur Deo *per actus virtutum*, non dici voluntarium, licèt non sit præceptus; idque ait patere ex hoc loco, ubi Dominus jubeat impleri vota rerum *non præceptarum*.

℞. (1.) Est ambiguitas in vocabulo *voluntarii*: vel enim opponitur *coacto & invito*, vel opponitur *divinitùs mandato ac præscripto*. Si in *priori* significatione accipiatur, nihil aliud notat, quàm *cultum spontaneum*, qui ex libero spiritu, & promta voluntate proficiscitur, ut interim conformis sit regulæ in verbo præscriptæ; & talem cultum Deus omninò à fidelibus requirit, ac gratum habet, ut *Exod.* 35. v. 5. 1. *Paral.* 28. v. 9. *Psal.* 110. v. 3. *Psalm.* 119. v. 108. & alibi.

Sin in *posteriore* significatione accipiatur, significat cultum, *propriò arbitrio & ausu*, præter & extra Dei verbum excogitatum; & talem cultum Deus reprobat ac damnat.

(2.) Quicquid *opinione cultûs* sine expresso Dei mãdato suscipitur, illud *sine ratione* suscipitur; quia norma divini cultus est solùm atque unicè Dei verbum: unde Legisperitus νουνεχῶς, *rationaliter* respondisse dicitur, Marc. 12. v. 34. cùm ex lege Dei de *norma bonorum operum ac cultus divini* respondisset, ac Paulus λογικὴν λατρείαν, *rationalem cultum* à Christiania requirens, *Rom.* 12. v. 1. c. seq. v. 9. ad *legem* unicè nos revocat. (3.) De *spontaneis* oblationibus in ipsa lege divina extant certæ ordinationes, *quod* fieri possint, *quo modô*, *& quo in loco* fieri debeant, ut patet ex *Levit.* 7. v. 16. c. 21. v. 18. *Num.* 15. v. 3. *Deut.* 12. v. 11. ergo illæ non fuerunt opera sine testimonio verbi divini. *Gerhard.* tom. 8. LL. CC. loc. 29. de Mort. §. 125. p. 214. seq.

IV. *Id. Bellarminus* l. 5. de Pœnit. c. 6. contendit, *opera satisfactoria, in particulari à Deo non mandata, Deo grata esse*; quoniam *ipse approbet, & sibi reddi jubeat, vota spontè facta de jejuniis, aut alia quavis corporis afflictione.*

℞. (1.) Deus non approbat *omnia* vota *spontè* suscepta, ut Actor 23. v. 12. Numer. 30. v. 5. & 6. sed *legitimè* suscepta, secundum conditiones voti legitimi: at talia non sunt *Papistica*. (1.) In votis ipsis *voluntariis*, quæ singulariter spectabant ad cultum Dei, quamvis modus *materialis* & remotus fuerit liber, modus tamen *formalis & proximus* semper debuit *ex lege* peti, ut Deo placeret. Nemo potuit sacrificium Deo vovere & offerre, præter legis præscriptum: offerre igitur Deo modum operis indebitum & non præceptum, in satisfactionem pro peccatis est, *præsumtionem temerariam* ipsi offerre. (3.) Omnia vota, quæ fiunt in *particulari*, ad hæc mandata, quæ extant Psal. 76. v. 12. Num. 6. v. 1. revocantur, & in his mandatis à Deo imperantur. *Scharp.* tom. 1. Curs. Theol. p. 1105. obj. 2. *Ames.* tom. 3. Bellarm. Enerv. l. 5. c. 4. thes. 19.

Vers. 4. *Mulier si quippiam voverit, & se constrinxerit juramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari.*

Bellarminus lib. de Matrim. c. 20. ut nervum argumenti Orthodoxorum, pro *consensu parentum in liberorum nuptiis contrahendis*, ex v. 6. deductũ, incidat, docet, *legem illam determinare de filiabus quæ nondum pervenerunt ad annos pubertatis*, ante quos non habent plenum rationis judicium, cùm in textu addatur *Quæ in domo parentum habitat*, & *quæ est in ætate adhuc puellari.*

℞. Per *mulieres in domo patris*, בִּנְעֻרֶיהָ, *in pueritiis suis* adhuc constitutas, hic *in genere* intelliguntur omnes filiæ, *nondum nuptui datæ*, sive sint intra annos pubertatis adhuc constitutæ, sive eos supergressæ; non autem *in specie* & solummodò *puella nondum annorum duodecim*, & ante annos pubertatis. Nam נְעוּרִים, quâ voce hic usus Moses, non eam ætatem duntaxat designat, quam nos *pueritiam*, intra pubertatem scilicet; sed etiam *provectiorem*, & quam nos *juventutem* dicimus, ut Psal. 127. v. 5. Malach. 2. v. 15. Unde LXX. Interpp. reddiderunt, Ἐν τῇ νεότητι αὐτῆς, *in juventute ipsius*: jam verò νέτης complectitur etiam *annos pubertatis*, ac *totam adolescentiam*, cui opponitur τὸ γῆρας, apud *Thucydidem* lib 6. p. 204. Sic Timotheo Episcopo tribuitur νέτης. 1. Timoth. 4. v. 12. Sed & נַעֲרָה est *juvencula, adolescentula nubilis*. Itaque Gen. 24. v. 14. *Rebecca* sic appellatur, quæ tamen statim desponsatur Isaaco, v. 51. & 1. Reg. 1. v. 2. intendunt servi Davidis ipsi quærere *puellam* virginem *nubilem*. Quinimò, Bellarminus ipse l. 1. de verbo DEI, c. 12. asserit, Judith annô etiam ætatis *quadragesimô* puellam fuisse: num verò negabit, hanc ætatem *puellarem* fuisse? Nam si non fuit, ne illa quidem puella. Proinde rectè Cajetanus in illum locum ait, non dici hoc ad significandum ætatem *inhabitalem nuptiis*, ante annum duodecimum, sed ad *differentiã viduæ*, ad domum patris suæ reversæ, &c. *Subjectio* ergo in illa lege, non *ætas* impubertatis respicitur. *Gerhard.* tom. 7. LL. CC. loc. 28. de Conjug. §. 63. p. 121. *Chem.* tom. 3. Panstr. l. 18. c. 11. n. 21. 22. 23. 24. 25. *Ames.* tom. 3. Bellarm. Enerv. l. 7. c. 3. thes. 7.

Vers. 6. *Et si pater ejus annihilaverit illud in die audire se omnia vota ejus, & omnia ligamina ejus, quibus ligavit se super animam suam, non stabit, & Dominus parcet ei, quia pater ejus annihilavit illud.*

I. Offert sese (1.) *Hebraismus*, quo *substantivum* post se regit *verbum infinitum*, tanquam nomen genitivi casus: בְּיוֹם שָׁמְעוֹ, *in die audire se*, q. d. *in die auditionis suæ, quâ id audivit.* (2.) *Metaphora*: nam *stare* significat *ratum esse*. (3.) *Enallage* numeri singularis, *stabit*, pro plurali, *stabunt*. Ariæm. in Bibl. p. 144. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 365. Confer *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 31. m. 2. p. 115. & lib. 5. tract. 1. cap. 12. p. 377.

II. *Liberos non posse matrimonium contrahere absq; consensu parentum*, ex hoc loco probatur à *majori ad minus*: nam *si pater votum filiæ Deo factum contradicendo potest irritum reddere; multò magis promissionem matrimonialem, a filia alteri homini factam, poterit irritam facere.*

Bellarminus l. c. respondet *filiam* intelligi non *quamlibet*, sed *quæ nondum pervenerit ad annos pubertatis*: eam enim, quæ annum duodecimum compleverit, effici *sui juris*, ac de persona sua & actibus, qui naturaliter liberi sunt, pro *arbitrio* disponere posse.

℞. Fateor, *filiam* non intelligi *quamlibet*, sed *quæ in domo parentum habitet*: at dico, hoc ipsum esse, quod nos antea volebamus, quæ non sit *sui juris*; id quod ulteriùs probamus (1.) ex *sufficienti enumeratione*. Disponit DEUS in hoc capite de votis sexus fœminei, ac primô locô nominat *virginem in domo patris*, in adolescentia sua adhuc constitutam, secundò *maritatam*, tertiò *viduam & repudiatam*. Ergò quælibet

libet fœmina pertinet ad unam ex his tribus classibus: Jam verò virgo, *quæ ad annos pubertatis pervenit*, non potest referri ad *secundam*, nec ad *tertiam* classem; ergo ad *primam* pertinet, & per consequens, quod de *voti irriti faciendi potestate* ibi disponitur, etiam ad eam spectat. (2.) Ex *oppositione*. Mulieri in *adolescentia* sua opponitur non ea, quæ annos *pubertatis* attigit, sed *maritata & vidua*: Ergò *in genere* intelligitur *mulier nondum nuptiis data*, quemadmodum & *Cajetanus ac Lyranus* in h.l. animadvertunt. (3.) Ex *manifesta ad absurdum deductione*. Si enim virgo, ad pubertatis annos veniens, fieret sui juris, ut parens non possit ampliùs votum ipsius pronuntiare irritum; parens *plus juris* in maritum transferret, quàm obtinuit: quia *maritus* potest votum ejus facere irritum, v.9. quod *parens* juxta hypothesin Bellarmini non poterat. Idque agnoscit *Cornelius à Lapide* in Comm. h.l. p. 925. & pronuntiat, quòd *omnium omnino filiarum* vota irrita facere potuerit parens, etiamsi fuerint *grandævæ*, sicut omnia *uxoris* vota irritare potuit maritus. *Gerhard.* d.l. §. 61. p. 115. & §. 63. p. 110. seq. *Cham. & Ames.* ll.c.c.

Vers. 7. *Si maritum habuerit, & voverit aliquid, & semel de ore ejus verbum egrediens, animum ejus obligaverit juramento &c.*

Bellarminus lib. de Monach, c.16. censet, *omne quod fit ex voto, licèt non sit præceptum à Deo, verè & propriè esse cultum Dei*: quia *omne juramentum sit cultus Dei*, etiamsi fiat de re *non præcepta*; ut si quis juret, se non bibiturum vinum: ergo de re eadem sit cultus. Probat sequelam: quia *tanta sit similitudo inter juramenta & vota, ut pro eodem hic sumantur.*

℞. (1.) Negatur antecedens: quia *quædam juramenta* damnat Christus Matth. 5. v. 34. (2.) Juramentum de *vino non bibendo, simpliciter* sumptum, non est *cultus Dei*. (3.) Negatur sequi: quia sub N. T. non tàm disertè Deus præscripsit sibi vota fieri, quàm *per nomen suum jurari*. Esa. 65. v. 15. Jerem. 4. v. 2. & cap. 12. v. 16. (4.) In præsenti textu Deus loquitur de *voto præcipuè dicto*, non de *juramento*. *Scharp.* tom. 2. Curs. Theol. p. 1917. object. 3.

Vers. 14. *Omne votum, & omne juramentum obligationis, ad affligendam animam, in arbitrio viri erit, sive faciat, sive non faciat.*

I. Videre licet hoc loco (1.) *Enallagen* substantivi pro adjectivo: *Juramentum obligationis*, h. e. *jurata*, seu *juramento confirmata obligatio*. (2.) *Synecdochen partis* pro toto: Ad affligendam *animam*, i.e. *seipsam*. *Iun.* in Not. ad h.l. p. 162. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 8. m. 1. p. 29.

II. *Eckius* in Enchirid. loc. 31. textum hunc pro *libero hominis non renati arbitrio in actibus merè spiritualibus* allegat, quòd *optio data sit viro in voto uxoris*. Hisce non contentus *Bellarminus*, l. 4. de grat. & lib. arbitr. c. 6. probare allaborat, ipsum *nomen liberi arbitrii* nominari in hoc Scripturæ loco: Saltem *alterâ* voce *disertè*, alterâ *περιφραστικῶς*: *Quid enim*, inquiens, *id est, in arbitrio viri erit, vel faciat, vel non faciat; nisi in arbitrio libero ad utrumlibet.*

℞. Liberi arbitrii *alteram* partem, quæ significat *libertatem à coactione*, concedimus in Scripturis occurrere: itaque si idoneè caveatur, non habebit nos iratos. Ast *altera*, quæ significat *libertatem ab omni necessitate*, tàm est in scripturis, quàm in sylvis Delphines. (2.) Locus hic ad *arbitrium liberum* non pertinet: neque enim ita est in *Hebræo*, sed sic potiùs: *Vir ejus confirmabit illud, & vir ejus infirmabit illud*, nempe *votum mulieris*. Viden' *arbitrii* nullam vocem esse? quod tamen Bellarminus pro certo habuit, eòque argumento pugnavit. Nam quid ad me, si usus est *interpres Latinus*? Non est enim is *Spiritus sanctus*, à quo id haberet, imò ne quidem ab editione *Græca*, quæ sic vertit satis commodè: Ὁ ἀνὴρ αὐτῆς φήσει αὐτῇ, ὁ ἀνὴρ αὐτῆς περιελεῖ αὐτῇ. (3.) Si de arbitrio libero *simpliciter* agitur ab *omni necessitate*, tùm nullum *mulieri* relinquitur: illa enim describitur *pendere à viro*. Atqui aut nullum est in homine omninò liberum arbitrium, aut esse debet in *muliere*: quippe *rationali creatura*. Ergò hinc potiùs ostendam, liberum arbitrium non esse semper liberum à *necessitate*, saltem *directionis*. (4.) Sermo hic est de opere *civili & externo*, puta de *voce mulieris*, quod est in potestate viri, id ipsum, confirmandi vel annihilandi: at quæritur de *actione merè spirituali & internâ*, videlicet de *præparatione hominis non renati ad gratiam Dei, & conversione ad ipsum Deum*. *Eckard.* par. 2 Pandect. controv. Pontif. c. 20. q. 4. p. 119 seq. *Cham.* tom. 1. Panstr. l. 14. c. 12. n. 8. & tom. 3. l. 2. c. 8. n. 15. 16. 17.

III. Cæteras controversias hic moras, vide decisas partim in Vindic. *Levit.* 16. v. 29. m. 2. partim in Vindic. *Numer.* 30. v. 3. m. 3.

Vers. 16. *Et si infringendo infregerit ea, post audire se, & portabit iniquitatem suam.*

Ecce (1.) Epizeuxin: *Infringendo infregerit*, h.e. *omninò infregerit*. (2.) *Hebraismum*, quo præpositio, *post*, regit verbum infinitum, *audire*. q. d. *postquam audivit*. (3.) *Metonymiam causæ* pro effectu: nam *iniquitas* cum verbo *portandi* innuit *reatum pœnæ*. Ariæm. in Bibl. p. 144. *Jun.* in Not. ad h.l. p. 162.

Vers. 17. *Quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.*

Exceptionem *Bellarmini* ad argumentum Evangelicorum pro *consensu parentum, in nuptiis liberorum contrahendis, necessariò requisiti*, vide in Vind. *Num.* 30. v. 4. confutatam.

CAP. XXXI. v. 3. *Expedite vos ex vobis viros ad militiam, & sint super Midian, ad dandum ultionem Domini in Midian &c.*

Moses utitur (1.) *Pleonasmô*: nam τὸ *vos* redundat. (2.) *Metonymia causæ* pro effectu: siquidem *Midian* pro *ejus posteris* ponit. (3.) *Hebraismô*. *Sint super Midiã*, h.e. *impetũ faciãt in Midianitas*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p. 366. *Iu.* in Not. ad h.l. p. 162.

Vers. 4. *Mille in baculum, mille in baculum in omnibus baculis Israel mittetis ad exercitum.*

In versu hoc habetur (1.) Hebraismus. *Mille in baculum mille in baculũ*, i.e. *millenos in singulos baculos*. (2.) Metaphora: nam מַטֶּה, *baculus*, pro *tribu* seu *familia* ponitur. (3.) *Enallage modi* indicativi, *mittetis*, pro imperativo, *mittite*. Jun. in Not. ad h. l. p. 162. Confer. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 5. m. 3. p. 20. & lib. 5. tract. 1. cap. 12 p. 398.

Vers. 6. *Et misit eos Moses mille in tribum ad exercitum, eos & Pinecham filium Eleazaris Sacerdotis ad exercitum, & vasa sanctitatis & tubæ clangoris in manu ejus.*

Videsis (1.) *Ellipsin* nominis: *In tribum*, sc. *singulã*. (2.) *Pleonasmum*: nã posterius, *eos*, abundat. (3.) *Enallagẽ* abstracti: *Sanctitatis*, pro concreto, *sancta*. (4.) Hebraismum: *Et tubæ*, pro, *id est*. Nã exponitur *quid per vasa sancta* intelligatur, nẽpe *tubæ*, quibus clangere in honorẽ Dei, in rebus sacris Sacerdotes solebant. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p. 366. *Iun.* ib. p. 162. *Glass.* lib. 4. Phil. Sacr. tr. 1. obs. 7. m. 4. p. 691.

Vers. 15. *Et dixit ad eos Moses: An vivificâstis omnem perforatam?*

Redit

Re... hic (1.) Hebraismus: *vivificare* enim *Hebraeis* est, *in vita conservare*. (2.) *Ellipsis* nominis: *P...oratam*, scil *fœminam*. (3.) *Enallage* numeri ...ularis, *omnem perforatam*, pro plurali, *omnes perforatas*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 367. *Jun.* ib. pag. 1 2.

Vers. 17. *E... nunc occidite omnem masculum in pube, & omnem mulierem cognoscentem virum ad concubitum &c.*

Metonymia est, tùm *adjuncti* pro *subjecto*, siquidem *pubes* pro *juventute* usurpatur; tum *causa* pro *effectu*, quia *cognoscere*, *de fœmina* dictum, *experimentalem tori consuetudinem* ... notat. *Dieter.* l. 1. Instit. Rhetor. c. 7. §. 4. p. 45. *Glass.* lib. 5. Phil. Sacr. tract. ... cap. 1. m. 3. p. 14.

V...rs. 1... *Puellas & omnes fœminas virgines reservata vobis.*

Oritur hic *species* quædam *ἀντιλογίας*: nam præcipitur Israelitis, ut *puellas virgines bello partas sibi reservent*; cum ... Sam. 15. v. 3. Saul jubeatur occidere *viros & uxores, à parvulo usq; ad lactantem.*

℞. Deus utrumque observari voluit, nimirum ut *Midianitarum* virgines reservarentur vivæ non item *Amalecitarum*; dubio procul eâdem causa, quia *Amalecitarum* transgressiones atrociores fuerunt delictis Midianæorum, ideò *illis* gravius judicium erat sustinendum, quàm *hisce* *Walther.* in harm. Script. p. 200.

Vers. 19. *Et vos castrametamini ab extra castra septem diebus, omnis occidens animam, & omnis tangens in occisum, purificabitis vos in die tertia, & in die septima, vos & captivitas vestra.*

...eratur nunc (1.) *Pleonasmus*: nam AB ante *extra* redundat. (1.) *Synecdoche partis* pro toto: *anima* enim pro *persona humana* sumitur. (...) *Enallage* ... modi indicativi, *purificabitis*, pro imperativo, *purificate*; tum abstracti, *captivitas*, pro concreto, *captivi*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 367. *Jun.* ibid. p. 162.

V...rs. 20. *Et omne vestimentum, & omne vas pellis, & omne opus caprarum, & omne vas ligni purificabitis.*

Ecce (1.) *Enallagen* substantivi, *pellis*, pro, *pelliceum*, & *ligni*, pro, *ligneum*. (2.) Ellipsin: *Opus caprarum*, pro, *è pilis caprarum*. Ariæm. in Bibl. p. 145.

Vers. 26. *Tolle caput captura captivitatis, in homine, & in jumento; tu & Eleazar Sacerdos, & capita &c.*

Recurrit modò (1.) Metaphora. *Tolle caput*, h. e. *recense summam*; & *capita patrum*, i. e. *primarii*. (...) *Enallage* tùm abstracti, *captivitatis*, pro concreto, *captivorum*; tùm numeri singularis, *in homine, & in jumento*, pro plurali, *in hominibus*, & *in jumentis*, q. d. *tam de hominibus, quam de jumentis*. Ariæm. in Bibl. p. 145. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. pag. 367. *Jun.* ibid. p. 162.

V...[rs.] 35. *Et anima hominis è mulieribus, quæ non cognoverunt coitum masculi, omnis anima dua &c.*

Usurpatur hoc loco (1.) *Synecdoche partis* pro toto: nam *anima hominis* pro *persona humana* accipitur. (2.) *Metonymia causæ* pro effectu: *cognoscere* enim de *muliere* usurpatum, *experimentalem tori consuetudinem* notat. (3.) *Enallage* numeri singularis, *omnis anima*, pro plurali, *omnes animæ*. Ariæm. in Bibl. p. 145. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 3. p. 14.

Vers. 50. *Offerimus Domino donaria ad expiandum animas nostras.*

Anabaptistæ & *W...gelianì* contra *bellum* pugnaturi, producunt exemplum *Præfectorum exercitus Israelitici*, qui post victoriam à Midianitis reportatam, afferentes donaria Domino, ad *expiandum animas suas*, agnoscant *se in bello gerendo peccasse*.

℞. Est fallacia *causæ*: non enim *ideò animas suas donariis expiare cupiverunt Præfecti*, quòd existimârint, *se pugnando peccasse*; nam (1.) Deus ipse disertis verbis præceperat, ut contra Midianitas pugnarent. v. 1. quomodo igitur obsequendo huic divino mandato peccârunt? (2.) Bellum illud vocatur *ultio Domini*, v. 3. &c. (3.) Deus ipsis *miraculorum* victoriam ex Midianitis concesserat, v. 49. Verùm *ideò donariis animas suas expiare cupiunt*, quia ex Mose intellexerant, se peccasse vivificando, hoc est, in vita conservando, *maritatas fœminas* Midianiticas, v. 15. Ergo donaria offerunt Domino, partim ob *gratitudinem*, quod ne unus quidem defuerit, v. 49. partim ob *reconciliationem cum Deo*, pro peccato commisso. *Gerhard.* tom. 6. LL. CC. loc. 27. de Magistr. Pol. §. 387. m. 1. p. 1159. *Thumm.* tract. Theol. de Bell. p. 129. m. 2. & in Impiet. Wigel. p. 221 m. 2.

CAP. XXXII. vers. 3. *Et Sebam, & Nebo, & Behom.*

Behon sic dicitur per *syncopē*: est enim eadē civitas cum *Baal-mehon*, v. 38. & *Beth-mehon* Jerem. 48. v. 23. & *Beth-Baal-mehon*, Josu. 13. v. 17. *Glass.* lib. 4. Phil. Sacr. tract. 3. observ. 4. m. 1. p. 767.

Vers. 11. *Si viderint homines ascendentes ex Ægypto, à filio viginti annorum & supra, humum, quam juravi Abraham, Isaac & Jacob, quia non impleverunt post me.*

Nota (1.) *Aposiopesin*: reticetur enim, *Ne vivam*, si viderint &c. (2.) *Enallagen* temporis præsentis, *ascendentes*, pro præterito, *qui ascenderunt*. (...) Hebraismum: *A filio viginti annorum*, i. e. *nato viginti annos*. (4.) *Ellipsin* verbi, לֶכֶת, *ire*, post vocē, מִלְאוּ, *impleverunt*. Jun. in Bibl. p. 163. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 36. not. 3. p. 348.

Vers. 14. *Et ecce surrexistis pro patribus vestris multiplicatio hominum peccatorum, ad addendum adhuc super æstum iræ Domini in Israel.*

Habes hic (1.) Hebraismum: *Surrexistis pro patribus vestris*, h. e. *suffecti estis in locum patrū vestrorū*. (2.) *Homonymiā* conjunctionis UT, quæ nō *causam*, sed *sequelam* tantùm notat: לִסְפּוֹת, *ad addendum*, seu, *ut addatis*, h. e. *ex conservatione vestri in vitam consecutum est tantummodò hoc, quod peccatis vestris iram Dei cumulatis*. (3.) *Metonymiam causæ* pro effectu: *Israel* enim pro *populo Israelitico* ponitur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 370. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 7. can. 19. m. 1. p 619.

Vers. 15. *Quia revertimini à post eum, & addet adhuc ad dimittendum eum in deserto, & corrumpetis omnem populum hunc.*

Observa (1.) *Ellipsin* verbi; *A post eum*, id est, *ab eundo post eum*, q. d. *ab obsequio ejus*. (2.) Hebraismum: *Addet ad dimittendum*, pro, *rursus dimittet*. Jun. in Not. ad h. l. p. 163. Confer *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 36. p. 347.

Vers. 17. *Et nos accingemur properantes ad facies filiorum Israel, usque quo si introducamus eos ad locum eorum, & sedebit pubes nostra in urbibus munitionibus à faciebus habitatorum terræ.*

I. Redit huc (1.) *Ellipsis* verbi: *Properantes*, scil. *procedere*. (2.) *Synecdoche* tum *totius* pro parte, *Nos*, i. e. *is numerus ex nobis*, quem judicabitis fratribus jurandis sufficere; tùm *species* pro genere, quia *sedere* significat *manere*. (3.) *Enallage* substantivi, *munitionis*, pro adjectivo, *munitis*. (4.) Hebraismus: *A faciebus*, i. e. *metu*. Ariæm. in Bibl. p. 146. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 163.

II. Moses *Josua* repugnare videtur: *ille* enim non obscurè inouit; quòd nulli viri inter Rubenitas, Gaditas, dimidiamque tribum Manassis, mansериот in terra cis Jordanem: *hic* verò *c.* 22. v. 11. refert, quòd viri istarum tribuum, ex militia reversi, jussi fuerint distribuere prædam hostium cum *fratribus suis*.

℞. *Non omnes viri* ante fratres suos debuerunt transire, sed saltem *robusti & bellicosi omnes*, v. 27. reliquis domi relictis, vel ad *agros colendos*, vel ad *urbes custodiendas*. *Walther.* in harm. Script. p. 200. seqq.

Vers. 20. *Expediti pergite coram Domino ad pugnam.*

Enjedinus in Explic. locor. V. & N. T. ad Gen. 16. v. 13. p. 25. negat, nomē *Jehovah* soli *Deo creatori* in Scripturis attribui, cùm hic *arca fœderis* vocetur *Jehovah*: Procedite coram *Jehovah*, hoc est, *arcâ*, in bellum.

℞. Hoc dictum nil pro Adversario concludit. Nam (1.) *arca* nulla planè fit mentio io istis verbis, imò ne in *hoc toto capite*; de qua etiam non constat, ao tempore Josuæ in bellum processerit: ideoque ullô modo his verbis ad arcam respici, minimè certum est. (2.) Sin autem io hoc dicto per *Jehovam* debet iotelligi *arca*; cur non etiam in v. 22. ubi dicitur: *Et eritis absoluti a Jehova*, (hoc est ab *arca*) *eritque terra ista vobis in possessionem coram Iehova* (id est, coram *arca*) *Ergone coram arca erunt absoluti, terram possidebunt coram arca?* Verùm quid hôc absurdius & ineptius? (3.) Solùm *Jehova* sic fit mentio, qui *inimicos suos exterminavit*, v. 21. *& cui omnis terra subjicienda fuit*, v. 22. imò, *qui semper stetit in acie, & promissa toties repetita, ero tecum, dabo eos in manus tuas, &c. fideliter servavit*: omnium ergò certissimè locus hic de *Deo creatore* exponitur. (4.) Si maximè (quod tamen è textu noo apparet) ad *arcam* fieret respectus qoidam non tamen *arca ipsa*, nomine *Jehovah* intelligenda esset, sed *unicus verus Deus*, ad arcam suam *singulari modò* præsens. *Gerhard.* in Exeg. loc. 2. de Nat. Dei. §. 40. p. 637. *Jacob. Martin.* l. 1. de trib. Eloh. c. 18. p. 203. *Hunn.* in Exam. error Photio. cap. 3. de nomin. Dei. err. 2. n. 12. pag. 213. *Thumm.* in Ἀποδ. Theol. de Spir. S. person. p. 7.

Vers. 23. *Et si non feceritis ita, ecce peccâstis Domino, & scitote peccatum vestrum, quod inveniet vos.*

Moses utitur (1.) *Metonymia causa* pro effectu: *peccatum* enim pro *pœna peccati*. (2.) *Prosopopœja*: nam *invenire* pœnæ peccati tribuitur, quasi *obambulans hominem quæsivisset*, seu *persecuta fuisset*. Jun. in Not. ad h. l. p. 164. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 2. cap. 9. p. 213.

Vers. 25. *Et dixit filii Gad, & filii Ruben ad Mosen, dicendo: Servi tui facient, quemadmodum Dominus meus præcipit.*

Enallage est numeri singularis, *dixit*, pro plurali, *dixerunt*. Quanquam Jun. in Not. ad h. l. p. 164. mavult esse *Ellipsin* nominis ita supplendam, *Et dixit*, scil. *tribus filiorum Gad*, &c. vel ut *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 371. interpretatur, *unus* nomine omnium. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 52. p. 397.

CAP. XXXIII. v. 1. *Istæ profectiones filiorum Israel, qui egressi sunt è terra Ægypti, ad exercitus suos, in manu Mosis & Aharonis.*

In textu hoc reperitur (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Ista*, scil. *sunt*. (2.) Metaphora: *manus* enim pro *ministerio* sumitur. Licèt alii *manum* planè redundare censeant: *In manu Mosis & Aharonis*, h. e. *per Mosen & Aharonem*. Ariæm. in Bibl. p. 147. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 164. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 343.

Vers. 9. *Et profecti sunt de Marah, & venerunt in Elim, & in Elim duodecim oculi aquarum, & septuaginta palmæ, &c.*

Redit huc (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *In Elim*, scil. *erant*. (2.) *Metaphora*: nam עין, aliâs *oculus*, notat *fontem*. Ariæm. in Bibl. p. 147. *Buxtorff.* in Lexic. Hebr. p. 542. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 340.

Vers. 35. *Et ascendit Aharon Sacerdos ad Hor montem super os Domini, & mortuus est ibi in anno quadragesimo, in egrediendo filios Israel è terra Ægypti; in mense quinto in una mensis.*

Videsis (1.) Ἀνθρωποπάθειαν: nam *os*, Deo attributum, notat ejus *præstitutum*. (2.) *Enallagen* adjectivi numeralis, cardinalis, *una*, pro ordinali, *primo* (3.) *Ellipsin* nominis: *In una*, scil. *die*. Jun. in Bibl. p. 165. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 14. p. 52. m. 1.

Vers. 52. *Et expellatis omnes habitatores terræ à faciebus vestris, & perdetis omnes effigies eorum, & omnes imagines conflatiorum eorum perdetis, & omnia excelsa eorum vastabitis.*

I. *Enallage* est tùm abstracti, *conflaturarum*, pro concreto, *conflatiles*; tum modi indicativi, *expelletis*, *perdetis*, *vastabitis*, pro imperativo, *expellite*, *perdite*, *vastate*. Ariæmont. in Bibl. p. 148. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 375.

II. Fuerunt inter *Reformatos*, qui docuerunt, *templa cum imaginibus, olim idololatriæ Pontificiæ dicata, esse subvertenda*; quòd *Deus jusserit imagines idololatrarum confringi, & omnia excelsa vastari*.

℞. N. C. nam in *populo Israelitico* subvertenda fuerunt *templa Idololatrica*, quia Deus tùm temporis *unico in loco* colendus fuit. Devt. 12. v. 28. At verò cùm Deus in N. T. coli possit *quovis loco*, Ioh. 4. v. 21. & 1. Tim. 2. v. 8. nemo non facilè intelligit, *Christianos* lege illa, populô Judaicô latâ, non teneri. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Leg. c. 9. sect. 5. q. 13. obj. 1. p. 116.

Vers. 55. *Et si non expuleritis habitatores terræ à faciebus vestris, & erit, quod residuum facietis ex eis, in spinas oculis vestris, & in aculeos lateribus vestris, & angustiabunt vos super terram, qua vos habitantes in ea.*

Frequentatur (1.) *Enallage* partim *numeri* singularis, *erit quod residuum facietis*, pro plurali, *erunt quæ residuum facietis*, partim *temporis* præsentis, *habitantes*, pro futuri, *habitaturi*. (2.) *Metaphora*: emphaticè enim *hostes* dicuntur *spinæ in oculis, & aculei in lateribus*, hoc est, *omnium molestissimi noxiique*, sicut *oculi* ne paleam aut festucam, nedum spinas vel aculeum, sine atrocissi-

atrociſſimo cruriatu perferre poſſunt. (3.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Habitantes*, ſcil. *eſtis*. (4.) Pleonaſmus: *Qua in ea*, pro, *in qua*; ubi ly *ea* redundat. Arizm. in Bibl. p. 148. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 11. p. 591.

CAP. XXXIV. v. 10. *Et deſignabitis vobis in terminum Orientis, à Chazar-Enan uſq; ad Sephā.*

Verbum hoc, וְהִתְאַוִּיתֶם, *deſignabitis*, compoſitum eſt ex תָּאָה, & תָּוָה, quorum utrumque ſignificat, *definivit* vel *ſignavit*; quo ipſo *accuratam deſignationem* notari volunt. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 31. p. 334.

Verſ. 18. *Et Principem unum Principem unum, ex tribu capietis, ad poſſidendam terram.*

Moſes utitur (1.) Hebraiſmo: *Principem unum Principem unum*, h.e. *principem unum ex unaquaque tribu*. (2.) *Enallage* modi indicativi: *capietis*, pro imperativo, *capitote*. 3.) *Syntheſi*: Ad *poſſidendam*, i.e. ad *diſtribuendam poſſeſſionem*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 377. & *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 166.

CAP. XXXV. v. 6. *Et urbes, quas dabitis Levitis, ſex urbes refugii, quas dabitis ad fugiendum illuc homicidam, & ſuper eas dabitis quadraginta & duas urbem.*

§. 1. אֵת הֶעָרִים, *in urbibus*, ſeu *inter urbes*, ubi אֵת *inexiſtentiam* notat; licèt אֵת, pro מִן, DE, accipiat *Vatabl.* in Aonot. ad h. l. p. 378. § 2. *Sex urbes*, ſcil. *erunt*, καὶ ἄλλα ἐστίν. § 3. *Et ſuper eas*, In Hebræo הֵם pro הֵן, poſitum eſt. § 4. *Duas urbem*, pro, *duas urbes*, ſingulari, עִיר, *urbem*, pro plurali, עָרִים, *urbes*, per Enallagen poſitô. *Ariam.* in Bibl. p. 149. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 6. can. 16. m. 3. n. 3. p. 564.

Verſ. 8. *Et urbes, quas dabitis de poſſeſſione filiorum Iſrael, à multo multiplicabitis, & à pauco diminuetis, vir juxta os hæreditatis ſuæ, quam hæreditabunt, dabit ex urbibus ſuis Levitis.*

In verſu hoc habetur (1.) Hebraiſmus: *A multo multiplicabitis, & à pauco diminuetis*, h.e. *pluribus aſſignabitis majorem hæreditatem, & paucioribus minorem*. (2.) *Pleonaſmus*: juxta os *hæreditatis*, i.e. juxta *hæreditatem*. Aricem. in Bibl. p. 147. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 378.

Verſ. 11. *Et contingere facietis vobis urbes, urbes refugii erunt vobis & fugiet illuc homicida percutient animam in ignorantia.*

Ecce (1.) *Anadiploſin*: vox enim, *urbes*, in fine præcedentis, & initio ſequentis ſententiæ repetitur. (2.) *Enallagen* temporis præſentis, *percutiens*, pro præterito, *qui percuſſit*. (3.) *Synecdochen* partis pro toto: nam *anima* pro *perſona humana* ponitur. *Ariæm.* & *Vatabl.* ibid.

Verſ. 17. *Et ſi in lapide manus, quo moriatur in eo, percuſſerit eum & mortuus fuerit, homicida ipſe, moriendo, morietur homicida ille.*

Redit huc (1.) *Enallage* ſubſtantivi, *manûs*, pro adjectivo, *manuali*. (2.) Pleonaſmus: *Quo in eo*, h. e. *in quo*, ubi ly *eo* redundat. 3.) Hebraiſmus: *Moriatur*, i.e. *mori poſſit*. (4) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Homicida ipſe*, ſc. *eſt*. (5.) Epizeuxis: *Moriendo morietur*, hoc eſt, *omninò morietur*. Aricem. in Bibl. p. 149. *Iun.* ibid p. 166.

Verſ. 27. *Et invenerit eum redemptor ſanguinis ab extra terminum urbis refugii ſui, & occiderit redemptor ſanguinis homicidam, non ei ſanguis.*

Deprehenditur hoc loco (1.) *Pleonaſmus*: nam AB ante EXTRA redundat. (2.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi. *Non ei*, ſcil. *erit*. (3.) *Metonymia*, qua *ſanguis* pro *cæde & occiſione* ſumitur, ut ſenſus ſit: *Non erit reus cædis*. Arizm. in Bibl. p. 150. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 379. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 11. p. 351.

Verſ. 31. *Non accipietis expiationem animæ homicidæ, qui reus eſt ſanguinis ſtatim & ipſe morietur.*

Socinus part. 1. de Servat. Chriſt. 12. ſtatuit, *in ſacrificio anniverſario errata graviora haud fuiſſe expiata*, cum nullum ſacrificium, pro ullo *aperto flagitio*, ut *homicidio*, expiando inſtitutum fuerit.

R. (1.) Nomine *expiationis* intelligitur *pecunia*, quâ redimitur occiſio, ut ſenſus ſit: *Non accipietis pecuniam ab homicida, ut impune ferat homicidium*, id eſt, nulla erit *mulcta pecuniaria*, pro vita ipſius homicidæ. Quid vero hoc contra *ſacrificialem apertorum flagitiorum expiationem*? (2.) Quamvis Deus talia, ne ſcelerum impunitas politiam everteret, capitaliter plecti præceperit, horum tamen *æternum reatum* generali & anniverſaria expiatione propter Chriſti victimam pœnitentibus fuiſſe expiatum, è Levit. 16. v. 16. & 21. conſtat. *Thumm.* in Exerc. Theol diſp. 9. p. 52. *Olenſt.* annot. in Numer. 35. p. 548. a.

Verſ. 34. *Et non polluet terram, quâ vos habitantes in ea, cujus ego habitans in medio ejus, quia ego Dominus habitans in medio filiorum Iſrael.*

Iteratur modò (1.) *Enallage* tum numeri ſingularis, *polluet*, pro plurali, *polluetis*; tum temporis præſentis, *habitans*, pro futuro, *habitaturus ſum* in medio ejus. (2.) Pleonaſmus: *Qua in ea*, pro, *in qua*; & *cujus in medio ejus*, pro, *in cujus medio*, altero pronomine abundante. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: *habitatio* enim Dei in medio filiorum Iſrael, *præſentis Dei gratioſam manifeſtationem, directionem*, &c. denotat. *Ariam.* in Bibl. p. 150. *Iun.* ibid. pag. 167. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 151.

CAP. XXXVI. v. 3. *Et erunt uni de filiis baculorum filiorum Iſrael in uxores, & diminuetur hæreditas earum de hæreditate patrum noſtrorum, & addetur ſuper hæreditatem tribûs, quibus erunt eis* &c.

Videlis (1.) *Enallagen* adjectivi numeralis, *uni*, pro indefinito, *alicui*. (2.) Metaphoram: nam שֵׁבֶט, *baculus*, pro *tribu* ſumitur, quia e a *parente primò* enata eſt, ut ex *arbore* baculus. (3.) *Ellipſin* nominis: *Baculorum*, ſcil. *aliorum*. (4.) *Hebraiſmum*: nam *filii tribuum* Hebræis ſunt *tribules*. (5.) *Pleonaſmum*: *Quibus in eis*, pro, *in quibus*, ubi τὸ *eis* redundat. *Ariam.* in Bibl. p. 151. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 167. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 398.

Verſ. 6. *Hoc verbum, quod præcepit Dominus filiabus Zelaphechad, dicendo. Bono in oculis ipſorum erunt in uxores, tantum familiæ tribus patrum ſuorum erunt in uxores.*

I. Recurrit nunc (1.) *Ellipſis* verbi ſubſtantivi: *Hoc*, ſcil. *eſt*. (2.) *Enallage* temporis præteriti, *præcepit*, pro præſenti, *præcipit*. (3.) Hebraiſmus: *Bono in oculis ipſarum*, i.e. *qui placebunt ipſis*; & *erunt in uxores*, h.e. *iis nubant*. Ariæm. in Bibl. p. 150. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 38○. *Iun.* ibid. p. 167.

II. *Hunnius* tom. 2. oper. Lat. p. 150. & tom. 3. p. 9. cenſet, legem illam Dei verſ. 8. non *omnes omninò filias Iſraelitarum* obligare, cùm caſus ſpecialis hic proponatur de *filiabus Zelaphechad*,

phechad, quæ fratrem non habebant, ideòque certa hæreditatis pars de bonis immobilibus ipsis obtiugebat; ita tamen, ne extra tribum suam nuberent: ergo *talibus tantùm filiabus*, legem ferri, & non nisi in *speciali* illo casu obtinere locum Quod & propugnat *Brochmann*. tom. 1. System. Theol. art. de Servat. Christ. c. 15. 1. q. 9. p. 834. b. & 835. a.

Tarnovius in Exerc. Bibl. p. 17. thes. 17. respondet, negando sequelam, quia *dicti occasio* possit *esse specialis* & *dictum generale*, velut videre sit Psal. 14. v. 1. Rom. 3. v. 10. & 11. illiusque axiomatis fundamentũ quoddã habeatur, Marc. 13. v. 17. Rom. 15. v. 4. *Eadem ratio*, pergit ille, *est legum ferendarum*: nam quandoq; lex tãtùm fertur de illo *casu*, qui *propositus* fuit; quandoque verò *speciali occasione* lex fertur *generalis*, ex qua & *similes*, & qui *inde oriri possunt*, casus, optimè decidantur singuli atque universi; Id quod hic factum esse, illud indicii satis est, quod à *fœmellis*, de quibus tantùm instituta quæstio. v. 3. ad *viros* descendat responsum divinum, v. 7. Et hic experientiam quotidianam consule, tunc videbis, sæpe *speciali occasione* permotum Magistratum, legem ferre *universalem*. Ita ille.

Vers. 7. *Ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum: quia unusquisq, possessioni tribus paternæ suæ adhærebunt filii Israel.*

I. Moses utitur (1.) *Hypallage*; ordo enim turbatus sic reponendus: *Unusquisq, filiorum Israel possessioni* &c. (2.) Metaphorâ: *adhærere* namque propriè *conjugio* tribuitur, transfertur verò ad *contribules*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 380. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 167.

II. *Hunnius* d. l. instat, *rationem legis* in textu esse expressam, ne videlicet fiat *translatio hæreditatum*; hanc verò translationem hæreditatum tantummodò locum habere in exemplis earum filiarum, *quæ succedebant in hæreditate paterna*.

Tarnovius d. l. p. 16. thes. 13. argumentum invertit, & dicit, *rationem* hic legi additam posse valere; in *omnibus fœmellis*, ideoque legem omnes obligare. Idipsum probat hoc modo: *Si extra suam tribum licuisset filiabus Israelitarum nubere, facile potuissent tribus & possessiones paternæ confundi, id quod severè hic prohibetur*. Nam cum jam filiæ nupsissent aliis, quàm qui essent de sua tribu, & post (id quod sæpe fit) moreretur frater vel fratres earum fœminarum, in aliam tribum traductarum, sine hæredibus masculis, & jure illo, quod habetur Num. 27. v. 8. ad has perveniret paterna hæreditas bonorum immobilium; omninò secuta esset tribuum illa, de qua dixi, confusio. Quomodo enim vir fœminæ, succedentis in paterna bona immobilia, accenseretur alteri tribui, ex qua non esset oriundus: aut quomodo fœmina in tribu paterna sua occuparet bona, cùm nupsisset viro alterius tribus? Illi igitur casui potissimum hâc lege Deus occurrere voluit. Sic ille.

III. Eidem *Tarnovio* ib. p. 11. thes. 1. seqq. omninò videtur probari posse, *non licuisse duodecim tribubus Israelitarum in terra sancta extra suam tribum conjugia inire*, quòd *unusquisque illorum adhærere debuerit possessioni tribus suæ paternæ*, nimirum *ducendo conjuges*, & *contrahendo matrimonii*.

Chamierus tom. 1. Panstr. l. 14. c. 11. n. 33. seq. regerit (1.) falsum esse, eandem legem *ex æquo* tum fœminis ferri, sed Mosen *liberum* reliquisse *viris*, uxores quærere ex qualibet tribu, dummodò non ipsæ essent hæredes.

Tarnovius l. c. p. 14. thes. 9. respondet, particulam איש, in Hebræo positam, significare *quemlibet virum aut fœminam*, cùm sit *generale* nomen & *collectivum*, ut sequens constructio innuat, quando cum *verbo plurali* conjungitur; cujus rei exemplum habeatur *Psal.* 1. v. 1. ubi & *fœminas* itidem ac mares denotat.

(2.) Illud, *adhærebunt*, referri ad *possessionem*, ut sit sensus: *Adhærebunt possessioni*, id est, *manebunt in possessione tribus suæ*, non autem referri ad conjugem.

Sed (1.) *Bellarminus* l. 2. de Verb. Dei c. 12. respondet, utique illud, *adhærebunt*, referri ad *conjugem*, ut sit sensus: *Filii Israel adhærebunt*, nimirùm *uxori*, id est, conjungent matrimonia, *unusquisq, in possessione tribus suæ*, i. e. *non transeundo per conjugium ad possessionem alterius tribus*. (2.) *Tarnovius* d. l. thes. 10. urget verbum דָּבַק, quod *propriè & nativâ sua significatione de arctissima viri & fœminæ συζυγίᾳ*, atque *copula in matrimonio* usurpetur, quemadmodum liquidò appareat ex ipsa conjugii institutione, quæ extat *Gen.* 2. v. 24. (3.) Id. thes. 11. arguit, quòd ut de *fœminis* hic dicatur תִּהְיֶינָה לְאִשָּׁה, sic ex *vi relatorum*, דָּבַק de *viris* usurpatur, & illud, *nubet*, hoc, *ducit uxorem*, denotet. Unde sic colligit: Sicut *hisce fœminis*, de quibus v. 8. sermo, non licuit extra suam tribum nubere, ita *nulli viro* extra suam tribum uxorem ducere licuit. Ita ille.

Vers. 8. *Et cuncta fœmina de eadem tribu maritos accipient*, &c.

Tarnovius ibid. p. 14. thes. 8. propugnat, nec *fœmellis* 12. *tribuum Israelitarum licuisse in terra sancta extra tribum suam nubere*, cum juxta legis tenorem, *omnis fœmella in possessione tribus suæ debeat nubere*.

Hunnius tom. 3. Oper. Lat. p. ait, legem illam obligare tantùm fœminas, *habentes bona immobilia*; cùm *Hebraicè legamus*, *omnis fœmina hæredes*, inquit *Chamierus* l. supr. allat.

Tarnovius d. l. respondet, non tantùm de *illis* fieri sermonem, cùm omnes bona immobilia hæreditario jure consequi potuerint, addit *ille in marg.* p. 16. quandoquidem infiniti casus potuerint incidere, ut quæ successuræ non credebantur, succedant prioribus defunctis, subjicit *id.* pag. 31. thes. 51.

VINDICIÆ DEUTERONOMII.

CAP. I. v. 1. *Hæc sunt verba, quæ locutus est Moses ad omnem Israel trans Iordanem.*

MOses *sibi repugnare videtur*: hic enim refert, se verba locutum esse ad omnẽ Israël *trans* Jordanem, cùm *ipse Jordanem non transierit*, Deut. 31. v. 2.

R. Vocula עֵבֶר apud Hebræos *omnem tractum*: qui fluvio alluitur, aut interfluente aquâ dirimitur; denotat, sive tractus ille sit *citerior*, sive *ulterior*, notante *Junio lib.* 1. Parall. 14. Igitur ex *Hebræo* verti potest: *Locutus est Moses in transitu Jordanis*: non *ultra Jordanem*, propè loca, quæ vicina sunt Jordani fluvio, quem postea Iosua cum populo transiit. Etenim si consideremus locum, in quo explanavit propheta leges Dei, fuit ille respectu terræ Canaan, in *transitu* Jordanis. *Walther.* in Harm. Script pag. 201. §. 152. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 6. can. 10. p. 540.

Verſ. 4. *Poſt percuſsiſſe eum Sichon regem Amorrhaorum, qui habitans in Chesbon, & Og regem Baſan, qui habitans in Aſtaroth, in Edrehi.*

§. 1. *Poſt percuſsiſſe eum*, pro, *poſtquam percuſſiſſet ille.* §. 2. *Habitans*, per Enallagen, pro, *habitabat.* §. 3. *Percuſsit in Edrehi*; nam verbum *percuſsit*, in hujus versûs initio ponitur, ex quo in fine repetendum: in *Edrehi* enim Og exercitum ſuum contra Iſraelitas duxerat, *Numer.* 21. verſ. 33. & *Deut.* 3. v. 1. *Ariœm.* in Bibl. p. 151. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 168. *Glaſſ.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 2. obſerv. 9. p. 718.

Verſ. 7. *Vertite vos, & proficiſcimini vobis, & venite montem Amorrhai, & ad omnes vicinos ejus, in ſolitudine, in monte, & in planitie, & in meridie, & in littore maris, terrā Chananai, & Libanon, usq; ad*, &c.

Ecce (1.) *Pleonaſmum*: nam VOBIS emphaticè verbo additum, redundat. (2.) *Ellipſin* præpoſitionis אֶל. AD, tùm ante *montem*, tùm ante *terram* præfigendæ. (3.) *Synecdochen partis* pro toto: nomine enim *montis* tota *terra*, in qua varij montes ſunt, intelligitur. (4.) *Enallagen numeri* ſingularis, *Amorrhai, littore, Chananai*, pro plurali, *Amorrhaorum, littoribus, Chananaorum.* Ariœm. in Bibl. p. 151. *Jun*, ibid. p. 168. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 3^3.

Verſ. 22. *Fodiant nobis terram illam, & referant nobis verbum, viam, quâ aſcendemus in eâ, & urbes, quas* &c.

Moſes utitur (1.) Metaphora: *fodere* enim pro *quærere* ſeu *explorare* ſumitur, ſicut *foſſores* rem latentem quærunt. (2.) *Hebraiſmô*; quo דָּבָר, *verbum*, notat, *rem.* (3.) Pleonaſmô: *qua in ea*, pro, *in qua*; & *quas ad eas*, pro, *ad quas.* Ariœm. in Bibl. p. 151. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 380.

Verſ. 26. *Et noluiſtis aſcendere, & mutare feciſtis os Domini Dei veſtri.*

Videſis (1.) Ἀνθρωποπάθειαν: nam *os Domini* metonymicè pro *ejus præſtituto* uſurpatur, (2.) Hebraiſmum: *Mutare feciſtis*, h. e. *occaſionem dediſtis mutandi* præſtitutum Domini, q. d. *feciſtis, ut Deus aliud conſilium vobis proponeret*, quàm quod habetur v. 8. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 169. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 10. p. 253. & l. 5. tr. 1. c. 1. m. 1. p. 8.

Verſ. 27. *In odium Domini nos, eduxit nos de terra Ægypti, ad dandum nos in manum Amorrhai*, &c.

In textu hoc reperitur (1.) *Ellipſis* ſive præpoſitionis, *In odium Domini adverſum nos*, ſive verbi conjugati, *In odium Domini*, quô odit *nos.* (2.) *Metaphora*, quâ *manus* ſignificat *poteſtatem.* (3.) *Enallage numeri* ſingularis, *Amorrhai*, pro plurali, *Amorrhaorum.* Jun. in Not. ad h. l. p. 169. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 62. p. 162.

Verſ. 28. *Quò nos aſcendentes? fratres noſtri liquefecerunt cor noſtrum, dicendo: Populus magnus & exceſſus præ nobis, urbes magna & munita in cœlos, & etiam filios gigantum vidimus.*

Nota hic (1.) *Enallagen temporis* præſentis, *aſcendentes*, pro futuro, *aſcendemus.* (2.) *Synecdochen ſpeciei* pro genere: *fratres* enim tales ſunt *gentis.* (3.) *Metaphora*: nam *liquefacere cor alicujus*, eſt, *animo metum & conſternationem incutere.* (4.) Hebraiſmum: *Magnus & excelſus præ nobis*, h. e. *major & excelſior nobis*; Hebræi namque comparativo carent. (5.) Hyperbolen: *Munita in cœlos*, i. e. *omnium altiſsime*; *cœlum* enim pro *maxima altitudine* accipitur (6.) Pleonaſmum: *Filios gigantes.* Ariœm. in Bibl. p. 152. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 385. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 10. p. 264. & cap. 19. p. 469.

Verſ. 36. *Præter Caleb filium Jephunneh, ipſe videbit eam, & ei dabo terram, qua calcavit in ea, & filiis ejus, eo quod complevit poſt Dominum.*

Habetur hoc loco (1) *Synecdoche*: mentio enim fit duntaxat *Caleb*, & ſimul intelligitur etiam *Joheſuah*, ut ex v. 38. patet. (2.) Pleonaſmus: *Qua in ea*, pro, *in qua*: ubi ly *ea* abundat. (3.) Ellipſis verbi, לָכֶת, *ire*: Complevit *ire* poſt Dominum, h. e. *planè* vel *completè ſequutus eſt Dominum.* (4.) *Enallage antecedentis* pro relativo: *Poſt Dominum*, i. e. *poſt me.* Ariœm. in Bibl. p. 151. *Vatabl.* in Annot. ad h. l, p. 385. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 169. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 36. not. a. p. 348.

Verſ. 39. *Parvuli & filii veſtri, qui hodiè boni & mali ignorant diſtantiam*, &c.

I. *Rannichius* in Colloq. Franckenthal. act. 32. n. 6. *infantes* pronunciat *innocentes peccati originalis*, quod *ipſi ignorent boni & mali diſtantiam.*

℞. (1.) Rannichius ſocio ſuo *Rauſſio* contradicit, quippe qui act. 14. n. 7. p. 270. ejusdem Colloquii fatetur, *infantes in* V. T. *peccato originali fuiſſe infectos*: quomodo igitur *ille* eosdem pronunciat peccati originalis inſontes? (2.) Aliud eſt, *neſcire peccatum*; & aliud, *non habere peccatum.* Poteſt aliquis *habere* peccatum, licèt illud *ignoret.* Ita *Paulus*, qui ignorans peccavit, ſuômet judiciô maximus peccatorum eſt, 1. *Tim.* 1. v. 13. Et Chriſto judice *ſervus*, qui ignorans delinquit, vapulabit, ſed levius, *Luc.* 12. v. 48. *Chemnit.* par. 1. LL. CC. loc. de Pecc. Origin. c. 6. n. 4. p. 243. *Brochm.* tom. 1. Syſt. Theol. art. de Pecc. cap. 6. q. 1. p. 444. ſeq. *Dathen.* in Colloq. Franckenthal. act. 32, num. 7. p. 652. ſeq.

II. *Photiniani* negant, *in infantes cadere peccata actualia, cùm ignorent boni & mali diſtantiam.*

II. In hoc loco non negantur *ſimpliciter omnia* peccata actualia in infantibus, ſed *eo tantùm reſpectu*, quo committuntur à *conſcia voluntate*, & per quandam *antegreſſam deliberationem.* Hi *actus ſecundi voluntatis humanæ* non cadunt in ætatem *infantilem*, ideò etiam *irrectitudines horum actuum* in infantes non cadunt, & hoc ſenſu dicuntur *neſcire boni malive diſtantiam.* Quòd autem non omninò peccatis *actualibus* careant infantes, teſtantur *pravi motus*, qui in ipſis deprehenduntur, ut *ira, rancor, faſtidium, impatientia*, &c. Unde *Auguſtinus*: *Vidi ego & expertus ſum Zelantem parvulum, nondum loquebatur, & intuebatur pallidus amarô aſpectu collactaneum ſuum.* *Hutter.* in LL. Theol. art. 10. de Pecc. actu. cap. 1. q. 3. p. 348. a. *Stegm.* diſp. Antiphot. 11. q. 3.

III. *Vorſtius* in Apologet. exeg. diſp. 1. de Deo, p. 3. inficiatur, *infantes uteris maternis adhuc incluſos, per naturam de Deo quicquam nôſſe, cum nec bonum nec malum nôrint*, etiam *jampridem nati* multoque magis *nondum nati.*

℞. Aliud *concluditur*, quàm *proponitur*: nam Moſes de notitia *actuali*, Vorſtius de *habituali* loquitur. *Tarnov.* Comment. in Johann. cap. 1. par. 1. q. 25. arg. 5. p. 140.

IV. *Bellarminus* l. 1. de Baptiſm. cap. 11. docet,

infantes, baptizatos licèt, carere propria & actuali fide: quòd *non cognoscant distantiam boni & mali.*

℞. (1.) Hoc tantum sequitur, infantes non habere *talem sensibilem & inexplicatam fidem, qualem habent adulti*; quod concedimus. (2.) Quæstio nostra non est de fide *historica*, ad quam cognitio illa pertinet; sed de fide *salvifica*, secundùm quam ipsis quoque παιδίοις notitia, ad salutem necessaria, non omninò deest, 1. *Johann.* 2. v. 14. Etsi neque ipsi neque nos *modum illius notitiæ* explicare, aut sensibus nostris comprehendere queamus. (3.) *Infantes Hebræorum* etiam non noverant distantiam boni, & tamen *Deus cum ipsis fœdus feriebat*. (4.) *Bellarminus* sibi contradicit: nam ibid. propos. 1. negat, infantes *habere actu fidem*; & tamen propos. 5. asseverat, infantes *actu credere*. Actu enim credens, actu habet fidem. *Eckard.* par. 2. Pandect. c. 5. e. 22. q. 5. obj. 1. p. 231. *Finck.* tom. 5. Giess. disp. 13. p. 373. 374. seq.

Vers. 41. *Et accinxistis quisq; armis belli sui, & fategistis*, &c.

Enallage est *substantivi* pro *adjectivo*, pronomine possessivô ad *posterius* nomen suffixô: *Armis belli sui*, h. e. *armis suis bellicis*. Glass. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 8. m. 2. p. 38.

Vers. 42. *Nolite ascendere, neque pugnetis: Non enim sum vobiscum.*

Controversiam fortè hic motam vide in Vindic. *Numer.* 14. v. 42. decisam.

Vers. 44. *Et egressus est Amorrhæus, habitans in monte isto, in occursum vestri, & persequuti sunt vos, sicut faciunt apes, & contriverunt vos in Sehir usque ad Chormam.*

Iteratur nunc (1.) *Enallage* numeri singularis *Amorrhæus*, pro plurali, *Amorrhæi*, idque indicat verbum plurale, *persequuti sunt*. (2.) Hebraismus: *Faciunt*, h. e. *facere solent*. (3.) Metaphora: *conterere* enim significat *affligere* vel *perdere*. Jun. in Not. ad h. l. p. 169. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 9. p. 252. & lib. 5. tract. 1. cap. 12. p. 380.

CAP. II. v. 5. *Ne misceatis cum eis, quia non dabo vobis de terra eorum usque ad calcationem volæ pedis, quia hæreditatem ipsi Esau dedi montem Sehir.*

I. Ecce (1.) *Ellipsin* nominis, ex v. 9. repetendi: *Ne misceatis*, scil. *bellum*. (2.) *Synecdochen* totius pro parte: Cum *eis*, enim *reliquis*, per quos transituri estis; nam *Amalecitas* (licèt *Edomæi* essent) nominatim exclusit ex hac lege Deus. *Exod.* 17. v. 14. & *Deut.* 25. v. 17. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 387. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 170.

II. Moses *Psaltæ* repugnare videtur: *ille* enim de *filiis Esau*, qui habitant in Seir Israelitis dicit, eos ipsorum terram nec passum pedis esse occupaturos: *hic* verò Psal. 60. v. 10. gloriatur, se in *Idumæam* extendere calceamentum suum.

℞. (1.) *Tunc* quidem, cùm populus Israeliticus possessurus erat terram benedictam, noluit Deus concedere, ut ille debellaret Idumæos, utpote nexu quodam necessitudinis fraternæ sibi devinctos: nondum enim instabat tempus prædictæ quondam servitutis, *Gen.* 25. v. 23. sed sub *Davide* demum ex dicta & indicta servitutis comminatione debebant fieri tributarij, & subjugari *Idumæi*, quod ita successit, 2. Sam. 8. v. 14. *Hoc* Hieropsaltes jactat. (2.) Sic Deus dixerat, non daturum se Idumæum Judæis in possessionem, nimirum ut eam *merò imperiô* obtinerent, sicut terram Canaan obtinebant. *Walther.* in harm. Script. p. 202.

Vers. 7. *Quia Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opere manus tuæ, novit ambulare tuum desertum magnum istud, jam quadraginta annô, Dominus Deus tuus tecum, non indiguisti verbo*, &c.

Moses utitur (1.) *Metonymiâ causa* pro effectu: nam *nôsse* de DEO usurpatum, *curam ejus paternam* notat. (2.) *Enallage* partim verbi, *ambulare*, pro nomine, *iter*; partim *numeri* singularis, שָׁנָה, *annô*, pro plurali, שָׁנִים, *annis*. (3.) *Ellipsi* tùm præpositionis PER ante ly *desertum*, tùm verbi substantivi, *Tecum*, scil. *fuit*. (4.) Hebraismô, quo דָּבָר, *verbum*, pro *re* ponitur, q. d. *ulla re*. Aricem. in Bibl. p. 152. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 387. *Jun.* ibid. p. 170. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 2. cap. 1. m. 3. n. 1. p. 13.

Vers. 14. *Et dies, quibus ambulavimus de Cades Barnea, usque quo transivimus torrentem Zered, triginta & octuaginta anni, usq; ad consumi omnem generationem virorum belli de medio castrorum, quemadmodum juravit Dominus eis.*

Videsis (1.) *Synecdochen partis* pro toto: *dies* enim pro *tempore* est. (2.) Hebraismum: *Vir belli* i. e. *bellator*. (3.) Pleonasmum: *De medio castrorum*, pro, *de castris*. (4.) *Ellipsin* tum verbi substantivi: *Octuaginta*, scil. *fuerunt*; tùm præpositionis: *Eis*, h. e. *de eis*. Vatabl. in annot. ad h. l. p. 387. *Jun.* ibid. p. 170.

Vers. 15. *Et etiam manus Domini fuit in eos ad conterendum eos è medio castrorum, usque ad consumendum eos*, &c.

In textu hoc occurrit (1.) Ἀνθρωποπάθεια: nam *Dei manu* notatur *ejus potentia*, exserens se in pœnæ inflictione. (2.) Metaphora: *conterere* enim sumitur pro *perdere*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 387. Confer. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 110. & cap. 12. p. 380.

Vers. 19. *Non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon*, &c.

Nova ἀντιλογίας apparet species: hic enim Deus dicit, se non daturum Israelitis de terra *Ammonitarum* hæreditatem: cum tamen *dimidia istius terra portio* à Mose data sit tribui *Gad*, Josu. 13. vers. 15.

℞. Terram *illam*, quam Mosis tempore adhuc possidebant Ammonitæ, retinuerunt; *altera* autem ejus pars dimidia jam pridem à *Sichone*, rege Amorrhæorum, occupata, inter Israelitas fuit distributa, *Judic.* 11. v. 15. *Walther.* ibid.

Vers. 26. *Misi ergo nuncios de solitudine Cademoth ad Sichon regem Chesbon verbis pacificis.*

Ἐναντιοφανὲς hic occurrens vide conciliatum in Vindic. *Numer.* 21. v. 21.

Vers. 27. *Transibo per terram tuam, in via in via procedam, non declinabo ad dexteram, neq; ad sinistram.*

§. 1. *Transibo*, h. e. *concede quæso*, seu da potestatem, *ut transire possim*; permissio enim alicujus negotii apud Hebræos petitur in futuro rei agendæ. §. 2. *In via in via* h. e. *continuò eâdem viâ* procedam; ubi repetitio fit ad *continuationem* designandam. *Glass.* lib 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 5. m. 1. p. 17. & tract. 3. can. 11. not. 3. p. 259.

Vers. 28. *Cibum pro argento facies me comparare; & comedam; & aquas pro argento dabis mihi, & bibam: tantum*, &c.

Obser-

Observa (1.) Hebraiſmum: *Facies me comparare*, h. e. *concede me comparare*, poteſtatem hujus rei præbe: verbum enim, *actionem* notans, de *conceſsione* ejus intelligendum. (2.) *Metonymiam materia pro materiato*: nam *argentum* pro *pecunia* eſt. (3. *Enallagen* conjunctionis copulativæ & cauſalis: *Et comedam, & bibam*, pro, *ut comedam, ut bibam*. Jun. in Bibl. p. 170. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 11. p. 256.

Verſ. 30. *Et non voluit Sichon rex cheſbon tranſire facere nos per ſe, quia induraverat Dominus tuus ſpiritum ejus, & obfirmaverat cor illius, ad dandum eum in manum tuam, ſecundùm diem hanc.*

I. Offert ſeſe (1.) *Metonymia ſubjecti* pro adjuncto: *Per ſe*, i. e. *per agrum ſuum*. (2.) *Metaphora*: nam *induratio* mentis *pravitatem & pertinaciam* denotat. (3. Hebraiſmus: *Secundum diem hanc*, h. e. *quemadmodum omnibus hodiè notum eſt*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 389. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 170. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 361.

II. Nonnulli ex *Calvini* aſſeclis non veriti ſunt ſtatuere, *Deum eſſe cauſam peccati*, quia *Rex Sihon ideo tranſitum Iſraelitis negaverit, & bellum contra ipſos ſuſceperit*, quòd *fuerit à Deo induratus ad hoc ipſum.*

℞. Senſus hujus dicti non eſt, quaſi Deus *abſoluto quodam*, peccatum omne antegredienti, *odio* obduráſſet Sihonem, ut *fatali* decretô terra ejus veniret in Iſraelitarum poteſtatem: initiò enim terram iſtam extra Jordanem Deus nequaquam promiſerat Iſraelitis, nec ea pertinebat ad cenſum terræ benedictæ (qui enim fuerint limites terræ primùm promiſſæ; illud videre licet ex Numer. 34. à v. ad 13.) adeò ut terram Sihoni ſuam reliquiſſet Deus, ſi tranſitum non negâſſet Moſi, pacificè eum petenti, Deut. 2. v. 26. Verùm, *Sihon à Domino dicitur induratus*, quia, cùm prius ſeipſum obfirmavit, & vindice Satanâ dignum organum ſeſe præbuit, cor ipſius non emollivit Dominus, ſed in duritie dimiſit. Fuiſſe enim Sihonem Amorrhæum cum ſuis ſupra modum pertinacem, ac ſummæ impietatis, elucet cumprimis hinc, quòd tunc temporis vidit & audivit in deſerto magna DEI miracula, ut patet ex Joſu. 2. v. 10. & tamen illis ipſis ne vel tantillum commoveri ſemetipſum paſſus eſt: proinde juſto Dei judiciô periit, ipſiusque terra *extraordinariis* precibus *extraordinariè* duabus & dimidiæ tribui Iſraelis à Deo contigit, ut ex *Numer.* 32. totô capite prolixè cognoſci poteſt. *Franz.* tract. de Interpr. Script. orac. 26. p. 420. ſeqq. *Dannh.* tract. Theol. de Bell. p. 109.

Verſ. 31. *Et dixit Dominus ad me: Vide, incepi dare coram te Sichon, & terram ejus; incipe, poſſide ad poſſidendum*, &c.

§. 1. Pro adverbio demonſtrandi, הִנֵּה, *ecce*, uſurpatur imperativus, רְאֵה, *vide*. §. 2. *Dare coram aliquo*, eſt, *ponere in poteſtate alicujus*. §. 3. *Incipe, poſſide*, pro, *incipe poſſidere* ſeu *adire hæreditatem*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 389. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. cap. 34. p. 334.

Verſ. 34. *Et cepimus omnes civitates ejus in tempore illo, & anathematizavimus omnem civitatem virorum, & mulieres & parvulum, non reſiduavimus ſuperſtitem.*

Reperitur hic (1.) Hypallage *Omnem civitatem virorum*, pro, *viros cujusque civitatis*. (2.) *Enallage* numeri ſingularis, *parvulum*, pro plurali, *parvulos*. Jun. in Not. ad h. l. p. 170.

Verſ. 37. *Tantùm ad terram filiorum Ammon non acceſsiſti, omnem manum torrentis Jabboc, & urbes montis, & omnia, quæ præcepit Dominus, Deus noſter.*

In verſu hoc deprehenditur (1.) *Ellipſis* tùm præpoſitionis, *ad* omnem manum, & *ad* urbes & *ad* omnia, &c. tùm nominis, *Et omnia*, ſcil. *loca*. (2.) *Metaphora*, quâ *manus* locum denotat. (3.) *Enallage* ſubſtantivi, *montis*, pro adjecto, *montanas*. Vatabl. in Bibl. p. 389.

CAP. III. v. 4. *Cepimus ab cum eis omnem funem Argob*, &c.

Ecce (1.) Pleonaſmum: *Ab cum*, pro, ab, redundante *cum*. (2.) *Metonymiam cauſa* pro effectu: *funis* enim eſt pro *regione*, fune dimensâ. *Arias.* in Bibl. p. 184. *Glaſſ.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 2. p. 10.

Verſ. 26. *Et excanduit Dominus contra me propter vos, & non exaudivit me; & dixit Dominus ad me: Multum tibi, ne addas loqui ad me ampliùs in verbo hoc.*

I. Nota hic (1.) verbū affirmativum וַיִּתְעַבֵּר (quod alliàs *exceſſum via* ſignificat) *excanduit*, poni pro contrario negante, *gratiam non exhibuit*, ut ſcil. introduceret me in terram Chanaan, uti quidem humiliter petebam. (2.) *Cauſalem* conjunctionem, לְמַעַן, UT, ſignificare PROPTER, & notare *cauſam efficientem*: *propter vos*, h. e. *vos in cauſa fuiſtis*, ut Dominus mihi iraſceretur. (3.) Verbum, *addas*, adverbialiter exponendum, infinito in finitum mutatô: *Ne addas loqui*, h. e. *ne poſthàc loquaris*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 391. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3 can. 19. p. 285. & tract. 7. can. 20. m. t. p. 625.

II. Moſes ſibi *contradicere* videtur: hic enim affirmat, *Iſraelitas in cauſa fuiſſe, ut Dominus ſibi iraſceretur*; at *Numer.* 20. verſ. 24. ipſe Moſes fatetur, *ſe iram Dei ſuâ infidelitate ſibi accerſiviſſe.*

℞. Moſes quidem ipſemet *infidelitate ſuâ* viam Dei ſibi accerſiverat; loquitur autem hoc loco *mediatè* ſic, quia *occaſione* regendi tàm moroſi & increduli vulgi, lapſus erat in eam incredulitatem. *Glaſſ.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 7. can. 20. p. 625.

CAP. IV. v. 2. *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: cuſtodite mandata Domini Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis.*

I. *Papiſtæ* quidam negánt, *Scripturam ſacram in linguas eſſe vernaculas eſſe vertendam*. cùm *in ea ſit nihil immutandum*; at *ipſa non poſſit verti niſi multa mutentur.*

℞. (1.) Negatur, Scripturam Sacram non poſſe verti, niſi multa *immutentur*, quia licèt Scriptura *vertatur*, manet tamen *non mutata* in *authenticis* editionibus. (2.) Spiritus Sanctus in præſenti textu loquitur non de mutatione *verborum*, ſed *rerum*: itaque in verſionibus licèt mutentur *verba* & phraſes, *reipſa* tamen non mutantur. (3.) Si eſſet mutatio Scripturæ ſacræ propter verborum & phraſium mutationem, tum Chriſtus & Apoſtoli non ipſiſſima verba V. T. citantes, aut in alia ſaltem lingua Scripturam mutárunt, & legem illam transgreſſi ſunt; quod abſit dicere: ſequeretur etiam hinc, quia verba & Phraſes Hebraicæ atque Græcæ in Scripturam non debere verti in linguam *Latinam*,

Latina editione esse non possunt. *Scharp.* tom. 1. Curs. Theol. art. de Script. Sacr. controv. 3. obj. 7. p. 40. seq.

II. *Scriptura sacra omnia ad salutem necessaria perfectè continet*, quoniam *eidem nihil est addendum nihilq; detrahendum.*

Excipit I. *Bellarminus* l. 4. de Verb. Dei non script. c. 10. ibi non agi de verbo *scripto*, sed *traditio* vivâ voce; & hoc probat: quia non dicitur, ad verbũ, quod *scripsi*, sed ad verbũ, quod *ego præcipio.*

℞. (1.) Repugnat Bellarminus Gretsero, qui in Colloq. Ratisb. session. 1. p. 37. dictum illud de verbo *scripto* intellexit, ut verba ejus apertè habent. (2.) Quòd Moses non de alio, quàm *scriptô* verbô ibi agat, constat ex *Chronologia*: quia habita hæc concio est ad populum non integris duobus mensibus ante obitum Mosis; & paulò ante obitum suum Moses jussit librum legis tollere, & ponere in latere arcæ fœderis Dei, *Deut.* 31. vers. 35. Quarè librum legis extare jam tùm oportebat, nec *scribendum*, sed *scriptum* erat; quia tantillum tempus, quod inter hanc concionem & mortem Mosis intercessit, ad omnia scribenda sufficere non potuit. (3.) Etiamsi tum, cum hæc loquebatur Moses, non fuissent *scripta*, tamen frustranea exceptio esset. Quia enim vetatur addi aut detrahi præceptis, quæ *viva voce* tradidit Moses; ea autem sunt *omnia scripta*; sequitur, præceptis *scriptis* nihil esse addendum, aut detrahendum. (4.) Bellarminus nõ debuit opponere has voces, *scribere* & *præcipere*; quia non minùs ad *scripta*, quam ad *vivam vocem* pertinet *præcipiendi* verbum. Sic *Deut.* 18. v. 1. præcipit Deus, quid velit fieri ab Israelitis: & tamen ex vers. 58. apparet, scripta illa esse. Ita Paulus 1. *Cor.* 7. vers. 10. ait: *Præcipio* non ego, sed Dominus; quo in loco nõ de *viva voce* sermo est, sed de *scripto.*

2. *Id. ibid.* veram expositionem hujus loci esse hanc, nimirum Deum velle *integrè & perfectè servari mandata*, ut ipse præcepit, & nullô modô ea *depravari falsâ interpretatione*: itaque nolle dicere, non servabitis, quàm id, quod nunc *præcipio*, sed in hoc, quod præcipio, nihil mutabitis addendo, vel minuendo, sed *integrè facietis*, ut jubeo, & non aliter. Hoc probat, quia aliàs peccâssent *Prophetæ* & *Apostoli*, qui tàm multa posteà addiderunt.

℞. 1.) Concedimus quidem, verbis his *falsas Scripturarum interpretationes* prohiberi, sed non *solum*: nam quando Deus prohibet *aliquid addere*, significat, illud verbum ita esse *perfectum*, ut non sit necesse aliquid addi. (2.) Si sensus est, cavendum, ne quis *singula* præcepta interpretando, aliquid iis addat, non item verò, ne quis ad *omnia* præcepta addat aliquod *novum*; similiter eâdemque ratione sensus erit in altera parte: Cavendum quidem, ne singula præcepta interpretando, *detractione* corrumpat; at non item, ne ex totô corpore aliquod præceptum detrahat. Nam *similium* similia sunt consequentia: & hæc esse *similia*, quis neget, cùm eodem verborum complexu contineantur? (3.) Nihil *Prophetæ*, nihil *Apostoli* addiderunt, sed *interpretati* sunt legem Mosis. Doctrina enim, quam Prophetæ tradiderunt, quoad *substantiam dogmatum* non est alia doctrina ab illa, quam Moses tradidit. Hinc quando Esaias dicit c. 8. v. 20. ad *legem* & ad *testimonium*; vult omnia ad *legem* examinari, neq; quicquam recipi, nisi quod in lege scriptum est. Paulus Actor. 26. v. 22 protestatur, nihil se docuisse extra ea, quæ sunt in Mose & Prophetis; ad quas etiam V. T. Scripturas Beroenses Pauli conciones exegerunt, *Actor.* 17. v. 11.

3. *Id. ibid* hoc modo etiam *traditiones* non esse *additiones* sed *explicationes*: nam in lege Mosis (inquit) non continentur Prophetarum *scripta*, neque in lege & prophetis continetur *Testamentum novum*, nisi in *universali*, & quodammodo in *virtute*, sicut tota *arbor* continetur in *semine.*

℞. (1.) Quòd Bellarminus dicit, traditiones non *additiones* esse, sed *explicationes*; verum non est de *omnibus*: siquidem *pleraque* illarum Scripturæ apertissimè adversantur, eidemque addunt & demunt, ut *imaginum cultus*, *propitiatorium Missæ sacrificium*, *Purgatorium indulgentia*, & sexcentæ aliæ, quarum *sigillatim* sensus in nullo est scripturæ loco, sed omnino alienus. Et fatetur paulò post Bellarminus ipse, sui quasi immemor, traditiones non esse *nudam expositionem verbi scripti.* (2.) Contineri sanè *libros* N. T in *libris* Veteris, aut *libros* Prophetarum in *libris* Mosis; nemo sanus dicit: sed contineri *doctrinam* de *fide* & *moribus* quam Prophetæ docuerunt, in libris Mosis; & quam Apostoli, in V. Testamento, omninò *ἀδιόλογος* est, qui negat: & quidem non in *universali* tantùm & *potentiâ*, sed *actu*, & in *particulari*, ita ut *singula* dogmata & capita doctrinæ Evangelicæ suis testimoniis aut disertis, aut certè necessariis confirmentur.

4. *Peresius*, impugnans consequentiam, quòd hac ratione aut præter doctrinã Deuteronomij & præcedentium quatuor librorum, nihil tanquam *verum & fide dignum* debeat recipi; aut nihil debeat addi, etiam *interpretationis* & *intelligentiæ* gratiâ, quod non sit etiam *divinum*: quod utrumque sit falsum.

℞. In utroque membro fœdè labitur Peresius. Nam (1.) absit, ut unquam nobis in mentem venerit, nihil esse *verum*, aut *fide dignum*, præter Pentateuchum Mosis. Qui autem id fieri possit, cum sciamus, multa esse vera & fide digna, quæ tamen nunquam aut fuerunt aut futura sunt verbum Dei? nimirum *Philosophica* multa, plurima *historica*, & similia. (2.) Negamus, nos unquam asseruisse, nihil addi debere ad Scripturas, etiam *interpretationis* gratiâ, quod non sit divinum. Nam contra, viget apud nos quotidiè *scripturarum interpretatio*: non ea quidem *θεοπνεύστως*, cùm nullos ejusmodi jam, fidem interpretes Deus largiatur, qui *ἀυθέντως*, ut olim *Prophetæ* & *Apostoli*, fungãtur eô munere; sed quàm accuratissima esse potest, & haberi à fidelibus verbi divini ministris. At dicimus, valdè *ἀκύρως interpretationem* appellari *additionem*, cùm *additio* sensum invehat extraneum. Itaque si interpretatio nihil addit ad scripturam, ergo ea, cum admittitur, non impingit in argumentum nostrum. *Balduin.* in Phosph. Cathol. l. 6. cap. 12. p. 649. seq. *Thumm.* par. 2. Disp. de verb. Dei, p. 148. seqq. *Cham.* tom. 1. Panstr. l. 8. c. 6. n. 2. seqq.

III. *Scriptura sacra est unica norma controversiarum fidei & religionis*, quia nec *additionem* nec *detractionem* patitur; ideoque non opus est traditionibus *non scriptis.*

Regerit 1. *Becanus* libr. de Judic. controv. p. 135. §. 112. dictum hoc *generatim* intelligendum esse de præceptis *ceremonialibus* & *judicialibus*, quæ à Deo per Mosen data sunt, adeò ut hic sensus sit: *Ego dedi vobis præcepta ceremonialia, quæ præscribunt ritum colendi Deum, & præcepta judicialia, quæ præscribunt ritum servandi justitiam in rebus politicis ac temporalibus: utraque debetis integrè & perfectè servare.*

℞. (1.) Falsum est, textum hunc loqui *tantum* de præce-

præceptis *ceremonialibus & judicialibus*, exclusis *moralibus* Decalogi præceptis. Nam & de *his* loqui Mosen, testatur tum totus capitis hujus contextus, cumprimis verò v.1.10.15. quibus adde duo capita integra seqq. & videbis, Mosen præcipuè loqui de præceptis *moralibus Decalogi*; tùm Salomon, qui *Prov.* 30. v.5. dictum v.2. Deut. 4. extendit ad *omnem sermonem DEI*, illiq; nihil addendum esse pronunciat. (2.) Falsum quoque est, verba illa, *non addetis, nec auferetis*, idem significare, quod hæc, *præcepta mea integrè & perfectè servabitis.* Etenim *modum hunc & finem* præcepta Dei integrè & perfectè servandi, Moses primùm proponit, videlicet præceptis Dei nihil addere, nihilq; diminuere; postea subjungit *integram & perfectam* eorundem observationem: *Ad custodiendum*, (ut vertit Arias Motanus) id est, *ut cnstodiatis præcepta Domini* &c. *Modus* verò & *finis* præcepta Dei integrè & perfectè servandi non est omninò idem cum *integra & perfecta eorundem observatione.* Quare in *simplici* & *nativo* suo sensu verba Mosis relinquenda sunt: *Nihil verbo Dei scripto addendum, nihil ex eo auferendum est.* Cur? *ne transgrediamur, sed ut custodiamus* (hoc est, integrè & perfectè servemus) *mandata Domini, sine ulla additione & diminutione.*

2. *Peresius*, præceptum hoc extendi non posse ad *cultores* N. T. quia *Judæis tantùm* illud datum sit, non *Christianis.*

℞. Non debet nos movere *Peresii* judicium privatum, cùm neminem habeat, ne ex suis quidem [illegible]. (2.) Quid autem hic locus proprium habet, ut non possit inde ad *Christianos* concludi; cum tamen *Cyprianus* in Epist. 74. ex simili loco non vereatur similiter concludere, nimirum ex *Jos.* 1. v. 8. ea esse facienda, quæ *scripta* sunt, nec quicquã præterea? (3.) Quid? quod ex *Apocal.* 22. v.18. manifestè apparet, prohibitionem illam de *non addendo* nec *detrahendo*, etiam ad N. T. Scripturam pertinere.

3. *Tannerus* in Colloq. Ratisb. session. 4. p.116. prohibitionem illam factam esse *privatis* quibuslibet, non verò *legitimis magistratibus*, quos Deus cùm populo Israelitico, tùm Ecclesiæ præfecit.

℞. Non tantùm *privatis*, sed & *publicis* personis in populo Israelitico, prohibitio illa de *non addendo* facta est. Nam (1.) Moses alloquebatur *universum Israelem*, Deut. 1.v.1. Atqui non *universus* Israel, si excludas *Magistratus*, id est, in hoc quidem sermone, *Levitas*. Si ergò *universo* populo Israelitico hæc præscribebantur, certè etiam *Magistratibus Ecclesiasticis* (ij enim erant *Levitæ*) isthæc oportuit præscribi. (2.) In nostro textu legimus, *ad custodiendum & faciendum: ne addas ad illud, neque detrahas.* Quòd si *hæc* non pertinent ad *Magistratus*, certè neque *illa*, de *custodiendo* & *faciendo*. At hoc est absurdum: nam æquè Magistratus tenebantur ad observationem legis: Ergò & illud. (3.) Stricta sermonum Domini observatio etiam personis *publicis*, *qua talibus* præscribitur, ut *Regi*, Deut. 17. vers. 18. *Josua*, c.1.v.7. *Sacerdotibus*, Deut. 17.v.11. ne discedant ad dextram aut sinistram, id est, (interprete Bellarmino l.4. de Verb. Dei non script. c.10.) *ne addant aut detrahant.* (4.) Imò magis spectat personas *publicas*, quàm *privatas*: quia *illarum* custodiæ & propagationi doctrina est cõmissa, 2. Paral. 19. v. 8. 9. 10. seq. (5.) Hac exceptione Sacerdotes & Reges *idololatrici*, pro defensione falsorũ cultuum, speciosè uti potuissent, sicut & eâdem usi sunt, *Jerem.* 18.v.18. *Non peribit lex à Sacerdote; & consilium à Sapiente, & verbum à Propheta.* Sed frustra sibi ejusmodi privilegium arrogârunt. (6.) Et tamen, fac ita esse, atque in nostro textu Mosen ex professo *plebem* à *Magistratibus* separâsse: quid promovit Sophista? nempe *plebi* interdictum esse, obsequi novis legibus, per Magistratus latis; quia plebi prohibitum, quicquam facere Domino, præter ea, quæ erant *imperata*. *Heilbrunn.* in Colloq. Ratisb. sess. 1. p.36. sess.4. p. 119. *Hunn.* ibid. sess. 6. p.150. seq. *Gison.* de Papis. disp.4. thes. 59. seq. *Gerhard.* in Exeg. loc. 1. de Script. sacr. §. 370. p. 391. seq. *Iacob. Martin.* disp. 9. loc. de Script. sacr. thes. 10. & 14. *Garth.* lib. de judic. controv. fid. p. 389. 406. seqq. *Cham.* tom. 1. Panstr. l.8. c. 6. n. 2. 14. 18. & tom.3 l.15. c.13. n.6. 25. 26. 27.

IV. *Non licet Ecclesiæ novas subinde ferre leges, quæ obligent conscientias*: quia *non licet Ecclesiæ facere aliquid Deo extra scripturam.* Consequentia per se patet: quia *quicquid ligat conscientiam*, id necesse est fieri *Deo*, cùm *conscientia* solum *Deum* agnoscat judicem.

Bellarminus excipit l. 4. de Rom. Pontif. c.17. l. non esse *eandem* rationem V. & N. T. cùm in *Novo*, quod pertinet ad *totum mundum*, non potuerint omnia tàm facilè determinari in *speciali*, atque in T. *veteri*, quod *uni tantum populo* dabatur, adeoque facilè potuerint determinari omnia in speciali.

℞. In *hoc* esse Testamento tum rationem aliam atq; aliam, non sum concessurus. Etenim (1.) *cultus divini* agitur negotium utrinq;, & ille semper pependit à *divino præcepto*: tum autem utrobique Pastorum authoritas subalterna, pendens à divina, ideoque *divinis mandatis* obnoxia. (2.) *Totus mundus* eandem rationem, habet quoad fidem, cultum & omnia illa, quæ ad conscientiam spectant cum *uno populo.* (3.) Multitudo illa hominum variat quidem *ritus Ecclesiasticos*, sed non *ipsas leges divinas*: nam præter *ordinis & decori speciales quasdam circumstantias*, quæ novas leges conscientiis ferendas non requirunt, nihil est, in quo unius gentis Ecclesiæ ab aliis debent differre. (4.) Longè majorem oporteret in *Novo*, quam in V. T. *particularium legum* cumulum, prolixiorem observationum indicem; id quod *Augustinus* l. 3. de doctr. Christ. cap. 9. Epist. 118. inficiatur. (5.) Si *Deus* illud non potuit, multo minùs potest *Papa Romanus*: nam Deo quisquam, nedum *Papam* inferat, sive authoritate, sive mentis sapientiâ.

2. Non prohiberi additionem ad *numerum præceptorum*, sed additionem ad *opus præceptum.*

℞. Frivola est hæc distinctio. Nam (1.) non disputamus de *ratione tradendi*, secundùm quam & multa capita conferri possunt in unam legem, & una lex distingui in multa capita; sed loquimur de *rebus ipsis*, quæ sunt subjectum legis. Scimus res plurimas inter se convenire *generali* aliquâ consideratione, ideoque & unô fasce comprehendi; rursus, differre suis circumstantiis, unde distingui in suas classes: hinc decem præcepta numerata, pòst commodè in duo tantum relata. Itaque non hoc quæritur, utrum possint *numerô augeri minuive* præcepta: sed, utrum, quæ à Deo relicta sunt libera, ea in alterutram partem possint ab Ecclesia fieri *necessaria*, sive uno præcepto, sive pluribus. Quid jam? Concedo, non esse verisimile, Deum voluisse populum suum occupari in *Dialecthoistricis*, sed potius de *rebus ipsis* certum esse, ut cognitas haberet, & constitutas: siquidem verba *custodire & præcipere*, h.l. posita, non *inanem curiosumq́; numerandi laborem* signant, sed *religiosum operandi studium.*

(2.) Quan-

(2.) Quanquam hoc si daretur, non effugerent Papistæ, qui non tantùm *præceptorum numerum* auxerunt, sed etiam *ipsi præceptorum operi* addiderunt, quæcunque libuit; ut patet ex *Eucharistia* & *Baptismo*, quæ à prima puritate & simplicitate in operosam mystagogiam demutata sunt, adeò ut nullius apud Judæos sacrificii tot fuerint capita, tàm curiosæ observatiunculæ, tàm perplexæ cautelæ. (3.) Gravius est crimen, addere *novum præceptum*, quàm addere *opus præcepto*. Neque enim potest addi opus ex præcepto, nisi addatur præceptum; & præceptum planè novum ex sese plus habet præsumtionis, & innovationis. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 15. c. 13. n. 6. 7. 9. 10. 18. 20. 23. & tom. 5. l. 5. c. 2. n. 8. m. 2. n. 10. m. 2. n. 11. m. 2. *Ames.* tom. 1. Bellarm. enerv. l. 3. c. 7. thes. 16.

V. *Malè à Papistis consilia Evangelica* (putà continentia, obedientia & paupertas à Deo nō præcepta) *adduntur præceptis Dei, cùm illis nihil sit addendum.*

Bellarminus l. 2. de Monach. c. 13. ad arg. 9. respondet, nihil addendum esse præcepto, quod ipsum *corrumpat*, non autem aliquid, quod ipsum *perficiat*: jam verò *consiliis* non *corrumpi*, sed *perfici* præcepta.

℞. (1.) *Omnes omnino additiones in cultu Dei* sunt prohibitæ, quia Deus jubet in *cultu* hoc tantùm facere, quod ipse præcepit, & nec quicquam addere, *Deut.* 12. v. 32. (2.) Rectè observat *Cajetanus* in Deut. 4. prohiberi additionem & diminutionem, etiam *sub prætextu custodiendi mandata Dei*. Prohibetur enim additio, ut custodiatur lex Dei: non potest igitur custodiri aut perfici addendo. (3.) Quicquid additur ab hominibus verbo Dei scripto, tanquam *cultus Dei*, licèt bonâ videatur fieri hominum intentione, repugnat prohibitioni divinæ de *non addendo*: cujus rei exemplum habemus in *Israelitis*, præter illud, Levit. 23. v. 27. quatuor jejunia instituentibus, & quidem *propriâ* intentione: sed graviter propterea à Deo reprehenduntur, *Zachar.* 7. v. 5. (4.) Legi *perfectæ* quicquid additur legis, & cultui *perfecto* quicquid additur cultus, est additio *corrumpens*, quia perfectionem ejus negat, & ita corrumpit. Corruptio perfectionis est æquè in redundantia membri, ac in defectu. (5.) *Additio* & *diminutio* pariter prohibentur: sed nulla est diminutio, quæ *perficit*, & non *corrumpit*; ergo nec additio. (6.) Consilia perfectionis, quatenus continent aliquod auxilium & adminiculum, ad *virtutis profectum* necessarium; erunt lege præscripta: quatenus verò præscribunt *externa quædam exercitia*, pro diversitate donorum suscipienda, ut liberiùs & expeditiùs iis, quæ ad veram pietatem pertinent, vacari possit; non tradunt novos cultus vel merita, multò minùs majorem quandam perfectionem, quàm in lege requiritur, sed *adiaphora* quædam exercitia præscribunt, liberò spiritu observanda, quæ si quis transgressus fuerit, non peccat, 1. *Cor.* 7. v. 28. & 1. *Tim.* 4. v. 8. *Heilbrunn.* in Colloq. Ratisb. sess. 5. p. 133. *Gerhard.* tom. 3. LL. CC. loc. 17. de Evang. §. 89. p. 594. seq. *Gisen.* de Papis. disp. 4. thes. 59. & 61. *Ames.* tom. 1. Bellarm. Enerv. l. 3. c. 7. thes. 6. m. 2. tom. 2. l. 4. c. 2. thes. 37. tom. 3. l. 1. c. 8. thes. 18.

Vers. 3. *Oculi vestri videntes, quæ fecit Dominus in Baal-Peor: nam omnem virum, qui ivit post Baal-Peor, perdidit Dominus Deus tuus eum è medio tui.*

Moses utitur (1.) *Enallage*: nam participium præsens, הָרֹאֹת, *videntes*, ponit pro participio præterito, quod in *activo* Hebræi non habent, Græci autem habent, ἑωρακότες, *qui viderunt*. (2.) *Metonymiâ subjecti* pro *adjuncto*: mentionem enim facit *Baal-Peoris*, & intelligit *ejus cultores*, Chaldæo teste, idque verba immediatè sequentia declarant. (3.) Metaphorâ: *ire* namq; *post Baal-Peorem*, est, *eum amare & colere*. (4.) *Pleonasmô*: siquidem ly *eum* abundat. *Ariam.* in Bibl. p. 155. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 393. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 4. can. 5. p. 416. & lib. 5. tract. 1. cap. 12. p. 376. seq.

Vers. 6. *Hæc enim est vestra sapientia & intellectus coram populis*, &c.

Scriptura Ecclesiæ est norma in cultu divino, quoniam *ipsa* Ecclesiæ est *sapientia & intellectus*. Est autem certum, nullum esse aut sapientiam, aut intelligentiam, nisi ejus, qui singula ad suam normam nôvit aptare.

Papistæ regerunt, Mosen non loqui de *Scriptura* sed de verbo Dei, *vivâ voce tradito*.

℞. Utique Moses agit de *Scriptura*: cùm enim loquatur de lege, *quam scripto tradiderat*, Exod. 34. v. 27. non debet illud verti in dubium. *Cham.* tom. 1. Panstr. l. 1. c. 5. n. 1. 2. 3.

Vers. 8. *Quæ enim est alia gens sic inclyta, ut habeat statuta, justaq́; judicia, & universam legem, quam ego proponam*, &c.

I. *Jacobus ad Portum* in Defens. orthod. fid. contr. Instit. Ostorrod. c. 29 p. 363. negat, *salutis gratiam omnibus hominibus, sine cujusquam exceptione, à Deo offerri*; quòd Moses, *gentis Israeliticæ prærogativas* recensens, pronunciet, *non esse gentem*, quæ statuta & leges habeat, quibus regatur, quemadmodum populus ille.

℞. Quod populus Israeliticus *peculiaribus* à Deo fuerit ornatus privilegiis, ut quod ipse legem illi solenniter publicavit; hoc quidem arguit, Deum populo Israelitico *singularia* exhibuisse beneficia, ut et iam videre est in Psal. 103. v. 7. Rom. 3. v. 2. Veruntamen non probat, gentes per *absolutum aliquod Dei odium & decretum*, ab his beneficiis fuisse exclusas (contrarium enim docet vel ipsum Dei statutum & promissum de recipiendis proselytis, Exod. 12. v. 48. 1. Reg. 8. v. 42. Esa. 56. v. 7. Confer & Actor. 2. v. 10. seq.) sed fuisse hanc Dei *ordinem*, ut primò *Judæi* & deinde *Gentes* ad nuptias cœlestes vocitarentur, qua de re Esa. 2. v. 3. Luc. 24. v. 27. Marc. 7. v. 27. Actor. 13. v. 46. Rom. 1. v. 16. *Feuverborn.* fasc. 3 disp. 1. pag. 23. seqq. §. 39. 40. 43.

II. *Carlstadius* contendit, *in foro Christiano, secundùm leges forenses Mosaicas judicari debere, cùm leges illæ fuerint æquissimæ, & meliores omnium aliarum gentium statutis.*

℞. (1.) Leges illas fuisse *æquissimas*, nemo est, qui dubitet: At utrum Deus etiam *hodie* illas velit observari, quæritur. (2.) Distinguendum hic est inter id, quod est *melius* ἁπλῶς & *simpliciter*, & inter id, quod est *melius* κατά τι & *secundum quid*. Leges forenses sunt meliores omnium aliarum gentium legibus, non *simpliciter*, sed *secundùm quid*, videlicet *temporum, loci, gentis conditione*, ut habet *Calvinus* l. 4. Inst. c. 20. sect. 16. (3.) Hæc collectio si valeret, *ceremoniæ* quoque V. T. in Ecclesiam Christianam postliminio reducendæ essent. *Eckard.* in fasc. controv. Calvin. c. 23. q. 2. pag. 661. & 664. *Thumm.* tract. de Hæret. non-occidend. pag. 58.

Vers. 10.

Verſ. 10. *In quo ſteteſti coram Domino Deo in Horeb, &c.*

Moſes *ſibi* contradicere videtur : hic enim refert, Iſraelitas ſtetiſſe coram Deo in monte *Horeb* cùm Exod. 20. verſ. 1. dicat, in monte *Sinai* legem fuiſſe datam.

℞. (1.) *Horeb* ſecundùm quosdam *alter fuit apex* montis Sinai. (2.) *Horeb* etiam potuit eſſe nomen *tractus montani*. Exod. 3. verſ. 1. in quo erat Sinai. *Walther*. in harm. Script. p. 202. ſeq.

Verſ 11. *Et acceſſiſtis & ſtetiſtis ſub monte, & mons flagrans in igne usq; ad cor cœlorum, obſcuritas nubis & caligo.*

In verſu hoc occurrit (1.) Hebraiſmus: *Sub monte*, h. e. *ad radices montis*. (2.) *Enallage* temporis præſentis, *flagrans*, pro præterito, *flagrabat*. (3.) *Metaphora*: uſque ad *cor cœlorum* h. e. uſque ad *cœlos interiores*, biß in den Himmel hinein; quia enim *cor* animalis *interius* in corpore eſt, pro *parte rei interiore* accipitur. (4.) *Ellipſis*: *obſcuritas nubis & caligo*, ſcil. *erant ſub eo*, i. e. circumdabatur nube & caligine. *Ariam*. in Bibl. p. 155. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 393. & *Glaſſ*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 11. p. 312.

Verſ. 16. *Ne forte decepti, faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem & imaginem &c.*

Calvinus l. 1. Inſtit. c. 11. probare ſatagit, *non debere pingi imaginem DEI aut ſculpi*, quia hic prohibeatur *omnis Dei ſimilitudo & imago*.

℞. Locus iſte agit de *imagine Dei*, quæ ejus exprimat *eſſentiam & naturam* : talis non eſt facienda: nulla enim creatura aut pictura *eſſentiam DEI* exprimere poteſt. Sed imago, quæ repræſentet aliquam *viſionem*, quâ Deus apparuit ſanctis, nequaquam eſt prohibita : cur enim eam repræſentare formam non liceat, in qua Deus ipſemet ſe depingere voluit ? *Baldvin*. Comm. in Epiſt. Pauli ad Roman. c. 1. par. 3. q. 7. p. 100. ſeq.

Verſ. 23. & 24. *Cave ne obliviſcaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum , & facias tibi ſculptam ſimilitudinem eorum , quæ fieri Dominus prohibuit : quia Dominus Deus tuus ignis comedens ipſe, Deus æmulator.*

I. Obſerva hoc loco (1.) Ἀνθρωποπάθειαν: *Deus* enim vocatur tùm *ignis*, præcipue ob *iram* adverſus peccata, quæ miſeros homines , contra quos exardeſcit, abſumit, ac *ignis* ſtipulas; tùm *æmulator*, ob *vindictam* , quam à prævaricatoribus ſumit. (2.) *Proſopopœiam* : nam *comedere* tribuitur *igni conſumenti*. (3.) *Enallagen* pronominis demonſtrativi, *ipſe*, nomini ſubjuncti, pro verbo ſubſtantivo EST. *Ariam* in Bibl. p. 155. *Glaſſ*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 8. p. 181.

II. Nonnulli ex *Calvini* aſſeclis verba illa Exod. 20. v. 5. *ego Dominus Deus tuus fortis* , *zelotes*, &c. reſtringunt ad v. 4. de *imaginibus* , & pro ſuæ ſententiæ confirmatione præſentem textum producunt, ubi verba, *Deus æmulator*, ad v. 23. de imaginibus reſtringantur.

℞. Verba & *hæc* & *illa* pertinent ad *omnia* præcepta. Nam (1.) Moſes Exod. 34. v. 14. verba de *Zelo Dei* apponit præcepto de *non adorandis Diis alienis*, quæ ſola , ex opinione partis adverſæ, primum præceptum conſtituunt in Decalogo. Unde ſequitur, illa non ad *ſolum* textum de *imaginibus* eſſe referenda. (2) Apoſtolus Hebr. 10. v. 27. *ignis vehementiam* (πυρὸς ζῆλον) comminatur *omnibus adverſariis*, eamque experti eſſe leguntur Iſraelitæ, 1. Corinth. 10. v. 5. *Winckelm*. tom. 1. Gieſſ. diſp. 11. theſ. 21. 24. 25. 26.

III. *Armeni* negant , *beatos in cœlo clarè & intuitive ipſam Dei eſſentiam eſſe viſuros*, cùm *Deus ſit ignis conſumens*.

℞. Deus *impiis* eſt ignis conſumens , at *piis* eſt lumen delectabile, Pſal. 36. v. 10. eſt lux ſuaviſſima, 1. Johann. 1. v. 5. non ergo *omnibus* eſt ignis conſumens, ac proinde malè hinc colligitur, quòd *beati in vita æterna divinam eſſentiam non poſſint videre*, cùm ipſa experientia teſtetur, nos in hac vita *ignem conſumentem* oculis *corporeis* poſſe intueri. *Gerhard*. tom. 9. LL. CC. loc. 34. de Vita æterna. §. 141. pag. 991. ſeq.

Verſ. 26. *Teſtes invocavi in vos hodiè cœlos & terram , quia pereundo peribitis citò deſuper terra , quo vos tranſeuntes Jordanem illuc, ad poſſidendum eam: non prolongabitis dies ſuper eam, quia diſperdendo diſperdemini.*

I. Moſes uſurpat (1.) *Enallagen temporis* tùm præteriti, *in teſtes vocavi*, pro præſenti , *in teſtes voco*; tum præſentis, *tranſeuntes*, pro futuro , *tranſibitis*. (2.) Epizeuxin: *Pereundo peribitis*, h. e. *omnino peribitis* , & *diſperdendo diſperdemini*, i. e. *certò diſperdemini* (3.) *Pleonaſmum*: redundat enim, *illuc*. Ariam. in Annot. ad h. l. p. 294. *Jun*. in Not. ad eund. loc. p. 174.

II. *Papiſtæ* volunt , *poſſe quempiam licitè per creaturas jurare* , quòd Moſes *in teſtes dictorum ſuorum vocaverit cœlum & terram*.

℞. Moſes non jurat *per cœlum & terram* , ſed per *proſopopœiā* quandam *in teſtes vocat* cœlum & terram, tanquam quæ apta ſint, perhibere certum in divina cauſa teſtimonium. Nam licèt cœlum & terra res inanimatæ ſint, tamen in cauſis *divinis* non rarò probant hominibus, ſe nec ſurdos, ne viſu carentes teſtes fuiſſe , dum illas commoditates juſto Dei judicio negant hominibus, quas piè viventibus largiter, ſubminiſtrare ſolent ; cujus rei documenta in Scripturis paſſim obvia ſunt. *Brochmand*. tom. 2. Syſtem. Theol. art. de Leg. cap. 9. q. 2. obj. 4. p. 77. ſeq.

Verſ. 27. *Et diſpergat vos Dominus in populos, & remanebitis viri numeri in gentibus , quo ducet Dominus vos illuc.*

§. 1. *Et* diſperget, pro, *aut* diſperget. §. 2. *Viri numeri*, i. e. *pauci*, faciles quippe numeratu. §. 3. *Quò illuc*, pro, *quò*, abundante τῷ *illuc*. Jun. in Not. ad h. l. pag. 172.

Verſ. 28. *Et ſervietis ibi Diis, operi manuum hominis, ligno & lapidi, qui non videbunt , neq; audient, neque comedent , neque odorabuntur.*

Ecce (1.) *Metonymiam adjuncti* pro ſubjecto: *idola* enim dicuntur אֱלֹהִים. *Dii*, ex *opinione hominum* ea colentium. (2.) *Enallagen* temporis futuri, *videbunt, audient*, &c. pro præſenti, *vident, audiunt* &c. *Ariam*. in Bibl. p. 155. *Glaſſ*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 10. p. 216.

Verſ. 29. *Cumque quæſieris ibi Dominum Deum tuum, invenies eum; Si tamen toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ.*

I. Bellarminus l. 3. de juſtif. c. 6. *incertitudinem gratiæ divinæ & remiſſionis peccatorum* exinde conatur evincere , quod Deus gratiam ſuam & remiſſionem peccatorum homini promittat *adjuncta conditione*, ſi totò corde ad Deum converſus ſit ; nemo autem certus eſſe poſſit , præſertim

certitudine *fidei*, se toto corde conversum esse ad Dominum, & fidem habere, qualis requiritur.

℟. (1.) Dictum hoc non agit de *justificatione*, ejusque *conditionibus*; sed de *aversione pœnarum*, verè resipiscentibus promissâ. (2.) Phrasis, *ex toto corde*, dupliciter potest intelligi: vel enim *opponitur hypocrisi*, & idem est ac *sincerè*, vel opponitur *partialitati*, & notat Id, quod *omnibus partibus & gradibus absolutum* est, ut Devt. 6. v. 5. Nemo certus esse potest, se totô corde conversum esse ad Dominum, si phrasis, *ex toto corde*, sumatur sensu *posteriori*, sed non *priori*. Sunt enim nonnulli peccatores *ex toto corde* conversi ad Deum, idque ex certis *τεκμηρίοις* sciunt. (3.) Falsum & hoc est, *neminem certum esse posse, se fidem habere*: contrarium enim testatur exemplum *Eunuchi*, Actor. 8. v. 37. & exhortatio Pauli, 2. Corinth. 13. v. 5. (4.) Quô autem pactô & modô fides homini justificando sit necessaria, alibi dicitur: Sed nunc admitto, hac conditione Deum remittere peccata, ut verè convertantur homines à peccatis, & subjiciant sese legi, eamque observent; dum tamen nemo ita interpretetur, ut aut *præcedat* hæc conditio remissionẽ peccatorum sive justificationem, aut sit *exacta*, & in nullo deficiens: nam utrumque hoc est alienum à natura gratiæ divinæ per Christum. Dimittuntur enim peccata, etiam antequam quicquam boni sit præstitum, ipso saltem teste Baptismo: & post remissa peccata, nemo tamen perfectè implet legem. *Eckard*. par. 2. Pand. controv. Pontif. c. 12. q. 3. obj. 5. pag. 214. *Thumm*. disp. 10. Exerc. Theol. p. 46. 47. 48. seq. *Cham*. tom. 3. Panstr. libr. 13. cap. 16. num. 1. 4. 5.

II. *Judæi*, Christianæ religionis adversarii, *hactenus non fuerunt populus Deo acceptus, veréque ad Deum conversus*; alioqui dudum reduxisset Deus ipsos, aut sanè plerosque ipsorum, in possessionem terræ Chanaan, juxta immotam suam promissionem, h. l. traditam, at reductionem eam intra annos 1500. & ampliùs, non præstitit.

Regerunt *illi*, *executionem* illius promissionis interdum aliquàm multos annos protractam fuisse olim etiam Israelitis piis & pœnitentibus; ideòq; non mirum esse, eam quoque *hactenus* à Deo protractam.

℟. Est dispar ratio. Nam (1.) olim Israëlitis exactè constabat de *anno & termino* liberationis suæ, quo sese solari poterant; nunc in tàm diuturno exilio Judæi ad hanc usque horam nondum sciunt, quando illud sit finiendum. (2.) Olim Israelitis exactè constabat de *causa exilii*; nunc ne ullum quidem peccatum nominare nôrunt adversarii Judæi, ob quod hodie in tam diuturna calamitate detineantur. (3.) Olim Israelitas Deus *per Prophetas* in exiliis erexit, additis nonnunquam miraculis; nunc annis 1500. nullum vel Prophetam, vel miraculum viderunt Judæi, quibus animi ipsorum vel minimùm sublevari in exilio potuerunt. *Gibel*. in Expos. Jerem. 33. v. 16. p. 206. seqq.

Vers. 31. *Non obliviscetur pacti, in quo juravit patribus nostris.*

Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim facit mentionem *pacti*, quod Deus iniit cum Israelitarũ patribus, idque juramentô confirmavit; at contrarium habes Devt. 5. v. 3. *Non cum patribus nostris iniit pactum sed nobiscum.*

℟. (1.) Deus cum patribus fœdus pepigit de *futuro*, Genes. 15. v. 13. cum Israelitis quasi *de præsenti*, Exod. 3. v. 8. (2.) Aliud est pactum *Abrahami*, quod constabat promissione & signo, fœderi annexo; & aliud *Mosis*, quod confirmabatur sanguine. Tale pactum cum patribus Deus non iniit: ideó Moses *δεικτικῶς* loquitur, Deum non sanxisse cum patribus *hoc pactum taliter*, ut decem verba tabulis lapideis digitô suô inscripserit aliasque leges & ceremonias præscripserit. *Walther*. Harm. in Script. p. 203.

Vers. 32. *Inquire nunc de diebus priscis, qui fuerunt ante te, à die, qua creavit Deus hominem super terram, & ab extremo cæli usque ad extremum cæli, an factum sit, sicut verbum istud magnum, an auditum sit, sicut ipsum.*

Habes hic (1.) *Metonymiam* tum *adjuncti*, pro *subjecto*, quia *dies prisci* pro *rebus gestis* seu *historiis priscorum temporum* ponuntur, q. d. *excute annales*; tum *subjecti* pro *adjuncto*, quoniam nomine *cæli* intelligitur *orbis terrarum*, qui circumclusus est *cælo*. (2.) *Hebraismum*: nam *verbum istud magnum* Hebræis est *res ista magna*. Ariæm. in Bibl. p. 156. *Jun*. in Not. ad h. l. p. 172. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 4. m. 3. p. 57.

Vers. 36. *De cælo fecit te audire vocem suam, ut doceret te &c.*

Nova se offert *ἀντιλογίας* species: hic enim Dominus dicitur *edidisse vocem suam e cælis*; & tamen statim additur: *Verba ejus audivisti e medio ignis.*

℟. Aut utrumque est factum *distinctè*, aut è cœlis, ratione termini à quo, super monte, in & per ignem vox fuit audita. *Walther*. ibid.

Vers. 39. *Quod Dominus ipse est Deus in cælo, sursum & in terra deorsum, & non sit alius.*

I Quidam ex *Calvini* sectatoribus statuunt, *cælum supremum necessariò in loco esse*, quia à Mose perhibeatur ita esse *sursum*, ut ab eo terra distinguatur.

℟. Duplex est *sursum*, alterum *situationis*, & *loci* sublimitatem atque distantiam notat; alterum *majestatis*, & sublimitatem *gloriæ* significat. Cùm Deus dicitur esse in cœlo *sursum*, non de τῷ *sursum* situationis accipitur, est enim Deus quoque in terra deorsum, ut hîc habet Moses, imò & cœlum & terram ipse implet, Ierem. 23. v. 24. verùm de τῷ sursum *majestatis* intelligitur: Deus enim in cœlo sursum, hoc est, habitat in luce *inaccessa*, à quo sensu hominum remotissimâ, 1. Timoth. 6. v. 16. non in loco *supremo* sive *extimo cælo*. *Meisner*. par. 1. Philol. Sobr. Sect. 3. c. 4. q. 4. membr. 2. art. 3. p. 852. *Jacob. Martin*. l. 1. de Loc. c. 23. p. 177. & 181.

II. Moses Paulo *repugnare* videtur: ille enim aliud, *præter Dominum non esse alium Deum mundi*: Sic verò *Diabolum vocat Deum hujus seculi, sive mundi*. 2. Corinth. 4. v. 4.

℟. Aliud est, *revera* esse Deum; & aliud, *pro Deo* se venditare. Dominus revera est *Deus*, creator cœli & terræ, & præter eum non est alius: Diabolus verò pro Deo se venditat, Matth. 4. v. 9. Luc. 4. v. 6. unde Deus hujus seculi dicitur, quia mundus, relictô Deô vivente, servit Diabolo, & cupiditatibus suis obsequitur, ipsum adorat, & se totum ei dat regendum. *Walther*. in harm. Script. p. 203. seq.

CAP. V. v. 5. *Ego sequester & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo.*

I. *Eckius* in Enchirid. locor. p. 154. censet, *per invocationem Sanctorum, officium mediatoris Christo non eripi*, quia & *Moses dicatur inter Deum & Israelitas sequester & mediator.*

℞. 1. Hebraicè nihil est, quod *sequestrem* & *mediatorem* significet; sed ita legitur: *Ego stabam inter Dominum & vos eò tempore.* Ineptus ergò est *Eccius*, cum urget verba, quæ in textu nulla sunt. (2.) Moses dicitur *stetisse* inter Dominum & Israëlitas, non quòd *meritò & precibus* populum Deo reconciliaret, tùm enim non intercessit pro populo, nec de iis ... solvit, sed quod Deus legem per ipsius, ceu *internuncii*, (vocem enim Domini populus ferre non poterat) manum populo suo tradiderit, sicut ipse Moses rationem explicat, quando addit: *Ut annunciarem vobis verba ejus, quia timuistis ignem, & non adscendistis in montem.* Quæstio verò inter Nos & Pontificios est de Mediatore inter Deum & homines, & *meritis & precibus* Deo nos reconciliante, an ullus Sanctorum sive in cœlo, sive in terra talis esse aut constitui queat, præter *Christum*, id quod cum Scriptura negamus. *Joh.* 14. v. 6. *Rom.* 8. v. 34. 1. *Tim.* 2. v. 5. &c. *Garth.* de Invocat. Sanctor. contr. Becan. p. ... & 206. seq. *Eckard.* par. 1. Pandect. controv. Pontif. c. ... q. 4. obj. 1 p. 168. *Thumm.* in Ἀποδ. Theol. de Sanctor. honor. p. 57. *Cham.* tom. 1. Panstr. l. 14. ... 12. n. 4.

II. Exceptionem *Socini* ad locum 1. *Tim.* 2. v. 5. de *Mediatoris Christi satisfactione*, vide refutatam in Vindic. *Galat.* 3. v. 19. m. 2.

Vers. 6. Ego *Dominus Deus tuus, qui eduxi te è terra Ægypti, è domo servorum.*

I. In textu hoc deprehenditur (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Ego*, scil. *sum*. (2.) *Hebraismus*: E *domo servorum*, h. e. *loco, in quo dura servituti obnoxius eras.* Jun. in Bibl. p. 173. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tractat. 1. can. 37. pag 143.

II. Cætera Philologica & Polemica v. 6.-11. vide annotata in Vindic. *Exod.* 20. v. 2-7.

Vers. 12. *Custodire diem Sabbathi, ad sanctificandum eum, quemadmodum præcepit tibi Dominus* &c.

I. *Enallage* est *modi* infinitivi, שָׁמוֹר, *custodire*, pro imperativo, שְׁמוֹר, *custodi*, observa &c. *Glass.* lib. ... Philol. Sacr. tract. 3. can. 44. m. 3. p. 362.

II. Reliqua tum Philologica tum Polemica, v. 14-20. vide consignata in Vindic. *Exod.* 20. vers. 10. 17.

Vers. 21. *Non concupisces uxorem proximi tui. Non domum*, &c.

Præceptum de *non concupiscenda uxore*, & præceptum de *non concupiscenda domo proximi* esse *duo distincta præcepta Decalogi*, hic confirmat Moses, duobus verbis usus תַחְמֹד & תִתְאַוֶּה, quorum *illud* concupiscentiam *originalem* notat, ab חָמַד *desideravit*, unde חָמֶד, quo concupiscentia *originalis* innititur; *hoc* autem cōcupiscentiam *actualem*, quæ præter inclinationem pravam, complectitur consensum, delectationem, conatum: ponitur enim in *Hithpael*, & non *simpliciter concupiscere* significat, sed *facere concupiscere*, & *avere*, sicut Arias Montanus reddidit. Tacemus de litera ס, tanquam *nota principes*, in singulis præceptis Deuteronomii ita collocatâ, ut nobis præceptorum divinorum usitatam monstret distributionem, in Judaicis libris in hunc usque diem contentam.

Respondet I. *Smalcius* disp. 7. contr. Franz. fol. 262. verbum *concupiscendi* in altero membro præcepti hujus planè omitti; ad constituenda verò *duo præcepta* necessariam omninò esse verbi *concupiscendi* repetitionem.

℞. Omittitur quidem vox *concupiscendi* in antiqua *Vulgatâ* Versione, sed non omittitur in *Hebræis fontibus*, ubi, uti dictum, sunt duo diversa vocabula, nimirum, *non concupisces uxorem*, deinde, *non desiderabis, non avebis* &c.

2. *Ursinus* in Explic. Catech. p. 684. Mosen verba de *non-concupiscenda domo proximi* postposuisse verbis de *non concupiscenda uxore proximi*, cùm tamen *illa* Exod. 20. v. 17. *his* præposuerit; quod non fieret, nisi unum esset præceptum. Idem habet *Smalcius* l. c.

℞. (1.) Objecta hæc *transpositio* Adversario non præbet argumentum: nam cætera quoque Decalogi præcepta tum *Christus*, Matth. 19. v. 18. & 19. tum *Paulus*, Rom. 13. v. 8. transponunt; nec tamen numerum præceptorum inde augent, nec minuunt. (2.) Hæc ipsa *metathesis*, in Deuteronomio facta Antagonistæ potiùs superstitionem liberè redarguit, qua homines ita *præcisè* ad recitationem Decalogi, ut in Exodo legitur, astringere allaborant; cùm Moses ipse hanc *rigidam & præcisam* rationem eadem quasi verba numerandi, in repetitione Decalogi minimè servaverit, nec ut ita *strictè* servaretur, populo suo præceperit. (3.) Moses in Exodo anteponit præceptum nonum decimo, respectu *promulgationis*: Sic verò in Deuteronomio postponit nonum decimô, respectu *repetitionis*, quæ ordinem potest inflectere, dictô *Christi*, & *Pauli* exemplô. *Hunn.* tom. 1. op. Latin. p. 529. seq. *Winckelmann.* tom. 1. Giess. disp. 11. thes. 38. *Franz.* in Schol. Sacrif. disp. 20. thes. 75. & disp. 8. Vindic. thes. 119. *Eckard.* in fasc. controv. Calv. c. 11. q. 1. obj. 1. p. 267. seq. *Thumm.* in Explic. Decal. p. 161. *Walther.* in harm. Script. p. 104. & *Brochmand.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Leg c. 15. sect. 1. p. 175. a.

Vers. 25. *Et nunc ad quid moriemur? quoniam comedet nos ignis magnus iste, si addentes nos ad audiendum* &c.

Ecce (1.) Prosopopœiam: *comedere* enim tribuitur *igni* consumenti. (2.) *Hebraismum*: nam *addere, ad custodiendum*, Hebræis est, *iterum audire*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 389. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1 cap. 9 p. 203.

Vers. 26. *Quid est omnis caro, ut audiat vocem Elohim viventium.*

In una essentia divina esse quandam pluralitatem, probatur voce אֱלֹהִים, constructâ cum adjectivo *plurali* חַיִּים, *viventium*.

Photiniani regerunt, nomine *Elohim* intelligi *angelos*, ob communicatam divinitatem sic vocatos.

℞. Falsum hoc est: (1.) enim in tota hac historia ne γρῦ quidem de *Angelis* habetur. (2.) In Scriptura sacra per *Elohim Chajim* semper *verus & vivus Deus* intelligitur. (3.) Contextus ὀφθαλμοφανῶς demonstrat, *solum Deum verum* de medio ignis locutum esse cum Israelitis. *Jacob. Marton.* log. 1. de trib. Eloh. c. 6. n. 66 p. 73. & c. 9. n. 102 p. 113. seq.

Vers. 29. *Quis det, ut sit cor eorum hoc eis, ad timendum me, & ad custodiendum omnia præcepta mea omnibus diebus, ut bene sit eis, & filiis eorum in seculum.*

Reperitur hoc locô (1.) Hebraismus: *Quis det, ut sit*, pro, *utinam esset*, & (2.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *cor* enim pro *anima* est. (3) *Enallage substantiæ* pro *qualitate*: nam זֶה. *istud* seu *hoc* idem est ac *tale*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p.198. *Glass.* lib.3. Philol. Sacr. tract.2. can. 9. m. 3. p. 188.

Vers.32. *Et custodietis ad faciendum, quemadmodum præcepit Dominus Deus vester vobis: non declinetis dextrorsum aut sinistrorsum.*

I. Redit huc (1.) *Enallage modi* indicativi, *custodietis*, pro imperativo, *custodite*. (2.) Hebraismus: *Custodite ad faciendum*, h.e. *observate diligenter ut faciatis, sive ut opere compleatis*. (3.) *Metaphora*: Ne declinetis *dextrorsum aut sinistrorsum*, i. e. *nullam in partem, ullove pacto*, pro eo, quod est, *quàm rectissimè incedatis*, veram illam cultus divini rationem ineundo, quam ipse Dominus in verbo suo præscripsit. *Ariam.* in Bibl. p.157. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. pag.298. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 173. *Glass.* lib.5. Philol. Sacr. tract.1. cap.12. p.386.

II. *Scriptura sacra est regula perfecta fidelium*, quippe *qui ab ea deflectere vetantur, sive ad dextram, sive ad sinistram*. Probatur consequentia: quia *non deflectere ad dextram aut sinistram*, phrasis est Scripturæ, significans *aliquid exaltissimè sequendum, ut nunquam inde vel tantillum recedatur*: metaphora sumtâ à *via regia*, à qua neque ad dextram, neque ad sinistram deflectendum est, *Numer.* 20. v. 17. idque Moses ipse h.l. explicat, cùm addit: *Sed per viam, quam præcepit Dominus Deus vester, ambulabitis.*

Bellarminus l.4. de Verbo Dei non Script. c.10. excipit, sensum loci esse: *Integrè facietis, quod præcepi, & non aliter*; hoc enim esse: *Non declinabitis ad dextram, neque ad sinistram.*

R. Negatur, *simpliciter* eundem utriusque phraseos esse sensum: nam *præcepta Dei integrè facere*, dicit *rem*, *modum* verò, *non declinare ad dextram vel sinistram*. Modus autem præcepta Dei integrè faciendi non est omnino idem cum integra eorundem observatione. *Garth.* lib. de jud. controv. p.41. seq. *Cham.* tom.1. panstrat. lib.1. cap. 4. num. 1. 2. 3.

CAP. VI. v.4. *Audi, Israel, Dominus Deus noster Jehovah unus.*

I. Moses utitur (1.) *Metonymia causæ* pro effectu: *Israel* enim pro *populo Israelitico* ponitur. (2.) *Ellipsi* verbi substantivi: *Unus*, scil. *est*. (3.) *Cabbala*: nam in prima voce versus hujus שְׁמַע, *audi*, & in ultima אֶחָד, *unus*, majuscula figura occurrit ע & ד, quæ literæ junctæ constituunt vocem עד *testis*, quasi monere eô voluerit Moses & dicere: *Audi Israel, & testis mihi eris*, me de unico vero & æterno Deo te seriò monuisse, juxta illud: *Vos testes mei estis*, inquit Dominus Esa. 43. v. 10. vicissim Deum futurum testem contra ipsos, si non audiant, juxta illud: *Sit Dominus Deus contra vos testis*, Michæ. 1. v. 2. *Ariam.* in Bibl. pag 157. *Glass.* libr. 2. Philol. Sacr. tractat. 2. par. 1. sect. 3. art. 7. m. 1. pag. 430.

II. Circa A. C. 257. apud Ptolemaida Pentapoleus, *Sabellius* docere cœpit, *Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum non esse tres distinctas personas*, quia *Deus unus sit*; quâ etiam ratione utitur *Socinus* in libro animadversionum in Collegium Posnaniense de trino & uno Deo, contra mysterium SS. Trinitatis.

R. Deum *unum* esse, faciles concedimus: sed ita, ut addamus, quòd ea ipsa Scriptura, quæ Deum proclamat *unum*, eundem prædicet *trinum*, 1. Johann. 5. vers. 7. Quin imò in una DEI essentia, dari quandam pluralitatem, in præsenti textu nostro non obscurè innuitur, dum plurale, אֱלֹהֵינוּ, *Elohim nostri*, singulari אֶחָד, *unus*, adjungitur: Moses enim non *simpliciter* dicit, *Jehova meus unus est*; Sed *Jehovah Elohim nostri*, *Jehovah unus est*. Proinde quia Deo hic simul & nomen singulare, *Jehovah*; & nomen plurale *Elohim*, formationem singularem, *Eloah* usitatè admittens, tribuitur. & verò respectu tantummodò singularis, *Jehovah unus* asseritur; certè respectu pluralis, *Elohim*, multus intelligitur & creditur.

Regerunt illi, hac ratione πολυθεΐαν sive *multitudinem Deorum cum Gentilibus* introduci; cùm *Elohim* vertendum esset *Dij*.

R. (1.) Est fallacia *consequentis*: tùm enim demum πολυθεΐα illa Gentilium stabiliretur, si tres personæ *extra ipsam essentiæ divinæ unitatem subsistere statuerentur*. Jã vero, quando *una numero essentia divina*, in eadem autem tres personæ reverà à se mutuo distinctæ creduntur; nulla prorsus *Deorum multitudo* introducitur. Siquidem non separatur *essentia divina*, sive Deus non in *tres essentias* discerpitur; sed unaquæque persona divina in una illa numerô essentia infinita, propriam subsistentiam habere docetur & creditur. (2.) Vocabulum *Elohim* non debet verti *Dij*: neque etiam lingua Latina ob paupertatem suam Hebræum אֱלֹהִים exprimere valet, neque etiam rectè exprimit voce *Dij*, quippe quæ non *personas*, sed *divinam potiùs essentiam* apud Latinos notat. *Hutter.* in LL. CC. loc.1. c.2. class.2. pag.114. b. & 115. a. *Jacob. Mart.* l.1. de trib. Eloh. c.5. *Helvic.* tom. 5. Giess. disput.4. thes.12. pag.100. *Brochm.* tom.1. Syst. Theol. art. de Trin. cap.2. q.5. p.116. a. *Jun.* tom.2. oper. Theol. p.69. seq.

Vers.5. *Et diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in toto valde tuo.*

I. In versu hoc occurrit (1.) *Enallage* partim *modi* indicativi, *diliges*, pro imperativo, *diligito*, partim adverbii, *valdè*, pro nomine, *viribus*. (2.) *Metonymia* tum *subjecti* pro *adjuncto*, quia *cor* pro *anima*; tum *causa* pro *effectu* ponitur. *Vatabl.* in Not. ad h.l. p.399. *Jun.* in Not. ad h.l. p.174. Confer *Glass.* lib.5. Philol. Sacr. tract.1. cap.1. m.1. p. 8. & cap.3. m.2. p.42.

II. *Papistæ* contendunt, *hominem in actionibus spiritualibus habere liberum arbitrium, ita ut possit Deum ex toto corde diligere, si modò velit, quia id Deus homini mandârit.*

R. (1.) Lex lata est non tantùm propter *obedientiam*, sed & propter *transgressiones*, Gal. 3. v. 10. Ergò ex *præcepto legali* nec potest nec debet colligi, quod *valeat* natura corrupta in actionibus spiritualibus: quia per legem non agnitio *virium*, sed agnitio *peccati*; Rom. 3. v. 20. Si lex esset lata *tantùm propter obedientiam*, tunc quadantenus procederet argumentum. (2.) Hâc ratione etiam in

hominis

hominis *non venati* viribus esset positum, *Deum ex toto corde* &c. diligere, cum & *illi* lex illa posita sit & præcepta; at verò à *precepto ad posse* N.V.C. *Chemnit.* par. 1. LL. CC. loc. de libr. arbitr. c. 9. num. 2. dist. 6. p. 208. *Hutter.* in Expos. form. Concord. p. 210. & 212.

III. *Legem de Deo diligendo ne renati quidem in hac vita perfectè implere possunt, quoniam totum Deum, ex toto* corde, & *tota* anima, & omnibus viribus, & quidem *omni* tempore, diligere jubentur; hoc est, ut *Lombardus* l. 3. sent. dist. 27. cap. 2. exponit, *omnes cogitationes, omnem vitam, omnem voluntatem, omnemq; intellectum in Deum conferre debent, nec quicquam admittere in animum, quod eò non rapiatur*: at *hoc* in *hac vita* præstare non valent.

Respondet 1. *Costerus* in Enchirid. c. 6. de justif. p. 240. seq. *toto corde Deum diligere*, hic esse, *sincerè diligere*, non verò *intentissimè*.

℞. Ad impletionem præcepti de dilectione non sufficit, ut Deũ amore *sincero*, licèt non *totali* prosequamur. Nam (1.) non tantùm diligi debet Deus ἐξ ὅλης καρδίας, sed ἐξ ὅλης etiam ψυχῆς, ἐξ ὅλης διανοίας, ἐξ ὅλης συνέσεως, ἐξ ὅλης ἰσχύος, Matth. 22. v. 37. Marc. 12. v. 28. Luc. 10. v. 28. quæ omnia de *sola amoris sinceritate* velle interpretari nimis esset frivolũ: Pii a. facilè intelligunt, ubi *totum cor, tota anima, omnes vires, omnes cogitationes* requiruntur, *summam intensionem* simul imperari. (2.) Alioquin Paulus frustrà conquereretur Rom. 7. se non satisfacere legi v. 18. 19. 23. 35. cùm alibi *sincerè* & conscientiâ purâ se à progenitoribus suis Deo serviisse testetur. (3.) *Sinceritas* pertinet ad prædicamentum qualitatis; *totalitas* autem ad prædicamentum quantitatis: *istic* significatur amor non fucatus, *hic* numerus & partibus omnibus absolutus.

2. *Bellarminus* l. de Monach. c. 13. *ex toto corde* non significare *omnes actus cordis*, sed hoc solùm, ut *pro viribus* amemus Deum amore *precipuo*, nihilque & in amore *anteponamus*, vel *adaquemus*.

℞. (1.) Glossa hæc expressè pugnat cum verbis Domini, qui non dicit, *pro viribus*; Sed *ex omnibus viribus* diligas Deum, requirens *omnes animæ potentias*, quibus Deus diligatur, ita ut *omne scire, velle & posse nostrum*, ad Deum referatur. *Totum* enim hominem sibi Deus destinavit, tanquam ad *gloriam suam* conditum. (2.) *Thomas de Aquino* ait ex Philosopho, *totum & perfectum* idem esse. At *perfectum* non est idem, quod *precipuum*: hoc enim est notio *partis*, illud notio alicujus *universi*. (3.) *Augustinus* l. 1. de doctr. Christ. c. 22. olim sibi persuasissimum habuit, hominem debere ita Deum amare, non tantùm, *ut nihil ei anteponatur vel adequetur*, sed etiam, ut *totus in amore Dei occupetur*, id est, ut *Costerus* in Enchirid. p. 241. exponit, *deponat omne peccatum propositumq; peccandi, nihilq; admittat in corde, mente aut voluntate, quod Deo adversetur.* (4.) Esto, admittatur glossa Bellarmini, certum tamen est, *modum illum diligendi Deum* in nullum hominem cadere hac in vita, ut ne quicquam Dei amori vel anteponat, vel adæquet. Quicunque enim peccat, dum inordinatè convertit se ad aliud, ille ex *parte* saltem & *interpretativè* anteponit illud Deo, quatenus in illa parte avertit se à Dei lege & voluntate. 3. *Stapletonus* l. 6. de justif. c. 10. præceptum diligendi Deum ex toto corde, &c. *doctrinale* esse, non *obligatorium*, hoc est, nobis in hac vita non propriè *imperari*, sed tantùm *indicari*.

℞. (1.) Intelligi non potest, quomodo *preceptum* aliquod non *obliget*, sed tantùm *doceat*: nam omne præceptum *particula legis* est, *lex* autem ab *obligando* nomen habet: & absurdum est, ullam dari *legem* quæ non *obliget* eos, quibus data est. (2.) Quod Deus *indicat* faciendum, illud *propriè imperat*; secundùm illud Michæ. 6. vers. 8. *Indicavit tibi, ô homo, quid sit bonum: ecquid Jehovah requisivit abs te, nisi ut exerceas jus, &c.* proinde quicquid hôc præcepto perfectæ dilectionis *indicatur* faciendum, illud etiam *propriè imperatur*. (3.) Iohannes Ferus l. 3. in *Matth.* c. 22. pag. 171. b. de hoc dilectionis præcepto ita ait: *Qui non agnoscit, se precepto obligatum, nec peccatorem se agnoscit, si non servet.*

4. *Toletus* l. 4. Cas. conscien. c. 9. præceptum illud de *diligendo Deo* esse *affirmativum*, quod non ad *omne tempus* obliget, sed tantùm, *quando id necessitas gloria ejus procuranda requirat.*

℞. (1.) Præcipitur dilectio *perpetua, & continua*, nullô momentô interrupta, Devter. 6. vers. 2. & cap. 11. vers. 1. (2.) Nullum dari potest tempus, quo non sit promovenda per nos gloria Dei. Etsi ergo quoad *exercitium externum* dilectio singulis momentis in Deum non fertur, tamen quoad *habitum & finem* semper ipsum respicit: omnia enim ad Dei gloriam facere jubemur, 1. Corinth. 10. vers. 31. *Hutter.* in LL. CC. art. 10. de Peccat. actual. cap. 2. hypoth. 2. pag. 354. *Baldwin.* libr. 2. Cas. consc. cap. 5. cas. 9. p. 171. seq. *Gisen.* de Papis. disp. 61. thes. 28.

Eckard. Pand. par. 2. contr. Pontif. c. 21. q. 2. pag. 131. 132. 135. 136. seq. & disp. 11. in 1. Iohann. Epist. thes. 23. seq. *Gerhard.* par. 3. Conf. cathol. pag. 795. & 807. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 6. c. 12. n. 32. 33. 34. *Ames.* tom. 4. Bellarm. Enerv. libr. 2. cap. 1. thes. 14. pag. 20. seq.

IV. *Omne peccatum, etiam levissimum, natura suâ est mortale*: Nam *qui non diligit Deum ex toto corde, &c. ille violat legem hanc, & reus est mortis.* At *qui leviter etiam peccat*, non diligit Deum ex toto corde, &c. quarè is violat legem hanc, & reus est mortis.

Bellarminus excipit 1. l. de Monach cap. 13. præceptum hoc de *Deo* diligendo, saltem dari, ut *moveat* nos; non autem, ut *impleatur*: idcircò etiamsi non impleatur, non tamen facere prævaricatorem; cùm homo obligetur duntaxat ad *medium*, id est, ad *conatum* diligendi, quantum diligere potest; non autem ad *finem*, hoc est, ad *perfectionem* dilectionis, vires hominis excedentem.

℞. (1.) Absurdus est Jesuita, cum statuit, præceptum aliquod à *Deo* dari, quod non debeat *impleri*: omne enim præceptum ideo datur, ut impleatur. Nam omne præceptum simul habet vim obligandi ad impletionem; unde ipse Bellarminus l. 4. de justif. c. 11. ait: *Sine obligatione neque lex esse potest.* (2.) Idem quoque impius est, dum dicit, eos non esse prævaricatores, qui non implent mandata *Dei*. Nam *peccatum* nihil aliud est quam *ἀνομία* sive *transgressio legis*, 1. Iohann. 3. vers. 4. & *Deus* execrabilem pronunciat, quicunque non fecerit omnia

verba legis, Deut.27.v.26.Galat.3.v.16. Nec alio nomine edita est lex, quàm ut noxâ tenerentur delinquentes,& transgressores. (3.)Petit principium asserens, hominem obligari duntaxat ad *medium*, non autem ad *finem*. Etenim ad *utrumque* obligatur homo: tum quia in præcepto simul continetur *finis*; quocirca is, cui præceptum datur, simul ad *finem* obligatur: tum quia præceptum hoc imperat & dilectionem,& dilectionis modum, ut nempe fiat illa ex *toto corde*,&c. hoc est, ut sit *perfecta & absoluta*. Qui ergò hoc non facit, is hoc ipso legem de diligendo Deo transgreditur. (4.)Quod cum *fervore charitatis* pugnat, pugnat ex parte cum charitate; fervorem autem charitatis per venialia peccata minui, Pontificii ipsi concedunt, *Filiucius* tract.22.n.378. *Bonaventura* in dist. 42. ubi docet, etiam hujusmodi peccata elongare & retardare à Deo.(5.)Qualis à lege obedientia requiratur, non æstimandum est ex *viribus naturæ destitutæ*, sed *institutæ*. Quamvis igitur præceptum dilectionis propter peccatum per lapsum primorum parentum in nos traductum, in hac vita implere non possimus, tamen perfecta ejus impletio à lege exigitur, & quidem meritissimè, cùm perfectis ac sufficientibus ad implendam eam viribus genus humanum primitus à Deo fuerit instructum. Amandum ergò dicimus Deum totis viribus *naturæ*, non tantùm totis viribus *corruptionis*.

2.l.t.de Amiss.grat.c.12.*dilectionem omninò perfectam esse Beatorum propriam*, quippe quibus nulla vitiosa cogitatio obrepere possit.

℞. Præceptum istud datum est non *Angelis*, non *animabus beatis*; sed *hominibus*, hanc vitam viventibus. Nam (1.)Beati in æterna illa vita non *vi legis alicujus* Deum perfectissimè diligent, sed ex *naturæ suæ conditione*, quæ ab omni peccato prorsus libera, sic in bono confirmabitur, ut peccare ampliùs non possit. (2.) Moses ipse Deut.6.v.1.& 7. disertè pronunciat, præceptum illud datum esse *Israelitis in terra Palæstina* servandum: nam verba allegatorum versuum si de vita tantùm *æterna* Sophista interpretetur, quid merebitur? (3.)*Τὴν θεωρητικὴν δύναμιν*, à Theophylacto in Luc.10. expressam, quis referat ad vitam *beatam*?

Nec aliter cogitavit *Augustinus*, qui l.1.de doctr. Christ.c.22.& *omnem vitam* dicit,& *nullam*, ait de DEO, *vitæ nostræ relinqui partem, quæ vacare debeat*. *Hutter*.l.c. *Meisner*.par.3. Phil. Sobr. sect. 2. cap.4.q.9.p.752.754.seq. *Gerhard*.tom.3.LL.CC. loc.15.de leg.Moral.§.183.p.279. & 284. *Balduin*. d.l. *Cham*.tom.3.Panstr.l.6.c.12.n.35.& l.11. c.14. n.17. *Ames*.l.c.

V. *Flacius* contendit, *animam & cor hominis fuisse justitiam originalem*, quoniam ex *anima & corde*, tanquam *ex vero suo fonte*, veram derivet *dilectionem* & exigat Scriptura.

℞. Negatur id sequi: non enim *omne id*, ex quo exigit lex divina dilectionem DEI, est *justitia originalis*; siquidem ab *homine* post lapsum lex DEI dilectionem exigit, neque tamen *homo* post lapsum est justitia originalis, quippe quam totam per lapsum amisit, substantiam autem mentis, voluntatis & cordis non amisit, licet ea sint penitus deformata, vulnerata, vitiata, corrupta & turpissimâ leprâ infecta. Ergo mens, voluntas & cor non fuerunt nec sunt *justitia ipsa originalis*, sed *justitia originalis* fuit *lux in mente agnoscens DEUM, rectitudo in voluntate, & integritas sive sanctitas in corde*, teste Paulo, Eph.4.v.24. Lex quidem exigit *naturæ integritatem*, sed non dicit, *ipsam naturam esse justitiam originalem*. *Heshus*.in Antidot.contr. Illyric. fol.94.

VI. Cætera huc pertinentia, vide enodata partim in Vindic. *Matth*.22.v.37. partim in Vindic. *Luc*.10.v.27.

Vers.7. Et *acuet ea filiis tuis, & loqueris in eis in sedendo te in domo tua, & in eundo te in via, & in accumbendo te & in surgendo te*;

Moses utitur(1.)Metaphorâ, *acues*, i.e. *acutò ingeres*; sumta autem est à *bellatoribus*, qui arma acuunt, ut facilius in hostes penetrent: Sic jubet proponere parentes liberis suis doctrinam DEI quam accommodatissimè.(2.)Hebraismo: *in sedendo te, in eundo &c.* h.e. *quando sedebis, quando ibis* &c. Periphrasis est à *situ hominis*, qui à natura est quadruplex, pro eo, quod est in omni quiete, motu, loco, tempore, modo,&c. *Ariam*. in Bibl. p.158. *Jun*. in Not. ad h.l.p.174.

Vers.8. *Et ligabis ea in signum super manu tua & erunt in frontalia inter oculos tuos.*

Pharisæi, teste *Hieronymo* Comment. in Matth. 23.*scribebant in membranis Decalogum Mosis, ligantes eum complicatum in fronte, & quasi coronam capiti facientes*: siquidem ipse DEUS voluerit, *verba Decalogi Israelitis fore in frontalia inter oculos suos*.

℞. Sed errârunt illi, teste Christo, *Matth*.23. v.5. dum secundùm *literam* verba hæc intellexerunt, cum secundùm *διάνοιαν* sint intelligenda: neque enim præcepit Deus, *membranas quasdam externas conficere, easdemq; capiti et brachio alligare*; Sed verbis his *metaphoricè* conceptis præcipitur judæis, ut *omni tempore & loco memores sint præceptorum divinorum*, quemadmodum aliquis memor est *signi*, brachio vel manui adpositi, aut *ornamenti*, quod fronti appenditur. *Glass*.l. 5. Phil. Sacr. præfat. lit.c.3.

Vers.9. *Et scribes ea super postibus domus tuæ, & in portis tuis.*

Observa hoc loco (1.) *Enallagen* modi indicativi, *scribes*, pro imperativo, *scribito*. (2.) *Metaphoram*: scriptione enim *Decalogi super postibus domus* &c. significatur, ipsum quàm *diligentissimè meditandum, & mente devota usq; & usq; conservandum esse*. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract.1.cap. 12.p.382.

Vers.13. *Dominum DEUM tuum timebis, & illi soli servies, ac per nomen illius jurabis.*

I. Propositio hæc: *Quicunque est religiosè invocandus, ille est verus DEUS*; validè diducitur ex his Mosis verbis, quòd *solus DEUS verus religiosè est invocandus*, unde ex aliis Scripturæ locis de *Filio Dei* subsumitur, eumque *verum esse Deum* concluditur.

Regerit 1. *Socinus* in Refut. thes. Franc. David. cap. 24. par.1.p.226. non esse idem, *adorare*, & *invocare*.

℞. Concedimus non *simpliciter* esse idem, *adorationem* & *invocationem*; sed dicimus, convenire *certo in modo & gradu*, nimirum quòd utraque est cultus divinus soli DEO debitus, continens agnitionem summæ majestatis, quæ in solo Deo effulget; & fiduciam, quæ non nisi in Deo collocanda.

canda. Hinc *Georgius Blandrata*, citante Socino, d.l.p.17. rectè ait, adorationem necessariò invocationem requirere.

2. *Ostorodius* in Instit. cap. 14. p. 82. hic non *exertè* mandatum esse, quòd *Deus solus sit invocandus*, sed quòd *ei soli sit serviendum*.

R. *Solum Deum esse religiosè invocandum*, inde constat: (1.) quia *soli DEO est religiosè & pio animi affectu serviendum*, Matth. 4. v. 10. *religiosa* autem *ista servitus*, quæ in tabula prima Decalogi à nobis requiritur, *religiosus cultus* est, (2.) Quia in *solius Dei nomine est sanctè jurandum*; at *juramentum* species quædam est *religiosa invocationis*. (3.) *Socinus* ipse in Resp. ad defens. Fr. David. cap. 17. p.142. fatetur, ad *solum Deum Patrem* in V. T. dirigi preces consuevisse.

3. *Id. ibid.* quòd eo tempore, quo mandatum hoc Deuteronomii fuit promulgatum, *Christus nondum extiterit*, proindeque *tùm* solus Deus fuerit invocandus.

R. Manifestè *principium petit* Adversarius: de hoc enim disceptatur, an etiam in V.T. fuerit Christus? Id quod asserimus, quia *extitit ante colles & montes*, Prov. 8. vers. 24. *gloriam divinam habuit* (reali ὑπάρξει) *antequam hic mundus esset*, Joh.17. vers. 5. *extitit, antequam Abraham erat*, Joh. 8. vers. 58. quomodo ergo Christus tempore *Mosis* nondum extitit?

4. *Smalcius* contr. Smiglec. c.2. p.23. mandatum illud de solo Deo adorando tantummodò in *veteri fœdere* valuisse; aliam verò esse rationem *Novi*, in quo Deus mandatum illud mutaverit.

R. (1.) Falsum est, mandatum illud *de solo Deo adorando* tantummodò in *veteri fœdere* valuisse; alioquin sequeretur 1. quòd ista lex *Gentes* non obligarit, nec obliget; quia *lex solius veteris fœderis* pertinuit tantùm ad *Iudæos*. Ast Gentes obligavit obligatque: unde etiam *idololatriæ* arguuntur, Rom.1. vers. 25. 2. Quòd Christus tempore N. T. illam legem pro se tuendo non rectè allegârit, Matth. 4. v. 10. 3. Quòd Herodes concedens se sub N. T. à populo, divinò honore affici, Act. 12. v. 22. in istam legem non peccârit; cùm tamen adeò graviter in illam impegerit, ut horribiliter sit propterea punitus, v. 23. (2.) Falsum quoque est, Deum in N. T. mandatum illud *mutâsse*. Nam lex ista est *moralis*, ac proinde *æterna* & *immutabilis*: nunquam enim & nusquam Deus approbat, coram se haberi Deos alienos; ideoq; N. T. eam salvam relinquit in sua *generalitate*, nisi quis Deum non esse ampliùs *Deum*, aut *Dei essentiam* fuisse mutatam, probaverit. Cultus enim *religiosa* adorationis non est ita mutabilis, ut *rei creatæ* tribui possit; sed est *solius veri & æterni Dei* proprium quid, vel ipsis Ethnicis testibus, qui solis idolis hunc honorem, propterea tribuerunt. *Gravver.* in Expos. c. 1. Hebr. Epist. p. 70. 71. seq. *Feuverborn.* fasc. 3. disp. 6. thes. 58. 59. 60. 61. p. 317, 318. seq. & fasc. 6. disp. 1. thes. 64. 65. 66. p. 44. seq. *Iacob ad Port.* contr. Instit. Ostorod. cap. 15. p. 122. seq.

II. *Sancti defuncti non sunt religiosè invocandi, quoniam solus Deus est religiosè invocandus.*

Excipit 1. *Bellarminus* l. 1. de Sanctor. beatitud. c. 14. ad 3. locum hunc debere sic intelligi: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies, *ea servitute*, quæ *soli Deo* convenit; *Deo* autem convenire servitutem λατρείας, quemadmodum *sanctis* servitutem δουλείας.

R. (1.) Distinctionem adorationis inter λατρείαν, *Ludovicus Vives* in Comment. l. 10. Augustin. de C. D. c. 1. & *Georgius Wicelius* in compend. de semit. antiquit. rejiciunt tanquam inutilem. (2.) *Cultus religiosus* pertinet ad primam Decalogi tabulam, & soli Deo convenit, neque admittit distinctos gradus: at *adoratio* illa, quæ Sanctis à Bellarmino tribuitur, *gradu* duntaxat distat ab ea, quæ Deo tribuitur. Ergò servitus & adoratio soli Deo debita, *ex parte*, si non *ex toto*, ad Sanctos transfertur: quod manifestè pugnat cum oraculo illo Mosaico: *Dominum Deum tuum adorabis & illi soli servies*.

2. *Id. ibid.* in Hebræo esse vocem communissimam, עָבַד, quæ ad *omne servitium* accommodatur; ideoque non *absolutè* soli Deo competere.

R. (1.) Hoc nostram potiùs confirmat sententiam: Si enim vox Hebræa communiter ad omne servitium accommodari potest; ergo etiam dictio λατρείας qua LXX. Interpretes in voce Hebræa exprimenda usi sunt, *generalem* significationem habere potest: unde eam modò reddiderunt per δουλεύειν ut 1. Sam. 12. v. 20. modò per λατρεύειν, ut Deut. 10. vers. 12. (2.) Servitus religiosa *absolutè* loquendo, soli Deo competit, quippe qui non admittit Deos alienos præter se, Deut. 5. vers. 7. nec vult serviri iis, qui *naturâ* non sunt Dij, Galat. 4. vers. 8.

3. *Becanus* in libell. de Invoc. Sanctor. p. 91. seq. *falsorum duntaxat Deorum gentilium adorationem* præcepto hoc prohiberi, se verò *Sanctos* non adorare tanquam *Deos*, sed petere *intercessionem eorum* apud verum Deum: at *petere intercessionem apud verum Deum*, non esse, *colere aut adorare falsos Deos*.

R. (1.) Non tantùm *falsos Deos*, quos & quales Gentiles habent, Spiritus S. respicit, quando Deum verum solum vult adorari & invocari, sed *in genere* nulli omninò rei sive in cœlo sive in terra, præterquam soli Deo illum cultum exhibendum esse dicit; tum quia præceptum hoc *generale* est, cui postea *speciale* de diis alienis gentilium fugiendis subjicit, v. 14. & 15. tum quia Christus, Matth. 4. v. 10. in specie illud *Satanæ*, cultum adorationis postulanti, opponit; at Satanas non erat ex numero *Deorum gentilium*: tum quia exclusiva *solus* (etiam ad prius membrum de adoratione pertinens, teste Maldonatô in comm. in cap. 4. Matth. p. 91.) *religiosam* adorationem penitus removet ab eo omni, quod non est *Deus*. (2.) Negari non potest, quòd Pontificij Sanctos defunctos, tanquam *Deos*, adorent & invocent: Ipsos enim longissimè absentes voce & mente compellant, & ab iisdem non solùm intercessionem, sed & opem atque auxilium, cum fiducia exauditionis & liberationis, in necessitatibus corporalibus, ac spiritualibus postulant; quo ipso divinos honores, non sine injuria veri Dei illis tribuunt: siquidem gemitus & suspiria mentis audire, & precantibus subvenire posse, *solius Dei* est proprium. *Menzer.* in Exeg. Aug. Confess. art. 21. memb. 6. p. 41. *Gerhard.* tom. 8. LL. CC. loc. 29. de Mont. §. 379. p. 696. seqq. *Garth.* lib. de Invoc. Sanctor. p. 171. §. 191. seqq.

III. *Danæus*, in Exam. lib. Chemnit. de duab. Christ. natur. p. 417. negat, *humanam Christi naturam in persona τοῦ λόγου esse religiosè adorandam*, cùm *solus Deus sit adorandus*, humana Christi natura non sit Deus.

Resp. Non sequitur: nam (1.) cultus religiosæ adorationis humanæ Christi naturæ non *absolutè* competit, sed quatenus *personæ æternæ est unita*:

unde quoque ipsi omniscientia & omnipotentia est communicata, ut audire possit preces nostras, nostrisque miseriis succurrere. (2.) Idem cultus, qui Deo *καθ' αὐτὸ* & *ex proprietate naturæ* convenit, Christo homini competit τῇ χάριτι & *ex donatione*. Philipp. 2. v. 10. (3.) Preces nostras non deferimus *personæ alteri*, sed unâ precatione totum adoramus Deum & hominem: semper itaq; objectum adorationis *per se* manet *persona*. (4.) Christus etiam secundùm humanam naturam est *Dei Filius*, & Damascenus ait esse ὁμόθεον, nimirum *vi unionis personalis cum Deo*. *Gravver*. in Expos. cap. 1. Epist. ad Hebr. p. 72. *Gisen*. tom. 6. Giess. disp. 21. thes. 16. seq. *Eckard*. in fasc. controv. Calvin. cap. 6. q. 12. obj. 2. p. 137. *Brochm*. tom. 1. Syst. Theol. art. de Christ. θεανδρ. cap. 12. q. 2. obj. 5. p. 815. seq.

IV. *Carlstadius* de Imaginibus censuit, *imagines in templis non esse tolerandas*, quia *ibi solus Deus adorandus sit*.

℞. N. C. quia etiam in *templo Hierosolymitano* fuerunt imagines in arca, in operculo tabernaculi, in parietibus. Deinde quid impediret, si quis in domo sua, *memoriæ* aut *ornatûs* gratiâ, parentis aut cognatorum habeat imagines aut genealogias, sive sculptas sive depictas, ubi tamen licet verum Deum invocare. Denique hoc tantùm sequitur, si rectè contexatur argumentatio, in templis non esse *adorandas* imagines, quod sanè verum est: imaginum enim *adoratio* prohibita est, neque est toleranda. *Wigand*. de Sacram. fol. 17. b.

V. *Becanus* in lib. de jud. controv. fid. & relig. Christ. p. 47. *Scripturam Sacram obscuritatis accusat*, inter *apparentes* contradictiones etiam ob hanc, quòd Deus jubeat in *nomine suo jurari*, id verò *Christus prohibeat*, Matth. 5. v. 34. *Ne juretis omninò*.

℞. Deus jubet jurari *per seipsum*, Christus prohibet jurari per *creaturam*, puta cœlum, terram, &c. v. 35. seqq. *Garth*. de jud. controv. p. 64. m. 6.

VI. *Per Sanctos non est jurandum*, quia Deus vult, *per solius Dei nomen* nos jurare.

Pazmannus in hodeg. l. 13. c. 5. regerit, etiam *primos Christianos jurâsse per ipsos Sanctos*, uti habetur novell. 8. Justiniani; ideoque hoc non esse contra Dei illud mandatum de juramentis *Deo* faciendis.

℞. (1.) Certum est, quòd Deus ea tantùm juramenta approbet, quæ in nomine suo fiunt, Esa. 19. v. 18. cap. 65. v. 16. Jerem. 4. v. 2. improbat autem ea, quæ fiunt in nomine *eorum*, qui *non sunt Dii*, Jerem. 5. v. 7. pœnas quoq; minatur iis, qui in juramentis Deo adjungunt *creaturas*, Sophon. 1. v. 5. (2.) Exemplum illorum Christianorum, etiam *Imperatorum*, qui per Sanctos feruntur jurâsse, non juvat Jesuitam: neque enim *exemplis* judicandum, sed *juxta leges divinas* in rebus, ad *cultum* pertinentibus, vivendum; & quicquid eo in genere factum fuerit, ex præcepto non *Dei*, sed *hominis* licèt *Imperatoris* factum est: oportet autem *Deo* plus obedire, quam *hominibus*, Actor. 5. vers. 29. *Balduin*. in Phosph. Cathol. l. 13. cap. 5. p. 1187. 1188. seq.

Vers. 14. *Non ambulatis post Deos alios è Diis populorum, qui circuitus vestri.*

I. Ecce (1.) Metaphoram: *ambulare* enim *post Deos alios*, est, *eos sectari & colere*. (2.) *Metonymiam adjuncti* pro subjecto: idola namque vocantur *Dii*, ex *opinione hominum* ea colentium. (3.) Ellipsin: *Circuitus vestri*, h. e. *in circuitibus vestris sunt*. Ariœm. in Bibl. p. 158. *Jun*. in Not. ad h. l. p. 174. Confer. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 10. p. 216. & cap. 12. p. 376.

II. *Carlstadius* de Imagin: contendit, *imagines esse abolendas*, quia sint *idola*, quæ rectè fuerint abolenda.

Resp. (1.) Imagines, *quatenus adorantur & coluntur*, ferendæ non sunt; at *non omnes* adorantur & coluntur, sic *Cherubim* in ipso Dei templo non erant *idola*, quia non adorabantur. (2.) Hæc verba, *imagines esse idola*, non extant in præsenti textu; sed prohibet Moses, ne *Deos alienos gentilium* sectentur Judæi: imagines autem non sunt Dii alieni *per se*, nisi *per accidens*, cùm accedit earum cultus. Ita *serpens ille aneus Mosis*, Num. 21. v. 9. aliquot seculis non erat Deus alienus: sed quando superstitiosus populus eum incipiebat colere, tanquam aliquid numinis ei inesset, tùm primùm fiebat Deus alienus, & rectè ab Ezechia in pulverem redigebatur, 2. Reg. 18. vers. 4. ut malum hoc *accidens*, nempe idololatria, cessaret. *Wigand*. de Sacrament. p. 21. obj. 9.

Vers. 15. *Quia Deus Zelotes Dominus tuus in medio tui, ne forte accēdatur ira Domini Dei tui in te, & disperdere faciat te desuper faciebus telluris.*

Recurrit huc (1.) Ἀνθρωποπάθεια: *Zelotypia* enim de *Deo* humanitus dicitur. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Zelotes*, scil. *est*. (3.) Pleonasmus: *In medio tui*, h. e. *inter te*. (4.) *Metaphora*: nam *facies* est pro *superficie*. Ariœm. in Bibl. p. 158. *Jun*. ibid. p. 174. Confer. *Glass*. lib. 5. Phil. Sacr. tract. 1. c. 7. p. 121. & cap. 12. p. 339.

Vers. 16. *Non tentabitis Dominum Deum vestrum, quemadmodum tentâstis in Massa.*

Occurrit in textu hoc (1.) *Enallage* modi indicativi, *tentabitis*, pro imperativo, *tentatote*. (2.) *Ellipsis* pronominis: *Tentâstis*, scil. *eum*. Jun. in Bibl. p. 174. *Glass*. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 28. m. 2. p. 211.

Vers. 20. *Cùm interrogaverit te filius tuus cras, dicens: Quanam testimonia hæc & ceremoniæ atque judicia, quæ præcepit Dominus Deus noster vobis dicens, &c.*

I. Nota hic (1.) adverbium, *cras*, synecdochicè poni pro *futuro tempore indeterminatè*, & significare, *posthàc*. (2.) Verbum substantivum, *sunt*, ellipticè subaudiendum esse post vocem, *quanam*. Ariœm. in Bibl p. 158. *Jun*. in Not. ad h. l. p. 174. *Glass*. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 5. can. 5. m. 3. p. 438.

II. *Anabaptistæ* negant, *cuivis* in Ecclesia docenti præviam vocationem *specialem* esse necessariam; cùm *patres familias* habeant *generale* mandadatum instituendi domesticos suos.

Resp. Hæc quidem *generalis* vocatio *privatim* informandi alios omnibus communis & patribusfamiliâs *singulari* mandato injuncta est, ut domesticos suos instituant: sed ea, quæ ad *publicum* ministerium verbi & Sacramentorum pertinent, administrare, non est *in genere omnibus* mandatum, sed requiritur *peculiaris vocatio*, quam oportuit habere Levitas etiam V. T: quorum officium erat *publicè* in Ecclesia docere, Levit. 10. v. 10. idq; *non cuivis* erat concessum. *Chemnit*. par. 3. LL. CC. loc. de Eccles. cap. 4. p. 130. b.

III. Con-

III. Controversiam aliam fortè hic motam, vide in Vindic. *Exod.* 13. v. 8. decisam.

Vers. 28. *Erit nobis justitia coram Deo, si custodierimus omnia præcepta ejus, sicut mandavit nobis.*

Papistæ volunt, *hominem operibus legis coram Deo justificari*, quia observatio mandatorum divinorum homini sit *justitia coram DEO.*

℞. (1.) Vulgata Versio Latina nil habet de *justitia*, sed ita reddit: *Eritq; nostri misericors, si custodierimus & fecerimus omnia præcepta,* &c. (2.) Mosis sententia est: *Si finitis vos duci Spiritu Sancto*, ut habeatis *inchoatam* obedientiam, licèt ea sit *imperfecta*, langvida & immunda; tamen Deus ita acceptabit, ut ornet eandem titulô *justitiæ*. (3.) Si mordicus velint intelligi obedientiam *perfectam*, *omnibusq; numeris absolutam*; nos quoq; urgebimus, verba esse *conditionalia*, jam verò non statim licet inferre: Positâ *conditione*, ponitur etiam conditionis hujus implendæ *facultas*. Alioquin sequeretur, *Spiritus Sancti gratiâ* nobis non ampliùs opus esse; nec locum haberet *Dei misericordia*, quam tamen hic dicta versio deprædicat. *Chemnit.* l.c.p.99. 2. & 101, a. *Hutter.* in Expol. form. Concord. p. 213.

CAP. VII. v. 1. *Quia introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, quam tu ingrederis illuc, ad hæreditandum eam, & evulserit gentes multas à faciebus tuis, Chittæum, & Girgesæum, & Amorrhæum, & Chananæum, & Pheresæum, & Chivæum & Jebusæum, septem gentes, multas & osseas præ te.*

§. 1. Adverbium temporis indeterminati, *quum*, exprimitur conjunctione causali כִּי, *quia*. §. 2. *Quam illuc*, pleonasticè est, pro, *in quam*. §. 3. *Chittæum*, *Girgesæum* &c. per *Enallagen* numeri positum, pro, *Chittæos, Girgesæos*, &c. §. 4. *Osseas præ te*, metaphoricè dictum pro, *robustiores te*. Ariam. in Bibl. p. 158. *Jun.* ibid. p 174.

Vers. 2. *Et dederit eas Dominus Deus tuus ad facies tuas & percusseris eas, perdendo perdes eas, non panges cum eis fœdus, & non misereberis earum.*

I. Videsis (1.) Epizeuxin; *Perdendo perdes*, h.e. *prorsus perdes*. (2.) Synecdocheo: *Eas*, subintel. *præstantes in Idololatria*, ut ostendit v. 4. (3.) Metonymiam: *Misereberis* h. e. *gratiam dabis*, seu *beneficium ex miseratione profectum præstabis*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 400. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 174. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 3. p. 11.

II. *Smalcius* contr. Franz. fol. 276. negat, *in V. T. universalem fuisse vocationem omnium gentium ad Ecclesiam*, quòd *gentes quasdam Deus tanta internecione deleverit, ut populum suum in eorum urbibus constitueret.*

℞. Præceptum hoc Dei fuit *specialissimum*, directum contra populum *Chananæum*, quem patientia divinâ ultra 400. annos abusum, & in idololatria perstantem. Dominus tadem *decretô suô* ad *omnimodam* internecionem destinavit. Gen. 15. v. 13. Deut. 7. vers. 4. qualem internecionem nunquam aliàs voluit adhiberi erga alios hostes ab Israelitis, Deut. 20. v. 10. & 16. *Franz.* in Vindic. disp. 9. thes. 31. & 35.

III. Controversiam de *fœderibus cum infidelibus* vide in Vindic. *Exod.* 23. v. 32. diremtam.

Vers. 3. *Filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius*, &c.

Controversias hic agitatas, vide in Vindic. *Exod.* 34. v. 16. m. 1. 2. 3. definitas.

Vers. 5. *Aras eorum subvertite, & confringite statuas, lucosq; succidite, & sculptilia comburite.*

Controversias h. l. occurrentes, vide partim in Vindic. *Exod.* 23. v. 24. partim in Vindic. *Exod.* 34. v. 13. m. 2. decisas.

Vers. 8. *Quia à dilectione Domini vos, & à custodire eum juramentum, quod juravit patribus vestris, eduxit Dominus vos in manu forti, & redemit te è domo servorum, è manu Pharaonis Regis Ægypti.*

Observa (1.) מ præfixũ significare PROPTER. מֵאַהֲבַת, *propter dilectionem*; וּמִשָּׁמְרוֹ, *& propter custodire*, h. e. *eò quod diligit*, & *eo quod custodit*. (2.) *Ellipsin*, conjugati verbi; *Propter dilectionem Domini vos*, h. e. *quâ diligit vos*. (3.) Ἀνθρωποπάθειαν: *manu* enim *forti*, Deo tributâ, notatur *Dei potentia*, in potentissima operatione se exerens. (4.) *Domum*, Synecdochicè poni pro *loco*, in quo duræ servituti obnoxius erat populus Israel. (5.) *Manum Regis* metaphoricè significare *ejus potentiam*. Jun. in Not. ad h. l. p. 174. *Glass* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 4. p. 162. & lib. 4. tract. 1. observ. 4. p. 660.

Vers. 16. *Et comedes omnes populos, quos Dominus Deus tuus dans tibi: non parcet oculus tuus super eis, & non servies Diis eorum, quia laqueus istud tibi.*

I. Moses utitur (1.) Metaphorâ; *comedere* enim significat *consumere*, & *laqueus* causam exitii. (2.) *Enallage* temporis præsentis, *dans*, pro futuro, *daturus est*. (3.) *Prosopopœia*, cùm *oculo* tribuit *parcere*, ubi *commiserationem* innuit. (4.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Quia laqueus*, scil. *esset*. Jun. in Bibl. p. 175. Confer. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 9. m. 1. p. 190. cap. 11. p. 309. & 321.

II. Argumentum Smalcii, contra *universalem omnium gentium in V. T. vocationem*, vide in Vindic. *Deuteron.* 7. v. 2. solutum.

Vers. 22. *Et expellet Dominus Deus tuus gentes istas à faciebus tuis paulatim paulatim, nõ poteris consumere eas celeriter, ne fortè multiplicetur super te bestia agri.*

I. Ecce (1.) Epizeuxin: *Paulatim paulatim*, h.e. *admodùm sensim*. (2.) Hebraismum: *Non poteris*, h. e. *non conveniens tibi est*. (3.) *Enallagen* numeri singularis, *bestia*, pro plurali, *bestiæ*, seu *colluvies bestiarum*. Jun. in Bibl. p. 175. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 402.

II. Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim refert, Israelitas *paulatim* & *non celeriter* gentes esse expulsuros, cujus oppositum adstruit, Deut. 9. vers. 3.

℞. *Prior* locus continet *vaticinium* seu commemorationem pœnæ; alter verò *mandatum Domini*: fecit enim Jehovah, ut manerent gentes istæ, putà propter transgressionem fœderis & mandatorum Domini. Confer. Judic. 2. vers. 20. 23. & Exod. 23. vers. 29. 30. *Walther.* in harm. Script. p. 205.

Vers. 25. *Sculptilia Deorum eorum combures in igne, non concupisces argentum & aurum super eis, & capies tibi, ne fortè illaquees te in illo, quia abominatio Domini Dei tui ipsum.*

I. In versu hoc habetur (1.) *Enallage* substantivi pro adjectivo: *Sculptilia Deorum*, h. e. *Sculptiles*

ptiles Deos. (2.) *Ellipsin* pronominis שֶׁ vel אֲשֶׁר, *Super eis*, i. e. *quæ sunt super eis.* (3.) *Metaphora*: nam *illaqueare se*, est, *sibi causam exitii esse*, damnûve sibi accersere. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 402. *Jun.* ibid. p. 175. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 11. p. 321.

II. Nonnulli ex *Calvini* sectatoribus censent, argumentum nostrum (*Primo præcepto prohibentur Dii alieni, imagines ad cultum facta & usurpata sunt Dii alieni, ergo in primo præcepto prohibentur*) laborare quatuor terminis, quòd in propositione *Dii alieni* propriè de *Diis gentilium*, Baal, Astharoth, Hercule, &c. quos illi pro Diis & opitulatoribus coluerint, intelligantur; in assumtione autem *impropriè* signa & *similitudines Deorum alienorum* Dii alieni nominentur, ut h. l.

℞. (1.) In verbis præsentibus Hebraismus est: *Sculptilia Deorum*, pro *Diis sculptilibus*, teste *Iunio* in Annot. ad h. l. p. 175. cujusmodi etiam est 1. *Samuel.* 17. v. 40. *glabrities* vel *lubricitates lapidum*, hoc est, *glabri & lubrici lapides.* (2.) Nonnullæ imagines à gentilibus pro *Diis* habitæ & adoratæ sunt, quemadmodum Philistinis *Dagon* fuit Deus, 1. Sam. 5. v. 7. (3.) Si maximè concedamus, esse discrimen inter *rem & ejus imaginem* atq; similitudinem; & idololatræ nonnulli nolint videri colere *imaginem*, sed *prototypum*: judiciô tamen *Dei* lignum & lapis, omnisq; cultus & adoratio contra præscriptum verbi ipsius, facta per adinventiones hominum *Dii alieni* dicuntur, Deut. 28. vers. 36. Sapient. 15. v. 8. *Winckelm.* tom. 1. Giess. disp. 11. thes. 15. p. 467. seq.

Vers. 26. *Et non introduces abominationem in domum tuam, ut sis anathema, sicut illud, detestando detestaberis illud, & abominando abominaberis illud, quia anathema ipsum.*

§. 1. Hic antecedens, תּוֹעֵבָה, *abominationem*, fœmininum est, omnia autē pronomina masculina sunt, ut כָּמֹהוּ, *sicut illud*, & תְּשַׁקְּצֶנּוּ, *abominaberis illud*: referuntur verò ad *sensum*, quasi extaret in textu, דְּבַר תּוֹעֵבָה, *res abominationis* seu *abominabilis*, ut sunt *idola*. §. 2. *Sicut illud*, scil. *est*. §. 3. *Detestando detestaberis, & abominando abominaberis*, h. e. *omnino detestator*, & *prorsus abominator*. §. 4. *Anathema ipsum*, pro *anathema est*. Ariæm. in Bibl. p. 159. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 402. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 175. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 7. p. 186. & can. 16. p. 203.

CAP. VIII. v. 2. *Adduxit te Dominus Deus tuus 40. annis per desertum, ut affligeret te atque tentaret, & nota fierent, quæ in tuo animo versabantur, utrum custodires illius mandata, an non.*

Bellarminus, l. 5. de grat. & lib. arbitr. cap. 21. contendit, *hominem post lapsum habere liberum arbitrium in actionibus spiritualibus*, quòd *ipsum Deus tentet & exploret, quid faciat ille, & quorsum sua studia convertat*: frustra autem exploraret Deus, quid homines facere velint, nisi possent rem eandem facere & non facere: nemo enim prudens explorat eventum rei determinatæ ad unum. Quis namque exploravit unquam calidusne sit ignis, an frigidus?

℞. Argumentum duplici modô impingit: *Unô*, quia non de *liberi arbitrii viribus* sed de *fine calamitatum* à Deo immissarum agit; altero, quòd Deus non tàm *non renatos*, quàm *renatos* cruce immissâ tentat, Hebr. 12. v. 6. iisq; tum erant *Israëlita*, qui renati fuerunt, vel haberi & esse voluerunt: in *illis* verò liberum arbitrium aliquo modô est reparatum. (2.) *Tentatione* non manifestatur in *non renatis* quædam *virium potestas*, quâ se vel ante conversionem ad gratiam Dei præparare, vel in conversione gratiæ cooperari possint; sed *extrema imbecillitas & virium naturalium defectus*: quid enim poterunt *non-renati*, cùm ipsi etiam renati, carnis vetustati adhuc obnoxii, turpiter corruant, si vel paululum gratiam suam DEUS subtrahat? (3.) Ex περιουσίας concedamus, per *tentationem* nonnihil declarari liberum arbitrium in *hypocritis*, inter renatos & fideles versantibus; sed non quoad *bonum*, verùm duntaxat quoad *malum*: illi ipsi enim possunt simulare probitatem, cùm nihil de ea habeant; quam hypocrisin Deus manifestat per immissionem calamitatum. Nulla verò consequentia est: Deus jactantiam hominum per crucem confundit, & ostendit coram omnibus, meros fuisse hypocritas, qui ita splendidè de sua probitate fuerunt gloriati; ergò habent liberorum arbitrium in spiritualibus. Hoc quidem sequitur illos liberos esse, ut possint *simulare* & *non simulare*, atque sic liberos in *malo*; non tamen hinc colligi potest, eos ex *viribus arbitrii* posse Deum diligere, præcepta legis implere, &c. (4.) Non *simpliciter* verum est, neminem prudentem quicquam explorare, quod sit determinatum in unum. Nam *prudens* significat vel eum, *cui mens est sana*; vel eum, *qui idipsum*, de quo agitur, *non ignorat*. Hoc *posteriori* sensu concedo, neminem quicquam explorare, quod *jam sciat* esse determinatum ad unū. Sed hic sensus nihil ad hunc locum: quia consentimus, Deum neminem explorare, *sui* causâ, cum nihil sit, quod non exactè nôrit; itaque *aliorum* tantùm, id est, tùm eorundem, qui explorantur tùm eorum, qui ejus opera videre possunt. At *priori* sensu nego, neminem prudentem quicquam explorare, quod si determinatum in unum. Imò generaliter omnia explorari certum est, quæ ignoramus, ad quid sint determinata nimirum ut hoc ipsum constet, ad quod sint determinata. Sic *Medici* leprosos explorant quotidiè, sive quos ipsi dubitant esse leprosos, sive quos jam certò sciunt esse leprosos, ut ipsum certum efficiant populo, cujus interest. Sic ab initio *Astrologi* planetarum cursus explôrarunt variis observationibus, qui tamen ad suum cursum sunt determinati. Et hodie etiam, etsi recentes Astrologi certò sciant ex præcedentium observationibus eum cursum, tamen ipsi explorant similibus observationibus, ut *ipsi* certi sint, non *alienâ* fide. *At ignem*, inquit, *nemo explorat, utrum sit calidus.* Qui *jam sciat*, inquam. Imò id ipsum, quod scimus esse calidum, non nisi ab *exploratione* est, id est, ab *experientia*.

Instat Jesuita, ex hac tentatione, quâ Deus facit nos explorare & cognoscere, quid simus, non minùs *libertatem arbitrii* comprobari, quàm si Deus tentaret, ut *ipse* hoc idem exploraret. Nam neque nobis explorandum esset, quid simus, si ex *necessitate* operaremur & occasione oblatâ non possemus, nisi in *alteram* partem inclinare.

℞. (1.) Illud, *ut faciat nos cognoscere, quales simus*, ambiguum est; potest enim dici de libertate in *utrumq; oppositorum* ut sensus sit, ut faciat agnoscere nos esse in utrumque liberos; potest etiam dici *determinatè in alterutram partē* tantùm. Quomodo si *hominem* jubeas ambulare, ut videas, qualis sit; alterutrum intelligis, utrum possit ipse rectè ambulare, & claudicare, pro *arbitrio*. At si *claudo*

id di-

id dicas, intelliges, ut pateat, ipsum esse claudum, hoc est, non posse nisi claudicare. Jam verò cùm *idvelus* nominavi, non significavi illud in *utrumquesinde certus*, sed hoc in *alterum determinatum*. Itaq; sensus est, Deum tentare, ut hominem efficiat agnoscere, se nihil posse. Quod si est, tùm apparet, nihil hinc concludi pro *libero arbitrio*. (2.) Non dicimus, renatos, etiā si non ex viribus de suo natis agant, ex *necessitate* operari: nam *spontaneo spiritu* agunt, Psal. 110. v. 3. *Meisner*. dec. 3. Antrop. Sacr. disp. 3. thes. 23. 24. 25. seq. *Gisen*. de Papism. disp. 49. thes. 58. seq. *Gerhard*. tom. 2. LL. CC. loc. 14. de lib. Arbitr. §. 75. p. 979. seq. *Thumm*. in disp. Lib. arbitr. thes. 28. class. 4. p. 11. seq. *Broch*. tom. 1. Syst. Theol. art. de lib. arbitr. cap. 2. q. 5. p. 347. b. m. 4. & p. 391. m. 4. a. *Chamn*. tom. 3. Panstr. l. 3. c. 11. n. 1. 6. n. 8. p. 30.

Vers. 3. *Ut recognosceret faceret te, quod non de solo pane ipse vivet homo, sed in omni egressione oris Domini vivet homo.*

Moses utitur 1.) *Synecdoche speciei* pro genere: *panis* enim pro *cibo* est. (2.) *Enallage* temporis futuri, *vivet*, pro præsenti, *vivit*, vel *vivere potest*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: *humanitus* namq; os *Deo* tribuit, & *os præstitutum* intelligit, q. d. prout Deus constituerit, & media vivendi, vel ordinaria, vel extraordinaria, qualecrat illud in deserto) subministraverit. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 403. *Jun*. in Not. ad eund. loc. p. 175. *Glass*. lib. 5. Philol. Saer. tract. 1. cap. 7. p. 107. seq.

Vers. 4. *Vestimentum tuum non veteravit desuper te & pes tuus non fermentatus est istis quadraginta annis.*

Repetitur hoc loco. (1.) *Enallage numeri* singularis, *vestimentum* & *pes*, pro pluralis *vestimenta* & *pedes*. (2.) Metaphora: *Fermentatus est*, i. e. *intumuit*, ut *massa fermentata* solet. *Vatabl*. & *Jun*. l. cit.

Vers. 8. *Terram tritici, & hordei, & vitis, & ficus, & malogranati: terram olivæ olei, & mellis*, &c.

Occurrit modò (1.) *Anaphora*: namly *terram* iteratur in principiis sententiarum. (2.) *Ellipsis* nominis adjectivi: *Terram*, scil. *feracem*. (3.) *Enallage* substantivi, *oles*, pro adjectivo, *oleosi*. (4.) *Synecdoche speciei* pro *genere*: Palæstina enim à speciebus quibusdā describitur, *tritico*, *melle* &c, notatur verò *terra abundans* quibusvis rebus *optimis* & *gravissimis*. Jun. in Not. ad h. l. p. 175. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 15. m. 3. p. 449.

Vers. 9. *Terram, quæ non in paupertate comedes in ea panem, non indigebis omni in ea: terram, cujus lapidibus ejus ferrum, & de montibus ejus excides æs.*

Ecce (1.) Pleonasmum: *Quā in ea*, pro, *in qua*; & *cujus ejus*, pro, *cujus*; ubi *ea* & *ejus* redundant. (2.) *Synecdochen speciei* pro genere: nam *panem comedere*, est, *frui quibusvis ad vitam sustentandam necessariis*. (3.) Hebraismum: *Non omni*, h. e. *nulla re*; quanquam לֹא כֹל explicari queat pro *nullo*. (4.) *Ellipsin* præpositionis, ex membro sequente repetendæ: *Cujus lapidibus*, pro, ex vel *de cujus lapidibus*. Aricem. in Bibl. p. 179. *Jun*. ibid. p. 175. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 5. can. 19. p. 4 8.

Vers. 17. *Et dicet in corde tuo: Potentia mea & robur manus mea fecit mihi virtutem illam.*

Metonymia est tùm *subjecti* pro *adjuncto*, quia cor pro *animo* ponitur, tùm *adjuncti* pro *subjecto*, nam, חַיִל, aliàs *virtus*, notat *divitias* & *opes*, in quibus virtus hominum consistit. *Jun*. in Bibl. p. 175. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 4. m. 1. p. 54.

Vers. 19. *Et erit, si obliviscendo oblitus fueris Domini Dei tui, & iveris post Deos alienos, & servieris eis incurvaveris te eis, testificatus sum in vos hodiè, quod pereundo peribitis.*

In versu hoc habetur (1.) *Epizeuxis*, Hebræis frequentata: *Obliviscendo oblitus fueris*, pro, *omnino oblitus fueris*; & *pereundo peribitis*, h. e. *certissimè peribitis*. (2.) *Metaphora*: siquidem *ire post Deos alienos*, est *eos sectari*. (3.) *Enallage* temporis præteriti, *testificatus sum*, pro præsenti, *testificor*. Aricem. in Bibl. p. 160. *Jun*. in Not. ad h. l. p. 175.

CAP. IX. v. 1. *Audi Israel: Tu transiens hodie Jordanem, & ingrediendum, ad possidendum gentes magnas & robustas præ te, urbes magnas & munitas in cœlos.*

Vides (1.) *Enallagē* temporis præsentis, *transiens*, pro futuro, *transiturus es*. (2.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: *Gentes*, i. e. *regiones gentium*; ipsæ enim *gentes* non possidendæ, sed delendæ erant ex mandato DEI, vers. 3. (3.) Hyperbolens *Munitas in cœlos*, h. e. *omnium altissimas*. Jun. in Not. ad h. l. p. 176. *Glass*. lib 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 3. m. 3. p. 43. & cap. 19. p. 469.

Vers. 2. *Populum magnum & excelsum, filios gigantum, quos tu nosti, & tu audisti: quis stabit coram filiis Anac?*

Reperitur hic (1.) Pleonasmus: *Filiot gigantum*, h. e. *gigantes*, ubi בְּנֵי, *filii*, redundat. (2.) *Ellipsis* pronominis, ex membro præcedente repetendi: *Et tu audisti*, pro, *de quibus tu audisti*. (3.) *Synecdoche speciei* pro genere: *Anac* enim fuit nomen proprium *gigantis cujusdam celebris*. Num. 13. vers. 22. & 28. sed id postea ad *omnes gigantes* traductum est. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 404. *Jun*. ibid. p. 176. *Glass*. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 38. p. 147.

Vers. 5. *Non in justitia tua, & in rectitudine cordis tui tu veniens ad possidendum terram earum, quia in impietate gentium istarum Dominus Deus tuus expellens à facie tua, & ut staret verbum, quod juravit Dominus patribus tuis Abrahamo*, &c.

Nota (1.) בְּ, IN significare PROPTER. (2.) *Cor* metonymicè poni pro *animo*. (3.) Præsens, *veniens* & *expellēs*, usurpari pro mox futuro, *venies* & *expelles*. (4.) Adversativam, SED, exprimi per caussalem כִּי, *quia*. (5.) *Stare* metaphoricè notare, *cōfirmari* seu *ratū esse*. (6.) *Patres* synecdochicè accipi pro *majoribus*. Aricem. in Bibl. p. 160. *Jun*. l. c. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 377.

Vers. 6. *Et scies, quòd non in justitia tua Dominus Deus tuus dans tibi terram bonam istam ad possidendum eam: quia populus durus cervice tu.*

§. 1. *In justitia tua*, pro, *propter justitiam tuam*. §. 2. *Dans*, h. e. *dabit* per Enallagen. §. 3. *Durus cervice*, metaphoricè significat *hominem protervum* sumta translatione ab *equo indomito*. §. 4. *Tu*, sc. *es*, Aricem. in Bibl. p. 160. Glass. lib. 5. Phil. Saer. tract. 1. cap. 11. p. 311.

Vers. 9. *In ascendendo me in montem, ad capiendum tabulas lapidum, tabulas fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum, & sedi in monte quadraginta dies, & quadraginta noctes panem non comedi & aquas non bibi.*

I. Moses

I. Moses utitur (1.) *Enallage* substantivi, *lapidum*, pro adjectivo, *lapideas*. (2.) *Synecdoche speciei* pro genere: *sedere* enim pro *commorari*, & *panis atq; aqua* pro *cibo & potu* sumuntur. *Ariam.* in Bibl. p.160. Confer. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 15. m. 3. p. 449. & 6. p. 451.

II. Controversiam de *jejunio quadragesimali* vide in Vindic. *Exod.* 24. v. 18. definitam.

Vers. 10. *Et dedit Dominus ad me duas lapidum tabulas, scriptas in digito Dei, & super eis fiunt omnia verba, quæ locutus est Dominus vobiscum in medio*, &c.

En (1.) Ἀνθρωποπάθειαν: nam *digito Dei* notatur *potentia ejus operantis*. (2.) *Pleonasmum*: כ enim, *sicut*, abundat. (3.) Ellipsin: *super eis*, scil. *erant*. Glass. lib. 3. Phil. Sacr. tract. 5. can. 28. p 505. & lib. 5. tract. 1. cap. 7. p. 113.

Vers. 14. *Dimitte me, ut conteram populum hunc, & deleam*, &c.

Controversias h. l. agitari solitas, vide in Vindic. *Exod.* 32. v. 10.

Vers. 21. *Et peccatum vestrum, quod feceratis, vitulum accepi, & combussi illum in igne, & contrivi illum molendo benefaciendo, donec comminutus esset in pulverem*, &c.

I. Offert sese (1.) *Metonymia effecti* pro causa: *vitulus* enim dicitur *peccatum* quia fuit *medium*, quo peccatum fuit commissum. (2.) *Hebraismus*: nam infinitivus הֵיטֵב, *propriè* significans, *benefaciendo*, adverbiascit, ideoque habet *intendendi* significationem, & idem est àc, *valde diligenter*, sive *perquam operose*. Glass. lib. 4. Philol. Sacr. tract. 1. observ. 6. not. 2. p. 681.

II. *Flacius Illyricus* contendit, *peccatum originis esse ipsam hominis substantiam*, quòd *vitulus aureus Israelitarum in deserto fuerit peccatum*.

℞. (1.) Vitulus aureus non est, nec dicitur peccatum *originis*: quid ergo nugatur Flacius de *aureo vitulo* in hac cõtroversia de peccato *originis*? (2.) Dicit, vitulum aureum esse *ipsammet idololatriam*; dicit, vitulum *per essentiam* esse peccatum: sed sine probatione. Nam quando vitulus dicitur *peccatum*, hoc intelligendum est per *metonymiam effecti* pro *causa efficiente*. Heshus. in Epist. ad Flac. resp. ad 3. obj. & in Antidot. contr. eund. fol, 68. seq.

Vers. 25. *Et pro rui ad faciet Domini quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus prorui*, &c.

Hebraismus est: *Quibus prorui*, h. e. *quibus dixi me proruisse*, videl. v. 18. Post digressiunculam enim, quâ similia populi peccata Moses recenset, vers. 22. seq. regreditur ad priorem à se factam coram DEO intercessionem, uti ex cap. 10. v. 1. 10. seqq. patet. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 176. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 15. p. 267.

Vers. 28. *Ne fortè dicant illa terra, quâ eduxisti nos inde: Propter non posse Dominum introducere eos in terram, quam locutus est eis, & ex odio ipsius illos*, &c.

§. 1. *Terra* metonymicè ponitur pro *incolis terræ*. §. 2. *Quâ inde*, h. e. *unde*. §. 3. *Propter non posse*, i. e. *propterea quòd non potuit*. §. 4. *Ex odio ipsius illos*, Ellipsis est verbi conjugati, pro, *ex odio ipsius, quô oderat illos*, Jun. in Not. ad h. l. p. 176.

CAP. X. v. 5. *Posui tabulas in arcam, quam feceram, quæ hucusque ibi sunt.*

Pistorius in hodeg. p. 300. pro *religiosa reliquiarum asservatione* urget exemplum *Mosis*, qui in *arca fœderis tabulas legis conservârit*.

℞. Moses asservationis istius expressum habuit *mandatum*; Pistorius autem asservationis reliquiarum suarum nullum ostendere potest mandatum, nullam promissionem. *Giesen.* de Papism. disp 24. thes. 36. & 43.

Vers. 6. *Filii autem Israel castra moverunt ex Beroth filiorum pacan in Mosera, ubi Aaron mortuus & sepultus est.*

Geminum ἐναντιοφανὲς hic deprehenditur: nam 1. Moses refert, quòd Israelitæ è *Benjaakan* (quod nomen loci est) profecti sint in *Moserah*; cùm Numer. 33. vers. 31. dicat, ipsos esse profectos de *Moseroth*; & castrametatos in *Benejaakan*.

℞. *Moseroth* & *Moserah* distincta fuerunt loca: siquidem in *Numeris* Moses mansiones istas duas distinctè enumerat; insuper & in *Moseroth* facta est mansio *vigesima septima*, cum Aaron obierit in *trigesima quarta*.

2. Moses dicit, Aaronem mortuum in *Moserah*. cùm Numer. 20. vers. 29. & cap. 33. vers. 38. scribat, ipsum mortuum esse in monte *Hor*.

℞. Locus ille *particularis*, dicti montis *Hor*, in quo Aaron defunctus est, *proprio* nomine nuncupatus est *Moserah*; siquidem Scriptura sacra hoc hic dicit: utrumq; ergò verum est. *Walther.* in harm. Script. p. 205. seq.

Vers. 8. *In tempore illo separavit Dominus tribum Levi ad portandum arcam fœderis Domini, adstandum ad facies Domini, ad ministrandum ei, & ad &c.*

Deprehenditur hic (1.) Hebraismus: *Separavit*, h. e. *jam antè separatam ad officia sacra in functione eadem confirmavit*, videlicet Eleazaro suffecto in locum Aharonis, *Num.* 20. vers. 25. seqq. & Pinchasô confirmatô, *Num.* 25. vers. 11. seqq. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: *facies* enim, *Deo* tributa, notat *locum sacrum conventus Ecclesiastico divinitùs destinatum*. Glass. lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 4. p. 242. & lib. 5. tract. 1. cap. 7. p. 104.

Vers. 9. *Idcircò non fuit ipsi Levi pars & hæreditas cum fratribus suis: Dominus ipse hæreditas ejus*, &c.

I. *Metonymia* est tum *causa* pro *effectu*, quia *Levi* pro *tribu Levitica* est; tum *subjecti* pro adjuncto: *Dominus ipse*, h. e. *dona, quæ dedit ei Dominus* illa sunt hæreditas ejus, *Chaldæo* interprete. *Jun.* in Bibl. p. 177. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 3. m. 3. p. 44.

II. Objectionem *Bellarmini*, pro nomine *Cleri*, solis *personis Ecclesiasticis* debito, vide refutatam in Vindic. *Deut.* 18. v. 2.

Vers. 12. *Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus petens a tecum, nisi ad timorem Dominum Deum tuum? ad ambulandum in omnibus viis ejus, & ad amorem eum, & ad colendum Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua.*

I. In textu hoc reperitur (1.) *Enallage* nominis pro infinitivo, לְיִרְאָה, *ad timorem*, pro לִירֹא, *ad timendum*, seu *ut timeas* (mox enim sequitur infinitivus, לָלֶכֶת, *ad ambulandum*, sive *ut ambules*) &, לְאַהֲבָה, *ad amorem*, pro לֶאֱהֹב, *ad amandũ*, sive, *ut ames*, rursus sequente infinitivo וְלַעֲבֹד, *ad colendum*, sive *ut colas*. (2.) Metaphora: *ambulare* enim de *institutis* usurpatur, quâ ratione etiam *viæ*, in quibus ambulatur, *instituta* denotant. (3.) *Metonymia* tum *subjecti* pro *adjuncto*, quia *cor*

pro *animo* est; tùm *causa pro effectu*, quoniam *anima pro affectu* sumitur, qui animæ operatio est. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. pag. 407. *Glass.* libr. 3. Phil. Sacr. tract. 3. can. 44. p. 366. & lib. 5. tract. 1. cap. 12. pag. 376.

II. *Bellarminus* lib. de Monach. c. 13. nugatur, *præceptum de DEO diligendo ex toto corde, & ex tota anima, in hac vita impletu esse facile; cum Deus petat ab hominibus renatis, ut se diligant ex toto corde, & ex tota anima.*

℟. Non valet consequentia: Deus *jure creationis & dominii* hoc vel illud à nobis postulat; ergò homo *in hac infirmitate* potest illud præstare. Etsi namq; homo *facultatem præstandi* propria culpâ amisit, *jus* tamen *postulandi* Deus propterea non amisit; sed *jure summo* & *æquissimo* illud reposcit, quod in creatione homini concesserat. Neque verum Incum hunc præsupponere, *postulatum Dei impleri posse in hac vita*, sed tantùm impleri *debere*. Non tantùm enim timor & amor & cultus Dei præcipiuntur, sed etiam ambulatio *in omnibus ejus viis*; qua intelliguntur comprehendi *singula mandata*: at hoc onus Apostolus Petrus dixit, non potuisse portari à patribus, *Actor.* 15. vers. 10. *Eckard* par. 2. Pand. C. P. c. 21. q. 2. obj. 1. p. 137. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 11. c. 14. n. 23. & 26. p. 171.

Vers. 15. *Tantùmmodò in patribus tuis adhæsit Dominus, ad diligendum eos; & elegit in semen eorum post eos: in vos ex omnibus populis, secundùm diem hanc.*

I. Ecce (1.) *Synecdochen speciei* pro *genere*: nam *patris pro majoribus* ponuntur. (2.) *Pleonasmum*: redundat enim IN ante voces, *semen & vos*. (3.) *Metonymiam materiæ* pro materiato: *semen* enim pro *posteritate* est. Ariæm. in Bibl. p. 161. *Jun.* ibid. pag. 177.

II. *Toffanus* thes. 187. de Pelag. negat, *fidem ingredi decretum electionis*, quòd DEO *absolute* complacuerit, ex Gentibus eligere Israelitas.

℟. Dictum hoc non evertit doctrinam nostram de *fidei ingressu in decretum electionis*, sed tantùm celebrat *gratuitam Dei bonitatem*, *absque operum merito*, non autem absque *fidei relatione in Christum*. Nec minùs istud dictum valet ad excludendum *meritum operum in justificatione* quoq; quis verò tàm sit absurdus, ut *fidem* unà secludi & explodi putet? *Hunn.* tom. 1. oper. Lat. p. 683.

Vers. 16. *Et circumcidetis præputium cordis vestri, & cervicem vestram non inducetis ampliùs.*

Habes hic (1.) *Enallagen* modi indicativi, *circumcidetis*, pro imperativo, *circumcidite*. (2.) *Metaphoram* unam à *corpore* ad *animum* sumtam: *Circumcidite præputium cordis vestri*, h. e. *tollite ex animo vestro, quod divinæ voluntati repugnat*: alteram de *cervice* sumtam ex *jumentorum jugalium* similitudine, quæ nimis ferocienti cervice reluctantur. *Ariæm.* in Bibl. pag. 161. *Jun.* in Not. ad hunc locum pag. 177.

Vers. 17. *Quia Dominus Deus vester ipse Deus Deorum & Dominus Dominorum, Deus magnus, potens & terribilis, qui non accipiet faciem, & non recipiet munus.*

I. Offert sese (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Ipse*, scil. *est*. (2.) *Hebraismus*: *Deus Deorum & Dominus Dominorum*, h. e. *supremus omnium Deus & Dominus*. (3.) *Synecdoche partis* pro toto: *facies* enim pro *persona hominis* est. (4.) *Enallage temporis* futuri, *accipiet & recipiet*, pro præsenti, *accipit & recipit*. Ariæm. in Bibl. p. 161. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 177. *Glass.* lib. 3. philol. Sacr. tract. 1. can. 16. m. 2. p. 56. & lib. 5. tract. 1. cap. 17. m. 1. p. 461.

II. *Ostorrodus* Instit. c. 14. ad argumentum nostrum, quò probamus, *Christum esse verum & unum illum Deum*, cùm *præter eum non sit alius*; excipit non simpliciter unum tantùm verum Deum esse, quoniam Moses hic de *multis Diis* loquatur, qui tamen *falsi Dii* non sint, quemadmodum nec *Christus*, licet is non sit unus ille Deus.

℟. ὑδὲν πρὸς ἔπος facit hæc exceptio: non enim *simpliciter* ab ipso nomine Dei, quod de subjectis modò verè, modò falsò, modò univocè, modò æquivocè prædicatur, argumentum nostrum desumimus: Sed cùm sacra Scriptura *modò peculiari*, & ejusmodi cum circumstantiis, Christum *Dei* nomine indigitet, quæ in ψιλὸν ἄνθρωπον cadere non possunt; verissimè inde concludimus, Christum *unum illum & verum Deum esse*, cùm Scriptura sacra unum tantùm verum Deum agnoscat, qui Deus est Deorum, hoc est, qui vindictam exercet etiam in Deos *putativos*, 1. Sam. 5. vers. 4. *Horum* omnino multi sunt; *essentialiter* autem non est nisi unus Deus, Esa. 44. v. 6. *Jacob. ad Port.* in Descns. fid. orthod. p. 112. seq. *Walther.* in harm. Script. p. 206. seq.

III. Controversias de *personarum acceptione* vide in Vindic. *Rom.* 2. v. 11. decisas.

IV. Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim dicit, *Deum non accipere personam & munera*; at Gen. 4. v. 4. refert, *Deum & Abelem & ejus munera respexisse*.

℟. Concordiam parit distinctio inter forum *soli, & poli*: Etenim Deus non accipit *personarum munera*, ne impietatem & contumaciam cordis puniat: respicit autem *oblationes precum*, ut remittat gratia peccata; quomodo ad oblationem Abelis respexit, quoniam ipsa unicum Messiæ sacrificium fide respexit. *Walther.* ibid. p. 207.

Vers. 20. *Dominum Deum tuum timebis, & ei soli servies, ipsi adhærebis, jurabisque in nomine illius.*

Contraversias h. l. occurrentes vide in Vindic. *Deut.* 6. v. 13. diremptas.

Vers. 21. *Ipse laus tua, & ipse Deus tuus, qui fecit tecum & terribilia ista, quæ viderunt oculi tui.*

Videsis (1.) *Ellipsin* verbi substantivi: *ipse*, scilicet *est*. (2.) *Metonymiam adjuncti* pro subjecto: *laus* enim ponitur pro *argumento laudis*, q. d. de quo gloriari debes, jactando ejus beneficia erga te. *Ariam.* in Bibl. pag. 162. *Vatabl.* in Annot. ad hunc locum pag. 488. *Jun.* ibid. p. 177. *Glass.* libr. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 4. m. 5. pag. 67.

Vers. 22. *In septuaginta animabus descenderunt patres tui, in Ægyptum, & nunc posuit te Dominus Deus tuus, sicut stellas cœlorum in multitudinem.*

I. Redit huc (1.) *Synecdoche partis* pro toto: nam *animas* pro *hominibus* Mosea posuit. (2.) Hyperbole: *Sicut stellas cœlorum*, sensus est, *maximam omnino multitudinem esse seminis Israelis*, quæ *multitudo* ab *innumerabilitate* declaratur, Gen. 15. v. 5. (3.) *Hebraismus*, quo, *ponere in multitudinem*, est, pro *multiplicare*. Vatabl. in Annot. ad h. l. pag. 408.

II. *Bellarminus* l. 1. de Verb. Dei cap. 7. ad responsionem nostram in Vindic. *Gen.* 46. v. 27. m. 1. & 2. videlicet, *non ingressas Ægyptum animas*. 70. excipit, expresse hic dici, 70. *animas in Ægyptum* descendisse.

℞. Sensus horum verborum *in septuaginta animabus descenderunt &c.* est, tùm, cùm descenderent patres illi in Ægyptum, *fuisse* numerô animas septuaginta; non autem necesse est ad ejus numeri veritatem, ut omnes animæ *descenderent*. *Cham.* tom. 1. Panstr. l. 5. c. 6. n. 3. p. 56.

CAP. XI. v. 4. *Et qua fecit potentia Ægyptiorum, equis ejus, & curribus ejus, qui natare fecit aquas maris Suph super facies eorum, insectando eos post vos, & perdidit eos Dominus usq; ad diem hanc.*

Moses utitur (1.) *Metonymia adjuncti* pro *subjecto*: nam חַיִל *potentiam*, pro *exercitu potêti* ponit. (2.) *Enallage* numeri singularis, *currui*, pro plurali, *curribus*. (3.) *Synecdoche partis* pro toto: *facies* enim pro *personis* sunt. *Ariæm.* in Bibl. pag. 162. Confer *Glass.* lib. 5. Phil. Sacr. tract. 1. cap. 4. m. 1. p. 54. & cap. 17. m. 1. p. 461.

Vers. 6. *Et qua fecit Dithani & Abiramo, filiis Eliab, filii Ruben, quòd aperuit terra os suum, & deglutivit eos, & domos eorum, & tentoria eorum, & omnem substantiam, qua in pedibus eorum in medio omnis Israel.*

Ecce (1.) *Metaphoram*: terræ enim tribuitur *oris apertio & deglutio*, quâ *foraminis apertio*, & *abscensio* denotatur: (2.) *Enallagen*: nam אֲשֶׁר ante verbum פָּצְתָה, *aperuit*, pro בַּאֲשֶׁר, *quando*, positum est. (3.) *Hebraismum*: Quæ *in pedibus eorum*, h. e. *quem habebant præsentem*; substantia enim eorum consistebat in *armentis & gregibus*. Vatabl. in Annot. ad h. l. pag. 409. *Glass.* lib. 5. Phil. Sacr. tract. 1. cap. 11. p. 310.

Vers. 7. *Quia oculi vestri videntes omne opus Domini magnum quod fecit.*

§. 1. Pro adversativa SED usurpatur conjunctio causalis, כִּי, *quia*. præcedit enim oratio negativa, v. 2. cui adversativa v. 7. subjicitur. §. 2. *Videntes*, sc. *fuerunt*, i. e. *viderunt*. §. 3. Singulare, *omne opus magnum*, ponitur pro plurali, *omnia opera magna*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 409. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 7. can. 11. m. 2. p. 605.

Vers. 9. *Et ut producatis dies super tellurem, quam juravit Dominus patribus vestris, ad dandum eis, & semini eorum, terram fluentem lacte & melle.*

Nota hic (1.) *dies*, pro *annis*, & *patres* pro *majoribus* synecdochicè poni. (2.) ו, ET, significare, IDEST: *Eis & semini*, pro, eis, *id est*, semini, &c. (3.) *Semen* metonymicè notare *posteritatem*. (4.) Palæstinam *hyperbolicè* dici terram *fluentem lacte & melle*, h. e. *abundantem quibusvis rebus optimis & suavissimis*. Jun. in Bibl. p. 177. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 15. m. 3. p. 448.

Vers. 13. *Si ergo obedieritis mandatis meis, qua ego &c.*

Controversias hujus loci vide in Vindic. *Esa.* 1. v. 19. definitas.

Vers. 18. *Hac verba mea suspendito pro signo in manibus.*

Argumenta pro χειρομαντείᾳ & φυλακτηρίοις ex hoc textu deducta, vide soluta in Vindic. *Exod.* 13. v. 9. m. 2. & *Deut.* 6. v. 8.

Vers. 25. *Nullus stabit vos: terrorem vestrum & formidinem dabit Dominus.*

Species quædam ἀντιλογίας hic apparet: siquidem promittit Deus Israelitis, *non staturum quenquam coram ipsis*; cùm tamen *Amorrhæi oppresserint filios Dan*, Judic. 1. v. 34.

℞. Distinguenda sunt tempora: pollicitus erat enim Jehovah populô suo victoriam contra hostes, *donec potiretur ii terrâ Chanaan*, ubi nemo eidem potuit resistere. *Walther.* in harm. Script. pag. 204.

Vers. 27. *Benedictionem, quòd audieritis ad præcepta Domini Dei vestri, qua ego præcipiens vobis hodiè.*

§. 1. Conjunctio conditionalis, SI, effertur per אֲשֶׁר, pro quo v. 27. est אִם, §. 2. *Audire ad præcepta Domini*, metaphoricè significat, *eis obedire*. §. 3. Participium, *præcipiens*, ponitur pro *verbo*, *præcipio*. Ariæm. in Bibl. pag. 163. *Glass.* lib. 3. Phil. Sacr. tract. 7. can. 5. m. 1. p. 594.

Vers. 29. *In terram, quam tu ingrediens illuc, ad possidendum eam, & dabis benedictionem super monte Gerizim, &c.*

Redit huc (1.) *Enallage temporis* præsentis, *ingrediens*, pro futuro, *mox ingressurus es*. (2.) Hebraismus: *Dabis*, h. e. *pronunciabis*, audiente populo; neque enim *realem dationem*, sed *oralem notificationem* verbum נָתַן, *dedit*, significat. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 178. *Glass.* lib. 3. Phil. Sacr. tract. 3. can. 15. not. 2. p. 273.

CAP. XII. v. 2. *Perdendo perdetis omnia loca, quibus servierunt ibi gentes, quas vos possidentes eas Diis suis super &c.*

I. Videsis (1.) Epizeuxin: *perdendo perdetis*, h. e. *omninò perdetis*. (2.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: *Quas*: (gentes) i. e. *quarum regionem*; nam *ipsa gentes* delendæ erant. (3.) *Enallagen* temporis præsentis, *possidentes*, pro futuro, *possessuri estis*. (4.) *Pleonasmum*: nam, *eas*, redundat. *Ariam.* in Bibl. p. 163. *Vatabl.* in Annot. ad. h. l. p. 411. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 178.

II. Nonnulli ex *Pontificiis* propugnant, *licere Christianis principibus, vi & armis invadere quoscunq; Gentiles sibi non subditos, eorumq; terras occupare, saltem propter infidelitatem*: urgentque exemplum *Israelitarum*, qui multorum gentilium regna & provincias vi & armis occupârint; idque DEO approbante, propter *infidelitatem & scelera eorum*.

℞. *Israelita* habuerunt *legitimum titulum* occupandi

pandi terram Chananæorum, & eorum reges interficiendi: Deus enim *disertè præceperat*, populum istum exscindi; ex quo *peculiari* præcepto non majori jure extruitur universalis regula, quam è facto *Abrahami*, volentis ad jussum Dei occidere filium, Gen.22.v.2.seqq. & *Israelitarum* spolientium Ægyptios vasis aureis & argenteis, præcipiente Jehovah, Exod.12.v.35.seq. Unde factum eorum non est ad *imitationem* trahendum, nisi *expressum & simile* mandatum habeatur. *Meisner.* par.3.Phil.Sacr.sect.2.cap. 2. q. 8. obj. 1. pag.661. *Brochm.* tom.2.Syst.Theol. art.de Magistr. Polit. c.2.quæst.3.dub.2.pag.5032.b. *Becan.* in Theolog. Schol.tom.2 par.2.tract.1. cap.13. quæst. 6.num. 4.& 13.

Vers. 3. *Et diruetis aras earum, & confringetis statuas earum & lucos earum comburetis in igne, & sculptilia Deorum earum concidetis, & perdetis nomen earum è loco ipso.*

I. Moses utitur (1.) *Enallage* modi indicativi, *diruetis, confringetis*, &c. pro imperativo, *diruite, confringite*, &c. (2.) *Pleonasmô*: nam IN ante nomen, *igne* abundat. (3.) *Hypallage*: Deorum sculptilia, pro, *Deos sculptilium* seu *sculptiles*. Ariæm. in Bibl. pag.163. *Jun.* in Not.ad h.l.p 178. *Glass.* lib.3. Phil.Sacr.tract.1.can.43.p.165.

II. Controversias hujus loci vide partim in Vindic. *Exod.* 23. v.24. partim in Vindic. *Exod.* 34. v.13.m.1.diremtas.

Vers. 7. *Et comedetis ibi ad facies Domini Dei vestri, & latabimini in missione manus vestra vos & domus vestra, quibus benedixit tibi Dominus Deus tuus.*

I. In textu hoc occurrit (1.) Ἀνθρωποπάθεια: *Ad facies Domini*, h.e. *in loco sacro divinitus ordinato*. (2.) *Metonymia* partim *adjuncti* pro *subjecto*, quia *missio manûs* sumitur pro *re* seu *opere, ad quod manus immittitur*, vel *admovetur*, ut sensus sit: *In omni missione manûs vestra*, i.e. *in omnibus, ad qua manus emittitis vel admovetis*, *operandi* scilicet causâ, *in omnibus operibus vestris*: partim *subjecti* pro adjuncto, *domus* enim pro *familia* est. (3.) *Enallaxis*: permutantur enim numeri, *TIBI & VOBIS*, *Tuus & vester*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p.412. *Jun.* ibid.p.178. *Glass.* lib.5. Phil. Sacr. tract. 1.cap.4.m.5.p.67.

II *Ensedinus* in Explic.locor. Vet.& Nov.Test. ad Genes.16.v. 13. pag.25. putat, nomen *Jehovah* tribui *arca*, eo quòd oblationes jubeantur comedi coram *Jehova*, h.e. coram *arca*.

℞. Dic sodes, quâ vel *levi conjecturâ* nobis persuadebis, in præsenti textu vocem *Jehova* pro *arca* verbo positam esse? cùm nihil & in præcedentibus & subsequentibus de *arca* hic agatur: neque populus Israeliticus comedit sacrificia in *Sancto Sanctorum*, in quo arca erat reposita, Exod.26. v. 33. cum in illud nemini, nisi soli *Summo sacerdoti* semel tantum in anno, *Exod.* 30. v.10. Levit. 16. vers. 2. Hebr.9.vers.7. ingredi licuerit; sed in *ostio tabernaculi*, Levit.17.vers.5. quod erat *sedes & domus Jehova*, veri illius Dei, illic peculiariter juxta promissionem suam præsentis, Exod.20.v.24. atq; ita comedit populus coram *Jehova*. in *atrio templi*. Nam *illi* tribuitur hic nomen *Jehovah*, & in *illius* conspectu jubentur Israelitæ comedere oblationes, à quo acceperant frugum fertilitatem & benedictionem, ut ex illo ipso vers.7. patet: Jam verò non ab *arca* sed à *Deo* frugum fertilitatem & benedictionem acceperant; proinde non *arca*, sed *Deus* inibi intelligitur. *Gerhard.* in Exeg. loc. 2. de Nat. Dei.§.41.p.637.seq. *Jacob. Martin.* l.1.de trib. Eloh.c.18.n.182.seq.p.203.seq. *Thumm.* in Ἀποδ. Theol.de Spir.Sanct. person.pag.7.s.q. *Hunn.* in Exam.Error.Photin.c.3.de nomin.Dei, §.23.pag. 213.seq.

Vers.12. *Et latabimini ad facies Domini Dei vestri vos, & filii vestri, & filia vestra, & servi vestri, & ancilla vestra, & Levita, qui in portis vestris, quia non est pars & hareditas vobiscum.*

Observa hoc loco (1.) Ἀνθρωποπάθειαν: *Ad facies Domini*, h.e. *coram tabernaculo fœderis*, quò Dominus gratiosè manifestat se præsentem. (2.) *Enallagen numeri* singularis, *Levita*, pro plurali *Levita*. (3.) *Synecdochen partis* pro toto: nam *porta* pro *urbibus* ponuntur. (4.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Vobiscum*, scil. *est*. Ariæm. in Bibl. p. 163. *Vatabl.* in Annot.ad h.l.p.411. *Glass.* libr.5. Phil.Sacr. tract.1.cap.17.m.2.p.464.

Vers.23. *Anima est sanguis, & idcircò non debes animam comedere cum carnibus.*

I. *Adimantus* apud Augustinum negavit *immortalitatem anima rationalis* ex eo, quod *anima sit sanguis*, qui sane corrumpatur.

Respondet ibidem Augustinus, Mosen loqui de anima *brutorum*, quam fatetur esse mortalem; non autem de anima *rationali*: nam expressa fit mentio *armentorum & pecorum*, v.21. *Selnecc* par.4. Exam. Theol.p.370.obj.56.

II. *Goclenius* disp.2. Theologico-Philos. contendit, dari *prædicationes* quoad σύνθεσιν *impropriàs*, in quibus *omnia verba sint propria*, sola autem *extremorum combinatio* sit *impropria*; quibus annumerari debeant prædicationes *Sacramentales*; in cujus rei confirmationem producit allatum textum.

℞. In vocabulo (*anima*) est *metonymia adjuncti* pro *subjecto*, & notatur *sedes* vel *vehiculum anima*, interprete Piscatore Herbornensi in Vol. dispp. p. 531. Convenit hæc explicatio cum Mosaica ἑρμηνείᾳ, quæ legitur, Levit.17.v.11. *Anima cujusq; carnis in sanguine est*. *Meisner.* par. 1. Phil. sobr. sect. 1.c.5. q.8.p.272.seq.

Vers. 26. *Qua autem sanctificaveris & voveris Domino, tolles, & venies ad locum* &c.

Controversiam hujus loci vide in Vindic. *Levit.*7.v.16. definitam.

Vers.28. *Observa & audi omnia, qua ego pracipio tibi* &c.

Tannerus in Colloq. Ratisb. sess. 5.pag.139. putat, per præceptum vers. 32. cui Dominus *nihil adjici* vult, *nihilque demi*, non designari *universas doctrina Mosaica partes*, sed duntaxat *quandam ejus particulam*; cùm signanter dicat; Observa & audi omnia, quæ ego, (jam scilicet)

præcipio tibi; non autem dixerit: Quæcunque *præcepi, præcepere*.

℞. Frequentissimum est, ut Scriptura, quando loquitur de Deo, cui nihil præteritum, nihil futurum, sed omnia unô complexu præsentia sunt, loquatur verbis *præsentis* etiam temporis. Deus enim, quæ præcipit., ea in futurum quoque observanda sancit; alioqui sequeretur, quód Israëlitæ cætera non deberent observare. Adde, quòd ibi DEUS de *futuro* præcipiat. *Cave, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in eo loco, quem elegerit Dominus in una tribuum tuarum, offeras hostias, & facias, quæcunq; præcipio tibi*, &c. Ecce Deus non tantùm de *præsentibus*, sed & *futuris* sancit, quæ non potuerunt impleri ante Siloh, & Jerusalem captam, &c.

Regerit *ille ibid.* sess. 8. p. 171. Si *strictè* accipiantur verba, secuturum, quòd præcepta, quæ Dominus per subsequentes Prophetas dedit, liçuerit populo etiam non observare.

℞. In subsequentium Prophetarum libris nihil *novi* præceptum est, ratione *cultus & doctrinæ*, sed *repetita & illustrata vetera doctrinæ Mosaicæ capita*, quæ se extendere etiam deinceps ad totam Ecclesiam sub Prophetis, liquidò patet. *Hunn.* in Colloq. Ratisbon. sess. 6. pag. 151. seq. & sess. 8. pag. 170. *Lobav.* par. 1. Analys. Colloq. Ratisb. p. 129.

Vers. 32. *Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino, nec addas quicquam, nec minuas.*

I. *Scriptura sacra perfectè continet omnia ad salutem necessaria*, quia *ipsi nihil addendum, nihilq; detrahendum est*; alioquin si aliquid sit necessarium ad salutem, quod non haberi queat ex Scripturis, aut salutem homines non adipiscentur, aut illud addendum erit ad ea, quæ docentur in Scripturis.

Excipit (1.) *Pazmannus* in hodeg. l. 6. c. 12. nos quoque concedere Epistolam Pauli ad Romanos scriptam ita *integram* permansisse, prout Paulus eam scripserit, quamvis *hoc* in Scriptura Sacra nullibi inveniamus.

℞. Nihil est addendum Scripturæ, quoad *articulos fidei*; quòd autem *liber aliquis Biblicus integer manserit & incorruptus, id ad historiam*, non ad *fidem* pertinet: qualia *historica* ex Ecclesiæ testimonio nos scire posse, ultrò concedimus: nihil enim hoc impugnat thesin nostram.

2. *Id. Ibid.* non procedere sequelam: nam ne quidem *Epistolæ ad Philemonem* licet aliquid noviter addere, nihil adimere; nec tamen in ea Epistola *omnis doctrina necessaria* contineatur.

℞. Instantia hæc nulla est: nam à *parte* verbi divini, eâdemque *minimâ*, non licet ad *omne Dei verbum* argumentari; Epistola autem ad Philemonem *pars* saltem aliqua verbi divini est, in qua Paulus non ex professo *articulos fidei* tractat, sed *servum fugitivum* commendat, at nostrum dictum de *non addendo* loquitur de *omni DEI verbo*, cui in rebus *fidei* nihil est addendum, nihil detrahendum, vers. 28.

3. *Driedo* tom. 1. lib. 4. cap. ult. nihil addendum, tanquam à *DEO dictum*: Addit enim ad verbum Dei, qui dicit, Deum aut dixisse, aut præcepisse, quod neque dixit, neque præcepit.

Non tantum *falsationes* verbi divini, sed & *ἐθελοθρησκείαι* prohibentur; siquidem v. præced. 8. notanter dicit Deus: *Non faciet quisque quod in oculis ipsius rectum videtur*. Itaque dicimus, *additionem* intelligendam, cùm aliquid insuper adjicitur, quod putet aliquis deesse legi jam *scriptæ*, sive dicat, sive non dicat, Deum id dixisse aut præcepisse, quod neque dixit, neque præcepit.

4. *Hayus* lib. 1. dispp. c. 21. Dominum prohibere, ne quicquam addatur libris Mosis, tanquam *à Mose scriptum*.

℞. Egregiè profectò! ut ne liceat adulterinos fœtus Spiritui supponere: quasi non sit omnibus id auctoribus commune. Quis enim ferat, *Thomæ Aquinatis* libros *Augustino* tribui? Scilicet Papistæ optimè se functos putant sua in Deum pietate, si adjiciant ad ejus mandata quidlibet, dummodo *auctorem* notent, putà aliquem ex Romanis Episcopis, aliquod Concilium, denique Ecclesiam. Magnum certè pietatis Christianæ argumentum! Sed hoc loco Moses non loquitur de additione *librorum scribendorum*, *sed rerum Deo faciendarum*. Hoc tantùm facito *Domino*, ait ille. Prohibet ergo, ne addant aliquid præceptis, *ut fiat Domino*, id est, usurpetur in *cultu divino*.

Rationem hujus prohibitionis reddit Procopius in h. l. *Verba enim Domini, cum plena & perfecta exstant, nullum auctarium admittunt* h. e. quia continent omnia, quæ Ecclesiæ ad salutem necessaria sunt, ideo nihil eis addendum. *Balduin.* in Phosph. Cathol. l. 6. c. 12. p. 649. seq. *Cham.* tom. 1. Panst. l. 8. c. 6. n. 1. 2. 16. & 17.

II. *Verbum Dei scriptum esse unicam normam veræ religionis*, ex hoc textu patet, quòd *eidem*, quoad *observationem præceptorum DEI, cultusque divini, nihil addi, detrahive debet*.

Excipit (1.) *Tannerus* in Colloq. Ratisb. sess. 4. p. 122. quòd Dominus, his verbis apertè loquatur solum de præceptis & ceremoniis, *hoc præsenti & superioribus capitibus* traditis.

℞. Hoc falsũ est. Nã (1.) ipsemet cõfessus est, Deum loqui etiã de his præceptis, quæ *præcedentibus libris* cõtinentur, in quibus certe sunt *præcepta Decalogi*, à prima mundi origine mandata. (2.) *Generale* hoc mandatum est, pertinens ad *totam doctrinam*, per Mosen traditam, v. 28.

2. *Gretserus* in Resp. ad Thes. Hunn. de inend. colloq. p. 78. si tantùm faciendum, quod Deus præcipit Mosi, cur non *circumciduntur Prædicantes?* cur Hunnius *carnem suillam & leporinam* gustat.

℞: (1.) Sequeretur id, nisi per eum *sublata* lex Circumcisionis & cæteræ ceremoniales essent, per quem latæ. Nam Dei, non autem *hominis*, integrum est, leges figere & refigere. (2.) Hoc tantùm & omne illud, quod nobis præcipitur & quatenus cuique pro *conditione* ac *statu* præcipitur in Scriptura, contendunt nostri agendum: observationem autem Mosaicarum ceremoniarum Christianis Deus non præcepit, *Galat.* 5. v. 2. *Coloss.* 2. v. 16. Interim manet *generalitas* dicti, id faciendum tantùm *in cultu* esse, quod præcepit Deus. *Hunn.* in Colloq. Ratisb. sess. 5 p. 129. seq. *Lobav.* in Analys. Colloq. Ratisb. par. 1. p. 133. & par. 2. p 365. not. 38.

Garth.

Garth. libr. de jud. controv. p. 3[illegible]9. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de bon. oper. cap. 2. quæst. 5. pag. 602. seq. *Rubel.* in Anti-Gretser. par. 3. pag. 294. & 297.

III. *Traditiones hominum, quoad cultum divinum non sunt observandæ: quia Deus in scriptura de suo cultu, id tantum vult observari, quod ipsemet præcepit, ut nihil illi addatur, nihil detrahatur.*

Regerit 1. *Gretserus* l. c. p. 71. vocem TANTÙM hic positam, non esse in *Hebræo* codice.

℞. (1.) Hoc non potest, salvâ Tridentini Concilii observantiâ obtendere Jesuita: Cùm enim vox ista extet in *Versione Vulgata*, quam ut nemo quovis prætextu rejiciat, canon ejus conciliabuli decernit, non habet, quod ipse contrà excipiat, ni Romanæ Ecclesiæ fulmine percelli velit. (2.) Sed nihil refert, modò *res ipsa* ibi habeatur. Si enim iis, quæ Dominus in lege scripta præcipit, nec addere quicquam licet, neque quicquam ex iisdem minuere; quidni *tantum juxta istius legis scriptæ normã* omnia erant facienda in materia *cultus divini*? Nam facile est intelligere, qui cœtera omnia prohibet, quæ possunt addi, prohibet item aliquid detrahi; illum velle *tantum sua præcepta* esse facienda, non *cogitationes proprias*, quas sibi extra mandatum Dei homo fingere solet, Num. 15. v. 39. aut quæ præcepta patres ponunt, Ezech. 20. v. 18. aut quæ Prophetæ falsi fingunt, Deuter. 13. vers. 3. & cap. 18. vers. 20.

2. *Id. ibid.* vocem *præcepti* hic *latè* accipi, pro *omni declaratione & ordinatione Dei circa opus*, quòd DEO gratum accidit, si ab hominibus præstetur, adeò ut Deus dici possit *præcipiens*, quando etiam de *liberis operibus* disponit præscribitque, eaque se grata habere testatur.

℞. Jesuita αὐτοκατάκριτος: quandoquidem præcepta, *latiore* significatione, ita dicta, in verbo Domini Mosaïco non excludi, sed includi, ipse haud dissimulat. Hoc vero nihil ad *præsentem statum & quæstionem* facit: nihilominus enim manet, *traditiones dogmaticas à DEO non præceptas & ordinatas, non esse observandas*; cùm id tantum in cultu divino faciendum sit, quod Deus præcepit, &c.

3. *Becanus* in Manual. controv. l. 1. c. 2. n. 49. seq. hic agi *speciatim* de *uno præcepto ceremoniali*, nempe de *præcepto sacrificii integre observando*, adeò ut sensus sit: *Hoc tantum facito*, id est, *offerto Domino*, nec addas quicquam, ex *sacrificiis gentilium*, nec minuas ex *eis quæ in præcedentibus* enumerata sunt.

℞. (1.) Becanus contradicit *Tannero*, qui in Colloq. Ratisb. sess. 4. locum hunc non de *uno præcepto ceremoniali*, sed de *pluribus* explicat, p. 122. (2.) Falso id, quod in *genere* de verbo Dei scripto dicitur, ad *unum tantùm præceptum ceremoniale de Sacrificiis* restringitur. Nam verba Mosis ex Hebræo ita sonant, vertente Ariâ Montanô: *Omne verbum, quod ego præcipiens vobis*, &c. (3.) Longè crassior est error in verbo *facito*, quod idem vult esse atque *sacrificato*: nam manifestè loquitur Moses de *observatione præceptorum DEI*. Sine dubio imposuit Becano . . quod in Vulgata Versione legitur: *Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito DOMINO.* Sed abundat vox DOMINI: siquidem in Hebræo non legitur. Et si maximè legeretur, certò tamen inde colligi non posset, verbum *facere* hoc loco esse idem, quod *sacrificare*. Nam ipsa clara litera testatur, illud in significatione *propria* de *faciendo & servando* omni verbo & præcepto Dei, per Mosen tradito & scripto, accipiendum esse. *Hunn.* tom. 2. oper. Latin. pag. 496. *Libav.* par. 2. Anal. Colloq. Ratisb. pag. 159. seq. not. 34. *Garth.* de jud. Controv. pag. 414. seqq. *Rubel.* in Anti-Gretser. p. 292. 293. seq.

IV. *Non licet Ecclesiæ novas subinde ferre leges quæ obligent hominum conscientias; quoniam ipsa tenetur id tantùm facere & observare, quod Deus in verbo suo scripto præcepit, nec ei quicquam addere debet, nec ab eodem quicquam minuere.*

Bellarminus lib. 4. de Rom. Pontif. c. 17. respondet, prohiberi additionem, non *quamlibet*, *sed contrariam*, h. e. quæ repugnet verbo scripto; idque etiam inculcat *Gretserus* in Colloq. Ratisb. sess. 1. pag. 37.

℞. Ut nihil dicamus, quod *ferè omnes* traditiones Pontificiæ pugnent cum sacra scriptura, atque ita juxta hanc sententiam Jesuitarum, sint rejiciendæ & damnandæ; glossa hæc non potest subsistere. Nam (1.) à Deo *simpliciter* prohibentur *omnes cultuum divinorum additiones*: quicquid ergo additur verbo divino, hoc fine & sensu, quasi *ejus observatio sit cultus divinus*, adversatur verbo divino, *simpliciter* prohibenti omnes additiones. Etenim exclusiva particula, TANTÙM, in præsenti textu posita evidentissimè ostendit, omnem *omninò* additionem, quæcunque demum illa sit, contrariam esse verbo divino, quod sibi nihil vult addi. Sic ignis alienus qui non præcipitur, prohibetur, Levit. 10. vers. 1. non ignis *contrarius*; & limen appositum limini DEI, Ezech. 43. vers. 8. non *contrarium* tantùm. (2.) *Inductio contrarii præcepti* non solet, imó ne potest quidem *additio* nominari, quia in additione utrumque manet, at contraria *sese invicem* tollunt. Quis enim nescit, addi leges legibus, cum utræque observantur? ast quæ *contraria* sunt, quomodo possunt simul observari? E. G. cum præceptum sit Exod. 20. v. 2 *Non habebis Deos alienos coram me*; quicunque docebit, Solem pro Deo colere, is profectò non addet aliquid mandatum, sed omnino mandatum *evertet*. Qui ergo cultũ divinum urget verbo *cõtrariũ*, nõ *addit* ad verbum, sed verbum unâ velut litura *delet* ac *exanterat*. *Gravver.* par. 8. præl. in A. C. p. 207. *Broch.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Bon. Oper. cap. 2. q. 5. pag. 603. seq. *Cham.* tom. 1. Panstr. libr. 8. cap. 6. num. 15. & tom. 3. lib. 15. cap. 13. num. 6. & 16. *Ames.* tom. 1. Bellarmin. Enerv. lib. 3. cap. 7. thes. 16. except. 3.

V. *Invocatio Sanctorum in cœlis, ut ἐθελοθρησκεία rejicienda est, quia in verbo DEI scripto non est præcepta; cùm tamen omnis cultus divinus, cujus pars est religiosa invocatio, in scripto DEI verbo debeat esse fundatus*, juxta textum allatum.

Becan. lib. de Invoc. Sanctor. p. 97. § 1. seq. excipit, multa esse, *quæ legitimè fieri possint*, & tamen à DEO *præcepta non esse*, ut *sæpius quotidiè flexis genibus orare, mercaturam exercere* &c.

℞. (1.) Error ἑτερογνωμίας. Dictum Deuter. 12. opponitur invocationi Sanctorum defunctorum, tanquam cultui *electitio & publico dogmati Ecclesiæ Romanæ* omnes omninò homines ad credendũ hoc, quod concilium Tridentinum de ea sanxit,

 obli-

obligantis: Exempla verò à Becano allata de iis agunt rebus, quarum *libertatem & usum* in verbo suo scripto piis concessit & commendavit Dominus. Idem de invocatione Sanctorum monstrent adversarii. (2.) Error τῶν ἀντικειμένων. *Praceptum* Dei Becanus perperam hôc locô opponit iis, quæ *libertati Christiana*, ab ipso Deo, relicta sunt: Cùm in Mose opponatur cultibus *electitiis*, itemque doctrinis, traditionibus & præceptionibus *humanitus extra & prater Dei verbum scriptum, adinventis*: qualis inter alias Romanæ Ecclesiæ traditiones, Sanctorum quoque est invocatio. (3.) Error ὁμωνυμίας in vocabulo PRÆCEPTI: quando dicitur, *multa legitimè fieri, qua tamen à Deo pracepta non sint.* Si enim per *praceptum* intelligitur *strictè* MANDATUM omnes omninò homines in rebus ad fidem & cultum spectantibus obligans: quo modo in dicto Mosaico accipitur: falsum est, posse multa legitimè fieri, quæ à Deo præcepta non sunt. Si verò *absolutè & generaliter* intelligatur *praceptum quodvis* obligatorium in rebus, extra *fidem & cultum divinum* consideratis, Sophisticum est, asserere; posse quædam legitimè fieri, quæ tamen à Deo præcepta non sint. Ut enim hoc extra controversiam est: ita præsentis argumenti sensum & scopum non ferit. (4.) Error *simulium*: Etsi enim expresso aliquo mandato Dei non sint omnes obligati ad *orationem flexis genibus recitandam*, ad *mercaturam exercendam*, &c. tamen in verbo suo quoque scripto voluntatem & beneplacitum suum de hisce & similibus nobis aperuit, ostendendo, quid de *oratione flexis genibus recitandâ*, quid de *mercatura*, aliisque vitæ generibus & statibus censendum sit. Nihil verò uspiam in verbo Dei scripto de *invocatione Sanctorum defunctorum in cœlis*, nobis aperuit: itaque nemo etiam, quod Deo grata acceptave sit, certus esse poterit. *Gerh.* in disp. de Invoc. Sanctor. contr. Becan. q.11.p.128, 229. 237. seqq.

CAP. XIII. vers. 1. *Quia surrexerit in medio tui propheta, aut somnians somnium, & dederit ad te signum vel portentum.*

§.1. Adverbium temporis indeterminati, *quum*, exprimitur conjunctione causali, כִּי, *quia*. §.2. *In medio tui*, h.e. *inter te*. §.3. *Somnians somnium*, pro *fictore somniorum*, Hebraismus. §.4. *Dederit*, i.e. *prænunciaverit*, seu *dederit verbò*, ut v.2. explicatur. *Ariam.* in Bibl. p.164. *Vatabl.* in Annot. ad h.l.p. 414. *Jun.* in Not. ad eund. l.p.179. *Glass.* lib. 3. Phil. Sacr. tract. 3. can. 15. not. 2. p. 273. seq.

Vers. 3. *Non audies verba Propheta illius aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non, in toto corde, & in tota anima vestra?*

I. Quidam *Anonymus Semijudaus* tract. 2. manuscr. de fundam. relig. Christ. ut eò audacius neget, *Jesum Nazarenum esse verum Messiam*, rationem reddit, cur *Apostoli concionibus & miraculis suis nihil effecerint apud peritos Judaos*; quia dicerint illi ex Mose, *non esse credendum ejusmodi Prophetia*, qui *novam* religionem efficerent, quamvis visiones suas narrarent & *miracula* ederent.

℞. (1.) Hâc ratione seipsum refutat *Anonymus*: nam si nulla religio vera est, quàm *Judaeorum*, ideoque mutari non debet; falsa est *Anonymi* religio. Quandoquidem rejicit, *leges ceremoniales* Judæorum, tanquam ad se nihil attinentes; in quibus tamen maximè ipsorum religio continebatur & fundata erat: siquidem legem *moralem* cum omnibus Gentibus habebant communem, ut ipsemet Anonymus concedit & defendit. (2.) Quod apud *peritos*, uti vocat Anonymus, judæos nihil effecerint Apostoli *in universum* falsum est: nominamus enim *Nicodemum*, Ioh. 3. v. 1. *Josephum* ab Arimathæa, Matth. 27. v. 57. Quòd verò *plurimi eorum* doctrinam & miracula Apostolorum respuerunt, certè non ex *Mose* desumenda est causa, sed ex *prava legis Mosaica perversione*: eam enim quia intelligere nolebant, suas omni conatu defendebant opiniones. Ut igitur Nicodemum & Josephum non movebat præsens Deuteronomii locus, quò minus JESUM Nazarenum agnoscerent Messiam, ita cæteri *periti Judæi* in conscientia erant convicti, Jesum illum esse Magistrum & Messiam à Deo missum, Ioh. 3. v. 2. (3.) Distinguendum est inter *vera miracula, & præstigias*, speciem miraculorum præ se ferentes. Loquitur hic Moses non de *veris miraculis*, sed duntaxat de *signis & præstigiis*, quibus falsi doctores, à Diabolo adjuti fascinant sensus hominum, eosque decipiunt. Verum hoc nihil ad *Christum & ejus Apostolos*, *quippe* qui ediderunt *verissima miracula*, universæ creaturæ, adeoq; ipsi Diabolo inimitabilia, ut est *resuscitatio mortuorum, sanatio morborum, uno verbo præstita*, & infinita alia. (4.) Eô locô agit Moses expressè de ejusmodi *Prophetis & somniantibus*, qui dicturi essent ad populum Israeliticum: *Eamus post Deos alienos, & colamus eos.* Conjungit ergo cum *falsis miraculis doctrinam de falso & alieno Deo*: hoc verò de *Jesu, ejusq; Apostolis* dici nequit, quòd abduxerint populum Judaicum à *vero Deo* ad *Deos alienos*, sed *verum Israelis Deum* prædicârunt; unde nihil dixerunt extra ea, quæ in Mosis & Prophetarum scriptis habentur, *Johann.* 5. v. 46. *Actor.* 26. v. 22. *Jacob. Martin.* l. 3. de trib. Eloh. c. 93. p. 495. seq.

II. *Bellarminus* l. de Monach. c. 13 contendit mandatum de *Deo perfectè diligendo esse facile impletu in hac vita:* quia *Deus tentet, an se populus amet totô corde*, ideòque *populus potuerit amare totô corde.*

℞. Consequentiam ridebunt etiam pueri, qui sciunt *tentari* etiam, quæ non possunt fieri ab eo, qui sive tentat, sive tentatur. Proinde non semper id, cujus gratiâ aliquis tentatur, in potestate ejus esse præsumitur; verum sæpè hôc modô is, qui tentatur, ab inani sua fiducia dejicitur, & gloriationis atque opinionis præconceptæ vanitas, detegitur. *Eckard.* par. 2. Pand. C. P. c. 21. q. 2. obj. 2. p. 137. seq. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 11. c. 14. n. 23 & 26.

III. Argumentum *Bellarmini*, pro *libero hominis arbitrio*, ex h.l. deductum vide solutum in Vindic. *Deut.* 8. v. 12.

Vers. 5. *Propheta autem ille & victor somniorum interficietur* &c. *& auferes malum de medio tui.*

I. *Papista* pro *summi Pontificis potestate in omnes sub sole Judaos, urgent*, quòd *summo Pontifici tribuatur jus puniendi Pseudoprophetas.*

℞. Negatur id sequi. Nam (1.) hic non *Pontificibus* conceditur jus puniendi Pseudoprophetas, sed attribuitur *toti Israeli*, ita ut serventur discrimina, alii nimirum (*Pontifices*) cognoscant de hæresi, alii (*Seniores*) exequantur

Et qui-

quidem (a.) *intra Judæam* exequi adversus ...ophetas debuit *debitò jam dictò modò* ...sex Jerosolymitanus, idque propter hunc finem, ut *Judæa*, tanquam *Academia totius mundi*, pura maneret & puram veritatem exteris communicare posset: *extra Judæam* illud præceptum se non extendebat. *Deut.* 13. v. 12. *Franz.* disp. 7. in Aug. Conf. par. 3. thes. 67. seq.

II. *Bellarminus* l. 3. de Laic. c. 21. & *Beza* Volum. 1. p. 153. asserunt, *hæreticos capitali pœna esse plectendos*, quòd *lex divina jubeat falsos prophetas occidi*.

℞. Textus hic nihil ad rem facit. Nam (1.) sermo ibi est non de *hæretico simplici* ex infirmitate judicii errante, sed de *manifesto apostata*, deq; *blasphemo atq; seditioso idololatra*, v. 2. Atq; *hunc* fatemur occidendum esse, sed de *illo* idem statuendum esse, nuspiam docet sacra pagina. (2.) Lex illa non fuit *moralis*, neq; enim in N. T. est repetita; sed *forensis*, peculiariter restricta ad *populum Israeliticum*, tum quia v. 1. dicitur: Si in *medio tui* surrexerit Propheta; tum quia v. 12. Deus loquitur de civitatibus, *quas, post exitũ ex Ægypto dabat Israelitis*, non de *aliis urbibus promiscue*; tum quia v. 15. *omnes idololatricæ civitatis incolæ*, ne quidem *infantibus* exclusis, interfici, & *tota urbs* cum omni supellectile, omnibusque jumentis, igne supposito ...cendi jubentur; id quod in N. T. locum non habere, Christus Luc. 9. v. 54. testatur.

...eza regerit (1.) p. 155. hac ratione Magistratum, si non *capitaliter* puniat hæreticos *simplices*, majestatem DEI minoris ponderis habere, quàm olim *Judæi* habuerint.

℞. Nulla est consequentia: uti enim magna est ...tas inter *hæreticos* N. T. & *pseudoprophetas* V. T. ita non mirum, si maximè sit etiam disparitas in *pœna*, unde nec majestas Dei vilescet. alioquin ...*omnino leges Mosaicæ* adhuc nos obligarent, quod tamen Beza non concedit.

2. *Ibid.* p. 169. hæreticos ex falsis suis opinionibus *idolum* quoddam constituere.

℞. (1.) Licèt hæreticus *latè* etiam possit dici *idololatra*, non tamen statim sequitur, eàdem pœnâ à Magistratu cum *idololatris manifestis* afficiendum: nam quia dantur gradus in *peccato*, dantur etiam gradus in *pœna*. (2.) Magistratus politicus non punit delicta *interiora*, sed quæ *ad extra* prorumpunt, & pacem ac tranquillitatem *publicam* turbant; at *hæresis*, quatenus talis, hoc non facit (3.) *Avari* sunt *idololatræ*, Eph. 5. v. 5. sed tamen à Magistratu non puniuntur, usque dum *externa delicta accedant*.

3. *Rationem legis*, ut auferatur malum, adhuc durare; ideoq; & *ipsam legem*.

℞. Negatur sequela: cùm legibus etiam *ceremonialibus* ratio *moralis*, Levit. 11. v. 2. addatur; lex contra *moralis* subjunctam habet rationem *non perpetuam*, Exod. 20. v. 12. *Franz.* tract. de Interpr. Script. p. 766. *Gerhard.* tom. 6. LL. CC. loc. 27. de Magistr. Polit. §. 344. p. 1091. & §. 347. p. 1096. m. 2. *Meisner.* l. 4. de legib. polit. sect. 1. p. 19. p. 349. & 3 3. *Gisen.* de Papism. disp. 19. thes. 51. seq. & de Calvinism. disp. 20. thes. 72. seq. *Thumm.* in tract. de hæret. non puniend. p. 30. 35. 36. seq. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol art. de Magistr. polit. c. 2. q. 3. dub. 2. p. 5030.

Vers. 6. *Si tibi voluerit persuadere uxor*, &c. *clam dicens: Eamus, & serviamus Diis alienis, quos ignorasti tu & patres tui*, &c.

Christus in V. T. *necessario notus fuit omnibus fidelibus, qui & in ipsum crediderunt*: neque enim credere debuerunt in eum, *quem non noverunt patres ipsorum*.

Indeq; consequitur, *Christum esse verum & æternum DEUM*, quia *in ipsum credimus*; at verò non debemus credere *in Deum*, quem non noverunt patres nostri.

Smalcius contr. Franz. fol. 98. excipit, locum hunc ad *nos Christianos* nil pertinere, cum de *Judæis* solum sit accipiendus, neque veteres illi patres nostri fuerint:

℞. (1.) Quid audio? Ergo *Deus Israelis* ad *nos in* N. T. nõ pertinet? (2.) 1. Cor. 10. v. 18. nominatur *Israel* secundùm *carnem*, utique ad differentiam *Israelis* quoad *spiritum*; ut omnis Ecclesia Christi *Israel Dei* nominatur, Galat. 6. v. 16. & Rom. 4. v. 11. 12. *Abraham* dicitur *pater omnium credentium*, non tantùm in *circumcisione*, sed & in *præputio*. Non est ergo, ut neget Smalcius, *Judæos credulos* suo respectu vocari posse patres *nostros*: neque certò potest inficiari, nullos esse Christianos, quorum *patres* olim non fuerint Judæi *origine*, posteà verò conversi, nomen illud amiserint, & unà cum posteris suis in hodiernum diem dicantur *Christiani*. *Franz.* disp. 5. Vindic. thes. 44.

Vers. 8. *Neque parcat ei oculus tuus, & misereris & occultes eum, sed statim interficies.*

I. *Prosopopœia* est, quando *oculus* dicitur *parcere alicui*, quia scil. animum ad veniam pronum ostendit, & vel lacrymis vel alia ratione signat, *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 22. m. 6. p. 296. & lib. 5. tract. 1. cap. 9. p. 190. m. 1.

II. *Anabaptistæ* volunt, *licitè quempiam se posse à conjuge disparis religionis separare*, quòd *ob falsam religionem liceat eam occidere*.

℞. (1.) Necesse habent Adversarii probare priùs de nobis, quòd *simus illi*, qui dicamus: *Venite, serviamus Diis alienis*, &c. quod quia probare non possunt committunt fallaciam *petitionis principii*. (2.) Moses loquitur & de religionibus *toto genere diversis*, & de *seductionibus*, quia primæ tabulæ leges, & honorem Deo debitum spernunt, & in nomen Domini blasphemi sunt; atque in hosce *politicus Magistratus* animadvertere tenetur: quorum tamen nihil de *desertis suis conjugibus* probare queunt Anabaptistæ. *Osiand.* in Enchir. controv. Anabapt. cap. 8. obj. 6. p. 137. seq.

Vers. 11. *Et omnis Israel audient, & timebunt, & non addent ad faciendum secundùm verbum malum illud in medio tui.*

I. Ecce (1.) *Metonymiam causæ* pro effectu: *Israel* enim ponitur pro *Israelitis*; idq; attestatur verbum plurale subjunctum, *audient*. (2.) *Hebraismum*: Non *addent ad faciendum*, h. e. *posthac* non facient; & *verbum* Hebræis notat *rem*. Aricem. in Bibl. p. 164. *Jun.* ibid. p. 179.

II. Scrupulum quendam occasione textus hujus motum, vide exemptum in Vindic. *Deut.* 13. vers. 5. m. 2. n. 3.

Vers. 13. *Egressi sunt homines filii nequitiæ è medio tui, & impulerunt habitatores urbis suæ, dicendo: Eamus*, &c.

Hebraismus est: *Filii nequitiæ*, h. e. *nequissimi*, ubi nomen *filii* ferè πλεονάζει, cùm emphaticè præcedat, אַנְשֵׁים, *viri* seu homines. *Glass.* lib. 3. Phil. Sacr. tract. 1. can. 36. m. 1. p. 131.

Vers. 15. *Percutiendo percuties habitatores civitatis illius ad os gladii, perdendo eam, & omnia, quæ in ea, & jumentum ejus ad os gladii,*

I. In versu hoc reperitur. (1.) *Epizeuxis*, Hebræis frequentata: *Percutiendo percuties*, h. e. *omninò percuties*. (2.) *Metaphora*: nam voce *oris* intelligitur *acies gladii*. Sicut enim *ore ferarum* fit morsus ac læsio, ita etiam *gladii acie* objecti homines læduntur & occiduntur. (3.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Quæ in ea*, scil. *sunt*. (4.) *Enallage* numeri singularis, *jumentum*, pro plurali, *jumenta*. Arias m. in Bibl. p. 165. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 179. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can 38. p. 146. & lib. 5. tract. 1. cap. 11. p. 309.

II. *Fridericus Martini* in Append. tract. de jur. cens. p. 521. statuit, *lamias* τῷ *solò nomine esse occidendas*, quòd *apostasiam committant*, cùm tamen *apostata* debeant interfici.

Resp. (1.) Loquitur hic Spiritus Sanctus de apostatis, qui *alios etiam ad idololatriam adducunt*: at *Sagæ* complures reperiuntur, quæ apostasias seu abnegationis crimen *nudè* committunt, neq; alias seducunt; quin & facti statim ipsas pœnitet, neque ullo etiam levi culô damnô homines aut pecudes afficiunt. (2.) Si lex hæc nervum *Sagis* intentaret, sequeretur, *omnes incolas alicujus civitatis*, in qua plures saltem per socium seducti fuerunt, exscindendos esse: hoc enim à Deo in præceptis datum, vers. 15. & 16. *Thumm.* in tract. de Sagar. imp. p. 95. seq.

CAP. XIV. v. 1. *Non vos concidetis; nec facietis calvitium*, &c.

Controversiam hujus loci vide in Vindic. *Levit.* 19. v. 28. diremtam.

Vers. 21. *Peregrino, qui intra portas tuas est, da ut comedat*, &c.

Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim præcipit cadaver dari *peregrino*, ut comedat illud, à quo Israelitas prohibet; at Numer. 9. v. 14. pronunciat, statutum *unum* esse *Israelitis* & *peregrino*.

℞. Solutio est in distinctione *statutorum*: alia enim sunt propriè *religionis*, alia *politica*, alia *externæ conversationis*. *Priora duo* communia erant Israelitis & indignis, non *postremum*, quia *illi* liberi erant & sancti, *hi* verò non item. *Walther.* in harm. Script. p. 208.

Vers. 23. *Decimam partem separabis de cunctis frugibus tuis, quæ nascuntur in terra, de frumento, & vino & oleo.*

Becanus lib. de Judic. controv. relig. Christ. p. 147. §. 132. sibi imaginatur, *non fuisse ullum præceptum in lege Mosaica de dandis decimis rerum minimarum*, ut *menthæ, anethi & cymini*, quarum fit mentio. *Matth.* 23. v. 23. cùm tantùm præceptum de decimis *vini, frumenti* & *olei*, hic habeatur.

℞. Etsi in *specie, menthæ, anethi, & cymini* hic mentio non fiat, *generalis* tamen lex est decimæ de *cunctis frugibus terræ, qui nascuntur in terra*, v. 22. Postea verò tantùm decimarum *frumenti*, *vini* & *olei* κατ᾽ ἐξοχὴν *peculiaris exempli* causâ, mentio fit, quia *præcipui sunt fructus terræ*. Garth. de Judic. controv. advers. Becan. p. 443.

Vers. 28. *Post finem trium annorum educes omnem decimam proventus tui in anno ipso, & repones in portis tuis.*

Nota hic (1.) præfixum מ, *post*, significare, *intra*: *Post tres annos*. h. e. *intra tres annos*; tertio enim anno hoc fieri debebat, *Deut.* 16. vers. 12. (2.) Indicativum, *educes* & *repones*, poni pro imperativo, *adducito* & *reponito*. (3.) Post voces, *in anno ipso*, subaudiri, *provenientis*. Jun. in Bibl. p. 180. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 6. can. 11. m. 2. p. 544.

CAP. XV. v. 4. *Omninò indigens & mendicus non erit inter vos.*

I. Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim dicit, non *fore* pauperem in populo Israelitico; at v. 11. ait, non *defuturum* esse pauperem in terra habitationis ipsius.

℞. *Prior* locus continet *legem*, quâ Deus non vult in Republica sua ullum mendicum esse; *posterior* verò *rei futuræ prædictionem*, pauperes omnirum nunquam defuturos. (2.) In *prioribus* verbis prohibentur *publici* mendicantes, in *posterioribus* autem agitur de pauperibus, qui etsi indigent aliorum auxiliô, tamen *non debent mendicare*, sed debet eis à divitibus provideri, ne ad extremam redacti paupertatem, panem ostiatim quærere necesse habeant. Dispar ergò tum *legis & prædictionis* ratio, tum *pauperum gradus* nodum expedite solvit. *Lyra* in h. l. *Walther.* in harm. Script. p. 208. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Ministr. Eccles. cap. 2. q. 22. p. 958. seq.

II. *Mendicitas Monachis non est vovenda*, quia *displicet Deo*; constat autem communi consensu, non vovenda, quæ Deo non placeant.

Regerit *Bellarminus* l. 2. de Monach. cap. 46. 1. hæc Mosis verba non esse *prohibitoria mendicitatis*, sed *promissoria ubertatis*, id est promittere Deum populo Judæo, legem suam servanti, tantam rerum affluentiam, ut nullus sit *futurus* mendicus.

Resp. (1.) Testibus ipsis Pontificiis, commodiùs intelligitur *prohibitio*, quàm *promissio*; id quod ipsa series indicat: quia præscribitur lex *remissionis*, quæ fiebat septimô quoque annô, per quam prohibebatur reposci mutuum datum, vers. 1. 2. 3. Non hoc ergo tum agebatur, ut observantibus legem *prosperitas promitteretur*, sed hoc potiùs, ut *lex poneretur*, & finis præcepti indicaretur, nempe *ut ne propter mutuum gravarentur ulli inter Israelitas*. (2.) Si hæc interpretatio concedatur (quæ tamen est aliena) vel inde sequetur, *in populo Dei nullos debere esse voluntarios validos mendicos*! quia promissionis & benedictionis Dei hic finis est fructus, ut nullus sit futurus mendicus.

2. Hâc lege *prohiberi* mendicationem, non ex parte *mendicantium*, sed ex parte *divitum*, cum prohibitio non facta sit *pauperi*; neque enim tum esse DEUM locutum cum *paupere*, sed cum *divitibus*, de pauperum subventione præcipientem, ut tantam pauperum curam haberent, ut non sinerent illos per inopiam mendicare.

Resp. (1.) Consentimus, prohibitionem fieri non *pauperibus*, sed *divitibus*; neque nos quidem *absolutè* prohibemus mendicare, aut in iis sumus, adversus quos disputandum sit licere, *ex mendicatione vivere*: sed dicimus, *prohiberi in Republica DEI mendicitatem*, & propterea teneri ejus Reipublicæ cives ex certo hoc mandato ita libertatem exercere, ut inde efficiatur, ne quisquam sit mendicus. (2.) Mira est ingenii Papistici perversitas, quæ etsi hanc libertatem urgeat, tamen mendicitati nõ providet: Imò mendicitati providet ut ea ipsa liberalitate mendicitas foveatur. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 20. cap. 10. num. 2. 3. 4. 5. 6. *Ames.* tom. 2. Bellarm. Enerv. l. 4. c. 3. thes. 42.

III. *Anabaptistæ* contendunt, *communionem bonorum esse necessariam*, ne *quis inter Christianos mendicare cogatur*, cùm *mendicitatem* DEus prohibeat.

Resp. (1.) Quia nulla *Israelitis* mandata fuit *bonorum communio*, ideò Dominus hoc præcepto pauperibus prospicere voluit, ne illi mendicando

panem

panem quærere cogerentur, sed ut possent ex aliorum liberalitate vivere, varia illis præcepta dedit, de extremitatibus agrorum & vinearum, de spicis non colligendis, nisi a pauperibus &c. Nulla ergo sequitur *bonorum communio*, quæ inter *Judæos* fuit ignorata. (2. Potest pauperibus etiam hodie, ne mendicare cogantur, alia ratione prospici, si nimirum bona Ecclesiastica rectè & bene administrentur, & eleemosynæ in æraria illa largiter conferantur, ut interim ad alendos pauperes haudquaquam opus sit *bonorum & facultatum communione*. *Osiand.* in Enchir. controv. Anabapt. c. 7. q.2. obj. 20. p. 163.

Vers. 6. *Fænaberis gentibus multis, & ipse à nullis fœnus accipies.*

Usuræ mordentis patroni locum hunc prætexunt pro *ejusdem* adstructione, quod & *eam Deus Judæis concesserit.* Hinc quoq; Judæi nunc suum *Ribbis* non tantum ut rem licitam defendunt, sed quasi de peculiari DEI benedictione gloriantur.

R. Committitur elenchus *phraseos*: non enim dicit textus, *fænaberis*, sed עבט, quod est, *mutuò dare*; ut sensus sit: *Benedictiones tuæ ita fortunabuntur, ut non tantùm ad tuam & tuorum necessitatem sufficiant, verùm etiam, ut sine tuo detrimento extraneas gentes officiò mutui possis sublevare.* *Thumm.* in tract. de Usur. p.14.m.2.

Vers. 7. *Cum fuerit in te egenus ex uno fratrum tuorum in una portarum tuarum in terra tua, quam Dominus Deus tuus dant tibi, non indurabis cor tuum, neq; claudes manum tuam à fratre egeno.*

Vides (1.) Hypallagen: *Ex uno fratrum tuorum*, pro, *unus seu quispiam è fratribus tuis.* (2.) Synecdochen, tum *speciei* pro *genere*, quia *fratris* nomine intelligendus venit *frater gente*, h.e. *gentilis*, tum *partis* pro *toto*, quoniam *portæ*, pro *urbibus* accipiuntur. (3.) *Enallagen præsentis* temporis, *dans*, pro futuro, *daturus est.* (4.) *Metaphoram*: nam *induratio cordis* & *clausio manus* denotat *hominis immisericordiam* erga alium. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 180. Confer. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 361. cap. 17. m. 2. p. 464.

Vers. 9. *Custodire tibi, ne fortè sit verbum cum corde Belial, dicendo: Appropinquavit annus septimus, annus remissionis, & malignetur oculus tuus,* &c.

Occurrit hic (1.) *Enallage* tum *modi* infinitivi, *custodire*, pro imperativo, *custodi* tùm *temporis* præteriti, *appropinquavit*, pro præsenti, *appropinquat.* 2. *Hebraismum*: *Ne sit verbum cum corde tuo Belial*, h. e. *ne subrepat tibi cogitatio aliqua impia.* (3.) *Metaphora*: nam *oculus malus* pro *maligna & malevola mente* ponitur, eò quòd *habitus mentis pravus* oculis se maximè prodat. *Ariam.* Bibl. p. 166. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p. 418. seq. [illegible] lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 339.

Vers. 10. *Dando dabis ei, & non malignabitur cor tuum in dando ei te, quia propter hoc verbum benedicet tibi Dominus Deus tuus, in omnibus operibus tuis & in omni missione manus tuæ.*

In textu hoc reperitur (1.) Epizeuxis: *Dando dabis*, h. e. *liberaliter dato.* (2.) *Metonymia* partim *subjecti* pro *adjuncto*, quia *cor* pro *animo* est; partim *adjuncti* pro *subjecto*, quia actio, *missio manus*, stat pro objecto ejus, putà *re*, ad quam manus mittitur. (3.) Hebraismus: *Propter hoc verbum*, i. e. *hujus rei gratiâ*, Hebræis enim *verbum* notat ipsam *rem*. (4.) *Enallage temporis* futuri, *benedicet*, pro præsenti, *benedicit*. Ariam. in Bibl. p. 166. *Jun.* Not. ad h.l. p. 181. Confer *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 16. m. 4. p. 278. & lib. 5. tract. 1. cap. 3. m. 2. p. 43. & cap. 4. m. 5. p. 67.

Vers. 11. *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ.*

Bellarminus l. 2. de Monach. cap. 46. ad resp. in Vindic. *Deut.* 15. v. 4. m. 2. prolatam, regerit, non prohiberi eâ lege *mendicitatem*, cùm Deus pronunciet, *non defuturos mendicos in terra Judæorum*; quâ de re vide Vindic. Deut. 15. v. 4. m. 1.

Vers. 12. *Si vendiderit se tibi frater tuus Hebræus aut Hebræa, & servierit tibi sex annis & in anno septimo dimittes eum liberum à te cum.*

Moses utitur (1.) *Ellipsi* nominis ex voce analoga eruendi: *Hebræa* scil. *Soror*; quæ vox in præcedenti correlata, *frater*, latet. (2.) *Enallage modi* indicativi, *dimittes*, pro imperativo, *dimittito*. (3.) *Pleonasmô*: *A tecum*, pro, *à te*, *tu cum* redundãte. Ariam. in Bibl. p. 166. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 181. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 2. observ. 7 p. 715.

Vers. 14. *Torquem dando torquem dabis ei de pecore tuo, & de area tua, & de torculari tuo, quibus benedixerit tibi Dominus Deus tuus, dabis ei.*

Ecce (1.) *Metaphoram*: nam *torquem dare*, est *muneribus ornare*, quemadmodum ornari solent homines *torquibus*. (2.) Epizeuxin: *Torquem dando torquem dabis*, h. e. *liberaliter dabis.* (3.) *Enallagen* numeri singularis, *pecore*, pro plurali, *pecudibus*. (4.) *Metonymiam subjecti* pro *adjuncto*: De *area tua*, i.e. de *frumento areæ tuæ*; & de *torculari tuo*, h. e. de *vino torcularis tui*. Ariam. in Bibl. p. 166. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 419. *Jun.* in Not. ad eund loc. p. 181.

Vers. 17. *Et capies subulam, & dabis in aure ejus, & in janua, & erit tibi servus seculi: & etiam ancillæ tuæ facies sic.*

Redit huc (1.) Hebraismus: *Dabis in aure ejus*, pro, *per aurem ejus adiges subulam in januam*. (2.) *Synecdoche totius* pro *parte*: Servus *seculi*, i. e. *usque ad annum Jubilæi*, Lev. 25. vers. 9. seq. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 419. *Jun.* in Not. ad eund. loc. vers. 18. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 16. m. 4. p. 458.

Vers. 18. *Non durescet in oculis tuis in dimittendo te eum liberum à tecum, quia duplex mercês mercenarii, servivit tibi sex annis,* &c.

Iteratur nunc (1.) *Metaphora*: nam *duritiâ* difficultas rei innuitur, & *oculis* animus, q. d. ne *difficile* videatur in *animo tuo* &c. (2.) *Pleonasmus*. *A tecum*, pro, *à te*. (3.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Duplex merces*, scil. *est*. Ariam. in Bibl. p. 166. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 419. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 362.

Vers. 20. *Ad facies Domini Dei tui comedes eum, anno in anno, in loco, quem elegerit Dominus, tu & domus tua.*

Habetur hoc loco (1.) Ἀνθρωποπάθεια. *Ad facies Domini*, h. e. *in loco sacro divinitus ordinato*, uti statim Moses seipsum explicat. (2.) *Apostrophe ad Sacerdotem*; Comedes eum; nam *illi ipsi* primogenita cedebant ex lege *Numer.* 18. v 17. (3.) Hebraismus: *Anno in anno*, i. e. *quotannis*, ut anno uno, sic altero. (4.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *domus* enim pro *familia* est. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 181. *Glass.* lib 3. Philol. Sacr. tract. 5. can. [illegible] p. 440. Confer. libr. 5. tractat. 1. cap. [illegible] m. 2. pag. 56. & cap. 7. pag. 104.

CAP. XVI. v. 2. *Immolabisq; phase Domino Deo tuo de ovibus, & de bobus, in loco, quem elegerit.*

I. *Baronius* existimat, *victimas*, per septem dies azymorum præter agnum Paschalem apud Israelitas immolari solitas, in Scripturis vocari *Pascha*, ut hoc loco.

℞. Hoc inde non probatur: siquidem *Hebræa* veritas sic habet: *Immolabis phase, pecudes & oves.* Ubi duplex *sacrificiorum* genus commemoratur, videlicet *Pascha*, id est, agnus Paschalis; & *oves ac boves*, hoc est, volatio pacifica, quæ die 14. ante agni mactationem offerebatur ex ovibus & bobus, ut Rabini docent. *Gerb.* par. 2. Harm. Evangel. c. 166. p. 1088.

II. Moses sibi *repugnare* videtur; hic enim dicit, phase immolandum esse DEO de *ovibus* & *bobus*; cùm *Exod.* 12. vers. 3. *agnum* adhiberi præcipiat.

℞. Illud Mosis mandatum non est intelligendum de immolatione *ipsius agni Paschalis*, sed de *holocaustis & sacrificiis aliis*, quæ solebant singulis septem diebus durante festo Paschatis, offerri, de quo vide ordinationem, *Deut.* 23. vers. 8. *Walther.* in harm. Script. p. 209.

Vers. 3. *Septem diebus comedes absque fermentatione panem afflictionis, quoniam in pavore egressus es de Ægypto.*

Ecce (1.) *Metonymiam subjecti* pro *adjuncto*: Panem *afflictionis*, h. e. *signum*, *monumentum* seu *memoriale afflictionis*, quam pertulistis in Ægypto. (2.) Hebraismum: *In pavore*, i. e. *pavidè* sive *festinanter*. Ariœm. in Bibl. p. 166. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 3. m. 5. p. 49.

II. *Peresius* de Tradit. par. 3. urget, *delectum ciborum esse DEO placitum, quod ipse Dominus septem diebus jejunij panes azymos jubeat comedere.*

℞. (1.) *Panes azymi* septem dierum non pertinent ad *jejunium*, de quo nobis cum Papistis instituta disputatio est: nam dies azymorum non erant *dies jejunii*, sed *dies festi*. (2.) Nulla est consequentia à *veteris legis servitute* ad *Evangelii libertatem*. Itaq; qui ab *azymis Paschæ* argumentatur tàm confidenter, non ausit *eadem azyma* restituere. Nimirum ipse sibi conscius est Peresius, ea *nunc* esse *superstitiosa*, quæ *tunc* erant *religiosa*. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 19. c. 4. n. 5. 6. 9.

Vers. 5. *Non poteris mactare Pascha in una portarũ tuarũ, quas Dominus Deus tuus dans tibi.*

Moses utitur (1.) *Hebraismo*: Non *poteris mactare* h. e. non *jure & legitime* id facere potes, seu non *debes*. (2.) *Synecdoche partis* pro toto, quia *portas* pro *urbibus* accipit: *In aliqua urbium tuarum.* (3.) *Enallage* temporis præsentis, *dans* pro futuro, *mox daturus est*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 420. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 12. p. 260. & lib. 5. tract. 1. cap. 17. m. 1. 2. p. 464.

Vers. 7. *Et coques & comedes in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus in eo, & vertes te in manè, & ibis in tentoria tua.*

In textu hoc occurrit (1.) *Catachresis*, quâ בִּשֵּׁל, *coquere*, pro *assare* accipitur de *Anno Paschali*, qui non *coquendus*, sed *assandus* ex mandato DEI erat, *Exod.* 2. vers. 9. (2.) *Pleonasmus*: emphaticè enim abundat *in eo*, q. d. *in eo ipso*, quem elegerit, &c. *Ariœm.* in Bibl. p. 167. *Glass.* lib. 3. Phil. Sacr. tract. 1. cap. 18. m. 1. p. 465.

Vers. 9. *Septem hebdomadas tibi ab ea die numerabis, quâ falcem in segetem miseris.*

Moses Johanni *contradicere* videtur: *ille* enim refert, circa Pascha immitti falcem in segetem; *hic* verò testatur, in partibus illis Orientalibus tunc temporis adhuc fuisse frigus, cap. 18. v. 18.

℞. Distinguenda sunt *tempora segetum*: aliud enim est tempus collectionis spicarum ad *oblationem*; aliud ad *usum hominum*. Illud potest aliquo modo dici *initium* hoc verò *perfectio* spicarum. Quia enim in Palæstina loca calidiora erant, ideò etiam spicæ citiùs succrescebant, quàm in aliis locis frigidioribus; quæ, ut primitiæ frugum, Deo offerebantur, quod fieri poterat circa *Pascha*, Deut. 16. vers. 9. Et licet adhuc ad maturitatem non pervenissent, torrebantur tamen igni, & cõtundebantur, Lev. 2. vers. 14. cap. 23. v. 14. Idcircò, quia spicæ tempore passionis Christi nondum fuerunt maturæ, fieri potuit, ut ignem calefacientem servi summi Sacerdotis incenderint. *Walther.* in harm. Script. p. 209.

Vers. 10. מִסַּת *oblationem spontaneam manus tua offeres.*

I. *Boverius* in Exam. fid. Luther. & Calvin. cens. 13. nugatur, nomen *Missa* esse vocabulum Hebraicum, מִסָּה, & significare *oblationem voluntariam*; unde eam *prima antiquitatis* prætextu commendat.

℞. *Croquetius* Papista negat somniandum, hinc ductum *Missa* Christianorum nomen esse, nec eo loco habere ullam cum sacrificio cognationem, cum ibidem *oblatio* nunquam significet *sacrificium*. Nam (1.) Missa illa, à Mose nominata est oblatio facta à *singulis è plebe*; cùm tamen Missa Christiana à *Solo Sacerdote* debeat peragi. (2.) Quicquid id est oblationis, pertinet ad festum *Pentecostes*. at sacrificium *Eucharistiæ* non pertinet ad *Pentecostẽ* neque quicquam cum ea commune habet, sive ratione *res*, sive ratione *insignis alicujus circumstantia*. *Cham.* tom. 4. Panstr. l. 6. cap. 2. num. 3. 17. 18. 19.

II. Argumentum *Papistarum*, pro *libero hominis arbitrio* ex h. l. deductum, vide in Vindic. *Exod.* 25. v. 2. solutum.

Vers. 16. *Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum, in conspectu Domini Dei tui, in loco, quem elegerit, &c.*

I. *Pazmannus*, ut *traditionibus Ecclesiæ Romanæ* ferat patrocinium in hodeg. l. 6 c. 6. statuit, hoc præcepto, videlicet ut omne masculinum tribus vicibus per annum appareret in loco, quẽ Dominus elegerat; secundum *consuetudinem* ex veteri traditione acceptam, *tantùm illos fuisse obligatas*, qui *propiùs Ierusalem habitabant*: qui in remotioribus locis habitantes, præcepto huic satisfacere non potuerint.

℞. Ex *qua traditione* habeat Jesuita, quòd *propiùs tantùm adhabitantes Hierosolyma*, sanctioni illi divinæ obstricti fuerint, non liquet. De *Israelitis* sanè ab Hierosolymis longè dissitis, sub nomine *Ephraim* dicit Dominus: *Erit dies in quo clamabunt custodes: surgite, ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum*, Jerem. 31. v. 6. Et in lege expressa extat constitutio de iis, *qui procul habitabant à loco*, quem elegerat Dominus, Deut. 14. vers. 24. ex quo constat, ipsos ab hoc itinere ad locum sanctum exclusos non fuisse. Quicquid autem sit, exemplum hoc planè est impertinens, cùm de *ritu aliquo Ecclesia Iudaica* agat, nos autem de *articulis fidei* agamus. *Balduin.* in Phosph. Cathol. l. 6. c. 6. p. 629. m. 7.

II. *Bellar-*

II. *Bellarminus* l. 3. de Cult. Sanctor. cap. 8 evincere cupit, *peregrinationes ad loca Sanctorum veteres esse suscipiendas*, quòd *Deus instituerit, ut filii Israel ter in anno ad tabernaculum vel templum Domini peregrinarentur.*

℞. Maxima est diversitas inter *peregrinationes illas Iudaicas*, & *Papisticas*. Nam (1.) *illa* habebant Dei mandatum, *ha* verò humanitus suscipiuntur sine mandato Dei. (2.) *Illic* Deus ordinarium suæ præsentiæ signum constituerat, *hic* autem minus. (3.) Non licuit *offerre sacrificia* nisi *uno illo in loco*, quem Deus destinaverat; quoniam cultus *ordinarius* alio loco non potuit legitimè observari; jam verò licet Deum *ubique locorum* colere, eiq; preces sacrificare *Malach.* 1. v. 11. *Ioh.* 4. vers. 23. (4.) Voluit Deus, Israelitas adscendere ad tabernaculum, ut hoc pacto veritas religionis, in loco sacro singulariter custodita, eò fortiùs propagaretur; quæ causa in *Pontificiorum* peregrinationibus cessat. *Franz.* part. 2. disp. 11. in A. C. thes. 127. *Gerhard.* tom. 8. LL. CC. loc. 29. de Mort. §. 135. p. 229. seq. *Eckard.* par. 1. Pandect. C. P. cap. 13. q. 7. obj. un. p. 601. seq. *Scharp.* in Curs. Theol. p. 1576. obj. 1. *Ames.* tom. 2. Bellarm. enerv. l. 6. cap. 8. thes. 1.

Vers. 17. *Quisq; secundùm donum manus ipsius: secundum benedictionem Domini Dei tui, quam dedit tibi.*

Videsis (1.) Hebraismum: *Secundùm donum manùs ipsius*, h. e. *donum manus ipsius collatum*, seu *prout donatum est manui ipsius* (2.) *Ellipsin* verbi nam post voces, *Dedit tibi*, subaudi, *affecto*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 421. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 181. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can 30. m. 5. p. 107.

Vers. 18. *Iudices & præfectos dabis tibi in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dans tibi in tribubus tuis, & judicabunt populum judicio justitia.*

Reperitur hic (1.) *Synecdoche partis* pro toto: *porta* enim pro *urbibus* ponuntur. (2.) *Enallage* tùm *modi* indicativi, *dabis*, pro imperativo, *dato*; tùm *temporis* præsentis, *dans*, pro futuro, *daturus est*; tùm *substantivi*, *justitia*, pro adjectivo *justo*. Jun. in Not. ad h. l. p. 181. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1, cap. 17. m. 2. p. 464.

Vers. 19. *Non declinare facies judicium, non agnosces faciem, neque accipies munus: quia munus excæcat oculos sapientum, & pervertit verba justorum.*

Ecce (1.) *Metonymiam causa* pro *effectu*: nam *agnoscere faciem*, est *æstimare & discretionem facere ex externis rebus*, quod aliàs προσωποληψίαν notat. (2.) *Metaphoram:* munus enim *excæcare* dicitur oculos sapientum, h. e; *ad corrumpendum jus pervertendam justitiam inducere*, vel *occasionem ejus præbere*. Glass. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 3. p. 13. & cap. 12. p. 359.

Vers. 20. *Iustitiam justitiam sequeris, ut vivas & possideas terram, quam Dominus Deus tuus dans tibi.*

I. *Epizeuxis* est Hebræis frequentata: *justitiam justitiam sequeris*, h. e. *indesinenter & constanter justitiam sectaberis*. In vers. 19. ab *omni injustitia specie* Moses fuerat dehortatus: mox igitur *justitiam sectandam* judicibus emphaticè & severè præcipit. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 421. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 5. m. 1. p. 17.

II. Sunt, qui putant, quòd *non sit licitum in bellis uti insidiis*: insidiæ enim cùm sint *fraudes* quædam, videntur ad *injustitiam* pertinere; quæ pugnat cum *hoc* Dei interdicto.

℞. Insidiæ vel fraudes *contra promissam fidem* in bellis illicitæ sunt, quoniam pugnant cum hocce Dei interdicto: at insidiis, quæ in *occultandis consiliis* sitæ sunt, uti in bello licet; hoc siquidem *militaris prudentia* est, occultare consilia, ne ad hostes perveniant. *Thom. Aquin.* in 22. q. 40. art. 3. ad 2.

CAP. XVII. v. 3. *Vt vadant, & serviant Diis alienis & adorent eos.*

Bellarminus, l. 3. de Verb. Dei, c. 4. comminiscitur, v. 8. h. c. agi de *religionis quoque controversiis*: quòd ab initio cap. hujus, de *idololatria*, tanquam *peccato prima tabula* agatur, atque inde occasio hujus legis sumta sit.

℞. Est Elenchus *causa*: nam pari jure concludam, etiam v. 14. 15. 16. & 17. hujus cap. de controversiis *religionis* agi; quod absurdum. Item Levit. 20. cap. ab initio agitur de *idololatria*, & *peccatis prima tabula*: ergo etiam in sequentibus versibus 9. 10. 11. 12. 13. &c. quod similiter absurdum. Idem videre est, c. 18. 19. 27. Deut. & in aliis locis compluribus, in quibus primùm de peccatis & legibus *prima* tabulæ, postea etiam de peccatis & legibus *secunda* tabulæ agitur. *Gravver.* in Anti-Coster, disp. 1. thes. 34. p. 34. seq.

Vers. 5. *Educes virum & mulierem, qui rem sceleratissimam perpetrârunt, ad portas civitatis tua, & lapidibus obruentur.*

Controversiam, de hæreticorum internecione hic occurrentem, vide in Vindic. *Exod.* 22. v. 20. decisam.

Vers. 6. *Super ore duorum testium vel trium morietur moriendus, non morietur super ore unius testis.*

I. *Metonymia* est *causa* pro *effectu*: Super ore *testium*, h. e. *ad sermonem testificatorũ*, quæ explicatio habetur *Ioh.* 8. vers. 17. itaque *instrumentum sermonis formandi* pro *ipso sermone* ponitur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 422. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 182. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 6. m. 2. p. 8.

III. *Gregorius de Valentia* tom. 3. in Thom. disp. 5. quæst. 11. punct. 2. col. 1328. urget, *judicem tantùm secundùm acta & probata judicare debere, quum in ore trium vel duorum testium stet omne verum.*

℞. *Lessius* l. 2. de 4. Virtut. Cardin. c. 29. dub. 10. p. 373. rectè ait, Dominum hoc tantùm velle dicere, *non sufficere unum testem, sed requiri ad minimum duos, ut quis possit interfici*: non tamen mentem Domini esse, ut *quandocunq; adsint duo testes, possit quis occidi, etiamsi Iudici constet, illos calumniari, & reum esse innocentem*; sed solum velle declarare *quid regulariter fieri possit*, nempe *quando Iudex non novit contrarium*. Meisner. par. 3. Philolol. sobr. sect. 2. cap. 5. q. 4. resp. ad 1. arg. p. 802. seq.

Vers. 9. *Et venies ad Sacerdotes Levitas, & ad judicem, qui erit in diebus ipsis, & quæres, & indicabunt tibi verbum judicii.*

I. Nota hic (1.) conjunctionem ו obtinere significationem disjunctivæ: וְאֶל, *aut* ad judicem: nam pro ו, vers. 12. habetur אוֹ, AUT; & distincta esse munera, ex reipsa constet. (2.) *Dies* Synecdochicè poni pro *tempore*. (3.) *Verbum judicii* Hebræis esse *ipsam sententiam*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 422. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 182.

Glass.

Glass. lib. 4. Philol. Sacr. tract. 1. observ. 7. p. 687. m. 3.

Quidam ex *Pontificiis* dicunt, *Scripturam sacram ideo esse obscuram, quòd ipse Deus homines, cum ardua oritur quæstio, ad Sacerdotes abire jubeat.*

℞. (1.) Ignorant elenchum: hic enim non tàm de articulis *fidei*, quàm de quæstionibus partim *forensibus*, partim *ceremonialibus* agitur, ut ex contextu liquet. (2.) Committunt fallaciam *causæ*: quia non jussit Deus adire Sacerdotes ideò, quòd *Scriptura esset difficilis*, sed propter *alias causas*, tum ut qui Scripturam negligunt, ideoq; eam ignorant, à Sacerdotibus doceantur, & qui ex parte eam ignorant, meliùs intelligant; tum ut servetur forma judicii, in Ecclesia constituta, utq; reddantur peccantes inexcusabiles. (3.) Etsi in *arduis* quæstionibus decisio peti à Sacerdotibus debuit, ipsi tamen Sacerdotes judicare debebant ex *præscripto legis*, v. 11. Ergò si *secundùm scriptum Dei verbum* judicari debent controversiæ, certè perspicuum est scriptum Dei verbum. *Taunm.* par. 2. disquis. de Verb. Dei in Theor. de Script. perspic. p. 55. *Jacob. Martin.* in loc. de Script. Sacr. p. 424. & 822.

III. Nonnulli ex *iisdem* contendunt, *Papam Romanum licitè tenere utrumque gladium*, quòd *& Sacerdotes V. T. sustinuerint simul Ecclesiasticam & civilem functionem*, judicantes inter sangvinem & sangvinem, &c.

℞. (1.) Dominus in hoc textu ordinem *Ecclesiasticum* & *Politicum* expressit, unum ab altero distinxit, ac cuilibet distinctas causas, cujuslibet dijudicationi cõvenientes, assignavit. E. G. dijudicatio inter lepram & lepram, erat *Sacerdotum*, & non *judicis politici*: contra dijudicatio inter sangvinem & sangvinem, propriè erat *judicis politici*, & *non Sacerdotum*, nisi quatenus hi in dubiis casibus conscientiam judicis informabant, quid lex innueret. (2.) Non licet argumentari *a forma politia Mosaica*, quam in N. T. sublatam constat, ad *formam Ecclesiæ sub regno Christi*, præsertim postquam id, quod Sacerdotibus in V. T. concessum videbatur, jam expressâ voce sententiaq; Salvatoris interdictũ est Sacerdotibus in N. T. ab ipso Domino, Luc. 22. v. 25. *Vos autem non sic.* Et quemadmodum *Sacerdotes in populo Israelitico* judicabant inter lepram & non lepram; id autem si hodiè sibi sumerent *Apostolorum successores* in ministerio, non injuriâ dicerentur πολυπράγμονες καὶ ἀλλοτριεπίσκοποι: Sic idem de *politicis causis*, quæ isthic loci attinguntur, judicium est. *Hunn.* tom. 1. oper. Lat. p. 1373. seq. *Gravver.* disp. 1. Anti-Coster. thes. 29.

IV. *Bellarminus* l. 3. de V. D. c. 4. asserit *supremam Scripturas interpretandi authoritatem esse penes Pontificem Romanum*, quòd & in V. T. dubitantes remittantur ad *summum Sacerdotem*, à quo discant judicii veritatem.

Resp. (1.) Ibi agitur de *Sacerdote Levitico*, cui quid tandem commune est cum *Papa Romano*, nisi Caiphæ similem Papam esse dixeris? (2.) Non agitur de *Sacerdote tantùm*, sed & de *judice civili*: duo enim sum̃i synedrii præsides erant, *Pontifex*, & *judex politicus*; ut constat ex 2. Paral. 19. v. 12. ubi Amarias *Pontifex*, & Zabadias *dux* in domo Juda præsides nominantur. (3.) Tractatur de Judicio inter cædem & cædem, inter litem & litem, inter plagam & plagam, id est, de quæstionibus *facti*, aut accommodatione juris ad facta, non *simpliciter* de *jure*, & *interpretatione Scripturæ*. Sic Cajetanus in illum locum: *Personales percussiones dubia insinuantur*, &c. (4.) Ibi habetur lex expressa de consulendis Sacerdotibus & judicibus certo in loco: sed de *Romano Pontifice* consulendo nullam legem habemus.

Pazmannus in hodeg. l. 7. c. 6. regerit, *etiam in N. T. Ecclesia, & ejus Antistitibus concessam esse potestatem interpretandi verum sensum Scripturæ*, idque multò magis, cùm *Synagoga tantùm fuerit typus Ecclesiæ.*

Resp. (1.) Concedimus eandem esse rationem interpretandi Scripturam in V. & N. T. Sed nullibi extat in Veteri, quod Pontifex summus legem interpretari potuerit *pro lubitu*, quemadmodum Papa Romanus facit, qui major esse vult Scripturâ, & Conciliô. (2.) Ex textu hoc probari non potest, quòd duntaxat penes *Pontificem Romanum* sit potestas interpretandi Scripturas; nam & *Levitarum* h. l. fit mentio, non *solius summi Sacerdotis*. *Mentzer.* disp. 3. contr. Pistor. thes. 61. seq. *Balduin.* in Phosph. Cathol. l. 7. cap. 6. p. 707. seq. *Amos.* tom. 1. Bellarm. Enerv. l. 1. c. 5. thes. 6.

V. *Idem Bellarminus* l. 4. de Rom. Pontif. c. 1. statuit, *Romanum Pontificem esse summum in Ecclesia judicem*, quoniam *dubio de religione exorto, ad summum V. T. Pontificem judicanda referantur.*

℞. Negatur consequentia à *Judaico Sacerdote* ad *Episcopum Romanum*, tum quia *ille* non *hujus*, sed *Christi* typus fuit, ac què translatô Sacerdotio jus etiam illud transiit; tum quia hoc ipsum judicium inter lepram & lepram, imò etiã inter sangvinem & sangvinem non exercet Romanus Episcopus; sed *illud* Medicus, *hoc* civilis Magistratus. (2.) Ibidem summum judicium non tribuitur *Sacerdoti*, sed *Deo loquenti in lege*; dicitur enim. *Quod docuerint te juxta legem Dei, facies.* (3.) Summo Sacerdoti, quoad authoritatem judicandi, addi & æquiparari *judicem politicum*, modò ex v. 9. probatum est; ideoque solus Pontifex non fuit summus judex.

Bellarminus l. 3. de V. D. c. 4. excipit 1. posse *judicis* nomine intelligi *principem Sacerdotum*, ut sensus sit: *Adscende ad Concilium Sacerdotum; & eorum principem, summum Sacerdotem.*

℞. Hoc falsum est. Nam (1.) nullum potest locũ ostendere, ubi summus Pontifex appelletur *judex*, sed *Deut.* 16. vers. 18. occurrit ita designatus Magistratus politicus. (2.) Moses loquitur de controversiis inter cædem & cædem, inter causam & causam; quæ sunt quæstiones *civiles*, judicem civilem requirentes. (3.) Judex *civilis* ab *Ecclesiastico* expressè vers. 12. distingvitur: Nolens obedire *Sacerdoti* AUT Judici. Quemadmodum etiam locum hunc *Cyprianus* in Epist. 69. citat.

2. Legem hanc esse *generalem* de *omnibus dubiis*, quæ ex lege oriebantur; atque adeò religionis quoque causis agi hoc loco.

Resp. Textus palàm contrarium testatur: loquitur enim de causis, quæ in *portis* seu in *loco judicis* oriebantur; & in specie numerantur controversiæ inter sangvinem & sangvinem, inter plagam & plagam, &c. *Hunn.* tom. 2. oper. Lat. p. 242. & 245. *Gravver.* tom. 1. disp. Anti-Coster. 1. thes. 28. 29. 33. *Hutter.* in LL. Theol. q. 5. gener. par. 2. propos. 1. p. 61. seq. *Garth.* de jud. controv. relig. p. 213. *Scharp.* in Curs. Theol. p. 102. seq. *Cham.* tom. 1. Panstr. l. 3. cap. 1. 0. 2. & 4. item 14. seq.

VI. *Bellarminus* l. 4. de Roman. Pontif. cap. 3. urget, *Pontificem Romanum in decidendis controversiis Theologicis errare non posse*, quia Deus ipse in

causa ambigua populum remisserit ad summum Sacerdotem, cum hac *promissione*, quòd ab eo accepturus esset judicii veritatem: at si Pontifex errare potuisset in judicio, ad fallacem & suspectum judicem populus remissus fuisset, neque ab eo accepisset judicii veritatem.

℞. (1.) Ibidem *sequela* nulla est in argumento: nam à *lege ad Evangelium* non concluditur necessariò, nisi aliunde constet vis consequentiæ; erant enim plurima instituta in Mosaica politia, quorum nullus usus est inter Christianos. Itaque si quid ex lege retinendum sit, id oportet aliis argumentis adstrui. (2.) Quod autem Deus remittit populum suum ad *summum Sacerdotem*, id non facit *simpliciter*, sed *quatenus ille vel os Dei consulebat*, ut rectè observat *Cajetanus*, vel *ex scripta Dei lege sententiam ferebat*: in hisce namque duobus consistebat officium summi Sacerdotii. Quoties itaque hic ille defuit suo muneri, non fuit amplius audiendus. (3.) Non *absoluta* est illa Dei *promissio*, quasi verum Sacerdotes judicaturi sint judicium, etiamsi contra legem judicârint; sed necessariò ad hanc *conditionem* observatæ legis adstricta, quippe quæ pertinet etiam ad judicii veritatem. Absurdum enim est, judicem judicare *sine*, imò *contra* legem, & tamen *judicium veritatis* judicare: non enim *judicii veritas* locum habet, nisi *juxta legem* fuerit judicatum. *Balduin.* in Phosph. Cathol. l. 7. c. 6. p. 709. *Cham.* tom. 1. Panstr. l. 3. c. 1. n. 2. & 4. item tom. 5. l. 4. c. 13. n. 11. seq.

Vers. 11. *Super os legis, quam docebunt te; & super judicium, quod dicent tibi, facies: non declinabis à verbo, quod annunciabunt tibi, dextrâ & sinistrâ.*

I. Ecce (1.) *Metonymiam causæ* pro effectu: os enim notat *sermonem* seu *præstitutum*. (2.) *Enallagen modi* indicativi, *facies & declinabis*, pro imperativo, *facito & declinato*. (3.) *Metaphoram*: nam *non declinare dextrâ & sinistrâ, est rectam illam doctrinæ & vitæ rationem inire, quam ipse Dominus in verbo suo præscripsit.* Jun. in Bibl. p. 182. *Glass.* libr. 5. Phil. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 386.

II. *Becanus* in Apolog. pro jud. controv. p. 191. seq. instat, *infallibilem fuisse Pontificem* V. T. quòd *totus populus in negotio religionis juberetur id sequi, quod Pontifex judicabat sequi oportere, non declinando ad dextram ac sinistram*; id quod & ante Becanum propugnavit *Pighius*, controv. 3.

℞. Totus populus sequi tenebatur Pontificem non *absolutè*, sed *conditionatè*, quatenus in cathedra Mosis sedebat, Matth. 23. vers. 2. hoc est, quatenus *juxta legem Dei* docebat, vers. 10. hujus capitis.

Bellarminus l. 3. de V. D. c. 4. regerit 1. illud: *Et docuerint te juxta legem Domini*; non est nisi in *Editione Vulgata*, quam Lutherani non recipiant.

℞. (1.) Etiamsi Editionem Vulgatam ut *authenticam* non agnoscamus, tamē valet argumentū adversus Papistas, quos suis telis confodimus: nā hæc verba habentur in editione, quam ex Concilii Tridentini decreto ipsi authenticam esse putant. (2.) Falsum est, ea prorsus non esse in textu *Hebræo*; siquidem ex illo Arias vertit: *Super os legis, quam docebunt te.* Legem autem *Domini* hic intelligi, ipse fatetur Bellarminus, quando sub finem hujus §. dicit, Dominum affirmare, Sacerdotem judicaturum *secundum Legem* SUAM.

(2.) Verba illa non sonare *conditionem*, sed *promissionem*; non enim voluisse Dominum dicere: *sta judicio Sacerdotis, si docuerit te juxta legem*; sed securum reddere populum, qui Sacerdotis judicio acquiescit, affirmando, judicaturum eum *secundùm legem*.

℞. Conjunctio *Vau* licet aliàs sit copulativa, hic tamen *conditionalis* est: alioqui sequeretur, tum quòd Sacerdotibus etiam *errantibus & iniquissimam sententiam proferentibus*, esset obtemperandum; tum quod & *civilis Magistratus* errare non posset, quia ibi etiam de eo Moses loquitur. Ergo præsente loco non quid semper *facturi fuerint* Sacerdotes, sed quid *debuerint facere*, Dominus exponit; & quando *secundùm legem* judicarent, stare jubet illorum judicio.

3. Aliàs sequi, *tunc homines fuisse magis dubios & perplexos quam antea; nec opus fuisse ire ad Sacerdotem, si ipsi potuissent ex lege Domini per se judicare causam suam; imo non Sacerdotem fuisse judicem, sed ipsos, quippe qui de sententia Sacerdotis judicaturi erant.*

℞. (1.) Non sequitur, *homines propterea fuisse magis dubios & perplexos*, quòd non ἁπλῶς, sed *certâ conditione*, à sententia Sacerdotum pendebant: siquidem sacerdotes non *nudè & simpliciter* legem allegare; sed *ex lege* certas rationes proferre & ostendere tenebantur, quibus, dubiô sublatô, acquiescere poterant. (2.) Nec hoc sequitur, *non opus fuisse ire ad Sacerdotem, si ipsi potuissent ex lege Domini per se judicare causam suam*: nam quia has rationes legis ignorabant, & *per* se non intelligebant; ipsis opus erat adire Sacerdotem, qui *accuratiorem & perfectiorem* legis cognitionem habebat, & ex ea tam *clarè & perspicuè* rationes suæ sententiæ deducere debebat, ut quilibet eas intelligere posset. (3.) *Diverso respectu* Sacerdos & judices inferiores potuerunt judicare: Etenim Sacerdos cum suis collegis fuit judex, quoad *informationem conscientiarum inferiorum judicum*, qui de ipso casu, propter ipsius obscuritatem & perplexitatem *primo intuitu* judicare non potuerunt; (casus enim homicidiorum, aliorumque criminum & causarum, propter varias & diversas circumstantias, maximè discrepant) & tamen rursus inferiores de *ipsis rationibus Sacerdotis*, ex lege Domini petitis, judicare poterant, an cum lege Domini consentirent, nec ne? Quarè non sequitur, Sacerdotem non fuisse judicem. *Hunn.* tom. 2. oper. Lat. pag. 142. 143. seq. *Grawer.* Comm. in Mich. cap. 1. par. 3. q. un. ad 2. p. 62. 63. seq. & in Anti-Coster. disp. 1. §. 43. *Stegm.* de jud. controv. relig. pag. 173. 174. seq. *Scharp.* tom. 1. Curs. Theol. pag. 102. seq. *Cham.* tom. 1. Panstr. libr. 3. cap. 1. num. 2. 9. 10.

Vers. 12. *Qui autem superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino DEO tuo, ex decreto judicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel.*

I. *Becanus* in Apolog. pro jud. controv. p. 191. seq. probaturus, *Pontificem Romanum infallibilem esse controversiarum Theologicarum judicem*, statuminat, *Deum in Vet. Test. sub pœna mortis mandâsse omnibus, ut acquiescerent sententia Pontificis*

Judaici. At certum est, non mandâsse, ut acquiescerent sententiæ *falsæ*, præsertim in negocio *fidei ac religionis*: ergo certum est, sententiam Pontificis, præsertim in negocio *fidei ac religionis*, non potuisse esse *falsam*, sed ex *peculiari Dei assistentia* Infallibilem.

℞. Hoc non probat intentum *Becani*. Nam (1.) Moses non loquitur de *uno aliquo Sacerdote*, sed in plurali de *multis*, v. 9. nec de *uno aliquo judice*, sed saltem de *duobus* v. 12. (2.) Non est ibi sermo de controversiis *fidei*, sed *forensibus*, v. 8. (3.) Agitur ibi de quæstionibus *particularibus*, & de rebus etiam *facti*, non *juris tantum*: in *istis* verò ipsimet Pontificii concedunt, Pontificem posse errare atque adeò sententiam ejus non *absolutè* ligare. (4.) Par pœna ei præscribitur, qui *judici politico* resistebat, ac qui *Sacerdoti*; & pari modo utriusque sententiæ populus jubebatur acquiescere: *at judicis politici* sententia non erat necessariò semper infallibilis, proinde nec *Sacerdotis*. (5.) Nec idcircò quia *falsæ sententiæ* jubebatur fidem adhibere: nam quatenus Sacerdos *legis præscriptum* sequebatur, errare facilè non poterat. (6.) Non aliter in inobedientes tam graviter animadvertendum erat, quàm cum sententiam, etiam *juxta legem* pronunciatam, contumaciter aspernabantur: neque enim de quavis *dissensione*, etiam *modesta ac probabili*, ibi agitur; sed de *arroganti inobedientia* in illis rebus, quæ *ex lege Dei* manifestè & clarè determinantur, vers. 11.

Excipit I. *Bellarminus* l. 3. de V. D. c. 4. distincta hic officia tribui *Sacerdoti & judici politico*: *illi* nempe sententiam *definitivam*, *huic* verò *executionem* in contumaces.

℞. (1.) Textus evidenter repugnat; de Sacerdote enim & judice *simul* dicitur, *indicabunt tibi verbum judicii*, v. 9. *quod annunciaverint tibi*, v. 10. *quæ docuerint te*, v. 11. (2.) Imposuit Bellarmino Latinus Interpres, qui legit: *ex decreto judicis morietur homo ille*; cùm tamen Hebraicè & ad *Sacerdotem & ad judicem* sententia referatur, morteque plectatur contumelia in *Utrumque*. Nam, ut *Vatablus* ostendit, sic legendum: *Qui fecerit per superbiam, ut non obediat Sacerdoti* AUT *Judici, morietur vir ille*. Utrique ergo judicandi potestatem tribuit Dominus.

2. *Pazmannus* in hodeg. l. 7 c. 6. *hac ratione nullas finiri controversias, si tum demum obediendum esset Sacerdoti, quando juxta legem judicaverit; sed de judicis sententia oriri controversiam, an secundùm legem fiat, vel secus.*

℞. (1.) Idem objici posset de sententia *judicis politici* (qui summo Pontifici in loco allegato jungitur) cujus sententia nunquam ponderanda esset, an sit legibus conformis, nec ne; sed sufficeret, ipsum ita voluisse & statuisse: & nemini liceret contradicere, aliàs de judicis sententia fieret controversia, ac litigantes fierent judices. (2.) Hoc ipsum est *tyrannicum imperium*, *voluntatem* habere pro *ratione*, neque Deus Pontificibus in Vetere Testamento id concessit, sed legem suam voluit esse *normam judicii*, & *juxta hanc* dicentibus sententiam sub interminatione gravissimæ pœnæ obedire voluit. *Gravver*. disp. 1. Anti-Coster. thes. 28. & 31. *Balduin*. in Phosph. Cathol. libr. 7. c. 6. pag. 709. seq. *Stegm*. de jud. controv. relig p. 173. & 175. *Schröder*. de judic. controv. Theol. c. 6. obj. 1. pag. 259. seq. *Cham*. tom. 1. Panstr. l. 5. cap. 1. n. 2. 3. 14. 16. Ames. l. 5. Cas. consc. cap. 26. q. 3.

II. *Bellarminus* l. 4. de Rom. Pontif. c. 16. docet, *Papam Romanum posse sua authoritate leges ferre, conscientias fidelium obligantes, & transgressores earum punire; cùm & Israelitici Sacerdotis præcepta fuerint verè imperia, & obligârint conscientiam, adeò ut refractarios morti adjudicare licitè potuerit*: at verò non est minor authoritas *Pontificis in Novo Testamento*, quàm fuit in *Veteri*, quia in *Novo* sunt omnia majora & augustiora.

℞. (1.) Sacerdotis *Veteris* præcepta, ut & *Novorum*, duplicia esse possunt: alia, quæ referrent *ipsa Dei mandata*; alia verò, *quibus privatæ ipsorum Sacerdotum constitutiones proponerentur*. De *prioribus* nulla controversia est, quin obligent conscientiam: non propter *ipsius Sacerdotis* autoritatem, sed *Dei*, à quo ea præcepta Sacerdos habet, quique suâ authoritate conscientiam verè obligat, quicquid tandem præcipiat; ut patet in *Ceremoniis Judaicis*, & in *Sacramentis Christianis*. At de *posterioribus* negatur tum *consequentia*, tum antecedens. *Illa* quidem, quia falsum, tantam esse Sacerdotum Christianorum autoritatem, quantam Israëlitiorum; quoniam Sacerdotes illi non tantùm erant *ministri*, sed etiam *typi Christi*, unici Pontificis Nov. Test. At *hi* non sunt *typi*, sed duntaxat *ministri*. *Hoc* verò, quia non est verum, Pontificis Israëlitici præcepta, *disparata à præceptis Dei*, obligasse unquam ullius Judæi conscientiam, aut res ullas ex indifferentibus fecisse necessarias *per se*: potestatem enim in conscientias Deus Sacerdotibus V. T. non concesserat. (2.) Locus allatus nihil ad rem. Nam 1. nihil hic dicitur de *potestate novas ferendi leges*, sed tantùm de *judicio ferendo secundum leges latas*, v. 11 *juxta legem, quam docuerint te* &c. Nam *docere legem*, est jam latam proponere, & inculcare: at nos de iis agimus, non qui *latam docent*, sed qui *novam ferunt*. 2. Non loquitur de *foro conscientiæ*, sed de *externo foro politico*. quod morte plectere poterat. 3. Nihil habetur de *Sacerdotis imperio* (nisi ex corrupta Versione Latina) sed de *Sacerdotis ministerio*, teshareth. Unde ex Hebræo bene LXX. Interpp. τοῦ μὴ ὑπακοῦσαι τοῦ ἱερέως. Vatablus, *ut nolit audire Sacerdotem*. Hæc autem phrasis in usu est, non tantum cum *imperium* aliquod significatur, sed etiam cùm *admonitio*. Nam *Jethro*, Exod. 18. v. 19. Mosen admonet iisdem verbis, ut suo consilio uteretur; & tamen certum est, nullum fuisse *Jethronis imperium* in Mosen. 4. Nihil de *uno* loquitur Pontifice, sed de *Concilio Sacerdotum*, v. 9. *Prudens lector* (ait Cajetanus in in illum locum) *adverto, quòd definitio ambiguæ causa, non ab uno, sed à multis sacerdotibus & judice describitur, & ex loco sancto, secundùm legem*. Inde ergò *unius Papæ* authoritas non potest concludi. *Eckard*. par. 1. Pand. C. P. c. 7. q. 5. obj. 1. p. 337. seq. *Scharp*. tom. 2. Curs. Theol. p. 1709. seq. *Cham*. tom. 3. Panstr. l. 15. c. 9. n. 1. 2. 3. 4. 5. *Ames*. tom. 1. Bellarm. enerv. l. 3. c. 7. thes. 5.

III. *Id Jesuita* l. 1. de Concil. c. 18. nugatur, *sententiæ Episcoporum in conciliis congregatorum ita standum esse, quia ipsi sic statuunt*; eò quòd *is, qui eorum sententiæ non acquiescit, morte moriatur*.

℞. (1.) Locū hunc Bellarm. antea ad *Pontificē Romanum* detorsit: sibimet igitur non constat, cum illum hic ad *Concilium* refert. (2.) *Locus* ibi notatur

certus

certus, ex quo judicium fuit ferendum: *& in hoc insinuatur* (ait Cajetanus) *quòd in hujusmodi ambiguis consulendus erat Deus, & ex consulto ibidem Deo procedendum.* Talis *locus* aut tales *Dei consultationes* jam nusquam habentur. (3.) Æquitate illius legis inobedientia illa sola damnatur, quæ provenit ex superbia; non illa, quæ provenit ex *conscientia* erga Deum. (4.) Sacerdotibus non erat liberum, *pro arbitrio suo* judicare; Sed erant *alligati ad legem Domini*, secundùm quam pronunciare tenebantur, v. 10. alioquin *judex politicus*, quem Deus illis in Concilio conjungit, idem privilegium habebit. *Osiand.* in Enchir. controv. Papist. c. 3. q. un. obj. 3. p. 18. *Eckard.* Pand. contr. Papist. par. 1. c. 11. q. 4. obj. 1. p. 530. *Ames.* tom. 2. Bellarm. enerv. l. 1. c. 3. thes 1.

IV. *Tannerus* in Colloq. Ratisb. sess. 5. p. 157. seq. contendit, *Prælatis Ecclesiæ divinitus concessam esse potestatem addendi aliqua dogmata & cultus religiosos, præter Scripturam; cùm Sacerdotum in V. T. sententiæ sub pœna mortis standum fuerit.*

℞. (1.) Falsum est, quod Sacerdotes V. T. habuerint *absolutam* potestatem instituendi novos cultus, & nova dogmata: siquidem eorum potestas expressè fuit *determinata ad regulam verbi divini*, ita ut non debuerint quicquam statuere, quod in lege divina non continebatur, v. 10. (2.) Deus non vult, *simpliciter & absolute* Sacerdotibus esse obediendum, etiam cum non juxta legem judicant, aliàs Prophetæ, Christus & Apostoli malè fecissent, qui noluerunt audire vocem Sacerdotum; sed *determinatè*, si juxta legem Domini docuerint, v. 11. *Ponderanda est illa conditio* (inquit Cajetanus in h. l.) *quodcunque docuerint te juxta legem: nisi enim divinæ legis ori congruat, tàm quod docent, quàm quod judicant, divinâ non est fultum authoritate.* Heilbrunn. in Colloq. Ratisb. sess. 2. p. 56. *Gravver.* disp. 1. Anti-Colter. thes. 26. & par. 18. Prælect. in A. C. p. 246. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Bon. oper. c. 2. q. 5. p. 607. seq. 11. & p. 611. ad 11.

V. *Bellarminus* l. de Matrim. c. 32. vult, *causas matrimoniales simpliciter ad forum Ecclesiasticum pertinere*, urgetque *praxin* V. T. in quo *homines mittebantur ad Sacerdotem, ut verum judicem*: nam *jubebatur occidi, qui sententiæ Sacerdotis non acquiescebat.* Et sane æquum non est, majorem fuisse Sacerdotis *Aaronici*, quàm *Christiani* Pontificis auctoritatem.

℞. (1.) Sacerdos V. T. cum collegis suis judicavit de causis matrimonialibus, non autem *excluso Magistratu politico*, quippe qui cum ipso conjungitur. (2.) Neque *suum* secuti sunt in judicando *arbitrium*; sed *præscriptam in verbo divino normam.* Pontifex verò Romanus & ipsius Episcopi politicum Magistratum excludunt, & neglectâ verbi normâ, *suo arbitrio* agunt. (3.) *Pontifex Romanus* nihil commune habet cum *summo Sacerdote* V. T. nam Pontifex Romanus gloriatur, quamvis falsò, se esse successorem *Apostoli Petri*, & non successorem *summi Sacerdotis* V. T. Ad quid igitur allegat authoritatem *summi Sacerdotis* V. T. *Gravver.* par. 8. præl. in A. C. p. 246. *Gerhard.* tom. 7. LL. CC. loc. 28. de Conjug. §. 704. p. 1161.

VI. *Beza* lib. de hæret. puniend. volum. 1. fol. 153. & *Bellarminus* l. 3. de Laic. cap. 21. suadent, *Magistratum capitali supplicio debere animadvertere in hæreticos, quod lex divina jubeat eos, qui Sacerdoti obedire recusant, occidi.*

℞. (1.) *Propriè & in specie* de crimine *hæreseos* hic non agitur, sed de *obedientia in causis forensibus gravioribus pertinaciter denegata Sacerdoti & judici*: horum monitis stare qui nolebant, illi ad majorem judicio isti authoritatem conciliandam jubentur interfici. Quòd si illa lex *Christianos* in N. T. obligat, omnes illi, qui Sacerdotum monitis, vel judicum sententiis parere nolunt, interficiendi erunt. (2.) Non agitur ibi de *simplici* inobedientia, sed de *illa*, *quæ seditionem habet conjunctam.* (3.) Lex illa fuit *forensis*, *à peculiari statu populi Israelitici* pendens; quæ cum cæteris est abrogata, *genere* tantùm, quod est *morale*, retentô: proinde non potest *in rigore* ad omnes populos extendi. Id quod agnoscit *Cyprianus*, qui lib. 1. Epist. 10. circa fin. legem hanc Mosaicam adducens docet, in V. T. inobedientes gladiô *corporali* fuisse occisos, in N. autem T. gladiô *spirituali* esse necandos.

Regerunt 1. mentionem fieri *Sacerdotum*, quorum alias nulla in rebus *civilibus* erat sententia.

℞. Fit hoc partim propter *legem ceremonialem* de dignoscenda lepra, quæ extat Levit. 23. v. 2. partim etiam propter *incidentes casus quosdam conscientiæ*, qui ex lege Mosaica explicandi erant: Et hoc respectu conjunguntur quæstiones de *lege*, *de mandato*, *de ceremoniis*, *de justificationibus*, 2. Par. 19. v. 10. quæ omnes in hoc judicio à *Sacerdotibus* pariter & *judicibus politicis* decidebantur.

2. De *idololatria & apostasia crimine* in hoc judicio fuisse pronunciatum, & mortis pœnam *idololatris* atque *apostatis* adjudicatam; ac proinde de controversiis *religionis* disceptatum.

℞. Hoc ipsum non negamus; monemus verò cavendum esse, ne egrediamur *limites politiæ Mosaicæ* in dictanda pœna mortis, ne fortasse hodieque cognitionem *lepræ*, *sanguinum* & aliarum rerum, partim *ceremonialium*, partim *judicialium*, ad *Sacerdotes nostros*, aut ad *Consistoria Ecclesiastica* remittere cogamur. *Balduin.* tom. 2. disp. 6. Witteb. thes. 72. 97. 98. 99. *Eckard.* in fasc. controv. Calv. c. 23. q. 1. obj. 1. p. 657. & in Pand. controv. Papist. par. 1. c. 16. q. 2. obj. 1. p. 649. *Gerhard.* tom. 6. LL. CC. loc. 27. de Magistr. Polit. §. 347. p. 1096. *Thum.* tract. de hæret. non occident. p. 30. & 38. *Ames.* de cas. consc. l. 5. c. 26. q. 3.

Vers. 14. *Constituam super me regem &c. eum constitues &c.*

Becanus in Manual. controv. l. 5. cap. 19. q. 2. n. 9. & 10. negat, *Primatum Regis in rebus Ecclesiasticis esse constitutum jure divino* V. T. quòd *de eo* nihil hic habeatur.

℞. Jus regium, h. l. descriptum, primatum istum includit: quia *proprium officium Regis* est, ut sit νομοφύλαξ, qui legem custodiat & defendat; id quod *primatum* aliquem sonat. *Defensio* autem ista est duplex: ut nempe princeps sartam tectamque conservet Scripturam, & sit custos utriusque tabulæ legis, quæ omnia vers. 19. & 20. continentur, scil. *prophetice* seu *virtualiter*. *Cham.* tom. 5. Panstr. l. 4. c. 13. num. 11. & 12.

Vers. 15. *Ponendo pones super te Regem, quem elegerit Dominus Deus tuus in eo, è medio fratrum tuorum pones super te Regem, non poteris dare super te virum extraneum, quod non frater tuus ipse.*

1. Moses utitur (1.) Epizeuxi: *Ponendo pones*, h. e. *tantum* vel *omnino* pones. (2.) *Pleonasmô*: redundant

enim, *loco*, *& medio*. (3.) *Hebraismo*: Non *poteris dare*; h.e *jure & legitimè id facere potes*. (4.) *Synecdoche species pro genere*: nomine enim *fratris* intelligit *fratrem gente*, i.e. *gentilem*, putà *Israelitam*. (5.) *Enallage* pronominis demonstrativi, הוא *ipse*, pro verbo substantivo, SIT. *Arsam.* in Bibl. p. 168. *Jun.* ibid. p. 182. *Gloss.* l. 5. Phil. Sacr. tr. 3. can. 12. p. 260.

II. *Bellarminus* lib. 5. de Rom. Pontif. c. 7. docet, *Christianos licere posse regem infidelem aut hæreticum deponere, si ille conetur populum avertere à fide; quòd populus Israeliticus prohibeatur eligere regem, qui non sit de fratribus suis*, i.e. *non Israelitam*, ne videlicet pertrahat Judæos ad idolatriã: & ideo Christiani etiam prohibeantur eligere regem, *non Christianum*. Addit verò, ejusdem periculi esse & damni, *eligere non Christianum*, *& non deponere non Christianum*.

℞. (1.) Negatur consequentia: tum quia alia est ratio *populi Judaici*, cujus reges erant *typi* Christi; alia verò *aliorum regnorum*; tum, quia alia est ratio *electionis*, alia *depositionis*. Non quidem in regem eligendus est *non Christianus*, nisi electio jure quodam *speciali* ad certam familiam sit restricta; electus tamen, si à vera fide deficiat, non est propterea deponendus à subditis: quia quæ *ab initio* fuerunt *liberæ potestatis*, ea postmodum fiunt *stricta necessitatis*. Sic *Jeroboam*, etsi totas decem tribus avertisset non tantùm à *domo David*, sed etiam à *cultu Dei*; quia tamen Rex fuit *constitutus*, non est deinceps deturbatus, etsi non defuerint Prophetæ, qui ejus idololatriam vehementissimè damnarent, 1. Reg. 13. v. 2. & c. 14. v. 9. Nec aliter *primi Christiani*, qui Imperatores *Ethnicos* manifestè furentes tolerarunt: & post Ethnicos, etiam hæreticos, ut Constantium, Valentem, alios: imò & *Julianũ Apostatã*. (2.) Integra & propria ratio, quare solus Israelita debuit eligi in Regem inter Judæos, non fuit *periculum idololatriæ*, ut Bellarminus fingit: nam *proselyti* etiam excludebantur. (3.) Non est idem jus, ubi est idem periculum ac damnum: nam sive per *latronem*, sive per *injustam sententiam Magistratus* injuriam acceperis, idem est damnum, non tamen idem jus. Nam in *latronem* manifestâ vi irruere licet, in *Magistratum* autem injustum non item, propter *officii*, quod gerit, eminentiam. Sic non est facilè matrimonium contrahendum cum persona *hæretica*; contractum tamen propterea non dissolvendum, licèt ejusdem periculi & damni sit, in conjugem *eligere non verè credentem*, *& non repudiare non verè credentem*.

Excipit verò 1. præceptum illud *morale* esse, & *naturali æquitate* niti; proinde *non solos concernere Judæos*.

℞. Negatur, præceptum illud *morale* esse: quia non obligat *semper*, *& ad semper*; siquidem in multis regnis *electio* jam non habet locum: ast verò *omne morale præceptum obligat semper*, & *ad semper*, nisi contrarium mandatum *particulare* Legislatoris intervenerit. Quare illi ipsi Judæi Cæsarem tolerare à Christo jubentur, Matth. 22. v. 21.

2. *Primos Christianos tolerâsse Ethnicos*, quia *defuerant vires temporales ad eos deponendos*.

℞. (1.) Ecclesia igitur per aliquot secula (ex Bellarmini sententia) non fuit Respublica *perfecta*, neque vires habuit *necessarias* ad suum finem consequendum. (2.) Quomodo verò deerant vires? nam & numerus erat *infinitus*, teste Tertulliano in Apolog. c. 37. (3.) Si vis *aperta* deerat, poterantne *fraudes* non superesse? poterantne Apostoli potestantne Episcopi non aliquem *parricidam* confessionibus armare in *Neronem*, in alios? (4.) Sed cur non poterant Christiani sub *Juliano*, cujus totus exercitus erat Christianus, *Theodoret.* l. 4. Hist. Eccl. c. 1. nonne facillimum fuisset, ipsum à militibus coerceri? (5.) Quin imò in causa bona non tàm ad *vires hominum*, quàm *DEI* respiciendum est, qui per *paucos* æquè juvare potest, ac per *multos*. *Balduin.* de Cas. consc. l. 4. c. 12. cas. 3. p. 1160. seq. *Meisner.* par. 3. Phil. Sobr. sect. 1. c. 3. q. 2. ad 1. obj. p. 705. seq. *Scharp.* in Curs. Theol. tom. 2. p. 1729. *Cham.* tom. 2. Panstr. l. 15. c. 8. n. 2. 9. 10. 12. 13. 14. *Ames.* tom. 1. Bellarm. Enerv. l. 5. c. 9. thes. 5.

Vers. 16. *Cumque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos.*

Lex hæc *repugnare* videtur *exemplo non illaudato*: nam *Salomon*, Rex Israelis, *maximum* in regno suo habuisse equitatum citra exprobrationem fertur. 1. *Reg.* 4. v. 26. & 2. Chron. 9. v. 25.

℞. Lex hæc non interdicit copia equitatûs *simpliciter*, sed κατά τι, nimirum *fastidiosa curâ multiplicandi illius, & infideli fiduciâ in copias illius*, contra voluntatem DEI collectas. Hoc autem nõ fecit Salomo: nam etsi equitatum habuit, tamen nec studium, nec fiduciam in eo posuit. *Habere equitatum* est regium; *studium verò fiduciamque in eo ponere* est impium. *Prius* fecit Salomo tempore sapientiæ suæ, quam Deus etiam revelatione factâ, se auctorum esse gloriâ prædixerat: *posterius* verò non fecit Salomo; siquidem per illud tempus sapientiæ divinæ sic dabat operam, ut merito factum illius non modò excusari possit, debeatque, sed etiam probari. *Jun.* tom. 1. Oper. Theol. p. 555.

Vers. 17. *Non habebit auri & argenti immensa pondera &c.*

Deus sibi *repugnare* videtur: hic enim interdicit Regi, *ne sibi valdè multiplicet aurum & argentum*; cùm *ipsemet ingentes divitias dederit Salomoni*, 1. Reg. 3. v. 13.

℞. Interdictum non venit *simpliciter* intelligendum, sed *cum conditione superbiæ*, *& exceptione damni subditorum*: nam Regibus nummi sunt necessarii ad conservationem status & dignitatis, & ad defensionem regni. *Walther.* in harm. Script. pag. 209. seq.

Vers. 19. *Habebit secum Deuteronomium legis hujus in volumine, legetq; illud omnibus diebus vitæ suæ.*

Ad Magistratum politicum pertinet religionis & sacrorum cura, quoniam *ipsi divinitus commissa est custodia legis divinæ*, velut hic *Regi Israelitico*: jam verò ad legem divinam pertinet *utraq; Decalogi tabula*, tàm *prior* de cultu divino, ejusq; publico exercitio; quàm *posterior* de officiis proximo præstandis.

Papistæ regerunt 1. custodiam illam ad personam Regis *privatam* pertinere, quòd videl. ipse non minùs quam reliqui ad observantiam & custodiam divinorum præceptorum obligetur.

℞. Præceptum hoc datur Regi, *quatenus tali*, h. e. in *regio officio* constituto; nam v. 18. dicit Dominus: *Postquam autem sederit Rex in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium* &c. Hic introducitur Rex, non ut persona *privata*, sed ut *publica*, ratione *officii Regii*. Inde *Josua* in ipsa ordinatione divina, quâ constituebatur populi Israelitici dux, præceptum à Domino est, ut à *lege Mosis* nec ad dextrã, nec ad sinistram declinet, Josu. 1. v. 7. & regi *Joas* in solenni inauguratione *liber legis* à Jojada pontifice in manus datur, 2. Reg. 11. v. 12. 2. Paral. 23. v. 11. hunc videl. in finẽ, ut intelligerent, ipsos non solùm *pro se* ad observantiam divinæ legis obstrictos esse, sed etiam *potestatem officii sui* ad custodiam legis divinæ adhi-

esse adhiberi. quorsum enim aliàs *peculiariter* Regibus hæc custodia committeretur? Ac testantur piorum Regum exempla, ipsos *hoc sensu*, verba præcepti accepisse, quod in administratione officii sui legem divinam debeant custodire.

2. *Posterioris tantum Decalogi tabulæ curam Magistratui politico esse commissam*, nequaquam verò *prioris*, quippe quæ divinum cultum spectet, ac cujus custodia *Levitico Sacerdotio* commendata fuerit.

℟. (1.) Dominus *universaliter* loquitur de *omnibus verbis legis istius*. v. 19. & Josu. 1. v. 7. Jam verò qui dicit *omne*, nihil excludit. (2. In specie *legum ceremonialium* mentionem facit, quæ sunt *prioris* Decalogi tabulæ appendices. Ergo custodia etiam *prioris* tabulæ Magistratui denegari nequit. *Hunn.* lect. 6. Col. q. Ratisb. p. 150. *Gerhard.* tom. 6. LL. CC. loc. 27. de Magistr. polit.

II. *Sacerdotes V. T. non habuerunt traditiones quasdam non scriptas, sed scriptam Dei legem*: neq; enim ad *illas*, sed ad *hanc* Rex Israëliticus ablegatur, ex qua discat Dei timorem, &c.

Excipiunt iterum Papistæ 1. sermonem hic esse de verbo etiam *non scripto*, ad quod Rex ablegetur.

℟. Hoc falsum est. Nam Moses disertè docet, unde timorem illum Dei concipere, & quodnam sit illud DEI verbum, quod percipere Rex debeat, videlicet ex *descripto libro legis*, qui cum in finem, (ut discat timere DEUM, ejusque custodire verba) in *descripto exemplari* Regi communicari debeat à Sacerdotibus.

2. Loqui Mosen tantùm de *politicis* rebus, ad *gubernationem regni* spectantibus.

Obstat & hic Moses, qui *timorem DEI* (veram nimirum religionem, quæ ad salutem necessaria) & *observationem verbi ac ceremoniarum Domini*, id est, *cultum divinum*, Regem *ex scriptis*, non *ex traditionibus non scriptis*, petere jubet. *Osiand.* in Refut. Apolog. Coster. p. 204. seq.

CAP. XIIX. v. 1. *Non habebunt hæreditatem Levitæ cum Israël, &c.*

Moses sibi *contradicere* videtur: hic enim negatur Levitis *habere hæreditatem*, cùm tamen bona quædam *vendere* potuerint, v. 8.

℟. Levitæ quidem in distributione terræ sanctæ non acceperunt partem *continuam*, sicut tribus aliæ; possederunt tamen aliquam partem, *divisam* in qualibet tribu, habitationem scilicet pro se & pecoribus, *Josu*. 21. v. 41. Hoc pacto Levitarum quilibet *proprium suum* habuit, quod reliquit post se hæredibus suis. Et nullum est dubium, quin Jehovah portionibus istis benedixerit, quæ debebantur eis de sacrificiis, ut non modò habuerint victum & amictum, sed aliquid residui. Quòd si ergo alicui Levitarum animus fuit, inservire Deo, in loco, quem ipse elegit, nimirum Hierosolymis, licuit omninò illi vendere ea, quæ habuit propria, seu nõ nisi Levitis aliis, & vivere de venditis, ac portionibus oblationum. *Walth.* in harm. Script. p. 210.

Vers. 2. *Et sors non erit eis in medio fratrum suorum: Dominus ipse κλῆρος sors ejus, quemadmodum loquutus est ei.*

I. In hoc textu est (1.) Pleonasmus: *In medio fratrum suorum*, h. e. *inter fratres suos*. (2.) *Ellipsis* verbi Substantivi: *Dominus ipse*, sc. *est*. (3.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Deus* enim pro *oblationibus* ponitur. *Iun.* in Bibl. p. 182. *Glass.* lib. 5. Phil. Sacr. tract. 1. cap 3. m. 3 p. 44.

II. *Bellarminus* l. 1. de Cleric. c. 1. nugatur, nomen cleri sive *sortis* peculiariter & *solummodo* Ecclesiasticis ordinis personis competere, cum id ipsum Deus *solis Levitis* attribuat, quibus non *quivis* in N. T. Christiani respondeant, sed *soli Sacerdotes*, eorumq; ministri.

℟. Non dicitur hic vel ullo apice, quòd τοῦ κλήρου appellatio sit *personarum Ecclesiasticarum propria*, sed Spiritus S. dictô locô assertio est, non esse Levitis datam cum reliquis tribubus certam possessionem, quòd Dominus ipsorum esset hæreditas, hoc est, quòd *Dominus Levitis oblationes sibi factas tanquam hæreditatem, concessisset*, ex quibus sustentarentur, v. 1. & Josu. 13. v. 14. Levitæ igitur *speciali* ratione dicuntur de *Sorte Domini*, & *Dominus sors illorum*, videlicet *ceremoniali ritu*, qui erat proprius V. T. Quid verò hoc ad *ministros Ecclesiæ* N. T. ad quos αἱ τοῦ κλήρου illius explicatio accommodari nõ potest? *Gerhard.* tom. 6. LL. CC. loc. 26. de Minist. Eccles. §. 38. p. 57. m. 3. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Ministr. Eccles. c. 2. q. 2. p. 904. a. *Cham.* tom. 5. Panstr. l. 4. c. 2. n. 5.

Vers. 8. *Partem ut partem comedent, præter venditiones ejus super patribus.*

Moses adhibet (1.) Hebraismum: *Partem ut partem*, h. e. *partem ex æquo*. (2.) *Metonymiam* tum *effecti* pro *causa*, cùm *venditiones* pro *pretio rerum venditarum* ponat: tum *causa pro effecto*, quia *patres* pro *familia paterna* usurpat. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 182.

Vers. 9. *Cave ne imitari velis abominationes illorum Gentium.*

Anabaptistæ in universum omnes contractus & negotiationes ex eo damnant, quod sint *statuta & abominationes Gentium à Deo prohibita.*

℟. (1.) Nihil hic habetur de *contractibus* aut *negotiationibus*, quæ enim sint abominationes Gentium, quas Deus Israelitis vetat, recenset Moses. v. 10. & 11. *contractuum autem* vel *negotiationum* ne verbulô quidem meminit ibidem. (2.) Positô autem, ibi *contractuum aut negociationum* fieri mentionem, damnaretur *abusus* eorum, non autem ipse usus *in eo*. *Dieteric.* Inst. Catech. p. 172. seq.

Vers. 10. *Nec inveniatur in te, qui lustret filium suum, aut filiam, ducens per ignem, aut observet horas & dies &c.*

I. *Spontanea illa proprii corporis flagellatio, in Papatu usitata, meritò damnatur* nostris Ecclesiis tanquam *opus coram DEO abominandum*, quòd & *immolationem liberorum se abominari testatur DEUS.*

Gretserus l. 2. de Disciplin. c. 2. respondet, *disciplinam* non esse *mactationem*: *hanc* verò non *illam* DEO esse abominabilem.

℟. (1.) Dicam & ego, *cilicia, saccum & cineres*, itemque *jejunia* non esse *flagella*; & tamen Jesuita exinde *flagellationem* stabilire nititur: quàm verè, suis patebit locis. (2. Etsi flagellatio non est mactatio (nisi quod haud dubiè multi, à Jesuitis dementati, flagellorum ictibus mortem sibi accelerant) eadem tamen omninò est causa, ob quam Deus tàm *liberorum immolationem*, seu (ut alii) *lustrationem per ignem*, quàm *spontaneam hanc flagellationem* abominatur, quia scil. utraque est ἐθελοθρησκεία, Jerem. 7. v. 31. c. 19. v. 5. & c. 32. v. 35. Adde quòd *liberocidarum* idem quoque *finis* fuit, qui hodiè *flagellantium* est, nempe *satisfactio pro peccatis*, & *meritum vitæ æternæ*. Denique & *illi* & *isti* honorē Dei, scripturamque prætendunt. *Zeemann.* in Carnif. Flavit. l. 2. c. 6. thes. 88. p. 288. & thes. 129. pag. 313. seq.

II. Moses Paulo *contrariari* videtur: *ille* enim observationem dierum DEO pronunciat esse abominabilem; *hic* verò eandem Domino fieri comprobat, *Rom.* 14. v. 6.

℞. *Superstitiosæ* dierum observationes prohibentur, qui ab Ethnicis observabantur; quos constat dies divisisse in *faustos*, & *infaustos*, sive *albos & atros*; qua de re *Cœl. Rhodigin.* l. 8. c. 9. *Walther.* l. c.

Vers. 11. *Nec inveniatur in te, qui quærat à mortuis veritatem.*

Hoc Dei interdictum *pugnare* videtur cum facto non illaudato: nam *Moses* qui sanè mortuus est, Deuter. 34. vers. 5. cum Elia apparuit in sancto monte, & cum Christo collocutus est, Matth. 17. v. 3. & dixit ipsius exitum, i. e. mortem, quam obiturus erat in Jerusalem, Luc. 9. v. 31.

℞. Aliud est, quando quis *solicitè optat*, ut à sepulcris mortuus redeat, & veritatē promat, quod Saul. 1. Sam. 28. v. 11. & dives Epulo, Luc. 16. v. 27. & 30. fecerunt, qui modus *gentilis* est *Diabolicus*: aliud verò, quando Moses cum Elia in *cœlesti gloria*, se conspiciendum præbet, & Apostolos confirmant, ut non novam, sed in lege ac Prophetis testatam religionem à Christo proseminari credant; id quod obtigit *singulari ac divino* modo. *Walther.* ibid. pag. 211.

Vers. 13. *Perfectus eris & absq; macula cum Domino Deo tuo.*

Cœlestius, Pelagii hæretici discipulus, apud Augustinum in lib. advers. Cœlest. contendit, *renatos posse in hac vita pervenire ad illam justitiæ perfectionem, quam lex requirit*: quòd *Deus Israelitis præcipiat, ut sint perfecti & absq; macula coram se.*

℞. (1.) Concedo, mandatum hoc exigere *perfectionem*: Sed non quæritur, utrum *præceptum sit*; sed hoc ipsum, quod præceptum esse constat, utrum in corpore mortis hujus *possit impleri*, ubi caro concupiscit adversus spiritum, Galat. 5. v. 17. (2.) *Perfectus & immaculatus* significat phrasi Scripturæ eū, qui habet *bonam conscientiam*, hoc est, sicut Augustinus loquitur, qui *caret criminibus damnabilibus*, qualia erant *abominationes Chananæorum* v. 9. 10. 11. atque his Deus opponit *perfectionem & immaculationem*, quam ab Israelitis requirit. *Chemnit.* par. 2. LL. Theol. loc de reg. Dei. c. 3. p. 92. *Bellarmin.* l. 1. de Amiss. grat. & stat. peccat. c. 6. resp. ad 1. object.

Vers. 14. *Quia gentes istæ, quas tu expellens eas, ad præstigiatores, & ad divinatores audient: & tu non sic, dedit tibi Dominus DEUS tuus.*

Occurrit hoc loco (1.) *Enallage temporis* partim præsentis, *expellens*, pro futuro, *expulsurus es*; partim futuri, *audient*, pro præsenti, *audiunt*. (2.) *Pleonasmus*: nam pronomen, *eas*, redundat. (3.) *Ellipsis* pronominis relativi אֲשֶׁר: *Non sic*, scil. *sunt, quos* dedit &c. h. e. non sunt præstigiatores aut divinatores, quorum ministerium tibi sanctificavit, & audientiam imperavit Deus. *Arias.* in Bibl. p. 168. *Jun.* in Not ad h. l. p. 1*3. *Glass.* lib. 3. Phil. Sacr. tract. 2. can. 22. m. 1. p. 210.

Vers. 15. *Prophetam de gente tua, & de fratribus sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies.*

I. *Anonymus ille Semijudaizans*, cujus supra facta est mentio libr. 2. blaterat, *Petrum* Actor. 3. v. 22. verba hæc falsò ad *Christum* applicâsse, quia Moses ibi non agat de *Rege*, sed de *Propheta*.

℞. Hæc ratio nullius est momenti: nam Messias noster non tantùm *Rex*, sed etiam *Propheta* esse debebat. Quocirca unius inclusio, non est alterius exclusio. Sic ipse Moses non tantùm erat *Propheta populi*, sed *Dux* quoque & *gubernator*. Quemadmodum igitur, quando hic se *Prophetam* nominat, non negat, se *ducem populi* esse; Sic quoque, quando secum confert Christum, eumque *Prophetam* vocat, non propterea negat, eundem *Regem* futurum. *Jac. Martin.* l. 3. de trib. Eloh. c. 112. p. 734.

II. *Friccius* Sylv. 3. tract. 1. c. 1. inficias it, *Christum esse Dei filium, ab æterno natum*; quod in hac promissione, de ipso facta, nulla fiat expressa mentio *divinæ nativitatis*.

℞. (1.) Dictum hoc de *filio à Deo genito*, exponendum esse, liquet ex collatione locorum. *Psal.* 2. v. 7. ubi Propheta ille magnus, à *Deo genitus* esse perhibetur; & quidem modô singulari plane ac divino, Hebr. 1. v. 5. (2.) Etiamsi in hac promissione altum de *divina Christi nativitate* esset silentium; non tamen liceret inde *rem ipsam* negare: nam occurrunt alii Scripturarum loci, qui *divinæ hujus nativitatis* quasi ex professo meminerunt, ut quùd jam modò ex Psal. 2. v. 7. & Hebr. 1. v. 5 attulimus. *Baldvin.* de Artic. Smalcald. disp. 3. thes. 42. 45. seq. pag. 58. & 56.

III. *Bellarminus* l. 4. de justif. c. 5. statuit, *Christum fuisse novum legislatorem, quia similis dicatur Mosi, & jubeatur audiri, ut Moses.*

℞. *Similitudo* illa, de qua Moses, non in *ferendis legibus* consistit, quasi Christus itidem sit *legislator*, sicut Moses; posita enim est lex propter transgressiones in manu *Mediatoris* (Mosis) donec veniret semen, Galat. 3. v. 19. & lex per *Mosen* data est, gratia & veritas per *Jesum Christum* facta, Johann. 1. v. 17. verùm *similitudo* illa consistit, tum in *forma carnis*, juxta Augustinum tract. 51. in Johann. tum *in docendi authoritate*, quia ut *Propheta & Doctor* ab omnibus erat audiendus, Matth. 17. v. 5. tum in *Ministerii fidelitate*, Hebr. 3. v. 2. *Gerlach.* tom. 2. disp. 13. cap. 7. n. 1. & 2. *Gerhard.* tom. 3. LL. CC. loc. 17. de Evangel. §. 67. p. 567. seq. *Eckard.* par. 1. Pand. C. P. c. 3. q. 7. obj. 3. p. 188.

IV. Rauffius in Colloq. Franckenthal. act. 4. n. 22. *Evangelium*, id est, *doctrinam perfectam salutis in Christo, in* V. T. *sonuisse* negat; quod Moses *Prophetam illum Christum audiendum præceperit*; id quod non fecisset, si Moses in *omnibus*, ad perfectionem Christi, fuisset audiendus.

℞. (1.) Non procedit sequela: nam *& Moses*, utpote viam salutis monstrans, erat audiendus, Luc. 16. vers. 29. (2.) Scriptura Vet. Test. eruditum reddit hominem ad salutem, 2. Timoth. 3. vers. 15. (3.) Evangelium ad salutem in Christo fuit in V. quoque T. Gen. 3. vers. 15. *Dathen.* in Colloq. Franckental. act. 4. n. 23. p. 84. & 85.

V. Bùchelius ibid. act. 1. n. 17. p. 20. *Mosen eum V. T. rejicit*, quia *Christum audiendum Moses mandârit*.

℞. Non sunt *opposita*, *Christum* audire & *Spiritum ejus*, per Mosen & prophetas locutum: illi enim de *Christo* testati sunt, *Johann.* 5. vers. 46. & *Actor.* 10. v. 43. *Dathen.* l. c. act. 1. n. 18. p. 24.

Vers. 16. *Ut petiisti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti: Ultra non audiam vocem.*

Paræus in Defens. Calvin. p. 280. sentit, per *Prophetam* v. 18. intelligi non *solum Christum*, sed *indefinitè Prophetas*, Mosis successores: idque probare nititur ea *populi petitione*, quâ is in legis promulgatione tremendam DEI vocem ferre non valens, petierit, ut per *Mosen* sibi loqueretur Deus; hic verò pollicitus fuerit, se gratificaturum populo, & sicuti hactenus per *Mosen*, ita deinceps per Prophetas, Mosi similes, locuturum esse.

℞. Con-

Resp. Contrarium evincitur *ex illa populi ad montem Sinai petitione:* nam vox *legis*, ad quam tum universi expavescebant, opponitur ibi voci *consolationis* seu *Evangelii*, alteri doctrinæ cœlestis parti, per alterum Prophetā magnum, Messiam, aliquando ex Dei sinu proferendæ. Ad hanc ex ingenti illa formidine, quâ perculsi erant, suspirant, cujus præco & propheta peculiariter erat ordinatus *Messias*, quem è sua gente nasciturum esse, tenebant exploratum ex antiquis promissionibus ad patres editis. *Hunn.* tom. 2. oper. Latin. p. 971.

Vers. 18. *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore ejus, loqueturq;*, &c.

I. *Mosis de Christo vaticinatum est:* prædixit enim, *Deum ex Judæis suscitaturum Prophetam, sibi similem*; qui sane nullus alius est, quam *Christus*.

Faustus Manichæus, apud Augustinum in l. 16. contr. eund. c. 8. reponit, hoc non pertinere ad *Christum*, quia non sit *similis Moysi*, quia *ille* Sanctus, *hic* peccator.

Re. (1.) Id omninò pertinet ad *Christum*, teste Petro, *Actor.* 3. v. 22. (2.) Non necesse est, cū *simile* aliquid dicitur, ex *omni parte* simile esse: sufficit enim in *aliquibus* id simile esse, quomodo *Christus* similis dicitur ovi, Esa. 53. vers. 7. quæ tamen ab ipso longè distat. *August.* l. 16. contr. Faust. c. 15. *Cent.* 5. Hist. Magdeb. cap. 5. p. 541.

II. *Calvinus* in Deut. 18. negat, hoc cœleste oraculum ad *unicum & solum Jesum Christum* pertinere, sed statuit in nomine *Prophetæ* esse *enallagen numeri*; quoniam hic de *continuo regendæ Ecclesiæ more* disserat Moses, quòd Deus nunquam eam destituturus sit prophetis & doctoribus, ideoq; nō relinquatur excusatio, si ad *pythones* vel *magos* declinet: alioquin, si ad *solum Christum* Israelitas ablegasset, excipere potuerunt, durum esse, per duo annorum millia carere prophetis & revelationibus.

Resp. (1.) At verò Petrus de *solo Christo* oraculum hoc exponit, *Actor.* 3. v. 22. emphaticè urgens *singularem numerum*, ὁ προφήτης ἐκεῖνος, *Propheta ille*, & vaticinium Mosis *determinatè* ad *hæc tempora & dies hos*, Messiæ scilicet, restringens, v. 24. Cadit ergo illa *numeri enallage*, quam Calvinus urget; & *restrictio complementi* illius vaticinii ad secula, *Christi adventum antegressa*, quam idem inculcat. (2.) Ratio Calvini de pythonibus & magis, quam suæ prætexit interpretationi, est elumbis. Solemne enim est Domino in Mose, nunc *præcepta* dare, mox subjicere *promissionem*, vel *commonefactionem*, vel etiam *comminationem*; quæ omnia diversa cùm sint, sub easdem cogere velle circumstantias, præposteri foret interpretis. Quarè non fuit necesse, ut ubicunque de pythonibus aut magis non consulendis præcipit Dominus, ibidem illicò *Prophetarum*, quorum consiliô Judicioque populus stare debeat, expressam mentionem injiciat, præsertim cùm in Mosaica etiam Scriptura Deus voluntatem suam non obscurè patefecerit, cujus ductu à superstitionibus sibi cavendum noverant. (3.) Nec poterant Israelitæ inferre, si hic de *solo Christo* vaticinetur Dominus, ut propterea per duo annorum millia carituri sint prophetis & revelationibus. Nam *Prophetas & revelationes* jam antè promiserat, Num. 12. vers. 6. quam promissionem ratam erat habiturus Dominus, aut maximè eam non repeteret. Unde etiam spem non dubiam conservationis Ecclesiæ, ministeriô Prophetarum, concipere expeditum erat. Et annon ista ratio, quam Calvinus annotat; efficiet tandem, ut nullibi promitti quiverit aut debuerit in Scriptura Prophetica, Christus solus, nisi simul explicitè promitteretur aliorum etiam Prophetarum series, qui à tempore editi talis oraculi vicem illius supplerent?

Paræus l. c. ait, sibi conciliandis istis expeditissimam videri rationem, si promissio de suscitando Propheta semel de *Christo solo*, semel de *Prophetis*, Mosis successoribus, nimirum v. 15 & 18. (bis enim repetitur) intelligatur.

Resp. Hoc subsistere non potest: nam Petrus Actor. 3. & *priorem*, v. 22. & *posteriorem* promissionem, v. 23. *de solo Christo* allegat. Unde invictè concludimus, Apostolum Petrum, *versum utrumque*, videlicet 15. & 18 pro uno & eodem habere oraculo, imò notanter atq; *distinctως* in isto v. 18. Deuterō. nobis Christ i *solū*, & præter eū nullum *alium* anūciare. Et qui sive Moses sive Petrus promissionē in utroq; versu 15. & 18. c. 18. Deuteron. contentam, de *vulgaribus Prophetis* intelligere potuit, cùm promissus ille Propheta debuit esse, *sicut Moses*. Jam verô Mosi nullus è *vulgaribus Prophetis* æqualis fuit, aut ejus dignitatem & excellentiam assecutus est, Deut. 34. v. 10 Numer. 12. v. 7. *Hunn.* tom. 2. Oper. Lat. p. 661 seq. & 967. seqq. *Helvic.* tom. 4. disp. Giess. 6. thes. 3 & 4 p. 126. seq.

III. *Ostorrodius* in Instit. cap. 23. vult obtinere, Christum, *propter officium ipsius Propheticum*, Filium Dei appellari, quòd propter *sui missionem* talis nuncupetur: *missio* autem nihil aliud sit, quàm *officium ipsius Propheticum*, teste hic Mose.

Resp. (1.) Falsum est, *missionem Christi* nihil aliud esse, quàm *officium ipsius Propheticum*: quia missio, à Patre profecta, nihil aliud, quam ordinatio, vocatio, & electio Christi fuit ad munus *mediatorium* exequendum; *ordinationem* autem, vocationem & electionem ad munus aliquod, ab ipso *munere* quàm maximè differre, ipsi etiam pueri norunt. (2.) Ex præsenti textu nihil aliud demonstrari potest, quàm *Christum à Deo Patre, in Prophetam electum ac missum esse*; unde tota argumentatio evanescit. *Jacob. ad Portum* in Defens. orthod. fid. advers. Instit. Ostorrod. c. 23. p. 229. seq.

Vers. 20. *Propheta autem qui arrogantiâ depravatus, voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi, ut diceret, aut ex nomine Deorum aliorum, interficietur.*

I. *Paræus* l. supr. c. urget, *antecedentem promissionem* v. 18. de Propheta suscitando, *Enallagen numeri postulare*, quòd Moses hic non loquatur de *uno tantùm Pseudopropheta*, sed *indefinitè de omnibus*, per *Enallagen eandem* qui veris Prophetis opponantur, cùm mox subjiciat quasi per *ἀντίθεσιν generalem* monitionem de noscendis & cavendis Pseudoprophetis.

Resp. Negatur id sequi: potest enim *multis*, imò *omnibus*, Pseudoprophetis unicus opponi humani generis *Doct. universalis Christus*; sicut multis *Pseudochristis*, qui Matth. 24 v 4. prædicabātur venturi, *unus Christus* opponitur, ibid. v. 24. *Hunn.* tom. 2. Oper. Lat. p. 921. seq.

II. Controversiam de *internecione Pseudoprophetarum*, circa locum hunc motam, vide in Vindic. *Deut.* 13. v. 5. definitam.

Vers 22. *Hoc habebis signum: Quòd in nomine Domini Propheta ille prædixerit, & non evenerit; hoc Dominus non est locutus.*

I. *Bellarminus* l. 4. de Not. Eccles. c. 15. asserit, *lumen propheticum*, id est, *donum futura pradicendi esse notam Ecclesiæ veræ*; quod h. l. *tanquam nota falsæ doctrinæ ponatur, si propheta prædixerit aliquid, & non evenerit*.

Resp. Sunt quidem signa & prædictiones, si *non evenerint*, nota *falsorum* Prophetarum, veruntamen, si *eveniant*, non protinus sunt nota *verorum* Prophetarum, quibus *per omnia* credendum sit: contrarium enim disertis verbis extat, *Deut.* 12. v. 1. 2. 3. *Gerhard.* tom. 5. LL. CC. loc. 25. de Eccles. §. 288. obj. 3. par. p. 1278. *Cham.* tom. 5. Panstr. l. 2. cap. 15. n. 2. p. 105.

II. *Tannerus* in Anatom. August. Confess. par. 1. demonstr. 4. statuit, *Lutherum* propterea pro *Pseudopropheta* habendum, & fidem doctrinæ ejus in universo derogandam esse: quòd prædixerit: *diem novissimum esse in propinquo*, adeò *ut non ultra centum annos mundus sit duraturus*, *Hanrsab.* tom. 1. Colloq. mensal. fol. 48. id quod tamen non evenerit: in cujus rei confirmationem Jesuita hanc legem divinam affert.

Resp. Negatur consequentia. Nam (1.) Lutherus nunquam & nusquam *certum aliquem annum* vel *diem* adventui Christi præfinivit novissimo, sed cum *Paulo* 1. Corinth. 10. v. 11. fines seculorum in hæcce tempora devenisse, & cum *Iohanne* 1. Epist. 2. vers. 18. novissimam horam esse docuit. (2.) Lutheri prædictio de die novissimo non fuit *Propheticum aliquod vaticinium*, sed *omen* quoddam & *præsagium*, cui non indubitatò ac perpetuò respondet eventus. (3.) Vaticinium de die novissimo *proximè* instante, non pertinet ad *capita religionis*, quæ ex certo & immoto DEI verbo unicè demonstranda esse, constanter docuit Lutherus; sed ad *probabiles conjecturas*, quæ ex signis antegressis petuntur, atque sic ex signis extremi Iudicii, in Scriptura annotatis Lutherus collegit, instare extremum diem. (4.) Quid si Deus ex μακροθυμίᾳ diem judicii extremi differat, ut plures convertantur & salventur, 2. Petr. 3. v. 9. an num aliquid ex eo prædictioni de propinquitate hujus diei decedit? (5.) *Non omnis qui venturas mundo pœnas denunciat, quæ postmodum non sequuntur, Pseudoprophetæ loco est habendus*, aliàs enim foret *Jonas* Pseudopropheta, qui Ninivitis Dei jussu prædixit, neque tamen id evenit, *Ion.* 3. v. 10. Confer *Ierem.* 18. v. 7. & *Luc.* 13. v. 3. Verùm is demũ *Pseudopropheta* censendus, qui ad *confirmationem novi cujusdam dogmatis, extra & præter Dei verbum excogitati, vaticinium profert, cui eventus non respondet*; id quòd à *Luthero* factum esse nunquam demonstrabunt Pontificii. *Gerhard.* tom. 9. LL. CC. loc. 31. de Extrem. Judic. §. 84. p. 198. seq.

III. Oraculum hoc *repugnare* videtur laudatis tum *Esaia*, tum *Iona* exemplis: quia *uterque* denunciavit, quod non evenit; *ille* obitum Hiskiæ, Esa. 38. v. 1. *hic* interitum Ninivitarum. Jon. 3. v. 4.

Resp. Illorum conciones non tàm *prophetiæ* fuerunt quàm *comminationes*: & Prophetæ prævi derunt illa effecta, *ut erant sub causis*: mutatis autem causis, nihil est absurdi, si effecta fuerint mutata: & hac de causa non possunt Prophetæ mendacii argui. Moses verò non loquitur de *comminationibus*, conditionem aliquam inclusam habentibus; sed de *prophetiis*, cujusmodi est, quod *Samuel* prædixit Sauli, illum obvios habiturum duos viros, 1. Sam. 10. vers. 2. quale etiam, quòd *Gedeon* accepit de vellere sicco & compluto, Judic. 6. vers. 38. & 40. *Walther.* in harm. Script. p. 211. seq.

CAP. XIX. v. 4. *Et hoc verbum homicidæ, qui fugiet illuc, & vivet: qui percusserit socium suum in scientia, & ipso non odit eum ab heri nudius tertius.*

Ecce (1.) *Hebraismũ*: hoc verbũ i. e. *res sive jus*, & *in nõ scientia*, pro, *insciens* seu *imprudenter*. (2.) *Ellipsin* tum verbi substantivi, *Verbum*, scil. *esto*; tum conjunctionis copulativæ: *Ab heri*, subint. *&* nudius tertius. (3.) *Synecdochen partis* pro toto: *Ab heri & nudius tertius*, h. e. *antea* Ariæm. in Bibl. p. 169. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 425. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 183. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 5. can. 5. m. 1. p. 435.

Vers. 5. *Et qui ingressus fuerit cum socio suo in sylvam ad cædendum ligna, & impulerit manus ejus ad cædendum lignum, & emoverit se ferrum a ligno, & invenerit socium suum, & moriatur*, &c.

Synecdoche est *speciei* pro *genere*, nam (1.) exemplum *securis è manubrio exilientis*, & *hominem fortuito occidentis*, ad *omnia homicidia involuntaria* pertinet. (2.) *Invenire* ponitur pro *offendere*. Jun. in Bibl. p. 183. *Glass.* lib. 5. philol. Sacr. tract. 1. c. 15. m. 7. p. 451.

Vers. 10. *Et non effundetur sanguis innocens in medio terræ tuæ, quam Dominus Deus tuus dant tibi, hæreditatem & sit super te sanguines.*

In textu hoc reperitur (1.) Pleonasmus: *In medio terræ*, h. e. *in terra*, τῷ *medio* redundante. (2.) *Ellipsis* partim verbi substantivi, *Dans*, scil. *est*; partim præpositionis IN ante, *hæreditatem*. (3. *Enallage numeri*: nam plurale, *sanguines*, gaudet verbo singulari, *sit*. (4.) *Metonymiam effecti* pro causa. דָּמִים, enim, *sanguines*, notant *reatum ac pœnam sanguinis injustè effusi*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 426. *Ariæm.* in Bibl. p. 169. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 183. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 15. m. 3. p. 449.

Vers. 12. *Et mittent Seniores civitatis illius, & capient eum inde, & dabunt eum in manum redemtoris sanguinis & morietur.*

Redit huc 1.) *Ellipsis* nominis: *Civitatis* illius, subint. *homicidæ*. (2.) Metaphora: *manus* enim pro *potestate* est. (3.) *Metonymia effecti* pro causa: nam *sanguis* homicidium seu *cruentã cædem* denotat. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 426. *Glass.* lib. 5 Phil. Sacr. tract. 1. cap. 15. m. 3. p. 449.

Vers. 13. *Non parcet oculus tuus super eo, & auferes sanguinem innocentem ex Israel, & erit bene tibi.*

I. Habes hic (1.) Prosopopœjam: *oculo* enim tribuitur *parcere alicui*. (2.) *Metonymiam effecti* pro causa, siquidem *sanguis* notat *reatum ac pœnam sanguinis injustè effusi*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 426. Confer *Glass* Phil. Sacr. lib. 5. tract. 1. cap. 9. m. 1. p. 190. & cap. 15. m. 3. p. 449.

II. Moses Paulo *contrariari* videtur: *ille* enim severitatem & strictum jus; *hic* verò Philipp. 4. v. 5. lenitatem & ἐπιείκειαν, in judicandis aliorum delictis postulat.

Resp. Moses *propriè* concionatur *Magistratui politico*, & loquitur de *atroci scelere*, videlicet de *homicidio voluntario*; adeò ut justè faciat Magistratus, cùm vicissim pœnâ capitali afficit eum, qui cædem consultò & petulanter fecit, Gen. 9. vers. 6.

Paulus

Paulus autem concionatur *personis privatis*, & loquitur de *offensis levioribus*, in quibus condonandis debent esse faciles. Pezel. par. 3. Arg. & Resp. Theol. p. 227. 229.

Vers. 15. *Non surget testis unus in virum, in omni perversitate, & in omni peccato, in omni peccato, quod peccaverit: super ore duorum testium, vel super ore trium testium stabit omne verum.*

I. Offert sese *Epizeuxis*: iteratur enim, *in omni peccato*, ad distributionem indicandam. (2.) *Metonymia causa* pro effectu: nam *os* pro *sermone* seu *testimonio* est. (3.) *Metaphora*: quia *stare* significat, *ratum esse* seu *confirmari*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 426. *Iun.* ibid. p. 183. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 2. p. 8. & cap. 12. p. 377.

II. Lites hujus loci vide compositas in Vindic. *Deut.* 17. v. 6. m. 2. Matth. 18. v. 16. m. 2.

Vers. 17. *Stabunt ambo, quorum causa est, ante Iehovam ante Sacerdotes & Iudices, qui erunt in diebus illis.*

Enjedinus in Explic. locor. V. & N. T. ad Gen. 16. v. 13. p. 25. disputat, nomen *Iehovah* non esse *solius veri & aeterni proprium*, cùm *Iudicibus* atque *Sacerdotibus* id ipsum hic tribuatur.

℞. (1.) Nomen *Jehovah* nequaquam hic ἐξηγητικῶς per subsequentia nomina *Sacerdotum* ac *Judicum* exponitur, sed *ipsius Dei* in judiciis praesentia declaratur, quâ de re 2. Paral. 19. v. 6. Psalm. 82. v. 1. Conjunguntur igitur *autor judiciorum principalis, & administri eorundem minùs principales*; ac tum ipsi judices, tum illi, qui causas in judiciis tractant, accusatores, rei ac testes admonentur, ut cogitent, *Deum* in judicio esse praesentem, ideoque omnia in *ipsius Dei* conspectu agi. Quarè nulla causa urget ut à *simplici & propria vocis Iehovah* significatione recedamus. (2.) *Distinctè* nominantur *Iehovah, Sacerdotes & Iudices*. Ut ergò rectè colligitur, alios fuisse *Sacerdotes*, & alios *Iudices*, personas scil. politicas: ita quoque ex eo rectè colligi potest, *Iehovam* distingvi à *Sacerdotibus & judicibus*, nec ejus nomen his attribui. *Gerhard.* in Exeg. loc. 2. de Nat. Dei attrib. divin. §. 38. p. 635. seqq. *Hunn.* in Exam. error. Photin. cap. 3. de nomine Dei n. 17. p. 217. *Thummi.* in Ἀποδείξ. Theol. de Spir. Sanct. personal. p. 7. & 10.

CAP. XX. v. 1. *Cum egressus fueris ad bellum contra hostes tuos & videris equum & currum, populum multum prae te, non timeas ab eis, quia Dominus Deus tuus tecum, ascendere faciens te de terra Aegypti.*

I. Moses utitur (1.) *Enallage* numeri singularis, *equum & currum*, pro plurali, *equos & currus*. (2.) Hebraismo: *Multum prae te*, h. e. *majorem te*. (3.) *Ellipsi* verbi substantivi: *Tecum*, scil. *est*. Ariaem. in Bibl. p. 169. *Iun.* ibid. p. 184.

II. *Bellum non est in se malum, neque charitati Christianae prorsus contrarium*: quia *DEO autore* idgeritur, utpote *leges de modo belligerandi ferente*. Jam quòd *in se* malum, & charitati proximi *prorsus* contrarium; id Deus prohibet, non armat suis legibus: & contrà, cujus ratio modusque per divinas leges determinatur, id *per se* vitiosum non esse consequitur.

Socinus in libr. Quòd Evangelici omninò deberent, &c. c. 5. n. 2. p. 24. seq. respondet, pertinere hoc ad V. T. ubi Deus multis modis declarârit, se *tunc temporis* hostium invadentium propulsationem, cum ipsorum nece conjunctam, non improbare; aliam verò esse N. T. rationem, in quo *simpliciter* prohibitum sit belligerari, neque Deus idipsum vel per *Christum* vel per *Apostolos* approbârit.

℞. (1.) Negamus in N. T. belligerari *simpliciter* esse prohibitum, tanquam dilectioni proximi adversum: tum quia *legitima defensio*, cujus causâ bellum geritur, est *juris naturae*, quod perpetuum est, nec in N. T. abrogatum; tum quia omnia ea, quae Judaeo excusârunt, quòd militantes legem charitatis non violârint, excusare quoque possunt Christianos: cùm in hoc casu *utriusque populi* par sit ratio. (2.) Quod in N. T. de rebus bellicis nihil invenitur *in specie* scriptum, causa non est *divina improbatio*; siquidem Deus legem naturae, ad quam bella necessaria pertinent, non immutat; sed factum id putatur, tùm quia in V. T. ea de re satis multa fuerunt proposita; tum quia Christo & ejus Apostolis in N. T. non fuit propositum *formare novam politiam*, sed ex genere humano, per praedicationem Evangelii, *Ecclesiam colligere*, & *spirituale regnum* instituere. Ipso tamen *factô* bellum legitimum à Christo & Apostolis fuit confirmatum, quando ab iisdem *Magistratus officium* confirmatum est, Matth. 22. v. 21. Rom. 2. v. 13. &c. Jam verò ad *officium Magistratus* pertinet, *subditos adversus injustam violentiam defendere*, quod sine *bello* quandoque fieri nequit. *Meisner.* in Consid. Theol. Photin. cap. 3. p. 212. m. 2. & p. 230. m. 3. *Gerhard.* tom. 6. LL. CC. loc. 27. de Magist. Polit. §. 370. p. 1227. & §. 371. p. 1130.

Vers. 2. *Appropinquante autem praeliô, stabit Sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum*, &c.

Pontificii quidam propugnare nituntur, *Episcopos licitè bella gerere posse*, quòd *Sacerdotes jubeantur à Deo esse in castris*.

℞. Pari ratione adhuc hodiè Ecclesiarū ministri in castris versantur, non *pugnandi gratiâ*, (nisi subitaneus quidam casus & extrema necessitas id postulet) sed *docendi, exhortandi, consolandi, Sacramenta administrandi, orandi, & ad preces excitandi* causâ. *Aventinus* lib. 2. Annal. de Carolomanno, Francorum duce, narrat, quòd A. C. 702. edictum ediderit, in quo inter caetera sic statuat: *Nemo sacris initiatus, divinoque ministerio mancipatus, arma omninò ferat, aut in bellum aut in hostem pergat; unus aut ad summum duo Episcopi delecti suffragiô, cum suis Sacerdotibus Principem comitentur ad bella, sacrificandi comprecandique causâ*, &c. *Gerhard.* ibid. §. 398. p. 1185. seq. m. 2.

Vers. 3. *Et dicet ad eos: Audi Israel, vos propinquis hodiè ad bellum contra hostes vestros, ne mollescat cor vestrum, ne timeatis, & ne formidetis, & ne expavescatis à faciebus eorum.*

In textu hoc reperitur (1.) *Metonymia causae* pro effectu: nam *Israel* pro *posteris Israelis* ponitur. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Vos propinqui*, scil. *estis*. (3.) Metaphora: *mollities* enim, de *corde homines* usurpata, *consternationem ejus ac timorem* notat. (4.) *Hebraismus*: *A faciebus eorum*, h. e. *metu eorum*. Ariaem. in Bibl. p. 169. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 184. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 362.

Vers. 8. *Et addent praefecti loqui ad populum & dicent: Quis vir timidus, & tener corde? Vadat & revertatur ad domum suam, & non liquescet cor fratrum suorum, sicut cor suum.*

Redit huc (1.) Hebraismus: *Addent loqui*, h. e. *iterum loquentur*. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi. *Quis* scil. *est*. (3.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Te-*

cto: *Tener cordis* i. e. *animô pavidô*. (4.) *Metaphora*: nam מָסַס *liquefscere*, de *corde hominis* usurpatum, *consternationem & anxietatem* notat. *Ariæm.* in Bibl. p. 180. *Vatabl.* in Aonot. ad h. l. p. 428. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 10. p. 264.

Vers. 13. *Et dabit eam Dominus Deus tuus in manu tua & percuties omnem masculum ad os gladii.*

Metaphora est: *manus* enim pro *potestate*, & *os* pro *acie* ponitur. *Ariæm.* in Bibl. p. 170. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 184. Confer *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 11. p. 308. seq. & cap. 12. p. 343.

Vers. 14. *Tantùm mulieres, & pubem & jumentum, & omne, quod erit in urbe, omne spolium prædaberis tibi, & comedes hostium tuorum, quæ, &c.*

Ecce (1.) *Metonymiam adjuncti* pro subjecto: nam *pubes* pro *juventute* est. (2.) *Enallagen numeri* singularis, *jumentum* & *spolium*, pro plurali, *jumenta* & *spolia*. (3.) *Synecdochen speciei* pro genere: *comedere* enim pro *frui* ponitur. *Ariæm.* in Bibl. p. 170. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 184.

Vers. 16. *Tantùm de civitatibus populorum istorum, quos Dominus Deus dans tibi hereditatem, non vivificabis omnem spirationem.*

Habes hic (1.) *Ellipsin* tum verbi substantivi, *Deus*, scil. *est*; tum præpositionis IN, ante nomen, *hereditatem*. (2.) Hebraismum: *vivificare* enim Hebræis est, *in vita conservare*. (3.) *Enallagen* abstracti: *spirationem*, pro concreto, *rem spirantem prædita m*. Ariœm. in Bibl. p. 170. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 428. Jun. ibid. p. 184.

Vers. 17. *Quia perdendo perdes eos, Chittæum, & Amorrhæum, & Chananæum & Pheresæum & Chivvæum & Jebusæum, quemadmodum præcepit tibi Dominus Deus tuus.*

I. Occurrit hoc loco (1.) *Epizeuxis*, Hebræis frequentata: *Perdendo perdes*, i. e. *omninò & ad internecionem usque perdes*. (2.) *Enallage numeri* singularis, *Chittæum, Amorrhæum* &c. pro plurali, *Chittæos, Amorrhæos*, &c. *Jun.* in Not. ad eund. p. 184.

II. Quidam ex *Calvini* asseclis, ut *absolutum ipsius decretum* tueantur, statuunt, *Deum homines quosdam æterno exitio absolutè destinâsse*, idq; comprobare conantur exemplô *Chananæorum gentium*, quas *simpliciter* & *extra spem veniæ* ad exitium destinaverit.

℞. (1.) Non licet consequentias nectere à *temporali* excidio ad exitium *sempiternum*: sæpe enim vult Deus, ut aliquis temporali morte moriatur, ob admissa scelera, sicut de *homicidis*, *adulteris maleficis* promulgavit statuta Israelitis, ne sinant tales vivere; neq; tamen consequitur, illos omnes esse damnatos *simpliciter*, cùm eorum multi per DEI gratiam converti possint & salvari, ut *latro in cruce*, & alii. (2.) Deus multos etiam destinat *æterno* exitio, quos tamen volebat salvos; &, qui ut salvarentur, sufficientem ipsis conferebat gratiam, veluti planissimis verbis docet *Christus* Matth. 11. vers. 21. &c. 23. vers. 37. (3.) Decretum Dei de *exscindendis Chananæis*, non fuit *absolutum*, sed *determinatum*, utpote ab ipsorum peccatis, in quibus contumaciter persistebant, unicè dependens Deut. 20. v. 18. Certè iterum atque iterum protestatur Moses, justô Dei judiciô, gentes has, ob *multiplicem earundem impietatem*, à terra esse evomitas, Num. 18. v. 18. & c. 20. v. 23. (4.) Adhæc ex his ipsis gentibus leguntur aliqui populo Dei jobti & salvati, ut *Rahab* cum familia paterna, Hebr. 1. v. 31. Jacob. 2. v. 25. *Gibeonitæ*, Josu. 9. vers. 27. *Urias Hethæus*, 2. Sam. 11. v. 11. *mulier Chananæa*, cujus filiam è Diabolo liberavit Dominus, Matth. 15. v. 28. Converti autem & salvari non potuissent, si comminatio illa Deut. 20. vers. 16. de *universis Chananæis gentibus*, v. 17. enumeratis, exscindendis, significaret *absolutum* decretū exitii æterni *Hunn.* tom. 1. oper. Lat. 801. *Brochm.* tom. 2. System. Theol. art. de Gratia Dei, c. 2. q. 8. p. 576. seq.

III. Præceptum hoc Dei videtur pugnare cum exemplis non illaudatis. Etenim Josua Gibeonitas Josu. 9. v. 26. & Salomo Amorrhæos vivere sivit; cùm Deus *gentes illas* internecione perire mandaverit.

℞. Neque Josua neque Salomo contra hanc legem Mosis venit in illo facto: nam mandatum in expeditionibus bellicis duplex est: *prius* de offerenda pace; *posterius* de inferendo bello iis, qui pacem legitimam non acceperint. *Prius* mandatum de offerendo pace communiter ad omnes pertinet, nempe ut tùm iis, qui in Chananæa, offerretur pax; *alterum* verò mandatum de iis, qui hostiliter excepturi essent Israelitas, distinctionem adhibet. Nam iis, qui non erant de populis Chananeæ, parcebatur, superatis bellô, præterquam maribus grandioribus; iis verò, qui ad *Chananæam* pertinebant, ne minimis quidem parcebatur, quia sententiâ DEI devoti erant omnes excidio. Gibeonitæ autem petiverunt ipsi pacem, *Jos.* 9. v. 6. Amorrhæis Salomo pacem obtulit, acceperuntq; conditiones illius: igitur illorum causa ad *prius* præceptum illud, non ad hoc *posterius* pertinet. *Jun.* tom. 1. oper. Theol. p. 566.

Vers. 19. *Cum obsederis urbem diebus multis, pugnando super eam, ad capiendum eam, non corrumpes arborem ejus, impellendo super eam securim, quia ex illa comedes, & ipsam non succides, quia homo, arbor agri, ad veniendum a faciebus tuis in obsidionem.*

Videsis (1.) *Enallagen numeri* singularis, *arbor*, pro plurali, *arbores*. (2.) *Metonymiam subjecti* pro adjuncto: Ex *arbore* comedes, h. e. ex *fructibus* arborū. (3.) *Ellipsin* nominis, commodè ad genitivum sub intelligendi: הָאָדָם. *homo*, pro, חַיֵּי אָדָם *vita hominis* ex fructibus arborum sustentatur; ideoque non sunt perdendæ aut succidendæ arbores. *Ariæm.* in Bibl. p. 170. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 428. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 22. p. 85. & can. 39. n. 6. p. 157. seq.

CAP. XXI. v. 2. *Egredientur majores natu & judices tui, & metientur a loco cadaveris singularum per circuitum*, &c.

Nonnulli *Pseudopolitici* statuunt, *Theologos causarum matrimonialium cognitione esse arcendos*, cùm *judices politici causis criminalibus quæ caderint in* V. T. proinde & *causarum matrimonialium dijudicatio illis fuerit commissa*.

℞. In *Synedrio Hierosolymitano* non *politicas* tantùm, sed etiā *Ecclesiasticas* personas præsedisse, nulla veritatis specie negari potest. et supremum judicium causarum matrimonialium fuit penes *Synedrium Hierosolymitanum*. Si quid vero causarum *criminalium* à Sacerdotibus V. T. dijudicandum fuerit, in N. T. à Christo abrogatum est, retentâ causarum *matrimonialium* cognitione, exemplô *Christi*, Matt. 19. v. 3. & Pauli, 1. *Cor.* 7. v. 1. *Gerhard.* tom. 7. LI. CC. loc. 28. de Conjug. §. 700. p. 1157.

Vers. 8. *Expia populo tuo Israël, quem redemisti Domine, & ne des sanguinem innocentem in*

medio

medio populi tui Israel, & expiabitur ejus sanguis.

In versu hoc continetur (1.) *Metonymia effecti pro causa. sanguis* enim notat *reatum ac pœnam sanguinis injuste effusi.* (2.) *Pleonasmus*: In *medio populi tui*, h. e. in *populo suo. Vatabl.* in Anoot. ad h. l. p. 419. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 15. m. 3. p. 449.

Vers. 10. *Cum egressus fueris ad bellum contra hostes tuos, & dederit eum Dominus Deus tuus in manus tua, & captivaveris captivitatem ejus.*

Recurrit huc (1.) *Enallage* numeri: nam substantivo plurali, *hostes*, respondet pronomen singulare, *eum*, quo distributio notatur. (2.) *Metaphora*: *manus* enim pro *potestate* est. (3.) Hebraismus: *Captivare* namque *captivitatem*, Hebræis est, *captivam facere captivorum multitudinem*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 429. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 184. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 17. m. .p. 206.

Vers. 13. *Et removebit vestimentum captivitatis suæ desuper se, & manebit in domo tua, & flebit patrem suum, & matrem suam lunâ dierum, & postea ingredieris ad eam, & eris maritus ejus, & erit tibi in uxorem.*

I. En (1.) Hebraismum: *Luna dierum*, pro, *mense pleno, i. e. tot diebus, quot durat Lunæ ambitus.* (.) *Euphemismum*: nam בוא, *venire* seu *ingredi ad uxorem*, verecundô Spiritus sancti stylô *concubitum* notat. *Iun.* in Not. ad h. l. p. 184. *Glass.* lib. 1. Philol. Sacr. tract. 3. sect. 8. m. 1. p. 307.

II. *Hunnius* tom. 3. oper. Lat. p. 9. sentit, *licuisse Israelitico viro in terra sancta mulieres indigenas ex alia tribu ducere uxores*, quòd *quavis mulier peregrina, in bello capta, certis tantùm observatis conditionibus, à viro Israelita duci potuerit.*

Tarnovius in Exerc. Bibl. p. 18 seq. respondet (1. committi *ignorationem elenchi*: siquidem in statu controversiæ apponatur, *in terra sancta*, ut excludantur conjugia, cum *captivis* fæmellis inita. (2. *Negando consequentiam*, cùm de *peregrinis* nullum sit dubiũ, siquidem causa dubii nulla, eò quòd non potuerint, succedere in bona immobilia terræ Chanaan. (3.) Non ita facilè licuisse matrimonia inire cum *peregrinis*, sed etiam hinc *cum certis conditionibus* à Deo propter σκληροκαρδίαν Judæorum indultum; id quod indicent ritus, istis nuptiis adhibendi, v. 12, omnes eò directi, ut inciperet odisse amator amatam. Ita ille.

Vers. 15. *Si quis habuerit uxores duas, unam dilectam, & alteram exosam, genuerintq; ex eis liberos, & filius exosa*, &c.

Theologi quidam disputant, πολυγαμίαν *Patrum V. T. non fuisse peccatum*, quin potiùs *Deum ipsam approbâsse*, quòd *ille disposuerit de jure inter liberos polygamorum*; at *qui disponit de consequente, ille etiam velit antecedens.*

℞. *Gerhardus* tom. 7. LL. CC. loc. 28. de Conjug. §. 223. p. 3. p. dicit. responderi posse. (1.) *exosam illam* potuisse esse vel *repudiatam*, vel etiam *mortuam*; quâ ratione maritus non fuerit polygamus *simultaneus*. (2.) Leges ferri non solum de iis quæ *approbantur*; sed etiam de iis, quæ *tolerantur*. Mosen igitur hic agere *politicum legislatorem* in vita *civili*, non *Ecclesiæ doctorem* in vita *spirituali*. (3.) Axioma illud, *qui disponit de consequente, ille etiam vult antecedens*, multas pati instantias. Sic vetat Deus *quæstum meretricium*, sive prostibuli mercedem inferri ærario templi, Deut. 23. v. 18. nec tamen *meretricium quæstum* approbat. Aliud est, factum aliquod publica consvetudine receptum *unde recensere*, & ex eo casum, (ut vocant) formare: aliud factum tanquam *legitimum & divinitus concessum approbare*; quod *posterius* ex *priori* deduci nequit. (4.) Nam posse ex loco quicquam amplius colligi, quàm quòd Deus in populo suo polygamiam, publicâ & universali consuetudine receptam peculiarem ob fidem, videlicet, ob Abrahæ posteritatem *toleraverit*, licèt ipsa sine transgressione legis primordialis non fuerit. (5.) *Franzius* disp. 8. Vindic. thes. 88. addit, in textu dici, *cùm fuerint viro duæ uxores*; non verò, *vir cùm ducere voluerit, duas vel plures ducere poterit*. Tantummodò igitur cavere per talem casum, ne *plus confusionum vel malorum in conjugio consequatur*; non verò *approbare istos mores, qui loco conditionum præmittuntur.*

Vers. 16. seq. *Non poterit filium dilectæ facere primogenitum & præferre filio exosæ, sed filium & exosæ agnoscet primogenitum*, &c.

I. Deprehenditur hoc loco (1.) Hebraismus: *Non poterit*, h. e. *non jure & legitimè id facere potest*, seu *non debet*. (2.) Metaphora: *Os duorum*, h. e. *partes duas*. Ariœm. in Bibl. p. 170 *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 12. p. 260.

II. Hæc Dei lex *repugnare* videtur haud improbato Jacobi exemplo: *ille* enim jus primogenituræ, seu duplam hæreditatis partem, primogenito dilectæ Rachelis filio *Iosepho* assignavit, *Gen.* 48. v. 5. 1. Chron. 5. v. 1.

℞. (1.) *Illo tempore* lex ista nondum erat lata. (2.) Joseph erat *reverà primogenitus* ex justa uxore. (2.) Alterius quoque conjugis *Lea* filio, *Iuda* nimirum, altera primogenituræ prærogativa cessit, nempe *principatus in fratres*: atque sic duplex istud primogenituræ privilegium inter duos germanarũ conjugum fratres æqualiter & sapienter fuit distributum. *Walther.* in harm. Script. p. 212.

Vers. 20. *Filius iste noster protervus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuria*, &c.

Christus in T. N. *non addidit Decalogi præcepta de non furando, novam legem de luxu in cibo & potu vitando*: istiusmodi enim *luxus in* V. T. *adeò permissus non fuit*, ut *ob eum filius epulo & potator lapidetur.*

Smalcius disp. 7. contr. Franz. fol. 257. respondet 1. in *certis tantùm hominibus* comessationis vitium reprehendi, & longè diversa esse, *filium* potatorem ad judicium deferre licuisse olim, & *possessori bonorum* licuisse illis uti pro arbitrio suo; at Evangelium Christi *omnibus*, qualescunq; tandem sint & quomodocunque liberi, etiam *Principes*, quibus nunquam sumtus deesse possunt, interdicere comessationes.

℞. Vitium comessationis in veteri lege *omnibus* fuit interdictum: ut enim in filiis continenter educandis tàm severus fuit Deus in lege sua, quàm ut viros Respublica ipsius haberet sobrios & continentissimos, tàm *Principes*, Eccles. 10. vers. 16. & Prov. 31. v. 4. quàm *subditos*, imò & *omnes homines* Prov. 21. v. 17. c. 23. v. 30.

2. Aliud esse, comessationibus *perpetuo* vacare; aliud verò, *interdum* vel etiam *crebro* iis indulgere: *hoc* absque jactura omnium bonorum esse potuisse, *illud* verò minimè; atque *hoc* fortasse in lege prohi-

prohibitum fuisse. At Evangelium *omne* comessationem interdicere.

℞. (1.) Smalcius animadvertere debebat, finem hujus pœnæ fuisse, ut populum Deus haberet sobrium, v. 21. & omnem crapulam, etiam minimam, quandocunque fit, cor hominis gravare, Luc. 21. v. 34. (2.) Evangelium *non omnem comessationem* interdicit: nam & *Christus* intererat *nuptiis*, *conviviis & canis opimis*, adeò ut *homo verax*, *potator vini*, publicanorum ac peccatorum amicus audiret, *Matth.* 11. v. 19. & *Johann.* 12. v. 2.

3. Non ob id solùm, quòd *filius comessationibus & conviviis indulgeret*, parentibus licuisse, eum in judicium trahere, sed quòd *contumax & protervus esset, & monita patris ac matris audire contemneret*, ut ibidem additur; quæ longè graviora esse *comessationibus & conviviis*: Evangelium verò ob *solas comessationes* homini æternam damnationem denunciare.

℞. Aut *copulativè*, aut *disjunctivè* accipienda sunt hæc Deuteronomii verba. Si *copulativè*, eodem res redit, quia indicatur pertinax, impœnitens & incorrigibilis potator. Si *disjunctivè*, tum licebat accusare filium rebellem, licebat accusare filium potatorem, & alium in similibus peccatis impœnitenter perseverantem. *Posteriorem* sensum plus admittit contextus, quia præmittitur *rebellis*, tandem sequitur *potator*.

4. Licuisse quidem id parentibus *facere*, interim verò potuisse id *non facere*; nobis verò de eo sermonem esse, quòd *pratiò præcipitur*, & salutem hominibus adimit: non constare autem, pœnam fuisse destinatam parentibus, qui talem filium ad judicium pertrahere negligerent.

℞. Potatoribus filiis & per consequens *patribus*, & ut patribus, filios potatores non deferentibus, certæ constitutæ sunt maledictiones, Deut. 27. & 28. & in illa comprimis, Deut. 27. vers. 26. regula, ubi damnatur, quisquis non manet in omnibus, quæ scripta sunt in lege. *Franz.* disp. 8. Vindic. thes. 94. 95. 96. seq. *Stegm.* disp. Antiphotin. 19. q. 5.

Vers. 21. *Lapidibus eum obruet populus civitatis, & morietur.*

I. Moses Salomoni *contradicere* videtur: *ille* enim jubet filium contumacem interfici; *hic* verò præcipit, ne parentes elevent manus suas ad filium interficiendum, Prov. 19. v. 18.

℞. (1.) dictum loquitur de filiis *incorrigibilibus*, vers. 20. *posterius* verò de talibus liberis, *apud quos aliqua adhuc spes emendationis affulget*; dicit enim Salomon: *Castiga filium tuum, quia est spes.* (2.) In fonte apud Salomonem l. c. de *interfectione* nihil legitur: *Ad perniciem ejus ne condonato animus tuus*, vertit Tremellius. *Walther.* in harm. Script. p. 213.

II. *Bodinus* lib. 1. de Republ. c. 4. contendit, *parentes habere jus vitæ necisque in liberos*, eò quòd *parentibus data sit à Deo potestas filium rebellem lapidibus obruendi.*

Resp. Hoc nihil facit ad rem: nam Dominus *parentibus* non permittebat occisionem liberorum *propria authoritate*, sed voluit, ut querelam contra filium rebellem ad *Judices* deferrent, v. 19. neque hi ad solas parentum querimonias & accusationes sententiam ferrent, sed cognitionem causæ præcedere, & non nisi convictum, capitis supplicio, non à *parentibus*, sed à *judicibus* per ipsorum ministros, affici voluit. *Illorum* vindicta foret privata, *horum* verò est publica & licita, quippe divinitus imperata judicibus. *Balduin.* l. 4. de Casib. consc. cap. 14. cas. 5. p. 1227. *Matth. Dithmars.* in Syst. polit. p. 138. 145.

Vers. 23. *Non pernoctabit cadaver suspensi in ligno, quia sepeliendo sepelies eum in die ipso, quia maledictio Dei suspensus, &c.*

I. Offert sese (1.) *Metonymia materiæ* pro materiato: nam *lignum* pro *cruce lignea* seu *patibulo* ponitur. (2.) Epizeuxis: *Sepeliendo Sepelies*, h. e. *omnino sepelito.* (3.) *Enallage* abstracti, *maledictio*, pro concreto, *maledictus.* Jun. in Not. ad h. l. p. 185. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. p. 21.

II. *Zepperus* tract. de legib. Mosaic. lib. 5. cap. 7. p. 715. negat, *corpora facinorosorum in patibulo vel rota licite posse relinqui insepulta*, quoniam *hoc ipsum legi divinæ repugnet.*

Resp. Lex hæc *judicialis* partim, partim *ceremonialis* fuit, ac *Judaicum duntaxat populum*, non verò *Christianum* obligavit. Hæc enim lex imprimis respiciebat *Christum*, qui futurus erat in ara crucis κατάρα Galat. 3. v. 13. cujus etiam corpus in cruce non erat relinquendum sed statim in sepulchrum honorificè inferendum, Johann. 19. v. 31. seq. Quocirca lex de non relinquendis in patibulo suspensorum corporibus, *passione & morte Christi* abolita fuit. *Gerhard.* tom. 8. LL. CC. loc. 29. de Morte §. 89. p. 149. seq. *Brochm.* tom. 2. System. Theol. art. de Mort. c. 3. cas. consc. 11. p. 6042.

III. *Baronius* censet, *apud Judæos sepulturam die festo vel Sabbato licitam fuisse* quòd vi legis Mosaicæ, *suspensi in patibulo corpus, ipsâ suspendii die adhuc demittendum fuerit.*

Resp. *Illud* ex *hoc* non sequitur: quia probandum priùs erat, suspendium die festo vel Sabbato licitum Judæorum moribus fuisse, quòd omnes Rabbini negant. *Gerhard.* par. 2. Harm. Evangelist. p. 1094. seq.

IV. *Hunthlaus* in Epitom. de Verb. Dei cap. 8. suspicatur ex Hieronymo, *Hebræos codices esse vitiatos*, quoniam illud, *à Deo*, fuerit additum.

Resp. Hieronymus *conjecturis* utitur & *suspicionibus*, quæ non sunt pro *demonstrationibus*; alioqui nulla Scriptura nobis supererit non corrupta. Nam & *Latina versio* retinet, *maledictum à Deo*, quod etiam est in Hebræo textu: Quid enim aliud est, *maledictio Dei suspensus?* *Cham.* tom. 1. Panstr. l. 12. c. 12. n. 95. seq.

V. Moses Lucæ repugnare videtur; *ille* enim suspensum in ligno pronunciat à Deo maledictum, *hic* vero latronem in cruce, ex ore Christi proclamat benedictum & salvatum, Luc. 23. v. 43.

℞. Verba Mosis non debent sic intelligi, quasi suspensus, *in ligno pœnitentiam agens*, non salvetur, (reclamat enim allatum *latronis* exemplum) sed quia per hanc sententiam maledictionis suspensorum, adumbrari debuit nostræ redemptionis mysterium, quòd *Christus* in cruce suspendendus olim, maledictionem legis suo corpore susceptiturus esset ob peccata non *sua*, sed *nostra*, & impetraturus, ut *benedictio Abrahæ* veniret in gentes per Christum JEsum *illud semen Abrahæ benedictum*, in quo omnes familiæ terræ benedicendæ erant, Gal. 3. v. 13. *Hunn.* tom. 4. oper. Lat. p. 412.

CAP. XXII. v. 1. *Non videbis bovem fratris tui, aut pecudem ejus, depulsos, & occultabis te ab illis: reducendo reduces eos ad fratrem tuum.*

Moses utitur (1.) *Ellipsi* particulæ SI ab initio hujus sententiæ: *Si videris bovem*, &c. (2.) *Hypallage*: adverbium enim negativum NON *prioris* propositionis connexæ membro additur, *Non videbis.*

debis, &c. cum deberet posteriori, *non occultabis te*. (3. *Synecdoche species* pro genere: nam *frater* ponitur pro *gentili*. (4.) *Epizeuxis*, Hebræis frequentata: *Reducendo reduces*, h.e. *omnino reducito*. Jun. in Not. ad h. l p. 185. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 5. can. 23. p. 492.

Vers. 4. *Non videbis asinum fratris tui, vel bovem ejus cadentes in via, & occultabis te ab eis, erigendo eriges tecum.*

Philologica hujus loci enodata vide in Vindic. *Deut* 22. v. 1.

Vers. 5. *Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste fœminea: abominabilis enim apud Deum est, &c.*

I. Nonnulli ex *Calvini* sectatoribus *ludos scenicos*, quales sunt Comœdiæ & Tragœdiæ *prorsus repudiant*, quòd lex Domini prohibeat *viris vestimentum fœmineum*, sub quo in *ludis illis* masculus personam *fœminæ* agat.

℞. Lex illa loquitur vel de mutatione vestium, *ignorante proximo*, & causâ *percipiendi* factâ; vel *conversatione politica*, in qua debet esse *sexuum distinctio* etiam *externa*, quæ fit per *vestimenta*. Malè autem extenditur ad *ludos scenicos*, *animi* causâ, *non fallendi* proximum, aut *confundendi sexûs* ergò susceptos. *Bald.* l. 4. de Cas. consc. cap. 1. cas. 2. p. 853. seq. *Meisner*. par. 1. Phil. sobr. sect. 2. c. 4. q. 1. p. 5-4.

II. *In lege Mosis prohibita fuerunt scurrilitates, levitates, & impudicitia, adeò ut earum prohibitione non demum Christus in N. T præceptum Decalogi, de non mœchando perfecerit: nam Deus severè sanxit, ne fœmina induat vestimenta virilia*, utpote quia *sub his omne genus scurrilitatis, levitatis, impudicitiæ committebatur.*

Smalcius contr. Franz. fol. 251. regerit, quid commune habeat prohibitio *legalis*, ne vir induatur vestimentis mulieris, cum prohibitione *turpiloquii, stultiloquii, & facetiarum.*

℞. Audiat ergo Smalcius ex propriis ibidem subjunctis verbis, quid commune habeat *hæc* cum *illa* probibitione: *Inductio ista factum est valdè leve & obscœnum, quod peccati gravioris occasionem etiam facilè præbere potest, & a quo denique ipsa ratio abhorrere videtur.* Hæc ille. Fatetur ergò *inductionem vestimentorum alterutrius sexûs* complecti, 1. *levitatem*, 2. *obscœnitatem*, 3. *occasionem graviorum peccatorum*, 4. *aliquid contra rationem*, ubi rectius diceret, *contra Dei institutionem*. Jam verò, qui prohibetur *induere vestem mulieris*, is prohibetur sibi cavere ab *omni levitate*, obscœnitate omni, & ab iis, quibus occasionem talis res facile præbere potest. Et si inductiò ista complectitur totidem vitia, tum per inductionem prohibitam simul totidem vitia prohiberi, quisnam negabit. *Franz.* disp. 8. Vindic. thes. 72. 74. 75. & in Schol. Sacrif. disp. 20. thes. 112.

Vers. 9. *Non seres vineam tuam mixturis, ne forte sanctificetur plenitudo, semen quod sevisti, & proventus vineæ.*

In versu hoc habetur (1.) *Ironia*: nam per antiphrasin dictum, תִּקְדַּשׁ, *sanctificetur*, pro תִּסְתָּאַב, *polluatur*, Chaldæo interprete, h.e. ne ejusmodi sint, ut *sanctificari* debeant aut *mundari*, sive ne ut *immunda*, pereant tibi fruges, enatæ è diversis seminibus & cum illis fructus vineæ. (2.) *Metonymia adjuncti* pro subjecto: *plenitudo* enim pro *fructu abundante & maturo* accipitur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l p. 431. *Glass.* lib. 1. Philol. Sacr. tract. 3. sect. ×. m. 2. p. 308. & lib. 5. tract 1. cap. 5. m. 1. p. 80.

Vers. 11. *Non indueris vestimento, quod ex lana linoque contextum est.*

Controversiam, circa locum hunc motam vide in Vindic. *Levit.* 19. v. 19. decisam.

Vers. 18. *Et capiet pater puellæ & mater ejus, & educent virginitates puellæ ad seniores civitatis ad portam.*

Metonymia est *subjecti* pro *adjuncto*: tum quia *virginitas* ponitur pro *signo virginitatis*, v. 17. quod erat *linteum sanguine hymenis rupti infectum*, indicium virginitatis, in quo congressus primùm fuerat maritus cum virgine, quodque parentes asservare solebant: tum quia *porta* pro *judicio* est, siquidem in *portis* judicium olim habebatur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 432. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 185. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 3. m. 5. p. 49.

Vers. 19. *Et multabunt eum centum argenti, & dabunt patri puellæ, quoniam eduxit nomen malum contra virginem Israel, & ei erit in uxorem, non poterit eam dimittere omnibus diebus suis.*

En (1.) *Metonymiam materiæ* pro *materiato*: nam כֶּסֶף, *argentum*, cum nomine numerali, מֵאָה, *centum*, significat *siclos argenteos*. (2.) *Hebraismum*. Non *poterit*, i.e. *jure & legitimè* id non potest facere. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 432. *Glass.* lib. 5. Phil. Sacr. tract. 1. cap. 1. in. ult. p. 20.

Vers. 20. seq. *Quod si non est in puella inventa virginitas, ejicient extra fores domûs patris sui, & lapidibus obruent viri civitatis illius, & morietur.*

Quidam statuunt, *novum maritum ob non inventum in sponsa virginitatis signum* (quod Medici *Hymena* vocant) *licitè posse separationem à sponsa petere, eumque à judice audiendum esse*; quoniam hec de re Deus disertè pro *affirmativa* pronunciaverit.

℞. Lex ista Mosaica, utpote *forensis*, ad *Israeliticum duntaxat populum* pertinuit; alias enim tales sponsæ, de quarum pudicitia linteum non fert testimonium, v. 16. coram paternis ædibus adhuc hodie forent lapidandæ. Quarè abrogatâ istâ lege, hodie non potest huic probationi *absolutè & simpliciter* insisti (quia vel fluxu morbifico, vel attritione, vel alio quodam casu contingere potest, ut signum illud virginitatis depereat) perinde ut *aquas illas amarissimas* in *probationem adulteris* adhibere amplius non licet, *Numer.* 5. v. 18. *Gerhard.* tom. 7. LL. CC. loc. 22. de Conjug. §. 114. seq. pag. 194. & 195.

Vers. 22. *Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur, idest, adulter & adultera, & auferes malum de Israel.*

I. *Calvinus* in verba legia *Deut.* 22. v. 22. *adulterium* restringit ad *solam consuetudinem cum persona maritata*, eò quòd *tale* mereatur pænam *capitalem*.

℞. Ratio hæc nihil aliud evincit, quàm quod non *quodvis* adulterium supplicium *capitale* mereatur, & quod dispar *adulteriorũ* gravitas sit. Nam *simplex* adulterium est; quando vel maritus cònsuescit cum soluta, vel solutus uxorem alterius polluit, quorum *hoc* gravius peccatum est: *duplicatũ autem* adulterium est, quando conjugatus maritatæ mulieris thorum scandit & inquat. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Leg. c. 12. sect. 2. q. 3 p. 146.

II. *Hieronymus* in c. 19. existimat, *personam conjugatam innocentem nec posse nec debere adulterã retinere*, quòd *Deus adulteros lapidari mandaverit*, ideoque *noluerit eos à conjugibus in gratiam recipi.*

℞. (1.) Confunduntur *diversæ* quæstiones: alia n. quæstio est de officio *Magistratus*, quam ille pœnã in adulteros statuere debeat; alia verò quæstio est de

officio *hominis privati*, quid illi ratione conscientiæ faciendum sit, si Magistratus io officio suo negligens fuerit. (2.) Nec statuimus, maritum debere conniveread adulteræ flagitia, vel nequitiam ejus planè impunitam dimittere, vel pecuniâ, sive aliâ quapiam re de adulterio pacisci; sed *seriò pœnitentem, & à peccatis desistentem*, si Magistratus gratiam illi faciat, in thorum à marito recipi posse dicimus. *Gerhard.* tom. 7. LL. CC. loc. 28. de Conjug. §. 613. seq. p. 1030. & 1031.

Vers. 29. *Et dabit vir coiens cum ea patri puellæ quinquaginta argentum, & ei erit in uxorem, pro eo quod afflixit eam, non poterit dimittere eam omnibus diebus suis.*

Redit huc (1.) *Metonymia materiæ* pro materiato: *argentum* enim pro *siclis argenteis* ponitur.. (2.) *Synecdoche generis* pro specie: nam *affligere*, est, *constuprare* mulierem. (3.) *Hebraismus:* Non *poterit*, h. e. non *debet*. Jun. io Not. ad h. l. p. 186. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tr. 1. m. ult. p. 20. & c. 14. m. 4. p. 445.

CAP. XXIII. v. 2. *Non ingredietur spurius in Ecclesiam Domini, etiam usq; ad decimam generationem non ingredietur sibi* &c.

I. Moses utitur (1.) *Enallage modi* iodicativi, *ingredietur*, pro imperativo, *ingreditor*. (2.) *Synecdoche speciei* pro genere. Etiam usque ad *decimam generationem*, h. e. *nunquam*, est enim oumerus *absolutus & perfectus*, & v. 3. exponitur, *usq; in seculum*. (3.) *Pleonasmô*, nam pronomen *sibi* abundat. *Ariam.* in Bibl. p. 172. *Vatabl.* in Aooot. ad h. l p. 433. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 186.

II. Nonnulli ceosent, *spurios infantes ad Baptismum non esse admittendos*, quòd *prohibeantur à Deo ingredi Ecclesiam Dei*, atque adeò & *circumcidi* in Veteri, & *baptizari* in N. T.

℞. (1.) *Ingredi Ecclesiam* hoc loco non significat *fieri membrum Ecclesiæ, & interesse publicis sacris; sed publicô officiô in Ecclesia ac politia fungi.* Nã v 1. *Eunuchi* attritis vel amputatis testiculis & abscissô veretrô itidem prohibentur Ecclesiam ingredi: quòd si hâc loquendi formulâ ab *auditu verbi & usu Sacramentorum* excluderentur, ab ipsa quoque salute exclusi forent, cujus contrarium testatur Esaias c. 56. v. 4. itemque exemplum *Iephtha* Hebr. 11. v. 32. quæ evidenter probant, spurios hâc DEI lege non à *publicis sacris & usu Sacramentorum*: Sed à *publicis officiis Ecclesiasticis ac politicis* excludi. (2.) Positô autem *spurios à publicis sacris in V. T. fuisse exclusos*; id tameo in *N. T.* non valeret: nam *hic nullum est discrimen hominum*, testibus *Petrô* Actor. 10. v. 35. & *Paulô*, Rom. 10. v. 12. *Gerhard.* tom. 4. LL. CC. loc. 23. de Baptism. §. 206. p. 1182. seq.

III. Lex hæc *repugnare* videtur laudato *Jephthæ* exemplo: *is* enim Spurius fuit, judic. 11. v. 1. & tamen *judicis* officiô functus est in Israel, v. 11. & c. 12. v. 7.

℞. Quod Jephtha *dux* Gileaditarum constituitur, illud tanquam *extraordinarium* regulæ *generali* non præjudicat *Id. ibid.*

IV. Inveniuntur, qui negant, *Spurios ad honorandos parentes lege divinâ obligatos esse*, quia *parentes liberis aditum præcludant ad honorata officia.*

Resp. (1.) Ratio hæc non est sufficiens: nam ob *vitam naturalem*, quæ debetur parentibus, etiam *scortatoribus*, omninò obligantur spurii ad honoeem parentibus præstandum. (2. Exclusio spurioeum ab officiis sacris & politicis *sublata est in N. T.* *Brochm.* tom. 2. System. Theol. art. de Leg. c. 10. sect. 3 q. 3. p. 125. & 126.

Vers. 6. *Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum.*

I. *Manichæi* rejecerunt *doctrinam* V. T. quippe *inimicos diligi & cum iis pacem fieri prohibentis*; id quod pugnet cum *Christi præcepto de diligendis inimicis*, August. l. 19. contr. Faust. Manich. c 24.

℞. Deus etiam in V. T. expressè præcepit *dilectionem inimici*, Exod. 23. v. 4. eam igitur in lege non *simpliciter* prohibuit. Nam prohibitio populo Israelis facta, ne pacem faciaot cum Ammonitis & Moabitis, *peculiare* mandatum Dei fuit. Nec defuit ratio: illi enim populi non modò *corporali vitæ*, sed etiam *æternæ saluti Israelitarum* insidiati fueraot. *Balduin.* lo disp. de Coloss. 1. q. 1. *Walther.* in harm. Script. p. 213.

II. *Papistæ* quidam statuunt, *pacem hæreticis datam non esse servandam*, eò quòd *Israelitæ cum Ammonitis & Moabitis pacem facere non debuerint*, cùm *exclusi sint ab Ecclesia DEI.*

℞. (1.) Mandatum illud, quia *specialiter* Israelitis datum fuit, ad *Christianos* in N. T. non pertinet. (2.) Nec causa ipsius extitit *religio tantùm eorum falsa*, sed quia *commeatum Israelitis præbere noluerunt, & procurârunt maledictionem eorum*, vers. 4. alioquin cum *Idumæis, Ægyptiis & aliis*, (etsi infidelibus, & Ecclesiæ Dei persecutoribus) illud conceditur, v. 7. & 8. *Thumm.* in Explic. Decalog. p. 271. & 273.

Vers. 13. *Et paxillus erit tibi super Zonam tuam, & erit in sedendo te extra, & facies in eo, & reverteris & operies egesta tua.*

Ecce (1.) *Euphemismum:* nam *ejectionem stercoris ex alvo* Spiritus Sanctus εὐφήμως vocat voce *sedendi*. (2.) Hebraismum: *Reverteris & operies*, id est, *rursus operies*. Juo. in *Not.* ad h. l. p. 186.

Vers. 14. *Quia Dominus Deus tuus ambulat in medio castrorum tuorum, ad eruendum te, & addandum hostes tuos ad facies tuas, & erunt castra tua sanctitas, & non videbit in te nuditatem verbi, & avertatur de post te.*

I. In textu hoc occurrit (1.) Ἀνθρωποπάθεια; *ambulatione* enim *DEI in populo suo*, ejus *præsentia gratiosa & beneficentia* significatur. (2.) *Enallage* abstracti, *sanctitas*, pro concreto, *sancta*. (3.) Hypallage: *Nuditatem verbi*, pro, *verbum nuditatis*, h. e. *turpem aliquam rem.* (4.) Pleonasmus: *De post te*, pro, *de velà te*, τῷ *post* redundante. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 434. *Iun.* in Not. ad euud loc. p. 186. *Glass.* lib. 5. Philol Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 143.

II. Præcepto Decalogi de *non mœchando*, Christus in N. T. non demum adjecit *novam legem de vitanda omni immunditie & obscœnitate*; nam Deus hic vetat, *ne propter opus naturæ molestia alicui creetur*, additâ tum *obedientibus* benedictione; tum *inobedientibus* maledictione.

Smalcius disp. 7. contr. Franz fol. 251. excipit 1. se perspicere non posse, quomodo id verum sit, quod ibi mandetur, *ne in bellis propter opus naturæ molestiam alicui alius exhibeat.*

℞. Nimis perspicuum est mandatum, *ne alvus exoneretur inter cohabitationes hominum, cum molestia proximi.* Certè qui in alvis exonerandis sunt immodestiores, hos consentaneum est, nec à *scurrilitatibus, turpitudinibus, immunditiisq; aliis quibuscunque* abstinere; & contra, qui in hoc genere sunt *pudici & mundi*, illi reliquis speciebus *sanctitatis* itidem faciliùs & lubentiùs assuescent. Unicè ergò cavere voluit Deus, ut *omnia dicta & facta scurrilia, immunda* & *obscœna* ab Israelitis absiot, quæ cum molestia & scandalo proximo fieri possunt.

2. Nec

2. Nec ſe videt, quomodo *mandato huic obedientibus Dei benedictio annuncietur*, cùm ibi cauſa nulla, nedum hæc, contineatur aut exprimatur, *cur Deus in caſtris ambulet*; ſed quia *Deus in caſtris ambulet eô fine, ut ſuos ervat, & inimicos illis tradat*, ideo indignum eſſe, non extra caſtra exire ad requiſita naturæ: alioquin abſurdum eſſe benedictionem Dei promitti ob hujus rei obedientiam.

℞. Nec video cur neget, benedictionem Domini promiſſam illis, qui hoc præceptum eſſent ſervaturi. Annon enim eſt *benedictio* Domini, *tradere hoſtes in manus*, ſeu *concedere victoriam*: hoc ſiquidem disertè inter *benedictiones Dei* refertur, Deut. 28. v. 7. Proinde, quia *benedictio* in Moſe hoc ipſo verbo formaliappellatur *victoria*, ab inimicis reportata; abſurdus eſt Smalcius, qui abſurdum eſſe putat, *benedictionem promitti ob hujus rei obedientiam*.

3. Neque *maledictionem* ibidem annunciari *non obedientibus*, quoniam nihil aliud dici, quam hoc, *nihil in eis, ' caſtris apparere debere fœdi, ut is ne derelinquat eos Dominus*; *derelictionem* verò iſtam non ſtatim eam afferre *maledictionem*, quam alibi minetur Deus legi ſuæ divinæ inobædientibus, cùm multi ſint *deſertionis* extra maledictionem modi, nec rectè ex *genere* inferantur *affirmativè* ſpecies.

℞. (1.) Perperam negat Smalcius, *maledictionem* ibidem annunciari *non obedientibus*. Annon enim *a Domino in bello derelinqui*, id eſt, *hoſtibus tradi*, maledictio una eſt ex *maledictionibus*, Deut. 28. v. 5. *eam* verò ibidem Deus annunciat *non obedientibus*. (2.) *Derelictio* ſeu *deſertio* non ſtatuitur à Moſe *genus*, cujus ſint aliquot ſpecies; ſed *maledictio* eſt genus in Moſe, cujus ſpecies hoc loco introducitur, nimirum *derelictio* ſeu *deſertio* in bello *Franz*. diſp. 8. Vindic. theſ. 83. *Stegm*. diſp. Antiphotin. 19. q. 4.

Verſ. 17. Οὐκ ἔςαι τελεσφόρος ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραὴλ καὶ ὐκ ἔςαι τελισκόμενος πρὸς πᾶσαν εὐχὴν ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ.

Salmeron tom. 8. tract. 59. p. 463. ſuſpicatur, *verſum hunc ex Hebræo textu à Rabinis expunctum fuiſſe, ut Cæſari adularentur*; tempore autem *Chriſti* in textu Hebræo adhuc ipſum extitiſſe, & ad eundem à Phariſæis reſpectum haberi, quando à Chriſto quærunt, ἔξεςι, *licètne cenſum dari Cæſari, an non?*

℞. (1.) Etiam *Latina Verſio* hunc verſiculum prætermittit, quæ tamen Pontificiis eſt avthentica. (2.) In Codicibus *Regiis Græcis* etiam omiſſus eſt. (3.) *Cornelius a Lapide* & reliqui Interpp. nullum hic in Hebræo agnoſcunt defectum. (4.) Autores Paraphraſeon, *Chaldaica, Syriaca, Hieroſolymitana* illum verſum non agnoſcunt, ut non immeritò *Cacaubonus* exerc. 13. ad Annal. Baron. §. 3. ſuadeat, *eum de Codice ſacro delendum eſſe*. (5.) *Theodoretus* quæſt. 28. in Deuter. τελέσφορον dicit eum eſſe, *qui ſacris imbuit*, τελισκόμενον verò, qui *ſacris imbuitur*. Neutrum ſcopo *Salmeronis* congruit. (6.) Imo plane non fuiſſe quid expunctum hoc loco a *Rabinis*, perſuadet *tributorum Cæſari Romano dependendorum*, avetſatio. Cùm enim invui plane & coacti jugo Romanorum ſeſe ſubjici paſſi fuerint, & tributa dependerint eis; quis credat, eos in gratiã *Romanorum* voluiſſe illa verba legis expungere, quibus *ab illo jugo* manifeſtè fuiſſent exempti? quidni ſummô potius ſtudiô ea cuſtodiviſſent & obſervâſſe oi? *Gerhard*. par. 1. lib. 2. ſpec. Confeſſ. Cathol p. 96. obj. 12. *Glaſſ*. l. 1. Phil. Sacr. tr. 1 par. 2. ſect. 2. obj. 11. p. 79. ſeq.

Verſ. 18. *Non introduces mercedem ſcorti, & pretium canis domum Domini Dei tui, omni voto, quia abominatio Domini Dei tui etiam ambo ipſa.*

Habetur hoc loco (1.) *Metaphora*: nam *canis* cynedum & meritorium impudicum ſignificat, v. 17. quippe qui cum cane *obſcænitate* certat. (2) *Ellipſis* tum præpoſitionum IN ante, *domũ*; & PRO ante, *omni*; tum verbi ſubſtantivi, *ambo ipſa*, ſc. *ſunt*. Ariæm. in Bibl. p. 172. *Iun*. in Not. ad h. l. p. 186. *Glaſſ*. lib. 5. Phil. Sacr. tract. 1. cap. 11. p. 327.

Verſ. 19. *Non fænerabaeris fratri tuo, ad uſuram, pecuniam, &c.*

Controverſiam hujus loci vide in Vindic. *Exod*. 22. v. 25. definitam.

Verſ. 20. *Extraneo fænerabaeris, fratri autem tuo non fænerabaeris &c.*

I. *Uſurarum patroni*, uſuram palliaturi, prætendunt, *uſuram populo Dei cum aliquibus exercere, à Deo concedi*.

℞. Uſuram indulgebat Deus *ſolis Iſraelitis* exerceri in *extraneis* populis, licet non in *indigenis*: hoc verò indultum nihil ad *Chriſtianos* pertinet, quia Chriſtus diſcrimen illud inter *indigenam* & *extraneum* in foro conſcientiæ non valere pronunciat; *Luc*. 6. v. 35. c. 10. v. 37. *Thumm*. tract. de Uſur. p. 13.

II. *Ruffus* in Colloq. Franckenthal. art. 2. n. 7. inficiatur, *eandem*, qua vitam & mores, *eſſe* V. & N. T. *doctrinam*: cùm *Iſraelitis* uſura *in extraneis* conceſſa fuerit, non item *Chriſtianis*, quibus uſura in *omnibus omnino hominibus* interdicta eſt.

℞. Anabaptiſta *ignorat elenchum*: nam quæritur de conſtitutionibus *moralibus*, ille verò loquitur de conſtitutionibus *politicis*, ſoli Hebrææ gentilatis, ad quas Chriſtiani in N. T. non alligantur. Dicimus ergò, *non omnia omnino ſtatuta V. T. Chriſtianos N. T. obligare*; ſed in *vita Chriſtiana* nihil à nobis requiri, quod non etiam à fidelibus N. T. fuerit requiſitum. 2. Tim. 3. v. 15. & 16. *Dathen*. in Colloq Franckenthal. act. 27. n. 12. p. 558. ſeq. *VVinckelm*. tom. 3. diſp. Gieſſ. 16. theſ. 52. p. 491.

III. *Manichæi*, apud *Auguſtinum*, in libro contra Adimantum, blaterant *legem veterem fuiſſe injuſtam*, quia *conceſſerit uſuras*.

℞. Olim lex divina conceſſit uſuras, non *ſimpliciter & indifferenter*, quoad *quosvis extraneos populos*, nam alioquin ipſum *peregrinum & inquilinum* eodem jure comprehendit Moſes, Exod. 22. verſ. 21. ſed *determinatè*, quoad *Chananæos*, quorum poſſeſſiones Deus Iſraelitis donaverat. Voluit ergo, ut hoc interveniente medio, Iſraelitæ pecuniam eorum, tanquam *injuſtorum poſſeſſorum*, ad ſe transferrent. Sicut enim Deus, tanquam ſupremus omnium Dominus, dabat illis *vaſa Ægyptiorum*; Sic poterat eisdem dare illam partem pecuniæ, quam locô *uſuræ* accipiebant à ſuis hoſtibus, à Deo ad exitium propter ipſorum abominationes deſtinatis. Atque ita *propriè* non fuiſſet *uſura*, ſed *acceptio res donata*. *Hunn*. tom. 4. Oper. Lat. p. 304. a. *Franz*. tract. de Interp. Script. p. 771. *Meisner*. par. 3. Phil. Sobr. ſect. 1. c. 6. q 1 p. 212. 213. ſeq. *Iun*. tom. 1. oper. Theol. p. 404. *Becan*. in Theol. ſchol. par. 2. tom. 1. tract. 3. c. 4. q 1. n. 1. & 8.

Verſ. 21. *Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere illud, quia requirendo requiret illud Dominus Deus tuus a tecum, & erit in te peccatum.*

I. In verſu hoc eſt (1.) *Epizeuxis*, Hebræis uſitata: *Requirendo requiret*, h. e. *omninò requiret*. (2.) *Pleonaſmus*: A *tecum*, i. e. à *te*, ly *cum* redundante. (3.)

Metonymia causæ pro effectu : nam *peccatum* pro *mulcta* ponitur, q.d. *dabis pœnas*. Ariæm. in Bibl p. 172. *Vatabl.* in Annot. ad h.l. p. 425. *Jun.* in Not. ad eund loc. p. 186.

II *Bellarminus* l. 2. de Monach. c. 19. docet, *omne, quod fit ex voto, etiamsi alioqui a Deo non sit præceptum, verè & propriè Dei cultum esse*, eò quod *vota sint de rebus non præceptis, & tamen placeant Deo, qui severissime solutionem exigat*.

℞. Quid tum, si vota etiam de rebus *non præceptis* severissimè exigantur? Noñe eadem ratio *jurisjurandi*? & tamen ne ipse quidem Bellarminus dixerit, ea omnia, de quibus juratur, esse *propriè* cultum Dei. Et ratio manifesta, quia non propter *ipsa* exiguntur, sed propter *votum* sive *jusjurandum*. *Cham* tom. 3. Panstr. l. 20. c. 5. n. 24. & 26.

III. *Pazmannus* in hodeg. l. 6. c. 9. sentit, *cultus etiam abique divino mandato a nobis electos, Deo esse acceptos*; quòd *Deus non obliget hominem, ut voveat vota, & tamen peccaret homo, si votum liberè factum non persolveret*.

℞. Votum in *sese & formaliter* liberum est, & divinitus non præceptum, proinde nec cultus Dei, si non persolvatur; Sed respectu *materiæ* sub præceptum cadit, & *persolutio rei promissæ* est pars divini cultus, eaque in lege nobis injuncta. *Balduin.* in Phosph. Cathol. l. 6. c. 9. p. 637.

IV. *Bellarminus* lib. de Matrim. c. 21. propos. 1. statuit, *non licere matrimonium contrahere post votum continentiæ editum*, quippe *quod servandum sit*. At reddi non potest votum continentiæ ab eo, qui uxorem ducit, cùm teneatur illi petenti debitum reddere.

℞. (1.) Deus non *omnium votorum*, sicut etiam non *omnium juramentorum*, qualiacunque sint, & quocunque vergant, impletionem sub interminatione æternæ damnationis exigit, ut patet de juramento *Saulis*, 1. Sam. 14 v. 45. *Davidis*, 1. Sam. 25. v. 34. *Herodis*, Matth. 14. v. 9. Cùm igitur opinio annexa voto cælibatus, est impia, & in Christi meritum blasphema, dum finis præsumitur *satisfactio pro peccato, & meritum vitæ æternæ*; nequaquam cum hujusmodi opinione servandum est votum. (3.) Sed si impia ista opinio removeatur, votarius, cùm *instructus est donô continentiæ*, servet promissum Deo factum, nec temerariâ quâdam levitate ab eo recedat; Sin verò *donô continentiæ destitutus est*, uxorem ducat, juxta monitum Pauli, 1. Cor. 7. v. 2. 9. & *Cyprian.* lib. 1. Epist. 11. Et si *in genere* vovisti castitatem, non sequitur, te abjurasse conjugium. Nam & juxta Chrysostomi sententiam, primus gradus castitatis est *sincera virginitas*, secundus autem *fidele conjugium*. *Chemnit.* in Exam. Concil. Trident. par. 3. cap. 9. p. 479. a. *Gerhard.* tom. 7. LL. CC. loc. 28. de Conjug. §. 229. p. 347. seq. & §. 553. p. 913.

Vers. 22. *Si nolueris polliceri, absque peccato eris.*

Bellarminus l. 2. de Monach. c. 19. negat, *promissionem, quæ fit Deo in baptismo, propriè esse votum*; quòd *vota spontanea ac voluntaria esse debebant, non necessaria, omnes autem ad suscipiendum baptismum obligati sint*. Ex eodem fundamento ibidem diducit, *res à Deo præceptas* non cadere sub *votum*.

℞. (1.) *Spontaneum voluntariumque* non opponitur *simpliciter necessario*, ut nullum necessarium sit voluntarium: Nam contra voluntaria dicitur obedientia, quam lex exigit, Psal. 40. v. 9. non enim hæc imponitur, nisi libero arbitrio, ut docent ipsi Papistæ. Neq; pugnat cum *necessitate* voluntas, sed cum *coactione*. (2.) Verba illa non sunt universaliter intelligenda de *quocunque voto*, sed de *eo genere votorum*, quorum materia est *indifferens* : at promissió, quæ fit in Baptismo, est *necessaria*, non indifferens. (3.) Insuper locus præsens agit de votis *legalibus*, quæ erant libera: Baptismi autem votum est *singulare* N. T. votum, omnes obligans, atque adeò ab illis in hoc differt. (4.) Faciles damus, non *omnia* vota esse de rebus *necessariis*, & absolutè ad servandum præceptis: quippe qui *materiam votorum* contendimus esse res & *necessarias & indifferentes*. *Brochm.* tom. 1. Syst. Theol. art. de Vot. c. 2. q. 422. seq. & quæst. 6. p. 428. seq. *Scharp.* tom. 2. Curs. Theol. p. 1940. obj. 1. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 20. c. 3. n. 20. seq.

Vers. 23. *Quod autem semel egressum est de labiis tuis, observabis & facies, sicut promisisti Domino Deo tuo, & propriâ voluntate.*

Controversias h. l. occurrentes vide in Vindic. *Deut.* 23. v. 21. & 22. diremptas.

Vers. 24. *Quia veneris in vineam socii tui, & comedes uvas secundùm animam tuam, satietatem tuam & in vase tuo non dabis.*

§. 1. Causalis QUIA ponitur pro conditionali, SI. §. 2. *Veneris*, scil. *vindemiator*, mercede conductus: de boe enim sermo est, Chaldæo teste. §. 3. *Anima* metonymicè est *pro desiderio*, quod *animæ operatio* est. §. 4. *Dabis*, i.e. *pones* juxta Hæbræorum morem. *Ariam.* in Bibl. p. 172. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 435. *Glass.* lib. 5. Phil. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 1. p. 8.

CAP. XXIV. v. 1. *Si acceperit vir uxorem, & maritus fuerit ei, & erit, si non invenerit gratiam in oculis ejus, quia invenit in eo nuditatem verbi, & scribet ei libellum repudii, & dabit in manu ejus, & dimittet eam è domo sua.*

I. Moses utitur (1.) Hebraismô: *Invenire gratiam in oculis alicujus*. Hebræis est, *eidem placere*. (2.) Hypallage: *Nuditatem verbi*, pro, *verbum nuditatis*, h.e. *turpem rem* aliquam. (3.) *Emphasi* in verbo שָׁלַח, *dimisit*, quod in *Piel* est, *expulit, ut nunquam recipiendum*, id quod & de *fœmina repudiata* præcipitur viro, v. 4. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 186. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 26. m. 1. p. 313.

II. *Manichæi* veterem legem *injustitiæ* accusârunt, quòd *Judæis repudium concesserit*.

III. *Scholastici* quidam asserunt, *Deum in lege naturæ potuisse dispensare*, cùm olim dispensaverit cum Judæis in *libello repudii*, quod erat *contra legem naturalem*.

℞. Deus non *concessit* Judæis libellum repudii. Neque enim dixit: *Si vir oderit mulierem, dimittat eam*; sed, *si vir acceperit mulierem, & si accidat, ut inveniat aliquid in ea, & si scripserit repudium, & si illa nupserit alteri, & si* (hæc enim vox ἀπὸ κοινοῦ semper est aut subintelligenda, aut repetenda) *oderit eam vir alter, & dimiserit eam quoque, & si vel cum alter mortuus fuerit, tunc non poterit maritus ejus prior, qui ejecerat eam iterum accipere in uxorem*. Tantummodò igitur cavetur per talem casum, *ne plus confessionum vel malorum in conjugio consequatur*; non verò *approbantur isti mores*, qui locô *conditionum* præmittuntur. Proinde in hoc exemplo neque *dispensatio* est *circa legem naturæ*, multò minus *ipsa lex Mosis injusta* erit. *Franz.* disp. 8. Vindic. thes. 87. 88. 89. *Becan.* in Theol. Scbol. par. 2. tom. 1. tract. 3. c. 3. q. 4. n. 9. & cap. 4. q. 1. num. 1.

IV. *Smalcius*

[...] contr. Frantz. fol. 252 putat, Chri[...] [...] de [...] mœchando aliquid novi & [...] N. T. a [...] ejectile, quòd cum repudium [...] uerit permissum, ob *quamvis* turpitudinem, [...] vem in uxore alicujus deprehensam, ipsum [...] in N. T. *simpliciter* fuerit abrogatum.

R. 1. In M[...] omnia *conditionata*, modò [...] nihil statuit, nisi [...] ut [...] repudiatam maritus iste [...] non debeat postea *reassumere* post mortem secundi aut tertii viri, ad quos viros interim repudiata divertet. 2. Negatur ob *quamvis uxoris turpitudinem* olim permissum fuisse repudium: [...] Hebræo vocabulum illud, quod significat *nuditatem* & sæpius usurpatur, *ne quis revelet alterius* [...], *turpitudinem*, h.e. *cum ipso coeat*. Adeo [...] legislatoris fuit, ut non fieret repudium, nisi propter *quandam causam*; qualis est adulte[...] aliquid valde propinquum, aut ipsum adul[...], licet non perfectissimè tunc probatum, ut de *Zelotypia* etiam dictum est. *Frantz.* disp. 2. Scho[...] Sacr. th. 118.

V. *Anabaptistæ* negant, *constituendum esse inter Christianos judicem quendam causarum matrimonialium*, præcipuè *repudiorum & divortiorum*, [...] *judex absque præeunte causa apud judicem cognitione, uxoribus suis libellum repudii dare potue*[...] Christiani autem majore, quàm Judæi, gaudere libertate.

R. 1.) Detur ex *hypothesi*, judæis tale quid per[...] fuisse; tamen a *judæorum* exemplo ad *Chri*[...] hac in parte non licet argumentari, cùm ad [...] *veram conjugii legem* in N. T. a Christo sinus [...], Matth. 19. v. 8. 2.) Negamus vero, *Judæo*[...] *temeritati repudii uxoribus dandi potestatem fuisse datam*, quia repudiatam alteri nuptam non licuit postliminii jure reducere. Deut. [...] 4. cujus legis custodes *Magistratus* fuere cô[...]. Ergo verisimile est, ad *illos* etiam pertinuis[...] [...] de *causa*, propter quam repudium [...]batur, prius *de fœditatis* seu *turpitudinis* [...] cognoscendo; idque etiam statuunt *Jo*[...] lib. 4. Antiq. Judaic. c. 8. & *Augustinus* l. 19. [...] Faust. Manich. c. 26. *Gerhard.* tom. 7. LL. C. loc. de Conjug. §. 694. p. 1148. seq. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Conj. c. 4. q. 1. p. 508. a.

[...] Nonnulli olim statuerunt, *in petendo propter adulterium divortio, non competere idem jus uxori versus maritum adulterum, quod marito adversus uxorem adulteram concessum*: cum lex isthæc concedat *viris*, ut uxores dimittant; non contrà, *mulieribus* eadem potestas sit facta.

R. In hac lege non agitur de divortio, propter [...] *terium*, idque *manifestum*, facto, quia in illud [...] *lterium pœna capitis* a Mose fuit statuta. Levit. [...] v. 10. sed de divortio, *objectâ ditatem aliquam*, in [...] pr[...]hensam, instituto, & quidem non ab [...] *maritis*, sed a *judicibus*. *Gerhard.* ibid. §. 618. [...] §. 620. p. 1043.

Ver[...] 2. *Cumque egressa alterum maritum duxerit, & ille quoque &c.*

[...] contra Franc. fol. 154. instat, ideò *Evam* [...] *esse lege*, quod hac permittat, [...] alteri nubere impunè, *illud ve*[...] mittat.

[...] sunt *conditionata*, *si nupserit illa* [...] valdè *conditionata* permi[...] Mo[...] lex ipsa tota Mosaica non potest [...] & dici[...] Deinde, illud *lege forensi toleratum*, *in foro* tamen *conscientiæ* nequaquam *approbatum*. *Franz.* disp. 8. Vindic. thes. 89. seq. *Gerhard.* l. § 614. p. 1032.

Vers. 4. *Non poterit maritus ejus prior, qui dimiserat eam, ad redeundum ad capiendum eam, ad existendum sibi in uxorem, postquam polluta est: quia abominatio ipsa coram Domino, & non peccare facies terram, quam Dominus Deus tuus dans tibi hæreditatem.*

I. Notabis (1.) non *posse* intelligi de *jure*. (2.) Phrasin, *ad redeundum ad capiendum*. Hæbræis significare, *rursus capere*. (3.) *Pollutionem* ad denotandam *peccati fœditatem* adhiberi, sumtâ metaphora a *cæno*, quo membra hominis & vestimenta contaminantur. (4.) *Abstractum* poni pro *concreto*, puta *abominationem* pro *reabominanda*. (5.) pronomen demonstrativum, הִוא, *ipsa*, nomini, תּוֹעֵבָה, *abominatio*, subjunctum, poni pro verbo substantivo, *Est*. 6.) *Terram* metonymicè usurpari pro *populo terræ*. Atiam. in Bibl. p. 163. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 187. *Glass.* l. 5. Ph. Sacr. tr. 1. c. 10. p. 279.

II. *Bucerus* lib. 2. de Regno Christ. c. 32. colligit, *maritum non posse uxorem adulteram resipiscentem retinere vel recipere*. quòd *polluta sit*, quæ *adulterium commisit*; quemadmodum *polluta* dicatur, *quæ post divortium alteri nupsit*, ideoq; *à priore marito duci non potuit*.

R. Est dispar ratio: (1.) quia de *repudiata*, post mariti posterioris mortem vel repudium iterum non ducenda, *expressa extat prohibitio divina*, quæ de *adultera* non retinenda nuspiam habetur. (2.) Quia maritus suâ dimissione occasionem repudiatæ dedit, *ut sese pollueret*: ita enim verbum Hebræum, in *Hitpael* positum, hoc loco reddi posse, rectè admonet *Beza* libr. de Divort. p. 176. Sed *adulterandi* causam illi dedisse, quam nunquam à se repudiavit, dici nequit. *Gerhard.* l. c.

Vers. 6. *Non pignori accipiet molam & catillum, quia accipit pignori animam ipse.*

Deprehenditur hoc loco (1.) *Enallage modi* indicativi, *accipiet*, pro imperativo, *accipito*. (2.) *Synecdoche speciei* pro genere, nomine enim *molæ & catilli* indicatur, *quicquid homines vitam ex necessitate tolerat*. (3.) *Ellipsis* nominis: נֶפֶשׁ, *animam*, pro נֶפֶשׁ חַי, *vitam animæ*. (4.) *Metonymia effecti* pro *causa*: nam *vita* est pro *vitæ conservanda maximè necessarius instrumentis*. Vatabl. in Anoot. ad h. l. p. 436. *Jun.* in Not. ad e. l. p. 187. *Glass.* l. 3. Phil. Sacr. tract. 1. can. 39. m. 6. p. 158. & l. 5. tr. 1. c. 2. m. 2. p. 25.

Vers. 10. *Non ingrederis domum proximi tui, ut pignus auferas &c.*

Raussius in Colloq. Franckenthal. act. 2. n. 7. p. 43. dentit, *doctrinam Mosis*, quoad *morum informationem*, *diversam esse a doctrina Apostoli Pauli*, *quippe qui nihil tale docuerit*, quale Moses docuit.

R. Moses hic nihil docet, *quod Paulo adversetur*, sed *prohibet inhumanitatem*, ne quis auferat proximo pignus; & eundem docet, quòd Christus Matth. 7. v. 12. & Rom. 12. v. 13. & alibi *Paulus*. *Dathen.* in Colloq. Franck. act. 27. n. 12. p. 557.

Vers. 13. *Reddendo reddes viro pauperi pignus, secundum ingredi Solem, & cubabit in veste sua, & benedicet tibi, & erit tibi justitia coram Domino Deo tuo.*

I. In versu hoc occurrit (1.) Epizeuxis: *Reddendo reddes*, h. *omnino reddes*. (2.) *Synecdoche generis* pro specie: *cubare* enim est pro *dormire*. (3.) *Enallage* abstracti, *justitia*, pro concreto, *justum*, q. d. *Deus probabit opus tuum tanquam bonum & justū*. Atiam. in Bibl. p. 173. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. pag. 436. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 18[...]

II. *Papistæ* contendunt, *hominem justificari coram DEO bonis operibus*, quoniam *restitutio pignoris, pauperi facta, procuret homini justitiam coram DEO.*

℞. Distinguendum inter *justitiam personæ*, & inter justitiam *facti*. Quod hic legitur, ad *justitiam* pertinet non *personæ*, quasi ipsum opus personam coram DEO justificaret, (siquidem & ipsa partim jam ante debita est, ideoque nihil promereri potest; partim multis peccatorum sordibus contaminata, ut coram DEO sit instar panni menstruatæ, *Esa.* 64. v. 6. proinde in conspectu etiam Dei judicis subsistere nequit) sed *facti*, quia persona jam est justificata, idcirco opus sortitur nomen *justitiæ*. Sensus enim est: *Si reddideris pauperi proximo tuo pignus, quô commodè carere nequit: Dominus tuum illud factum probabit tanquam sanctum & justum & largis benedictionibus in verbo promissis, impliciter remunerabitur. Chemnit.* par. 3. LL. Theol. pag. 101. b. *Hunn.* tom. 1. oper. Lat. p. 633. *Hutter.* in Explic. libr. Concord. p. 364.

Vers. 15. *In die suo dabis mercedem ejus, & non occumbet super eam Sol, quia pauper ipse, & ad eam attollens ipse animam suam, & non clamet contra te ad Dominum, & sit in te peccatum.*

Redit hue (1.) Hebraismus: *In die suo*, h. e. *eodem die* (2.) *Enallage* pronominis demonstrativi, אוּה, *ipse*, nomini, עָנִי, *pauper*, subjuncti, pro verbo substantivo, EST. (3.) *Metonymia causæ pro effectu*: nam & *anima pro anima*, & *peccatum* pro *pœna* est. *Ariam.* in Bibl. p. 173. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. pag. 436. *Jun.* ibid. p. 187.

Vers. 16. *Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus: sed unusquisque pro peccato suo morietur.*

I. Hæc Dei lex laudato *Pauli* exemplo repugnare videtur: is enim 2. *Corinth.* 12. v. 15. *superimpendi vult pro animabus Corinthiorum*, atque sic *pro ipsis mori.*

℞. Lex Mosaica loquitur de *transgressoribus legis*, quorum unusquisque pœnam suam portare debet, & nemo alterius præstare vicem: Paulus autem non agit de *pœnis transgressorum*, sed de *fructu sui ministerii*, in quo salutem animarum vel vitâ & sanguine suo quærere ac procurare laborat, id quod boni pastoris est, Ioh. 10. v. 12. *Bald.* in Comment. 2. Corinth. 12. par. 2. quæst. 3. p. 636. seq.

II. *Socinus* in Prælect. Theol. c. 18. p. 138. contendit, *non potuisse per pœnarum solutionem pro peccatis nostris satisfieri*, cum ipse Deus in lege disertè caverit, *ne quis alterius pœnas ferat.*

℞. Distinguendum inter *pœnæ susceptionem voluntariam, & impositionem* ejusdem *violentam*. Deus lege cavit, ne quis alterius pœnas ferat *invitus*, adeò ut *violenter* ipsi imponantur, siquidem hoc foret iniquum; licèt quis alterius pœnas ferre possit *volens*, ut *Christus*, qui *sponte* pœnam peccati suscepit, & non *violentè* illam pertulit, *Ioh.* 10. v. 17. *Hebr.* 10. v. 5. *Stegm.* disp. Antiphotin. 23. quæst. 1. obj. 3. *Winter.* in Refut. Socin. de justif. p. 38. seq.

III. *Pelagiani* negârunt, *propter Adami peccatum posteros ejus reos esse mortis*, cùm *Deus non velit liberos propter parentum peccata morte plecti.*

℞. (1.) Isthæc Dei lex est *judicialis* seu *forensis*, & ad *Magistratum politicum* spectat; non autem agit de *spirituali judicio Dei adversus peccatum*, quod judicium, sicut spiritualem & perfectam requirit ab homine obedientiam, ita etiam pœnam inobedientiæ extendit in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt Deum, *Exod.* 20. v. 5. (2.) Filii Adæ, uti non designaverunt *illud peccatum*, quod designavit Adam, ita non puniuntur pro *peccato Adæ*; sed pro *peccato*, quod per Adamum hæreditariò in eos est traductum, & sic ipsi quoque *actualiter* peccant. Rom. 5. v. 12. Secus est, si liberi planè sunt *innocentes*. *Thom.* de Aquin. in 2. sent. dist. 31. q. un. art. 3. ad 1. *Selnecc.* par. 3. Exam. Ordinandor. p. 155. *Walther.* in harm. Script. p. 215. seq.

Vers. 19. *Quia metes messem tuam in agro tuo, & oblitus eris manipuli in agro, non reverteris ad capiendum eum &c.*

Observa (1.) adverbium temporis indeterminati, *quum*, conjunctione causali כִּי, *quia*, exprimi. (2.) *Messem*, per *metonymiam adjuncti* pro *subjecto* poni pro *frugibus*, quæ tempore messis colliguntur. *Ariam.* in Bibl. p. 173. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 4. m. 3. p. 62.

Vers. 20. *Cum excusseris olivam tuam, non ramusculabis post te: peregrino, pupillo, & viduæ erit.*

Ecce (1.) *Enallagen* numeri singularis, *olivam tuam*, pro plurali, *olivas tuas*. (2.) *Emphasin* verbi in Piel תְפָאֵר, *ramusculabis*, seu *ramos scrutaberis*, ex significatione nominis derivati, פֹּארָה, *ramus* descendentis. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 327. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 36. p. 327.

CAP. XXV. v. 2. *Et erit, si filius cadendi impius, & prosternere faciet eum judex, & cadere faciet eum ad facies suas: pro mensura peccati erit & plagarum modus.*

I. Moses utitur (1.) *Pleonasmô*: nam, *Et erit*, redundare videtur. (2.) *Enallage* infinitivi, *cadendi*, pro nomine, *cadis*. (3.) Hebraismô: *Filius cadis*, h. e. *homo flagris dignus*. (4.) *Ellipsi* verbi substantivi: *Si*, scil. *fuerit*. Ariæm. in Bibl. p. 173. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 187. *Glass.* lib 3 Philol. Sacr. tract. 1. can. 36. m. 2. pag 132.

II. *Gretserus* in Apologet. pro Discipl. l. 2. c. 1. ex *Petro Damiano* in Epist. ad Cleric. Eccles. Florent. pro *voluntaria suscepsius flagellatione*, urget legem Mosis, quâ *Magistratus jubeatur reos verberibus afficere.*

℞. (1.) Consequentia nulla est: nam Magistratui *divina authoritate* data est verberandi potestas, ut ex officio plectat sontes; *privatis* verò tum sui tum aliorum diverberatio atque dilaniatio prohibita est. (2.) In memoriam velim Jesuita revocet, quid ipse de *Damiani* sententia l. 2. de Discipl. c. 9. scripserit, nempe fuisse hanc Mosis legem *merè judicialem* & antiquatam &c. (3.) Validius locum illum *Flagellationi* opponi posse nôrit hoc modo: Si humanitas hæc *facinorosis*, ex decreto Magistratus plectendis, exhibenda, *ne nimium vapulent*, multo magis *proprio corpori*. Quâ igitur fronte flagriones isti a Jesuitis tantopere commendantur, qui ad *sanguinis usq; effusionem* sese lancinant. (4.) Consideret, quanto honore eos afficiat, dum in *maleficorum* tribum ipsosmet detrudit. *Zeaman.* in Carnif. Esavit. l. 2. c. 15. thes. 260. 261. 262. p. 407. seq.

III. *Eckius* in Enchirid. tit. 9. docet, *remissâ culpâ manere debitum pœnæ propriè dictæ, satisfactoriis hominum operibus expiandæ*; quòd *peccati & plagarum æqualis esse debeat mensura.*

Lex ista Mosis non agit de *pœna*, quam *Deus remissâ culpâ* infligit; sed de *plagis*, quas in *foro politice*, per *Magistratus civilis* sententiam sustinebunt qui delinquunt; jubet enim Deus, ut peccati & pœnæ æqua ratio semper habeatur; à foro autem *soli* ad forum *poli* non procedit argumen-

gumentum. *Ibi* Deus τὸ ἀντιπεπονθὸς observari vult: *hic* verò ἐπιείκεια locum habet, ut secundùm *misericordiam* cum suis agit. *Eckard.* par. 2. Pand. controv. Pontif. c. 25. q. 1. obj. 2. p. 320. *Thum.* in Exerc. Theol. disp. 9. de Satisfact. Christ. p. 84. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Pœnitent. c. 2. q 23. obj. . p. 368. a. & 369. b.

IV. *Panigarolla* lect. 12. & *Pazmannus* in hodeg. l. 4. c. 2 arguunt, *in altero seculo Deum peccantes quosdam temporali pœnâ, in Purgatorio luendâ, afficere, quòd illi in hoc seculo non plenè pro peccatis suis satisfecerint:* pro *mensura* enim *delicti* esse & *plagarum modum*, hoc est, injustum & iniqvum esse judicem, qui pro criminis pondere minori majorive graviorem vel leviorem pœnam non irrogat.

℞. (1. Quod supponunt de *plagarum modo* dictum, inepte transferunt ad *salutem*, cum pertineat ad *condemnationem*, per quam definitur causa in judicio forensi. Et quidem plagæ non referuntur ad eum qui *justificatus* fuerit, sed ad eum, qui *condemnatus*. Hic ergo postquam *damnatus* fuerit, si filius sit plagarum; id est, si statutum fuerit, ut pœnæ de eo sumantur tum id ut fiat ad *numerum*. Hoc igitur argumentum directè peccat contra hypothesin tum *nostrã*, tum *ipsorum Papistarũ*. *Nostram* quidẽ, qui præsupponimus *justificatum*: atqui hæc lex nullas plagas imponit *justificato*, sed *condemnato*. *Papistarum* verò, quia hi supponunt in purgandis saltem *remissionem culpæ*, quæ in hac lege locum nullum habere potest, tum quia non debet judex homo, cùm ad eum contendentes accesserint, judicare ex *gratia*, sed ex *vigore juris*, ut loqvuntur, ideoq; culpam reo non condonare; tum quia ipse debet plagas inferre *secundùm impietatem*, ut vertit Pagninus, id est, *culpam*, (nam רִשְׁעָה non potest significare *pœnam*, sed ipsam *culpam*: atqui culpam remittit, non potest plagas inferre secundùm eam. Patet hoc vel ipsis confitentibus Adversariis: nam secundùm mensuram culpæ *mortalis* pœnam oportet esse *mortalem*; quæ si sit, quid superest spei, quò minùs detrudatur peccator in locum *æternæ damnationis*, si cum ipso Deus secundùm *justitiam* agat? (2.) Distingvendam dicimus *pœnæ satisfactionem*: aliam *per se*, aliam *per Mediatorem*. Nemo hominum aut moritur, aut fuit unquam mortuus, qui ante mortem pœnis satisfecerit *per se*, quas erat meritus. Neque enim fieri potest, quandoquidem ex pœnæ debent esse pro *mensura culpæ*; sic enim oportet solvi *pœnas æternas*, pro peccato saltèm *mortali*. Quarè, si verum, mitti in Purgatorium omnes qui satisfecissent *per se*, tum esset necesse, omnes, quibus remissa culpa esset, abire in Purgatorium; quod tamen nolunt Papistæ. Quòd si satisfactionem eam dicimus, quæ fit *per Mediatorem*, dico, neminẽ cui remissa sit culpa, mori absq; *plena* satisfactione pœnarum, quas erat meritus, nimirum quia satisfecerit pro eo *Christus*, factus κατάρα, Gal. 3. v. 13. Si ergò verum, quicunq; obtinuerit remissionem culpæ, & satisfecerit per alium pœnis meritis, hunc ire in cœlum, profectò necesse est omnes ire ad cœlum, quibus culpa sit remissa, ac proinde purgatorium esse merum somnium. *Balduin.* in Phosph. Cathol. l. 14. cap. 2. p. 1198. 1200. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 26. cap. 3. num 23. 24. 25. 26. 27. 28.

Vers. 3. *Ita dumtaxat, ut quadragenarium numerum non excedant.*

Moses Paulo repugnare videtur: *ille* enim *quadraginta* plagas cõstituit infligendas iis, qui capitalem pœnam non sint promeriti, *hic* verò 2. Cor. 11. v. 24. testatur, se qvinquies à Judæis accepisse plagas *quadraginta, minùs unâ*.

℞. Hoc tantùm ista lege fuit interdictum, ne ad summum ultra 40 plagæ, pro delicto infligerentur. (2.) Judæi intellexerunt legẽ non de 40. plagis *plenè*, sed 39. ut reus cæderetur *usq; ad* 40. & majoris humanitatis & clementiæ ergò subtraheretur *una* plaga; qua de re confer *Josephum* l. 4. Antiq. Judaic. c. 8. *Walther.* in harm. Script. p. 214.

Vers. 5. *Quando habitaverint fratres simul, & unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater ejus, & suscitabit semen fratris sui.*

I. *Meisnerus* par. 1. Philos. Sobr. sect. 2. cap. 5. q. 1. arg. 3. p. 640. censet, *polygamiam Patriarcharum* V. T. *in se non fuisse peccatum*, quod *eam Deus fieri voluerit & præceperit*, videlicet cum frater superstes, *uxoratus* licet, fratriam suam ducere jubetur.

℞. Lex isthæc de *fratria ducenda* intelligenda est de fratre *adhuc cœlibe* non autem *conjugato*: nam sermo ibi est de fratribus, *unà*, in ædibus scil. *paternis* adhuc habitantibus. Jam verò filii *matrimonium contrahentes*, ac *patresfamiliàs facti*, non amplius habitant in ædibus *paternis*, Gen. 2. v. 24. sed *propria* quærunt domicilia, imprimis *Judæi* in terra promissa, quippe qui non habuerunt *communem hæreditatem* in eadem *paterna* familia, cujus portionem quisque secum ex *paterna* domo apportavit. *Gerhard.* tom. 7. LL. CC. loc. 28. de Conjug. §. 222. p. 331. & §. 223. p. 334. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Conjug. c. 4. q. 5. p. 5087.

II. *Bellarminus* lib de Matrim. Sacram. c. 27. judicat, legem *Levit.* 18. v. 16. de *non ducenda fratria*, non esse, *juris naturalis*, cùm *Deus præcipiat, ut frater ducat fratris defuncti uxorem*. Quid autem absurdius, quàm ut naturæ auctor contra naturam pugnet?

℞. Lex de *ducenda fratria* est *planè peculiaris*, soli *judaico* populo proposita in *casu speciali*, si scilicet *frater absq; liberis decederet*: eaque spectavit ad conservandam distinctionem tribuum ac familiarum, ut cognosci posset, ex qua familia Messias esset expectandus. Proinde lex illa fuit contra jus naturæ *secundarium*, à quo exceptionem peculiaria alicujus circumstantiæ fieri à juris auctore & ipso legislatore. nihil est, quod vetat. Sic ob *summam necessitatem* in primæva generis humani propagatione, indulsit Deus, ut *frater sororem duceret*; id quod tamen est *contra legem naturæ*. Quare, si *divina dispensatio* locum habere potest in gradibus jure naturæ prohibitis, fatente ipsomet *Bellarmino*, lib. de Matrim. c. 28. utiq; ex *speciali* illa lege de *ducenda fratria* non potest colligi, prohibitionem *Levit.* 18. v. 16. de *non ducenda fratria*, non esse juris naturalis; quoniam *specialis* illa lex nihil aliud est, quàm in *certo* quodam casu *divina dispensatio*.

Id. ib. excipit, 1. *ab exceptione judiciali* evinci, *legem* nõ esse *naturalem*, sed *judicialem*; quia exceptio fiat ab iis, quæ sunt *ejusdem naturæ & ordinis*.

℞. (1) Non est verum, ab *exceptione* evinci, *legem non esse naturalem*: nam *jure naturæ* prohibetur *proximi spoliatio, cædes filii*, & tamen jussit Deus, ut Abraham occideret filium, & Israelitæ auferrent Ægyptiorum bona. Sic Bellarminus lib. de Matrim. c. 11. disputat, *patribus* V. T. *licuisse divinâ dispensatione, plures simul uxores ducere*; & tamen *naturæ jus* fuit *polygamiam* interdici. Nam lex *judicialis*, à Deo posita, exceptionem facere potest à lege Dei *morali*: est enim *determinatio* quædam

legis moralis, ab auctoritate summa profecta. 2. Concedo *exceptionē* nō esse *naturalē*, sed potius *politicam*: sed nego, non posse *legi naturæ* addi exceptionem *non naturalem*. Nihil enim prohibet, quò minùs legem *naturalem* violet lex *municipalis*, & legem *municipalem* exceptio *naturalis*. E. G. lex erat naturalis, saltem post lapsum, Gen. 3 vers. 19. *In laboribus comedes ex terra cunctis diebus vitæ tuæ*, & tamen exceptio erat peculiaris *Judæis, dies sabbathi*, quo non licebat laborare, *Exod.* 20. v. 10. Rursus lex erat *municipalis* Judæis, id est, ceremonialis, *ne sabbatho opus fieret*; at exceptio *naturalis*, die sabbathi *se adversus hostes in bello defendere*, 1. Mac. 2. v. 41. & *ovē ex fovea, in quā ceciderat, extrahere* Matt. 12. v. 11. (3. Non potest *legis* & *exceptionis* idē *jus* esse: quia opponuntur, ut *prohibitio* & *permissio*, id est, *ἀντιφατικῶς*, ut *affirmatio* & *negatio*. Si ergo juris *naturalis* est *fratriam leviro non nubere*, non potest esse juris naturalis, *fratriam leviro nubere*. & vice versâ. (4.) Concedo, exceptionem fieri ab iis, quæ sunt *ejusdem naturæ & ordinis*; inde verò non sequitur, *exceptionem esse ejusdem naturæ & ordinis cum lege*. Hoc enim sensu illud dicitur, ut *legis materia* designetur, non *legis & exceptionis genera* indicentur. Quarè, si lex dixerit: *Nemo levir fratriam ducat*, exceptio verò erit: *Levir ducito fratriam sine sobole*; quia omnis fratria sine sobole est fratria.

2. *Exceptionem* illam, qualiscunq; etiam sit, convincere, *conjugium cum uxore fratris non esse malum*, neque *per se*, quia per nullam circumstantiam posset fieri bonum; neque *semper*, quoniam iste casus, in Deuteronomio exceptus, erat saltem *pietas quædam in fratrem mortuum*.

℞. (1.) Conjugium leviri cum fratria *in se* & *intrinsecè*, est malum, *extra unum hunc casum*: quia enim maritus & uxor per conjugium fiunt una caro, ideò lex naturæ docet, fratri, qui est fratris defuncti caro per *consanguinitatem*, abstinendum esse ab ea, quæ cum fratre facta est una caro per copulam, & consequenter facta est illius etiam caro per *proximam affinitatem*. (2.) Sic & *semper* malum est, *in uxore fratris defuncto*, nisi *Deo excipiente*, quippe qui jus naturæ potest relaxare, & in *certo ac speciali* quodam casu id ipsum ampliare, ob *conservandum ordinem a se positum*, vel alias ob causas, quas ipse novit. Ita etsi Abrahamus jussus sit occidere filium, tamen semper manet *per se & intrinsece* malum, *occidere filium*, extra *eum casum*, nimirum *peculiare mandatum divinum*. (3.) In tali casu conjugium cum fratria bonum est, *auctoritate Dei*, quæ non est *circumstantia*, sed *anima legis*. (4.) *Causa* hujus divinæ exceptionis de ducenda fratria, non est *pietas erga fratrem mortuum*, sed *conservatio & distinctio familiarum in tribubus Israeliticis*, *usq; ad tempus nati Messiæ*, ut supra dictum est.

3. Di…ensationem non esse legem, nec *jubere* aliquid …, sed tantùm *tollere obligationem legis* in aliquo particulari casu, & *permittere* secus fieri, quam lex præcipiat; in Deuteronomio autem planè statui legem *jubentem*, ut frater uxorem fratris demortui ducat.

℞. Quāvis *lex specialis*, & dispēsatio in quibusdam distinguātur, in eo tamē cōveniunt, quòd *legis generalis obligationi* derogent: proinde ut ex *dispensatione* Deo, ut summo legislatore, profecta, non potest inferri legem, circa quam fit dispensatio, juris non esse naturalis, ita nec ex *speciali lege*, ab eodem nomotheta promulgatâ, idem inferri poterit.

4. Non videri hanc ullam esse *legis exceptionem*, quia exceptionem addere post legem conditam & maxime alio tempore locoque, non sit *Dei*, qui omnia novit; sed *hominum*, qui experimentô paulatim discunt, suas leges non posse servari, nisi aliquid excipiatur.

℞. Jesuita committit elenchum *causæ* quasi verò Deus, inde atque ideo legem, Deuter. 25. v. 5. promulgaret, ac si *in principio ignorâsset*, legem illam non posse servari, cùm *vera & propria illius causa* sit *distinctio tribuum, ac conservatio familiarum in populo Israelitico*, quæ usque ad Christum durare debuit. Quare haud existimandum est, Deum exceptione illâ *aliquid didicisse*, quod antea nesciebat. Quasi Deus præcepta sua dispenset *sui* causâ, & non potius *hominum*, qui neque ipsi possunt omnia simul & semel invenire, sed ne inventa quidem ab aliis concipere. Accuset ergo Deum, qui Gen. 9. v. 3. *omnem carnem brutorum* homini comedendam concessit, sed tanto post tempore, longeque alio loco exceptionem addidit, *Levit.* 11. v. 4. Et qui *Exod.* 12. vers. 6. tempus Paschatis celebrandi præfixit, sed *Numer.* 9. vers. 1… exceptionem addidit in gratiam immundorum.

Breviter: Deus ab *æterno* & simul omnia novit, videt, prævidet; sed in *tempore* dispensat: Cur non leges? cur non exceptiones legum? *Salmero* tom. 8, tr. 38. probè ait: *Non inconvenit, Dominum aliquid in lege sua posuisse, quod postea egeret declaratione vel additione, quia hoc non factum est ob de…tum sapientiæ vel providentiæ ejus, sed ob nostrā minus capacē & perfectā mentē, qui nō possumus omnia simul capere, sed paulatim edocti, sicut lex de successione hæreditatis aucta est propter filias Salphaad, quia expiscatū est quod sit faciendū, quādo non sunt filii sed filiæ.* *Gerhard.* tom. 6. LL. CC. loc. 28. de Conj. §. 9. 320. 321. p. 469. seqq. & par. 3. lib. 2. spec. Confess. Cathol. p. 309. seq. *Eckard* par. 2. Pan. C. P. c. 32. q. 10. obj. 4. p. 699. seq. *Brochm* tom. 2. Syst. Theol. art. de Conjug. c. 4. q. 39. pag. 6008. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 18. c. 9. n. 18. 36. seqq. *Ames.* tom. 3. Bellarm. Enerv. l. 7. c. 3 thes. 11.

Vers. 7. *Etsi non voluerit vir accipere fratriam suam, & ascendet fratria ejus ad portam, ad seniores, & dicet: Renuit levir meus suscitare fratri suo nomen in Israel*, &c.

Ecce (1.) *Synecdochen* partim generis, *accipere*, pro specie, *ducere uxorem*; partim speciei, *ascendere*, pro genere, *venire*. 2. *Metonymiam adjuncti pro subjecto*: quia *nomen* pro *filio* & *posteritate* sumitur. *Glass.* lib. 5. Phil. Sacr. tr. 1. c. 4. m. . p. 75. Confer cap. 14. m. 4. p. 445. & c. 15. m 6 p. 451.

Vers. 9. *Accedet mulier ad eum coram senioribus & tollet calceamentum de pede ejus, spuetque in faciem illius, & dicet. Sic fiet*, &c.

Bellarminus libr. de Matrim. c. 27. legem vers. 5. *non esse dispensationem* suspicatur quòd *illa pœnam transgressori irroget*, id quod non faciat *dispensatio*; cujus argumenti solutionem vide in Viodie. *Deut.* 25. v. 5. m. 2. except. 3.

Vers. *Non erit tibi in loculo tuo lapis & lapis major … minor.*

Reperitur hic (1.) *Metonymia materiæ* pro *materiato*: nam *lapis* ponitur pro *pondere libræ*, quod ex *lapidibus* fiebat. (2.) Hebraismus: *Lapis & lapis*, seu *pondus*, h. e. *diversum pondus*, majus alterum, alterum verò minus, ut ibidem explicatio habetur. *Jun.* in Annot. ad h. l. p. 188. *Vatabl.* ibid. p. 438. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 5. m. 4. p. 20. & lib. 5. tract. 1. cap. 1. in ult. p. 20.

Vers.

Vers. 14. *Non erit tibi in domo tua Epha & Epha major & minor.*

Redit huc (1.) *Synecdoche speciei pro genere:* nam *Epha* est pro *modio*. (2.) Hebraismus: *Epha & Epha*, seu *modius & modius*, h. e. *diversus modius*, alter *major* destinatus accipiendis; alter *minor*, destinatus erogandis seu venendis. Jun. in Not. ad h.l.p. 188. Glass. lib. 3. Philol. Sacr. tract, 1. can. 5. m.4.p. 20.

Vers. 18. *Quomodo occurrerit tibi in via, & decaudicavit in te omnes debiles post te, & tu lapsus, & fatigatus, & non timuit Deum.*

Videlis (1) *Metaphoram:* nam *decaudicare* significat, *extremum exercitus agmen cadere:* id quod de *Amalekitis*, extremum agmen populi Israelitici interficientibus, dicitur. (2.) *Ellipsin* tum participii, *Post te*, scil. *tardantes*, Chaldæo interprete; tum verbi substantivi, *Et tu*, subaudi, *eras*. Aricem. in Bibl. p. 174. *Glass.* lib. 5. philol. Sacr. tract. 1. c. 11. p. 115.

Vers. 19. *Delebis* זכר *Amalec sub cælo: cave, ne obliviscaris.*

1. *Rabbini*, allegante *Sixto Senensi*, peccatum Saulis in conservando *Amalec*, 1. *Sam.* 15. v. 9. excusant ex amphibolia vocis זכר, quæ si legatur, *Zacar*, masculum significet; memoriam verò, si *Zeker*.

℞. Quasi verò Samuel, cùm Sauli significavit præceptum Domini, ablegaverit eum ad *legendum scriptum aliquod*, & non potiùs *vivâ voce* exposuerit, quid ab eo Deus fieri vellet; & quidem non utens eâ voce omninò, sed his: *Et interficies à viro usque ad mulierem*, v. 3. *Cham.* tom. 1. Panstr. l. 12. c. 4. §. 16. p. 210

II. *Pontificii* quidam putant, *fontes Hebræos Scripturæ sacræ esse corruptos*, cùm *dubia hic sese, offerat lectio*, quando alij legant זָכָר *masculinum* alii vero legant זֵכֶר, *memoriam*.

℞. Committitur *petitio quæsiti*: quandoquidem si vetustiora exemplaria inspicias, manifestum erit, semper ante & post Christum natum, præsentis loci unam & certam fuisse lectionem, videlicet זֵכֶר. *Jacob. Martin.* disp. 12. loc. 2. Theol. de S. Script. thes. 64. & 65. p. 456. seq. *Thumm.* par. 1. Disquis. de V. D. p. 289.

CAP. XXVI. v. 5. *Et respondebis, & dices, ad facies Domini Dei tui: Syrus perdens patrem meum, & descendit in Ægyptum, & peregrinatus est ibi in viris parum, & fuit ibi in gentem magnam osseam, & multam.*

Moses utitur *Synecdoche* speciei *respondere*, pro genere, *verbū loqui*. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: *Ad facies Domini*, h.e. *in loco sacro divinitùs ordinato*. (3.) *Enallage*, permutans conjugationū significationē: nā pro מְאַבֵּד *perdens*, in Piel est, אוֹבֵד, *periens*, in Kal, ita tamen, ut, *perdens*, sit, *perdere conatus* est. *Aricem.* in Bibl. p. 174. *Glass.* lib. 3. Phil. Sacr. tract. 3. can. 8. p. 250.

Vers. 18. *Et Dominus extulit te hodiè ad essendum ei in populum peculii*, &c.

Ecce (1.) *Metaphoram* deductam à *ramo*, qui in alto prominet: הֶאֱמִיר, *extulit*, in Hiphil; nomen enim derivatum עָמִיר, *ramum excelsum* significat. (2.) *Enallagen* substantivi, *peculii*, pro adjectivo, *peculiarem*. Aricem. in Bibl. p. 174. *Glass.* lib. 3. philol. Sacr. tract. 3. can. 30. p 330.

CAP. XXVII. v. 9. *Attende & audi Israel, hodie isto factus*, &c.

הַיּוֹם. *hodiè*, sumitur *indefinitè*, idemque est, ac *hoc tempore*; nomen adverbiascens. *Glass.* lib. 3. philol. Sacr. tract. 5. can. 5. m. 2. p. 437.

Vers. 19. *Maledictus pervertens judicium peregrini, pupilli & viduæ, & dicet omnis populus amen.*

In textu hoc occurrit (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Maledictus*, scil. *est*. (2.) *Synecdoche speciei pro genere:* nam *vidua* & *orphanus* pro *quibusvis afflictis & ærumnosis* sumuntur. *Jun.* in Bibl. p. 189. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 15. m. 3. p. 450.

Vers. 20. *Maledictus, cubans cum uxore patris sui, quia retexit alam*, &c.

Habes (1.) Metaphoram: *ala* enim notat *oram* seu *extremitatem*, sicut *alæ* extima volucris membra sunt. (2.) *Ellipsin* nominis: *Oram*, scil. *vestimenti*. (3.) *Euphemismum*: nam, quid sit, *retegere alam alicujus*, ex *præcedente membro* intelligendum, Spiritus S. relinquit. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 442. *Jun.* ibid. p. 189. *Glass.* lib. 1. Philol. Sacr. tract. 3. sect. 8. p. 308. & lib. 5. tract. 1. cap. 11. p. 311.

Vers. 24. *Maledictus, qui clam percusserit proximum suum, & dicet populus, Amen.*

Christus non demum in N. T. *præcepto Mosis de* non occidendo, *aliquid novi & completorii*, putà *devitationem odii & iræ erga proximum*, sub *interminatione maledictionis*, adjecit: quia Moses hic mandatum pronunciat, qvi clàm percusserit proximum suum.

Smalcius disp. 7. contr. Franz. fol. 245. regerit, *pœnam deberi propter homicidium, quod ex ira & odio oritur*, ac proinde *iræ & odio non deberi pœnam.*

℞. Ita est concludendum: *Iræ & odio, homicidium perpetranti, debetur pœna*, ergo *eisdam inordinato affectui, iræ & odio, debetur coram Deo pœna*, *Franz.* disp. 20. Schol. Sacrif. thes. 108. Vindic. disp. 8. thes. 62.

Vers. 25. *Maledictus, accipiens munus, ad percutiendum animam, sanguinem innocentis, & omnis populus dicat, Amen.*

I. Offert sese (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Maledictus*, scil. *est*. (2.) *Enallage numeri* singularis, *munus*, pro plurali, *munera*. (3.) *Synecdoche partis pro toto*: *anima* enim pro *homine* est. (4.) *Metonymia subjecti* pro *adjuncto*: nam *sanguis* pro *cæde* & *occisione* sumitur. *Jun.* in Annot. ad h. l. p. 189. Confer *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 351. & cap. 17. m. 1. p. 459.

II. Lex ista Mosis repugnare videtur exemplo non improbato: siquidem *Joseph* Ægypti Dominus, accepit munera, *Gen.* 43. v. 26.

℞. Non licet munera accipere, ad *pervertendum judicium*, sicut hæc causa ibidem v. 19. additur: non autem damnantur munera *honoraria*, quæ *accipere*, est signum animi benevoli, & ad gratificandum se obligantis. *Meisner.* Comen. in Hose. c. 4. par. 2. q. 6. p. 501. seq.

Vers. 26. *Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis hujus, nec eos opere perficit; & dicat omnis populus, Amen.*

I. *Hieronymus* comment. in Galat. suspicatur, *Judæos sustulisse ex Hebræo codice* verba, *omnis homo*, & *in omnibus*, ne scil. *viderentur esse sub maledicto, si non possent omnia complere, quæ scripta sunt in lege:* illa enim à LXX. *Interpretibus* fuisse addita, seque in *Hebræis Samaritanorum codicibus* invenisse כל, quod interpretatur OMNIS sive OMNIBUS.

℞. (1.)

℞. (1.) *Hebræos codices*, quos seqvuntur *Onkelos* Chaldæus Paraphrastes, & *Aquilas Symmachus Theodotion*, interpretes Græci, universales istas particulas non habent: ad *fontem* ergò potiùs recurrendum, quàm ad *rivulos*. (2.) LXX. Interpp. *sensum* magis testimonij posuerunt, quàm *verba*. jam verò propositio illa Mosaica æquipollet *universali*: unde eam *explicitè universalem*, additione notæ *universalitatis* ἐμφάσεως ergò reddiderunt. (3.) *Hebræa Samaritanorum volumina* Hieronymum non juvant; tum quia כל in illis ex interpretatione *Græca* potuit esse insertum, tum quia ipse *Hieronymus* Tradit. in Genes. *Samaritanorum codicibus* non ita multùm tribuit. (4.) Conjectura illa de *Judæorum intentione*, est nulla. Certè *plura* omninò à Judæis removenda ex Scripturis fuissent, si suspicioni illi indulgere velimus: & *curiosa Judæorum observantia Codicis Biblici* longè aliud persvadet. *Glass.* lib. 1. Philol. Sacr. tract. 1. part. 2. sect. 2. obj. 12. p. 80. 82.

II. *Socinus* in Prælect. Theol. c. 17. 94. negat, *Christum persolvisse debitum nostrorum peccatorum*, cùm *nos simus debitores*; debitum autem non nisi ab eo, qui debet, exigi possit, quoniam *ille idem*, qui non permanet in sermonibus legis, maledictus à Deo pronunciatur.

℞. (1.) Concedo, si Deus κατ' ἀκρίβειαν *juris* nobiscum agere voluisset, nosmet ipsi debuissemus solvere debitum: quod autem à *Christo* exigitur, nobisque ipsius obedientia imputatur, id fit κατ' ἐπιείκειαν *Evangelii*. (2.) Lex requirit pœnam nostram, sed non *exclusivè*. Nusquam enim excludit vel improbat *satisfactionem Christi pro nobis*, tametsi eam non doceat. Lex ita ponit, unum satisfaciendum esse legi per nos; sed nusquam dicit, *tantùm* per nos. *Winter.* in Refut. Socin. de Justit. p. 37.

III. *Christus non demum in* N. T. *præcepto Decalogi* de non occidendo, *addidit novum quid*, videl. *prohibitionem odii erga fratrem suum, sub interminatione æternæ damnationis*: *hanc* enim & Moses minatur *legis transgressoribus*, & consequenter, *iis quoque, qui odium alunt erga fratres suos*.

Smalcius disp. 7. contr. Franz. fol. 244. excipit 1. verba Mosis, vel ad *sola Decalogi præcepta*, vel ad *alia eis*, quæ in Decalogo prohibita sunt, *paria vel similia*, quibus *minæ mortis* expressè annexæ sunt, referenda esse; non verò ad *ea etiam* extendenda, quæ ad *nævos quosdam in populo exstirpandos* præscripta erant.

℞. Comminatio hæc *generalis* est, *cunctis* peccatoribus, quæcunq; parva, mediocria & maxima peccata committunt, tàm corporalem quàm *æternalem* pœnam annuncians, *Gal.* 3. v. 10. nō verò est *specialis*, pertinens tantummodo ad *præcepta*, quibus *minæ mortis* sunt expressè annexæ. Maledictus est, qui *non diligit proximum*, qui *irascitur proximo*, vel *odiò eum prosequitur*, quiq; *iræ & odii quæcunque dat externa signa mala*.

2. Nusquam legi, *eum*, qui *odium aleret erga fratrem suum, punitum sub lege fuisse*, quod tamen non potuisset non fieri, si *maledictus* propterea fuisset.

℞. Quis verò judex potoit *omnes casus* notos habere, aut convincere, & ita introspicere ac punire iram talem injustam hominis erga hominem? Satis fuit divinæ justitiæ, vindicare suppliciis *publicis*, per judices ordinarios, ea, quæ erant *notoria nimium*, ut adulterium, homicidium, &c. *Deus* verò fuit judex *arcana & injusta ira* seu *odii*, ejusque manum nemo ex iracundis quoq; legis (*de dilectione proximi*) prævaricatoribus effugere potuit; etsi latebat aut fallebat *Sacerdotem & Magistratum politicum* ipsius iracunda impietas. *Franz.* in Schol. Sacrif. disp. 20. thes. 108. & in Vindic. disp. 8. thes. 61. seq.

IV. *Omne in universum peccatum naturâ suâ est mortale*, quia *sub pœna maledictionis* temporalis & æternæ *à lege prohibetur*.

Bellarminus lib. 1. de Amiss. grat. c. 12. respondet 1. *in genere*, hic non agi de *peccatis in universum*, sed de *solis mortalibus*; alioqui, si Moses peccata etiam *venialia* comprehenderet, sequi, homines justos ob sola peccata *venialia* non solùm excidere *posse* à vita gratiæ, sed etiam *reipsâ* excidere: quoniam Scriptura illa non dicat, eum, qui non permanserit in præceptis Domini, *posse maledici*, si Deus voluerit, sed *jam esse maledictum*.

Resp. (1.) Agitur de *omnibus illis peccatis*, quæ opponuntur *justitiæ legali*: *Fac hoc, & vives*; talia autem sunt *omnia peccata in universum*: inter benedictionem namque & maledictionem legis non datur medium in lege Dei. (2.) Jesuita petit principium, sumendo *genus peccatorum venialium*, quod non est: siquidem τὸ *mortale esse*, totum *peccati* subjectum non minùs, quàm *rationale esse*, totum *hominis* subjectum, exhaurit. Quomodo ergo excidant justi gratiâ ob peccata *naturâ* venialia, quæ non sunt. (3.) Formula illa *legis* est, quæ, quid *mereatur peccatum*, docet; non autem, quid ex *gratia Evangelii*, fiat in peccatore, qui per fidem Deo reconciliatus, remissionem peccatorum propter Christum adipiscitur. Sed hoc, *habitâ ipsius peccati ratione*, merè est *accidentarium*. Causa enim, quod justi *venialiter* peccantes, gratiâ Dei non excidunt, & pœnam maledictionis æternæ non statim incurrunt, non est *peccati levitas*, sed *misericordia DEI*, propter satisfactionem Filii peccata condonantis.

2. In *specie*, maledictionem hanc referri ad violatores mandatorum, *quæ in Deuteronomio tradita* sunt, idque significare pronomen, *Hujus*; ea verò mandata etsi omnia *longè gravissima* de *idololatria, incestu, homicidio, & similibus*, quæ omnium consensu *crimina* sunt, ac *peccata lethalia*.

Resp. Per *librum legis hujus* intelligitur à Mose *universa lex*, non autem duntaxat *illa enumeratio peccatorum*, quæ eodem Deuteron. it capite continetur, idque evincit collatio versuum, 1. 2. 3. 4. 26. Unde Apostolus, omissô pronomine demonstrativo *Hujus*, quod urget Bellarminus, dicit *absolutè*, Gal. 3. v. 10: *Qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis*. Ubi & æquè latè extendit *maledictionem* illam, ac *benedictionem* legis vers. 12. commemoratam: *Quisquis ea fecerit vivet per ea*; quæ non potèst restringi ad officia illa, *quæ adversantur criminibus*, Deut. 27. proclamatis. *Glossa ordinaria* pulcherrimè in h. l. commentatur: *Hæc sententia generaliter & præterita, & præsentia, & dicenda legis mandata complectitur, tantò gravior, quantò generalior*, &c. *Hutter.* in LL. Theol. p. 352. seq. *Gisen.* de Papism. disp. 47. thes. 29. 32. 33. 34. seq. Gerhard. tom. 2. LL. CC. loc. 13. de Pecc. Actual. §. 93. seq. p. 841. 842. *Thumm.* in Exerc. Theol. disp. 8. p. 14. 16. 17. 18. seq. *Brochm.* tom. 1. System. Theol. art. de Peccat. c. 2. q. 2. p. 415. seq. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 6. c. 12. n. 2. 3. 4. 13. & 14. *Ames* tom. 4. Bellarm. Enerv. l. 2. c. 1. thes. 13.

CAP. XXVIII. v. 1. *Et erit, si audiendo audieris in voce Domini Dei tui, ad custodiendum, ad faciendum omnia præcepta ejus, quæ ego præci-*

præcipio tibi hodiè, & dabit Dominus Deus tuus excelsum super omnes gentes terræ.

I. Moses utitur (1.) *Epizeuxi*, Hebræis frequentata: *Audiendo audieris*, h. e. *fideliter audieris* (2.) Metaphorâ: *audire* enim *internam obediendi voluntatem* denotat; & *Deum dare populum suum excelsum super omnes gentes terræ*, innuit *divinam glorificationem*. (3.) *Hebraismo*: Ad *custodiendum*, *ad faciendum*, h. e. *cùm observantia faciendo*, seu ut *feliciter facias*, Josu. 1. vers. 7. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 442. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 180. Confer. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 360. & 385.

II. Lites, fortè hoc loco motas, vide compositas in Vindic. *Esa.* 1. v. 19.

Vers. 5. *Benedictum canistrum tuum, & mactra tua.*

Ecce (1.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Benedictum*, scil. *erit*. (2.) *Metonymiam subjecti* pro *adjuncto*: nam & Canistrũ pro cibo in *canistro asservato atq; apportato* ponitur & *mactra* denotat *massam*, quæ in mactra subigitur, ad conficiendũ panem. *Ariæm.* in Bibl. p. 175. *Jun.* Not. ad h. l. p. 189. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 3. m. 2. p. 36.

Vers. 8. *Præcipiet Dominus tecum benedictionem in horreis tuis, & in omni missione manus tuæ, & benedicet tibi in terra, quam Dominus Deus tuus dans tibi.*

In versu hoc conspicitur (1.) Hebraismus: *Præcipiet Dominus tecum benedictionem in horreis tuis.* (2.) *Metonymia adjuncti* pro subjecto: *actio* enim pro *ejus objecto* ponitur: *In omni missione manûs tuæ*, h. e. *in omnibus, ad quæ manus emittis vel admoves, operandi* videlicet causâ, seu, in *omnibus operibus tuis*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 443. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 4. m. 5. p. 67.

Vers. 12. *Aperiet tibi Dominus thesaurum suum bonum, cœlos, ad dandum terræ tuæ pluviam in tempore suo, & ad benedicendum omni operi manus tuæ: & mutuabis gentibus multis, & tu non accipies mutuum.*

I. Videsis (1.) ἀνθρωποπάθειαν: nam *cœli* humanitùs dicuntur *bonus Dei thesaurus*, cujus ratio conspicitur ex *Act.* 14. v. 17. (2.) *Enallagen* numeri singularis, *manus tuæ*, pro plurali, *manuum tuarum*. (3.) Hebraismum: *Mutuabis*, h. e. *mutuare poteris*. Jun. in Bibl. p. 189. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 160.

II. Offert se hic quædam *species* ἀντιλογίας: Moses enim *pluviam dicit cœli thesaurum*; cùm tamen *illa proveniat è terra*.

Resp. Pluvia non potest *terræ* thesaurus dici, quia aqua eo modo, quô è terra provenit, non idonea nec fructuosa est ad rigationem; sed cùm educitur è terra tùm ascendit, & in nubibus à Deo paratur, & inde demittitur, tunc fœcundat terram, *Esa.* 55. vers. 10. *Lyser.* par. 1. Comm. in Genes. cap. 3. p. 150.

III. Argumentum pro *usura* exinde deductum, vide in Vindic. *Deut.* 15. v. 6.

Vers. 14. *Et non recedes ab omnibus verbis, quæ ego præcipiens vobis hodie, dextrorsum & retrorsum, eundo post Deos alienos, ad serviendum eis.*

I. Observa (1.) *Enallagen numeri*: singularis enim & pluralis, *recedes* & *vobis*, permutantur. (2.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Præcipiens*, scil. *sum*, h. e. *præcipio*. (3.) *Metaphoram*: nam, *non recedere à verbis Dei dextrorsum & retrorsum*, est, *rectam illam cultûs divini rationem tueri*, quam ipse Deus in verbo suo præscripsit. *Ariæm.* in Bibl. p. 176. *Glass.* lib 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 386.

II. Philologica vers 13. & 17. vide assignata in Vindic. *Deut.* 28. v. 5. & 44.

Vers. 15. *Quòd si audire nolueris vocem Domini Dei tui, &c.*

Non est *Purgatorium animarum*, quia, quando Moses pœnas peccatorum *ex professo* hic recenset, nullam facit mentionem *Purgatorii*, non aliam ob causam, quàm quòd *ipsi nihil de eo constitit*.

Schoppius in Apologet. pro libr. Bellarm. de Indulg. cap. 53. p. 76. excipit 1. argumentum hoc, quia ducatur ab *autoritate negativa*, non firmiter concludere.

Resp. In *Plauto, Seneca*, vel *Apuleio*, hoc est, in *prophanis scriptoribus* valeat hæc responsio; in *Sacra Scriptura* non item, idque *affirmativè* & *negativè*. Nam ut eleganter dixit Nazianzenus: *Quædam sunt & dicuntur in Scripturis; quædam sunt in Scripturis, etsi non dicantur.* Quæ igitur neque *dicuntur* neque *sunt* in sacris literis, & sic quoad τὸ εἶναι, & τὸ λέγεσθαι negantur, ea rectè etiam non esse colliguntur. Quarè cùm *Purgatorium* neque *sit* neque *dicatur* in Scriptura, sed potius ex ea funditus destruatur; rectè negante id Scripturâ, à nobis etiam negari debet.

2. In eodem tàm *prolixo catalogo* nullam fieri mentionem *mortis æternæ*, neque tamen propterea sequi, quòd *nulla sit mors æterna*.

Resp. Manifesta ratio est, cur non *expressis* verbis *æternæ mortis* pœna hic interminetur delinquentibus: quia in præcedentibus promissionibus non expressa fiebat mentio vitæ *æternæ*; sed Dominus illorum bonorum promissione ad obedientiam eos excitare voluit, quæ in *terra benedicta* consecuturi erant. Neque tamen interim nullam omnino *mortis æternæ* facit mentionem, sed eam simul includit sub voce *maledictionis*, Deut. 27. vers. 26. ubi vis Hebræi vocabuli אָרוּר, & Græci, ἐπικατάρατος satis indicat, maledictionem illam simul inferre *mortem æternam*. Atque sic secundùm *sensum*, si non *expressè*, & secundùm *literam*, in ista catalogo pœnarum, *mentio* fit *æternæ mortis*. Sed de *Purgatorio* neque secundùm *literam*, neque secundum *sensum* quicquam habetur: nam cùm sit *species pœnæ temporalis*, & quidem *gravissima* præ cæteris omnibus, debuisset sanè inter illas *temporales* nominatim recenseri. *Balduin.* contr. Apologet. Schopp. p. 461. 463. seq.

Vers. 18. *Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, &c.*

Nonnulli statuunt, *infantes Judæorum & Turcarum* etiamsi in nostram deveniant potestatem, *non esse baptizandos*: quòd *liberi impiorum sint maledicti*.

Resp. (1.) Loquitur Deus in isto oraculo de liberis ipsorummet *Judæorum*, qui tunc maximè erant *vera Ecclesia* & *cœtus fidelium*; quo igitur colore accommodabitur illud ad *hodiernos Judæos & Turcas*, qui non sunt vera Ecclesia & cœtus fidelium. Non ergo facit hoc oraculum, de *cœtu fidelium* loquens, pro ratione evincendi, *liberos infideliũ nõ esse baptizandos*, quãdo in Christianorũ sũt potestate. (2.) Sermo ibi est non de maledictione *æterna*, alioqui sequeretur, *omnes* impiorum liberos æternùm damnari, quod tamen falsum est de piis impiorum liberis, putà de *Abia* Jeroboami, 1. Reg. 14. v. 13. *Hiskia* Achasi, 2. Reg. 18. vers. 1. *Josiâ* Ammonis, 2. Reg. 21. v. 24. filiis &c. Sed de maledictione *temporali*, id quod contextus pulcrè in

aliis

aliis punctis & partibus monstrat, cumprimis v. 16. 17. 18. Fructus ergo ventris impiorum dicitur maledictus, quòd tales liberi, *si videlicet insistant viis parentum* aut *futuri sint steriles* (sterilitas enim habebatur non ultimæ maledictionis locô apud Israelitas) aut aliàs *vitam ærumnosam & infelicem sint victuri*. *Hunn*. tom. 1. Oper. Lat. p. 1044. seq. *Franz*. tract. de Interpr. Script. p. 915. seq. *Gerhard*. tom. 4. LL. CC. loc. 23. de Baptism. §. 208. p. 1184. *Fevverb*. fasc. 2 Disert. Theol. disp. 5. thes. 51. & 53. p. 188. seq.

Vers. 20. *A faciebus malignitatis actionum tuarum, quibus dereliquisti me.*

Occurrit hic (1.) *Pleonasmus*: A *faciebus malignitatis*, h. e. *propter malignitatem*. (2.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Dereliquisti me*, i. e. *defecisti a doctrina mea*, quam tradidi tibi servandam *Jun*. in Not. ad h. l. p. 189.

Vers. 23. *Erunt cœli tui, qui supra caput tuum, æs; & terra, quæ subter te, ferrum.*

Offert sese (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Qui*, scil. *sunt* & *quæ*, subaudi, *est*. (2.) *Enallage* substantivi; *æs* & *ferrum*, pro adjectivo, *ærei* & *ferrea*. (3.) Hyperbole: *Cœlum & terra erunt æs & ferrum*, h. e. *omnium durissima*. Ariœm. in Bibl. p. 176. *Jun*. in Not. ad h. l. p. 190.

Vers. 24. *Dabit Dominus pluviam terræ tuæ, pulvisculum & cinerem, e cœlis descendet super te usque ad disperdi te.*

En (1.) Hebraismum: *Dabit Dominus pluviam terræ*, &c. h. e. *vertet Dominus pluviam in pulvisculum & cinerem*. (2.) Hyperbolen: *Pulvisculum & cinerem*, i. e. non magis fermentabit terram pluvia, quàm si *pulvis* esset. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 444. *Jun*. in Not. ad eund. loc. p. 190.

Vers. 28. *Percutiet te Dominus cæcitate & stupore mentis*, &c.

Nonnulli suspicantur, *Deum esse causam peccati*, quòd *homines cæcitate & stupore mentis percutiat*.

Resp. Deus dicitur *Judæos stupore & cæcitate mentis percutere*, non *effectivè*, quasi *ipse* cæcitatem & stuporem mentis *operaretur*; sed *permissive*, quòd *permittat* eosdem ruere in cæcitatem & stuporem mentis, sicut explicatur, Ose. 4. vers. 17. *Gerhard*. tom. 2. LL. CC. loc. 9. de Provident. §. 91. p. 103.

Vers. 30. *Uxorem accipies, & alius dormiet cum ea.*

I. *Galatinus* l. 1. de Arcan. Cathol. verit. cap. 8. arbitratur, *Masoretas textum hunc corrupisse*, si quidem in textu scribatur, יִשְׁגָּלֶנָּה, *constuprabit eam*; in margine verò id ita pervertatur, quod legi debeat, יִשְׁכָּבֶנָּה. *cubabit cum ipsa*.

Resp. Nulla hic est *corruptionis* suspicio, si enim *corrumpendi sacrum textum animum* habuissent Masoretæ, ipsum כתיב, seu *vocem in textu positam*, penitus sustulissent, substitutis aliis; quod tamen factum non est. *Glass*. l. 1. Philol. Sacr. tract. 1. part. 2. sect. 1. art. 1. p. 55.

II. *Papistæ* quidam *Laicos à lectione Scripturæ arcent*, prætendentes, *esse in ea voces obscœnas*, ut h. l. pro quibus Masorethæ alias *honestiores* substituerint.

Resp. Verbum illud, ac simile, in *textu Hebræo* positum, non *in se*, sed *ex prophano apud Judæos usu*, & ex *opinione eorum*, obscœnum fuit: proeo igitur ut aliud, communi usu pro *honestiori* habitum, legeretur, à Judæorum piis Doctoribus cautum, ac proinde in margine ea *dictio vicaria* à Masorethis posita fuit. *Glass*. lib. 1. Philol. Sacr. tract. 3. sect. 8. obj. 2. p. 311.

Vers. 33. *Fructum telluris tuæ, & omnem laborem tuum comedet populus, quem non novisti*, &c.

Vides (1.) *Metonymiam causæ* pro *effectu*: nam *labor* sumitur pro *rebus labore partis*. (2.) Metaphoram: *comedere* enim idem est ac *consumere*. Jun. in Bibl. p. 190. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 3. p. 12. & cap. 11. p. 309.

Vers. 43. *Peregrinus, qui in medio tui, ascendet super te suprà supra, & tu descendes infrà infra.*

Nota (1.) *Ellipsin* verbi substantivi: *In medio tui*, scil. *est*, vel *erit*. (2.) Metaphoram: *adscendere* enim & *descendere* notat *superiorem* & *inferiorem esse*. (3.) Epizeuxin: *Supra suprà*, & *infra infrà*, h. e. *perquam supremè*, & *perquam infime*, quæ repetitio ad *exaggerationem* rei facit, & notat, servos Israelitarum peccantium *perquàm supremè* supra eos elatum; Israelitas autem, *perquam infimè* infra servos depressum iri: *Ariœm*. in Bibl. p. 177. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 445. *Jun*. in Not. ad eund. loc. p. 190. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 2. c. 1. m. 1. p. 517.

Vers. 44. *Ipse mutuabit tibi, & tu non mutuabis ei: ipse erit in caput, & tu eris in caudam.*

Redit huc (1.) *Synecdoche speciei* pro genere: *Mutuabit tibi*, h. e. *te erit longe ditior*. (2.) Hebraismus: *In caput*, & *in caudam*, h. e. *caput* & *cauda*; ubi verbum substantivum locô posterioris nominatim eleganter regit nomen cum præpositione, ל IN. (3.) Metaphora: *capite* enim *dominium*, & *cauda* intelligitur *servitus* atque *subjectio*, sumtâ translatione à *membris animalium*, superiore & inferiore, q. d. ipse erit *superior*, tu autem *inferior*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 445. *Jun*. ibid. p. 189. *Glass*. lib. 3. Philol. Sacr. tract 3. can. 42. m. 2. p. 356. & lib. 5. cap. 11 p. 313.

Vers. 48. *Et servies hostibus tuis, quos mittet eum Dominus in te in fame, & in siti, & in nuditate, & in defectu omnium; & dabit jugum ferri super collum tuum, usque ad* &c.

Iteratur nunc (1.) *Pleonasmus*: nam, *cum*, redundat. (2.) *Enallage* substantivi *ferri*, pro adjectivo, *ferreum*. (3.) Metaphora: *dare* enim *jugum ferreum super collum hominis*, est, *ipsum durissimè premere*: sicut *sub jugum colligati boves* ponderosa onera, per varias viarum difficultates trahere coguntur, insuperque stimulis aut flagris in eos à duris gubernatoribus sævitur. *Ariœm*. in Bibl. p. 177. *Jun*. in Not. ad h. l. p. 190. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 11. p. 326.

Vers. 49. *Excitabit Dominus super te gentem de longinquo*, &c.

Quidam inde colligunt, *Deum esse peccati causam*, quia *excitet gentes, ut bellum inferant populo Dei*.

Resp. (1.) Hoc ipsum *non Deum constituit autorem peccati*, sed potiùs *ostendit contrarium*, quantopere videlicet abominetur peccata Dominus, propter quæ non dubitat objicere populum suum publicis calamitatibus, vexare bellô, & diripiendum tradere hostibus illorum. (2.) Distinguendum est inter *bellum ipsum*, quô Deus affligit peccantem populum suum; & inter *perversum propositum ipsarum gentium*, quo incitatæ, talia bella moliuntur & suscipiunt. Bellum *per se* adversus contumacem populum Hebræum susceptum, *non simplici-*

pliciter est impium, & hactenus excitantur gentes à Deo, ad *puniendum peccata ipsorum*. Interim, quòd gentes bellum populo Dei inferunt, ad *cupiditates suas explendas*, & quòd *alia in bello committunt peccata*; id totum non à *Deo* provenit; sed à *Satana*: ideoque cum Deus judicia sua executus est adversus populum suum, effundit deinde iram suam in gentes illas: haud aliter atque *pater* utitur virgâ ad castigandum filium; quando verò illâ est usus, in ignem projectam comburit. *Hunn.* tom. 1, oper. Lat. p. 736.

Vers. 56. *Tenera in te & delitiosa, quæ non tentavit volam pedis sui statuere super terram, præ delitiando & mollescendo, malignabit oculus ejus in virum sinus sui &c.*

In versu hoc invenitur (1.) *Enallage* infinitivi, *delitiando & mollescendo*, pro nomine, *delitiis & mollitia* seu *teneritudine*. (2.) *Metaphora*: nam *oculi malignitas*, pro *malevola mente* sumitur, & *sinus* notionem *amoris habet*, ob *conjugalem amplexum*. Ariæm. in Bibl. p. 177. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 339 & 347.

Vers. 59 *Et mirificabit Dominus plagas tuam, & plagas seminis tui, plagas magnas & fixas, morbosque magnos & fixos.*

Adverte hîc (1.) *Enallagen numeri*; nomini enim plurali affigitur pronomen *singulare ad distributionem* indicandam: מַכֹּתְךָ, *plagas tuam* h. e. *quamcunque plagarum tuarum*, pro quo debebat esse, מַכֹּתֶיךָ *plagas tuas*. (2.) *Metonymiam materiæ* pro *materiato*: nam *semen*, pro *posteris* est. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 2. can. 17. m. 1. p. 236. & lib. 5. tr. 1. cap. 1. m. ult. p. 21.

Vers. 63. *Et erit, quemadmodum gavisus est Dominus super vos, benefaciendo vobis, & multiplicando vos: sic gaudebit Dominus super vos, perdendo vos & delendo vos: & exterminabimini desuper tellure, quam tu ingrediens illuc, ad possidendum eam.*

Habetur hoc loco (2.) Ἀνθρωποπάθεια: nam *gaudium in puniendo*, *Deo* tributum, *alacritatem Dei in infligendis suppliciis* notat. (2.) *Antanaclasis* vocis, ישׂישׂ, *gaudebit*, *scil. in malum* respondens *gaudio illi Dei, in bonum* (3.) *Enallage temporis* præsentis *ingrediens*, pro futuro, *ingressurus es*. Juo. in Bibl. p. 191. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1 cap. 7. pag. 119. seq.

Vers. 65. *Dabit tibi Dominus cor pavidum & oculos deficientes &c.*

Calvinus negare videtur, *hominem esse liberi arbitrii*, quòd *ipsi det Deus cor pavidum & oculos deficientes*.

℞. N. C. Deus enim *Hebræorum cordibus pavorem immittens non determinavit voluntatem ad unum*, sed saltem effecit, ut *occurrerent cogitationum rationes*, ob quas timendum esse judicarent; & contra non occurrerent rationes, ob quas in spem erigi possent, manente interim *libertate arbitrii integra*. Bellarmin. l. 4. de grat. & libr. arbitr. c. 11. resp. ad 7. argum.

CAP. XXIX. v. 1. *Ista verba fœderis, quod præcepit Dominus Mosi, ad pangendum cum filiis Israel in terra Moab, præter fœdus, quod pepigit cum eis in Choreb.*

Moses sibi non constare videtur: fœdus enim quod Dominus cum Israelitis in *Choreb* pepigit, vocat *diversum ab eo*, quod in *terra Moab pepigit*; cum tamen *unum* fuerit.

℞. Nulla est ἀντίφασις. Nam *idem* fuit fœdus *substantiâ*, sed ratione *personarum & loci*, ubi instauratum est, diversum erat fœdus, in terra *Moab* pactũ, ab eo, quod in *Choreb*. Jun. in Not. ad h. l. p. 191.

Vers. 4. *Et non dedit Dominus vobis cor ad sciendum, oculos ad videndum, aures ad audiendum, usq; ad diem hanc.*

In textu hoc occurrit (1.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *cor* enim *mentem* sive *intellectum* notat. (2.) *Metaphora*: nam *oculi & aures* ad *animum* transferuntur, ejusque *attentionem & acceptationem fidelem* significant, q. d. *res visas & auditas cum fructu observandum*. Jun. in Not. ad h. l. p. 191. Confer *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 3. m. 1. p. 33. & cap. 11. p. 340. seq.

II. *Flacius* contendit, *peccatum originale esse ipsam hominis substantiam*, quia *vocetur cor non intelligens*.

℞. *Cor non intelligens* non significat *ipsum peccatum originis*, prout ἀνομία est & *abstracte* sumitur; sed est *concreta locutio*, unà cum peccato subjectum connotans. *Cor* itaque hic est idem, ac *intellectus*, siquidem *cor non intelligens & intellectus obscuratus*, synonyma sunt. Cùm igitur omnis *concreta* locutio duo significet, hic quoque duo eruit. *Cor* sive *intellectus*, & *non intelligentia* sive *obscuritas*. *Illud* denotat id, quod *essentiale* hominis est; *hoc* verò id, quod ei *adjacet* & peccati originis est. Ut igitur *cor* sive *intellectus* non est ipsa ἀγνωσία intelligentiæ, *sive obscuritas*; sed est aliquid illi adhærens; illudque disponens: ita etiam *illud* est hominis essentiale, *hoc* tantùm accidentale. *Jacob. Martin.* in Partit. Theol. disp. 10. thes. 75. ad. 3.

III. Quidam ex *Calvini* asseclis nugantur, *Deum non omnes, quos externè per verbum ad resipiscentiam & æternam salutem vocat, internâ Spiritus sancti gratiâ seriò & salvationis fine vocare: quia Deus Israelitis non dederit cor ad intelligendum, nec oculos ad videndum, nec aures ad audiendum; ideoque eos non conversos fuisse.*

℞. Istis verbis non exprimitur *vera causa*, ob quam Israelitæ ad DEUM non sint conversi; sed *exprobratio* est, quâ conqueritur Deus, quòd illustri mirabilium operum patratione eò usque rem non potuit perducere, ut Israelitæ DEO obsequerentur. Firmatur explicatio nostra è v. 6. ubi disertè dicitur, omnia ista miracula, quæ tum corã Pharaone in Ægypto, tum in deserto edita sunt, eò collimâsse, ut populus Israeliticus intelligeret, quòd ipse JEHOVAH esset Deus ipsorum. *Brochm.* Syst. Theol. tom. 1. art. de grat. Dei, c. 2. q. 8. obj. 7. p. 576. 6. & ad 7. p. 578. b.

IV. *Homo absque speciali auxilio & virtute Spiritus Sancti mysteria divina non potest intellectu suo percipere*; quòd *Moses hic perstringit Judæorum in rebus divinis stupiditatem, & simul ostendit, omnem cordis intelligentiam oculorumque illuminationem a solo Deo in divinis esse.*

Socinus in Prælect. Theol. c. 12. p. 40. seq. 1. *Mosen populo in divinis negligentiam exprobrare velle, eumque monere, ne deinceps idem esse pergat; quæ exprobratio & monitio nullũ prorsus habitura locũ, si benè agere nulla ex parte in hominis potestate sit.*

℞. (1.) Largimur, Mosen *negligentiam Judæorum* in expendendis divinis mysteriis exprobrare; hoc tamen evincitur, *ipsos nõ intelligere, nisi Deus aperiat oculos ad videndum, & det cor ad intelligendum*. (2.) *Si benè agere* Socinus explicat per τὸ *actuali & contumaci malitiâ non-resistere*, sed *admittere actionem Dei se convertentis*; assentimur: Sin, *assentiri fiducialiter ex propriis viribus*, negamus.

2. Ex iisdem verbis constare, *in populi manu fuisse, ut intelligeret, videret, & audiret*; quod *ex præviis miraculis nondum sapere voluerit*; proinde *De-*

tum hic cor intelligens non dedisse dici: quia accipientem non invenerit.

℟. (1.) Sermo hic est, de *divinis, strictè* sic dictis, & quæ *meræ revelationis* sunt: *hæc* verò homines *ex se* intelligere, Socinus responsione sua non evincit, sed ejus contrarium sequitur. Si enim *Deus ipse obtulit intelligentiam*, ut concedit Adversarius, ultrò apparet, quòd *ex sese mysteria divina intelligere non potuerint*. (2.) Discursum de verbo *dandi* cùm damos, tamen Deus *dator intelligentiæ* esse evincitur. *Thumm.* in Impiet. Photin. p. 362. seq. *Stegm.* disp. 12. Antiphotin. q. 2. arg. 1.

Vers. 18. *Ne sit in vobis vir, vel mulier, vel familia, vel tribus, quæ cor suum avertens hodie à cum Domino Deo nostro, ad eundum servitum Diis gentium harum: ne sit in vobis radix fructificans cicutam & absynthium.*

Ecce (1.) *Metonymiam subjecti* pro *adjuncto*: nam *cor* pro *cordis affectu & desiderio* ponitur. (2.) *Metaphoram*: siquidem per *radicem fructificantem cicutam & absynthium*, notatur *idololatria perditæ vitæ seminarium*. Jun. in Not. ad h. l. p. 191. *Glass.* lib. 5 Philol. Sacr. tract. 1. cap. 3. m. 1. p. 34.

Vers. 19. *Et erit cum audierit ipsum verba maledictionis hujus, & benedixerit sibi in corde suo, dicendo: Pax erit mihi, si in obstinatione cordis mei ambulabo, ut deficiat ebria cum sitiente.*

Not. hic (1.) *Benedicere sibi*, metonymicè poni pro, *seipsum benedictum putare*. (2.) Nomen *pax* synecdochicè significare *quævis prospera & omnigenam felicitatem*. (3.) Causalem לְמַעַן, *ut*, accipi *eventualiter*: Ut *deficiat*, h. e. *ex quo consequetur deficientia ebria* &c. (4.) *Ebriam* pro *opulentam*, & *sitientem* pro *exigua familia* metaphoricè usurpari. (5.) Fœmininum genus, הָרָוָה, *ebriam* & הַצְּמֵאָה, *sitientem*, ad v. 18. respicere, ubi fœminina ponuntur, *mulier familia, tribus*. Jun. in Not. ad. h l. p. 191. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 449. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 2. p. 6. & tract. 7. can. 19. p. 619.

Vers. 29. *Mysteria mea mihi dicit Dominus.*

Budovvetz in Gnomon. apolog Horolog. p. 21. statuminare satagit, quòd *in altera vita nec Deum, nec nos ipsos, quales in essentia simus, perfectè cognoscamus: Deum* enim *mysteria sibi reservare.*

℟. Baro ille committit crimen *falsi*. Sic enim integer locutus sonat, juxta versionem *Calvini* in Exposit. Leg. fol. 131. *Secreta sunt Deo nostro Jehovæ; revelata autem nobis & filiis nostris usque in seculum, ut faciamus omnia verba legis hujus.* Ubi *Moses*, secreta sua Deum *revelare nobis*, disertissimè dicit; *Budovvetz* autem, Deum secreta sua *sibi soli reservare*, asserit: sed contra textum. *D. Hoe.* tr. Anti-Calvinist. p. 66. seq.

CAP. XXX. v. 3. *Reducet te Dominus Deus tuus de captivitate tua, ac miserebitur tui, & rursum congregabit te, &c.*

Judæi negant, *Messiam jamdum venisse, quòd nondum de captivitate sua in terram patriam fuerint reducti*; cum tamen Deus per Mosen promiserit, quòd *tempore Messiæ velit reducere populum Israeliticum de captivitate sua, & rursus congregare de cunctis populis, inter quos dispersus sit.*

℟. (1.) Textus iste nihil quicquam habet de *Messia*, vel de statu populi Judaici sub *regno Messiæ* in mundo exhibiti; sed duntaxat de *Judæorum congregatione* & reditu ex *captivitate Babylonica*, idque manifestissimum est ex *Nehem.* 1. v. 8. & *Ezech.* 39. v. 25. seqq ubi verba illa de captivitate Babylonica interpretantur, deque Judæorum liberatione ex eadem. (2.) Si maximè largiamur, promissionem hanc de *temporibus Messiæ* esse intelligendam, ipsa tamen textus evidentia evincit, non de *externis sive corporalibus* beneficiis esse accipiendam. Nam promittit hoc loco Deus, se judæos ex Babylone reductos *amplioribus beneficiis* cumulaturum, quam *patres ipsorum* affecti fuerint. Jam verò *externa & corporalia* beneficia si spectes, nunquam hoc in illis completum fuit. Relinquitur ergò, ut, si modò divinæ huic promissioni suæ debeat constare veritas, de *spiritualibus* beneficiis sub *regno Messiæ per prædicationem* Evangelii in Judæos collatis, promissio hæc accipiatur; quod ipsum ex versu 6. hujus ipsius capitis irrefragibiliter evincitur. *Hutter.* in LL. p. 857. *Iacob. Martin.* l. 3. de trib. Eloh. c. 39. arg. 8. p. 193. & c. 41. p. 213.

Vers. 4. *Si fuerit exul tuus in extremo cælorum inde congregabit te Dominus Deus tuus, & inde accipiet te.*

Moses utitur (1.) *Enallage numeri*, singularis, *exul*, pro plurali, *exules*. (2.) *Hyperbole*: Si fuerit *in extremo cælorum*, h. e. *in fine mundi sive orbis*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 451. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 192.

Vers. 6. *Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, propter vitas tuas.*

I. In versu hoc habetur (1.) Metaphora *circumcisio* enim *cordis* notat *Spiritus Sancti regenerationem & renovationem*, quippe cujus medium atque organum divinitus institutum erat Judæis *circumcisio præputii*. (2.) *Metonymia* tum *subjecti pro adjuncto*, quia *cor pro animo est*; tum *materia pro materiato*, quia *semen pro posteris* ponitur. (3.) *Enallage numeri* pluralis, propter *vitas tuas*, pro singulari, propter *vitam tuam*, i. e. *ut vivas vitam*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 450. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 192. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p 431.

II. *Bellarminus* libr. de Monach. c. 13. statuit, *dilectionem hominis erga Deum in hac vita posse esse perfectam, ut præcepto adimplendo sufficiat; quod Deus promiserit, se facturum ut tempore N. T. diligatur in toto corde, & in tota anima; ideòque mandatum de Deo ita diligendo in hac vita simpliciter adimpleatur.*

℟. (1.) Promissio illthæc est *Evangelica*, ac proinde etiam *dilectio*, de qua ibi verba fiunt, *Evangelicè* æstimari debet, hoc est, de charitate *sincera*. & ex imis cordis penetralibus profectâ, cui, quod deest, ex *plenitudine Christi* imputatur, eique condonatur. Atque *hanc* Deus prædixit futuram in hac vita, & non prædixit frustra. Nam id revera fieri incipit per *imperfectam*, illam, quam diximus, charitatem, quæ sine dubio *perficienda* est, sed interea à Deo propitio habetur pro *perfecta*, quia & inchoata est, & sine dubio perficienda. (2.) Sin omninò *legaliter* intellectam velit Bellarminus illam ipsam Dei promissionem, nego, Deum unquam promisisse, se effecturum, ut *in hac vita* se diligant homines *totô corde, totâ animâ*; nego etiam, illius implementum unquam futurum *in hac vita*, sed *inchoationem tantùm*. fideles enim in hac vita Deum diligunt ex *toto corde*, sed non *in totum*; siquidem

perfectio-

perfectionem assequentur in *altera vita*. *Eckard.* par. 2. Pand. C. P. c. 21. q. 2. obj 3. p. 138. *Scharp.* tom. 1. Curs. Theol. p. 966. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 11. c. 3 n. 7. 11. & c. 14 n. 25. 27.

Vers. 9. *Et faciet superesse te Dominus Deus tuus in omni opere manus tuæ, in fructu ventris tui, & in fructu jumenti tui, & in fructu telluris tuæ, in bonum, quia revertetur Dominus ad gaudendum super te in bonum, quemadmodum gavisus est super patres tuos.*

Occurrit hoc loco (1.) *Enallage numeri* singularis, *manus tuæ & jumēti tui*, pro plurali, *manuū tuarū & jumentorū tuorū*. (2.) Hebraismus: *Revertetur ad gaudendum*, h. e. *rursus gaudebit*. (3.) ἀνθρωποπάθεια: *gaudium* n. Deo tributū, notat *gratuitū & propensissimum ejus favorem erga Ecclesiam*, sicut de *rebus sibi charis* gaudere homines in sinu solent. (4. *Synecdoche species* pro *genere*: nam *patres* pro *majoribus* ponuntur. *Ariam.* in Bibl. p. 179. *Iun.* in Annot. ad h. l. p. 192. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 118.

Vers 11. seqq. *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est; sed juxta te est verbum in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illud.*

I. *Pazmannus* l. 12. hodeg. c. 5. sibi imaginatur, *legem Dei a renatis in hac vita perfectè posse impleri, cum illa non sit supra ipsos, ut eam faciant.*

R. (1.) Moses hic non agit de *præceptis legis*, sed de *doctrina Evangelii*, in qua *justitia fidei* docetur, interprete Paulo, *Rom.* 10. v. 8. qui *istam à justitia legis* ibidem v. 5. disparat. Si ergò distantia est, omninò non necesse est sequi, facilem esse justitiam ex *lege*, si facilis sit justitia per *fidem*. Contrà potiùs ... alli *hæc* substituta fuisset? Imò Paulus *Rom* 8 v. 3. impotentiam legis agnoscit in carne. (2.) Si maximè de *præceptis legis* Mosis ageret, fatetur tamen Bellarminus lib. 5. de orat. & l. arb. c. 6. ipsum non loqui de facilitate *observanda*, *sed cognoscenda* legis. Jam verò ad *legis impletionem* non sufficit *cognitio eorum*, quæ à lege requiruntur sed etiam requiruntur *vires sufficientes ad præstandum illud*, quod in lege præscribitur, uti probe id diducit *Bernhardus* in libr. de grat. & libr. arbitr. (3.) Hebræus quoque textus nihil habet de *facili observatione legis*: non enim dicit, *præceptum meum non est supra te*, ut malè habet Latina versio; sed, *non est absconditum aut occultum* (in Hebræo enim est נִפְלֵאת, à נִפְלָא *occultare*) Tota ergò sententia secundùm veritatem Hebræam sic reddi debet: *Præceptum hoc, quod ego præcipio tibi hodiè, non est occultum a te neque longinquum est à te.* Loquitur enim Moses de *non absconsione doctrinæ Evangelicæ de Messia*, per quem fidei justitiam habeant Israelitæ. *Jerem.* 33. v 16.

Smalcius contr. Franz. fol. 179. contrà negat, contextum præsentem habere *inclusam fidem Messiæ*, quòd nondum probatum sit, *extitisse tunc Messiam*, nedum ut *fides in eum collocanda locus fuerit.*

R. In hoc capite *offerri remissionem peccatorum pœnitentibus*, contextus evincit, quia dicitur. v. 3. *Si conversus fueris*, tum reducet Jehovah Deus tuus captivitatem tuam & *miserebitur tui.* Jam verò inter præcepta servanda *pœnitentibus* eminent præcepta de *petendis sacrificiis*, CHRISTI typis, ubi offerenti datur remissio peccatorum. Quâ sanè ratione lex ceremonialis, præsertim circa *sacrificiorum ritus* occupata, erat *umbratilis quædam Evangelii concio* & præfigurabat eum, qui totam moralem legem pro nobis impleturus erat, in quem & confidere jubentur Israelitæ, *Psal.* 2. v. ult. *Hunn.* tom. 1. oper. Lat. p. 624. seq. *Balduin.* in Phosph. Cathol. l. 12. c. 5. p. 1109. m. 4. *Hutter.* in Explic. libr. Conc. p. 230. seq. *Franz.* in Vindic. disp. 7. thes. 64. *Gerhard.* libr. 2. spec. Confess. Cathol. par. 3. pag. 808. *Thumm.* in Imp. Photin. pag. 416. m. 3. *Cham.* tom. 3. Panstrat. lib. 11. cap. 2. num. 2. 8.

II. *Bellarminus* libr. 5. de grat. & lib. arb. c. 20. demonstraturus *liberum arbitrium hominis in rebus spiritualibus*, præoccupat, quòd *licet Moses loquatur de facilitate cognitionis*, tamen ex *facilitate cognitionis* colligi, *in potestate populi fuisse mandata servare & non servare*; cùm Moses ambo conjungat, nimirum *intelligere & facere*, quod præceptum est.

R. (1.) Jesuita vitiosè pervertit statum; siquidem hic non quæritur de *renatis*, quales erant Israelitæ, sed de *non renatis*. Quòd si igitur pro *libero arbitrio hunc*, hunc Mosis locum adducit, necessum est, ut cum *Pelagio* dicat, *in potestate hominis esse*, etiam *non renatis, omnia præcepta legis servare, vel non servare*. (2.) Ipse *Bellarminus* l. 5 de grat. & lib. arb. c. 6. §. 2. ait, *legem Domini non esse supra vires hominum, non quorumlibet, sed eorum, qui per gratiam sancti sunt ab amore proprio, Deumque totò corde diligunt.* Ad quid ergo locum hunc pro *libero hominis non renati arbitrio*, adfert? (3.) *Ex facilitate cognitionis* malè colligit, fuisse *in potestate populi, mandata servare vel non servare*; neque enim, quæ facilè intelliguntur, eadem etiam præstantur; alioquin frustra Dominus distinxisset servum, qui *cognitâ voluntate domini sui*, fecisset digna plagis, ab eo, *qui omninò non nòrat*, Luc. 12. v. 47. & 48. (4.) Ambo conjungi apud Mosen *intelligere & facere*, intelligo quidem: sed *utrumque fuisse æquè facile*, hoc verò non sequitur. Omnino *impletionem præcedit cognitio*, sed *cognitio non infert impletionem*; alioquin mentitus esset Paulus, cum Rom. 2. v. 21. dixit: *Prædicas non furandum, & furaris.* (5.) Quando verò Moses addit, *ut facias illud*, non illam faciendi possibilitatem *viribus naturæ*, sed *gratiæ divinæ*, v. 6. expressè adscribit. In quam etiam sententiam *Ieremias* disserit cap. 31. v. 31. & *Apostolus* Hebr. 8. v. 8. seqq. *Meisner.* dec. 3. Anthrop. sacr. disp. 3. thes. 18. & 20. *Eckard.* par. 2. Pand. C. P. c. 20. q. 4. pag. 118. *Gerhard.* lib. 2. spec. Confess. Cathol. par. 3. p. 568. seq. *Brochm.* tom. 1. Syst. Theol. c. 2. quæst. 13. p. 373. seq. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 3. c. 10. n. 1. 2. 5. 6.

III. *Scriptura sacra perspicuè tradit fidei ac morum doctrinam, ideoque non est difficilis intellectu: quoniam ejus mandata non sunt abscondita & longinqua ab homine, sed propinqua in ore & corde ipsius.* Hebræi *autem obscura & ambigua, vel quæ aliàs non intelliguntur*, vocant *longinqua*, quia captum excedunt, quæ verò *probè intelliguntur*, vocant *propinqua*.

Excipit I. *Bellarminus* l. 3. de Verb. Dei c. 2. locum hunc intelligi non de facilitate *cognoscendi Scripturas*, sed tantùm de facilitate *implendi mandata Decalogi*, cum adest gratiæ auxilium.

R. (1.) *Jesuita* sibi contradicit: nam l. 5. de grat. & lib. arb. c. 6. omninò negat contra Pelagianos, loqui Mosen de facilitate *observationis*, sed *cognitionis*, ne concedere cogatur, *omnia* præcepta moralia ex *solis naturæ viribus* impleri posse. (2.) Si facilè possunt *impleri* præcepta Dei, tùm faciliùs *intelligi* possunt: conjunguntur ista in textu v. 12. *Quis enunciet nobis, ut faciamus?* Quis enim impleat *opere*, quod *mente* non concipit? neque potest quis ex obedientia implere, quod ignorat.

2. *Gretserus*, Bellarmini Apologista, negando hanc consequentiam: *Quid facilius*, inquit, *quàm se vel aliud corpus movere? quid difficilius intellectu, quàm motus? Quid facilius, quam operationes vitales exercere? & tamen quantis obscuritatibus ista actiones involuta sunt? Quid faciliùs, quàm agere aut pati? quid autem actione & passione difficilius ad intelligendum?*

R. *Actiones* aliæ *naturales* sunt, aliæ *rationales*. *Illas* fatemur absque intellectu fieri posse. Cur non enim? cùm etiam à brutis. At *istas*, falsum. In *rationalibus* autem omninò sunt, quæcunque *morales*; & quæcunque actiones pertinent ad implendum *Decalogum*, eæ sunt *morales*: itaque impleri non possunt, nisi intelligantur; alioquin cur doceri juberentur? cur tàm accuratè docerentur in Ecclesia, *Deut.* 5. v. 31. Jam verò si mandata Dei facilia sunt *factu*, ergo *naturâ suâ* nihil habere difficultatis necesse est; & si quam habent, *accidentariam* esse, nascique ab *auditorum ignorantia*, quod est *ἀπροσδιόνυσον*; siquidem *imperito* homini nihil omninò non est obscurum & difficile, quatenus est *imperitus*.

3. *Bellarminus* l. c. locum hunc exponi posse de facilitate *cognitionis*, non verò *sacrarum Scripturarum*, quæ tùm forsan nullæ fuerint; sed *præceptorum duntaxat Decalogi*, quæ cum sint *naturalia*, facilimè intelligantur; ac cumprimis à *Judæis* qui Mosen explicantem semper audiebant, facilè sciri potuerint.

R. (1.) Falsum est *præter Decalogum tùm nullum fuisse Dei verbum scriptum*: cogitare enim debebat Cardinalis, *hunc ipsum* à Mose scriptum fuisse post libros præcedentes, & magnam partem Deuteronomii. Et ibidem agi de mandato *scripto*, ostēdit v. 10. (2.) De *præceptis Decalogi* per se non agit Moses, sed de *promissionibus Evangelicis*, Rom. 10. v. 8. ubi *illud Dei mandatum* Paulus vocat *verbum fidei*: Decalogus autem non est verbum *fidei*, sed *legis*. Deinde hac sententia Moses *tranquillas reddere voluit conscientias*: hoc verò non fit per *legem*, sed per *Evangelium*. (3.) Et sanè si *lex* facilis est intellectu, multò faciliores sunt *libri historici* Vet. Test. & *Prophetæ*, quippe qui legis sunt commentarii; & tandem omnium facilimum erit *Evangelium*, quòd legis complementum est, atque consequenter *nulla Scripturæ pars* difficilis relinquetur. (4.) Sed nec hoc subsistit, quod de *facilitate intelligendi præcepta Decalogi* Bellarminus comminiscitur, eò quòd sint *naturalia*: tum quia nisi dilucidè explicata verbia fuerint, non possunt obscura dici. Quid enim? nonne de *rebus naturalibus* tractabant Aristotelis *τὰ ἀκροαματικά*, & tamen negat autor esse edita, scilicet quia *perplexè* tradita. Tum verò, quia lex considerata in *interiori sua obedientia*, non est *naturalis* sed *spiritualis*, Rom. 7. v. 14. id quod nec ratio nec natura percipit. (5.) De *Judæis* autem potuitne aliquid dici magis ineptum? Nam *iis solis*, qui tùm extabant, nec lex erat posita, nec tàm gravis obtestatio facta; alioquin *illi soli* essent inexcusabiles, non verò *reliqui*. Quod si ad futuros, etiã utrumq; pertinebat, quidni etiã utriusq; ratio? Tum, quia duplicē causã attingit Jesuita, quâ factũ est, ut *Judæis tùm extãtibus* ea præcepta essent facilia: alterã, quod essent *naturalia*; alterã, quòd *audirent Mosen exponentem*. Si illa *prior* Judæis nihil profuit absque *posteriori*, ergo Deus *de industria* obscuravit ea, quæ erant perspicuâ *suâ naturâ*; quod est blasphemum. *Hunn.* tom. 1. Oper. Lat. p. 216. 217. seq. *Balduin.* in Phosph. Cathol. l. 7. c. 3. pag. 685. seq. *Iacob. Martin.* in LL. Theol. de Script. disp. 11. thes. 34. & seqq. p. 383. 384. 385. seq. *Gerhard.* tom. 1. LL. CC. loc. 1. de Script. sacr. §. 78. 79. 80. p. 58. & par. 3. Conf. Cathol. lib. 2. spec. p. 569. *Thumm.* in disquis. 2. de V. D. p. 7. seqq. *Cham.* tom. 1. Panstr. l. 15. c. 6. n. 1. seqq. *Ames.* tom. 1. Bellarmin. Enerv. l. 1. cap. 4. thes. 5. *Glass.* lib. 1. Philol. Sacr. tract. 3. sect. 1. membr. 2. arg. 1. p. 268.

Vers. 15. *Vide, dedi ad facies tuas hodie vitas ac bonum, & mortem ac malum.*

I. Ocurrit hic (1.) *Metaphora*: nam *videre* est *considerare*, sumtâ translatione à *visu* ad *intellectum*. (2.) *Enallage* tum *temporis* præteriti, *dedi*, pro præsenti, *do*: tum *numeri* pluralis, *vitas*, pro singulari, *vitam*. (3.) Hebraismus: *Dedi ad facies tuas*, h. e. *clarè exposui tibi*. (4.) *Metonymia effecti* pro causa: *Vitam ac bonũ, & mortem ac malũ*, i. e. *causam utriusq;, seu originē tam mali quàm boni te superventuri*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 451. *Glass.* l. 5. Phil. Sacr. tract. 1. cap. 2. m. 3. p. 27. & cap. 12. p. 358.

II. *Costerus* in Enchirid. c. 5. p. 196. inde *liberum hominis arbitrium* staturninare satagit, quòd *ipsi Deus proposuerit vitam &. bonum, & è contrario mortem & malum, ut quò vellet, eò se converteret.*

R. (1.) Idem argumentum jam ante proposuerat *Cælestius Pelagianus* apud *Augustinum* de Perf. justit. contr. Cœlest. fol. 1435. tom. 7. Itane verò apertè *Pelagianizat* Costerus? (2.) Moses agit cùm *hominibus jam regeneratis*, de quibus non est controversia, *illos* habere quandam libertatem in rebus *spiritualibus*, à Spiritu Sancto in ipsis accensam, facilè conceditur. Aliena ergo est hæc probatio à quæstionis statu: disputatur enim de viribus liberi arbitrii *hominis non renati*. (3) Si vel maximè Moses populum *non renatum* allocutus fuisset, inde tamen nihil confici posset ad struendia liberi arbitrii viribus *non renatorum* servitutum quia etiam rebus, *liberò arbitrio* carentibus contraria possunt proponi. Sic olim ille *canibus* iisdem offam proposuit & prædam; nec tamen *canes* fuerunt liberi arbitrii, quod eventus ostendit: quin pront assuetus fuerat, ita ruit, ad *offam* alter, alter ad *prædam*. Non igitur tàm attendendum, *quid offeratur, quam quid, quomodove accipiatur*. At ita se res habet, ut, cum *res hujusmodi* proponuntur, nunquam homo *suis solis viribus* feratur in bonum, sed semper in *malum*: in *bonum* autem movetur à gratia. (4.) Hæc verba, *ut quo vellet eò se converteret*, de suo subnectit Sophista, utpote quæ nunquam sunt in textu. *Grawer.* par. 7. prælect. in A. C. p. 99. *Meyfart.* tom. 2. dispp. Anti-Coster. disp. 5. thes. 4. & 8. *Brochm.* tom. 1. Syst. Theol. cap. 2. q. 17. obj. 15. pag. 388. & ad 5. p. 392. 2. *Cham.* tom. 3. Panst. l 3. c. 15. n. 1. & 21.

Vers. 19. *Contestatus sum in vos hodie cœlos & terram: Vitas & mortem dedi ad facies*

faciet tuas, benedictionem & maledictionem, & eliges in vitis, at vivas tu, & semen tuum.

I. *Philologica & Polemica* hujus loci vide assignata partim in Vindic. *Deut.* 4. v.26. partim in Vindic.*Deut.*30.v.15.

II.*Bellarminus* l.5.de grat.& lib.arb.c.23.pro adstruendo *libero hominis arbitrio* instat. Mosen *populo Hebræo dedisse electionem in re morali*, nihil autem magis esse proprium *liberi arbitrii*, quàm *electionem*.

℞.(1.)Ex *electionis* vocabulo, quo Moses utitur *arbitrii libertas* adstrui non potest : quia à *Dei præcepto ad hominis potestatem & facultatem* firmiter non concluditur. Neque enim sequitur: *Deus populo suo electionem proponit, eumq; hortatur ad obsequentiam*, ergò *ex seipso facultatem hanc habet*. Quid enim, si necesse habet eandem *aliunde* expectare ? (2.)Testimonium hoc non est *legale*, sed *Evangelicum* Rom.10.v.8. testimonia autem *legalia* cum *Evangelicis* non sunt confundenda. (3.)Quoad *externum religionis cultum*; eligendi potestatem homini non deesse, libenter fatemur; ipsum verò ex *naturæ viribus* internè posse Deo obedire, nunquam concedimus. (4.)Vitiosè status pervertitur: siquidem hic non quæritur, quid possit arbitrium, quà *liberatum* est atque sic ex viribus per *gratiam* concessis, sed quid possit ex viribus *naturæ* relictis ? Ab arbitrio enim Israelitarum jam renatorum *liberato* ad non-renatorum *non liberatum*, quæ consequentia? *Gisen.* de Papism. disp. 49. thes. 92.seq.p.858.*Osiand.*in Enchirid. contr. Papist.c.9.q.1,obj.1 p.73.*Meisner*.dec.3.Anthrop. Sacr.disp.3.thes.34.*Thumm.*in disp.de Lib.arb.th. 47.seq.p.1². *Eckard.*par.x. Pand. C.P. c.20.q.4. class.6.p.118.

Ver.20. *Ad diligendum Dominum Deum tuum, ad audiendum in voce ejus, & adhærendum in eo: quia ipse vita tua, & longitudo dierum tuorum, ad manendum super tellurem, quam juravit Dominus patribus tuis, Abrahamo, Isaaco, & Jacobo, ad dandum eis.*

Ecce (1.) Metaphoram: *Audiri* enim *in voce alicujus*, est, *ei obedire*. (2.)*Ellipsin* verbi substantivi: *Quia ipse* .scil.*est*. (3.)*Metonymiam* tum *effecti* pro *causa*, quia *Deus* dicitur *vita & longitudo dierum*, h.e. *causa* sive *autor vitæ & longitudinis dierum*, seu *longævitatis*; tum *causæ* pro *effectu*. Ad dandum *eis*, i.e. *eorum posteris*. Ariæm.in Bibl.pag. 179.*Glass.*libr.5.Philol. Sacr. tractat.1. cap.2. m.1. pag 22.

II. *Manichæi* delirârunt, *animam hominis esse partem Dei*, qui vitam *essentialem* cum ipso communicet; quòd *Deus sit vita hominis*.

℞ Deus appellatur *vita Israelitarum*, non *formaliter*, quasi Israelitæ eâ ipsâ vitâ essentiali, quâ ipse sibi vivit, viverent; alioquin Dii forent, quod absurdum; verùm *efficienter*, quia est *causa*, quòd vivant. *Matth. Dishm.*in Colleg. Antiphot. dec.1. exercit.9.thes.34.seq.*Hieron.ab Oleastr.* in Annot. Deut.30.p 630.b.

CAP.XXXI.v 2. *Et dixit ad eos: Filius centum & viginti annorum ego hodie, non potero amplius egredi & ingredi; & Dominus dixit ad me: Non transibis Jardenem hunc.*

I.Moses utitur (1.)Hebraismo: *Filius centum & viginti annorum*, h.e.*natus centum & viginti annos*. (2.)*Ellipsi* verbi substantivi. *Ego*, scilicet *sum*. (3.)*Enallage* temporis futuri, *potero*, pro præsenti, *possum*. (4.)*Synecdoche speciei* pro *genere*: nam *ingredi & egredi*, est, *consuetô munere fungi*, atque sic de *officii actionibus* usurpatur. *Ariam.* in Bibl.p. 179.*Vatabl.*in Annot.ad h.l.p.452. *Iun.* in Not.ad eund.loc.p.191. Confer. *Glass.*lib.3 Philol. Sacr.tr. 1.can.36.m.3.p.133.& libr.5.tractat.1.cap.15.m.6. pag.451.

II.Moses sibi *contradicere* videtur : hic enim asserit, *se attigisse centum viginti annos*, cum tamen ipse fateatur Psal.90.v.11. *dies annorum nostrorum esse 70. aut 80. annos*.

℞. *Ordinariè* vita hominis vix ultra illum terminum extenditur; *singulari* autem Dei gratiâ factum putabimus, quòd Moses ordinarium vitæ cursum duplo ferè superaverit. *Walther.* in harm. Script.p.215.

Vers.9. *Scripsit Moses legem hanc, & tradidit eam Sacerdotibus*, &c.

Papistæ volunt, *Solos Sacerdotes scripturas legere debere, & non Laicos*: quòd *Moses solis Sacerdotibus & Levitis tabulas legis custodiendas tradiderit*.

℞. Non sequitur : nam tabulæ Sacerdotibus non sunt ideò traditæ, quasi *illi soli legem scire deberent, neque populo eam legere conveniret*; sed *ut scirent, se suô exemplô aliis in observatione legis præire debere*. *Scharp.* tom.1. Curs. Theol.p.44.object.1.

Vers.10. *Præcepitq; eis dicens: Post septem annos, annô remissionis, in solennitate tabernaculorum; leges verba legis hujus*, &c.

I.In Hebræo legitur מִקֵּץ, *à fine*, LXX. μετὰ ἑπτὰ ἔτη, *post septem annos*, h.e.*septimô annô*, qui annus intermissionis est, ut sequentia docent. *Glass.* libr.3. Philol.Sacr.tract.6.can.11.m.2.p.544.

II. Instant *illi*, *Deum jubere septimô quoquô annô legem coram populo legi; at si lex fuerit in uniuscujusque manu, ut posset privatim legi, frustra Deum hoc præcepisse.*

℞.Est rursus fallacia à *non causa*: causa enim hujus mandati non fuit, *ne populus privatim legeret legem*; aliàs enim sibi Deus esset contrarius, quippe qui *Deut.*6.v.6.7.8.9.c.11.v.18.19.20.*lectionem legis populo præceperat*; sed potiùs, *ut populum solenniter congregatum ad legem diligentior legendam & scrutandam publicè excitaret, & ut inexcusabilem redderet*, si legem non observaret. Simili modo argumentari possem: *Verbum divinum diebus Dominicis est publicè legendum & audiendum*; ergo *non alio die, nec privatim*: quod, quàm nimis sit absurdum, patet. *Scharp.* ibid.obj.2.*Jac. Martin.* in LL. Theol.disp.19.thes.62.seq.

Vers.16. *Et dixit Dominus ad Mosen: Ecce tu dormiens cum patribus tuis, & surget populus iste, & fornicabitur post Deos alienigenæ terræ, quam ipse intrans illuc in medium ejus* &c.

I. In versu hoc habetur (1.) *Enallage temporis* præsentis, *dormiens & intrans*, pro futuro, *dormiturus es, & intraturus* mox est. (2.) *Metaphora*: nam *dormire de morte & obitu* intelligitur. (3.) Pleonasmus : *Quam illuc in medium ejus*, pro, *in quam*, cæteris particulis redundantibus. *Ariam.*in Bibl.p.180.*Vatabl.*in Annot. ad h.l.pag.453. *Iun.* ibid.p.153.

II. *Deus prævidet etiam malas hominum actiones longe, antequam fiant*: quoniam *explicatè Mosi pronunciat futurum, ut populus ipsô mortuô fornicetur post Deos alienos, seque derelinquat, & irritum faciat fœdus, quod cum eo pepigerat.*

Socinus in Prælect. Theol. c. 9. regerit 1. Deum *verisimiliter* prædixisse Israelitarum desertionem ad idololatriam.

℞. Hoc tyrones utique falsum deprehendent esse, si totum 31. & 32. caput *conjunctim* perlegerint. Nam in signum *certissimæ prædictionis, & secuturæ dignæ pœnæ*, Deus jubet *canticum componi*: ut illô ipsô postmodum cantatô, ipsi sese accusare, & fateri necesse habeant, hæc fuisse prædicta, & talia ipsos justè pati.

II. *Monitionem* potiùs, quàm *certam prædictionem* his verbis contineri & usitatum esse, cum quenquam ab errore committendo planè deterrere volumus, *illi asseverare*, ipsum omnino in errorem illum lapsurum esse, *ut tantò diligentius sibi caveat*.

℞. Libenter concedo, quòd verba Dei *simul* contineant *dehortationem*, quæ etiam apud aliquos non sine fructu fuit, & major pars prædictionem divinam confirmavit, ut liber judicum c. 2. v. 11. & 12. quoad eventum comprobat: *primò* autem & *per se* verbis illis prædicit idololatriam populi certò futuram. *Franz*. par. 2. disp. 12. in A.C. thes. 18. & 35. item disp. Vindic. de caus. peccat. sect. 2.

Vers. 17. *Et accendetur ira mea in eum, in die ipsa, & derelinquam eos, & abscondam facies meas ab eis, & erit ad comedendum, & invenient eum mala multa, & angustiæ: & dicet in die illa: Nonne super, quòd non Deus meus in medio mei, invenerunt me mala hæc.*

Videsis (1.) Ἀνθρωποπάθειαν: nam *faciem suam Deus abscondere* dicitur, cum *gratiam suam subtrahit*. (2.) *Metaphoram*: *comedere* enim notat *absumere*, sicut *panis comeditur & absumitur*. (3.) *Prosopopœiam*: siquidem *invenire*; idem est ac *evenire* seu *contingere*. (4.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Super quòd non*, scil. *est*. Ariæm. in Bibl. p. 180. *Vatabl*. in Annot. ad h. l. p. 453. *Iun*. in Not. ad eund. loc. p. 193. *Glass*. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 4. m. 6. p. 69. & cap. 9. m. 6. p. 213.

Vers. 21. *Et erit, cùm invenerint eum mala multa & angustiæ, & respondebit canticum illud ad facies ejus in testem, quia non oblivioni tradetur ab ore seminis ejus: nam novi figmentum ejus, quod ipse faciens hodie, antequam introducam eum in terram, quam juravi.*

I. Redit huc (1.) *Prosopopœia*: *invenire* enim notat *contingere* seu *evenire*. (2.) *Synecdoche speciei* pro *genere*: nam *respondere* ponitur pro *loqui*. (3.) *Enallage* tum concreti, *testis*, pro abstracto, *testimonium*: tum temporis præsentis, *faciens*, pro futuro, *facturus est*. (4.) Hebraismus: *Non oblivioni tradetur ab ore seminis ejus*, h.e. *semper Israelitæ habebunt illud in ore*. (5.) *Metonymia effecti*, pro causa: *figmentum* namque pro *cogitationibus* est. *Ariam*. in Bibl. p. 180. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 453. *Iun*. in Not. ad h. l. p. 193 Confer *Glass*. lib. 5. Phil. Sacr. tr. 1. cap. 9. m. 6 p. 213. & cap. 15. m. 6. p. 451.

II. *Socinus* l. c. instat, hac ratione tolli potiùs, quàm *confirmari* istam *Dei præscientiam*: nam *quid opus fuisset argumentari istâ ratione, si jam, quid Iudæi facturi essent, infallibili cognitione Deus prævidisset*.

℞. Non tantùm *rationem affert* Deus, quare idololatriam de isto populo prædixerit, sed etiam *eventum certum determinat*: *Ecce tu dormiturus es cum patribus, & populus iste postea* SURGET & FORNICABITUR *post Deos alienos*, v. 16. Non tantùm *argumentatur* Deus, sed *infallibili cognitione prævisum eventum pronunciat*. Accedit hic *canticum Mosis* in testimonium, quod *sint mala factura* Israelitæ, & quòd propterea *sint multas habituri calamitates*: *Cùm invenerint eum mala plurima* (nimirum propter idololatriam prædictam, ideoque certò eventuram) *& angustiæ*, TUNC *respondebit carmen istud in conspectu ejus in testem.*

Vers. 26. *Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri, ut sit ibi contra te in testimonium.*

I. *Papistæ* negant, *Scripturas à Laicis esse legendas*, quòd *Moses tabulas legis in arcam incluserit, ut ibi servarentur, nec ab omnibus viderentur, nedum legerentur.*

℞. Moses *legem includi voluit in arcam*, non ut *ea à plebe non legeretur*, imò hoc omnibus & singulis præceptum erat, *Deut*. 6. v. 6. seqq. Sed ideo hoc à Mose factum, ut *volumen legis ab interitu vindicaretur, & asservaretur in memoriam sempiternam, in testimonium contra populum Israeliticum*, uti habet v. hic 26. *Hutter*. in LL. Theol. p. 43. *Jacob. Martin*. LL. Theol. disp. 19. thes 56. seq. *Scharp*. tom. 1. Curs. Theol. p. 44. obj. 1.

II. *Becanus* libr. de jud. controv. relig. p. 107. § 8t. inficiatur, *Scripturam* in V. T. *fuisse supremum controversiarum Theologicarum judicem*, quòd *primarium exemplar legis Mosaicæ seu Deuteronomii* (quod autographum vocant) *à Sacerdotibus positum fuerit in arca fœderis*, ideóque *ex eo populus de controversiis legalibus interea temporis judicare non potuerit, sed necesse habuerit adire Sacerdotem, & ab eo petere sententiam definitivam.*

℞. (1.) Quasi verò authenticum illud exemplar Scripturæ Mosaicæ non fuisset multoties *descriptum*, & tam *ducibus*, Deut. 17. v. 18. & 19. *senioribus* Deut. 31. v. 9. *aliisque in populo*, Deut. 6. v. 6. seqq. quam *Sacerdotibus & Levitis* commendatum. Præterea certum est, multa exemplaria scriptorum Mosaicorum & Propheticorum non tantùm à *Iudæis*, 1. Maccab. 1. v. 59. seq. sed & à *proselytis* inter gentes, Actor. 8. v. 30. fuisse asservata. Quarè, si maximè neque dux neque populus judicare potuit de veritate & puritate cultus divini aliarumque controversiarum, legalium ex *authentico Deuteronomii*, potuit tamen judicare ex *transumto* vel *descripto*. Nam nec David nec alii *autographum* legis habuerunt, sed *descriptum*; & tamen *beati* prædicantur, qui in *lege Domini* meditantur die ac nocte, Psal. 1. v. 2 qui scrutantur testimonia ejus, *Psal*. 119. v. 2. 2.) Seipsum impugnat Becanus: nam si ideo non potuerunt judicare plebeji ex Deuteronomio, quia *authenticum ejus in arcam positum erat*, nec *Sacerdotes* ex eo judicare, nec de controversiis legalibus pronunciare potuerunt, quia nec Sacerdotes illud habuerunt, nisi demonstretur, licuisse illis, quotiescunque ortæ fuerint controversiæ, illud producere, & ex eo judicare. *Garth*. lib. de judic. controv. fid p. 295. seq.

III. *Rathmannus* in Not. ad 1t. quæst. p 15. nugatur, *verbum Dei externum, libris Canonicis comprehensum, ab interno illo verbo, sanctis Dei hominibus à Spiritu Sancto inspiratò essentialiter differre*; cùm *illud sit hujus testimonium*, ideòque *nec illud ipsum verbum*.

℞. Est Elenchus *causæ*: siquidem verbum Dei, Scriptu-

Scripturis sacris comprehensum, *testimonium* appellatur, non ideo, quòd de aliquo verbo interno, *essentialiter* à se differente, telletur; sed quia de *DEI essentia*, voluntate, &c. testatur, quo sensu etiam *internum* verbum, teste Rathmannô ipsô in Nnt. ad 11. quæst. p. 14. lin. 20. testimonium est & dici potest. Nulla proinde ipsius argumenti sequela est, cum *τὸ testari* de DEI esse, velle & operibus tàm *interno* quàm *externo* conveniat verbo. *Thumm.* in Brev. consider. 3. qq. controv. p. 56. seq.

Vers. 27. *Ego enim scio contentionem tuam, & cervicem tuam durissimam: adhuc vivente me & ingrediente vobiscum*, &c.

I. *Metaphora* est in voce *cervicis*, quæ nomini, *dura*, coojuncta, *contumaciam & mentis rigorem* significat, sumtâ translatione ab *equo indomito*, qui nimis ferociens non patitur, frænô suam cervicem huc illuc, quâ sessor vult, inflecti; sed collô & cervice frænoreluctatur. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 11. p. 311.

II. *Smalcius* contr. Franz. fol. 435. ex *Socino* in Prælect. Theol. c 9. censet, verba Dei *Devt.* 31. v. 21. non importare *infallibilem DEI cognitionem*, quid judæi facturi essent; quòd *Moses idem planè nec repetat*, qoòd Deus ipsis antea exprobrârat.

℞. Moses repetit hanc DEI sententiolam, v. 21. sed ita, ut licèt non *certò* affirmet futuram idololatriam, quàm *certò* prædicit Deus: tamen minùs dubitet: *Ego scio* &c. *Franz.* in Vindic. disp. de caus. peccat. sect. 2.

Vers 28. *Loquar audientibus eis sermones istos, & invocabo contra eos cœlum & terram.*

Controversiam hujus loci de *juramento per creaturas* lactô, vide in Vindic. *Devt.* 4. vers. 26. diremtam.

Vers. 29. *Quia novi, post mori me, quòd corrumpendo corrumpetis, & recedetis de via, quam præcepi vobis, & vocabit vos malum in novissimo dierum, quum feceritis malum in oculis Domini, concitando eum in opere manuum vestrarum.*

§. 1. *Post mori me*, h. e. *postquam mortuus fuero.* §. 2. *Corrumpendo corrumpetis*, i. e. *omnino corrumpetis.* §. 3. *Via* metaphoricè significat *institutum* seu *ritum.* §. 4. *Vocabit vos*, pro, *eveniet vobis.* §. 5. *In novissimo dierum*, h. e. *extremis temporibus.* §. 6. *In oculis Domini*, humanitus dictum; pro, *coram Domino.* *Ariam.* in Bibl. p. 180. seq. *Jun.* in Not. ad h. l. pag. 193.

CAP. XXXII. v. 3. *Quia nomen Domini invocabo, date magnitudinem DEO nostro.*

Moses utitur (1.) *Metonymiâ adjuncti* pro *subjecto*: quia *nomen Domini* pro *ipso Deo* ponit. (2.) *Synecdoche speciei* pro *genere*: nam *invocare Deum*, pro *divinum cultum ipsi exhibere*; sumit. (3.) Hebraismô. *Date magnitudinem*, h. e. *magnificate & gloriosè celebrate.* Vatabl. in Annot. ad h. l. pag. 455. Confer *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract 1. cap. 4. m. 7. p. 75. & cap. 15. m. 6. p. 451.

Vers. 4. *Petra perfectum opus ejus, quia omnes viæ ejus judicium, Deus veritas & non iniquitas, justus & rectus ipse.*

I. In versu hoc reperitur (1.) ἀνθρωποπάθεια: *Deus* enim dicitur *petra*, ob *stabilitatem*, quia stat promissis suis; & *Deo* attribuuntur *viæ*, quæ *totum actionum divinarum quasi cursum* notant. (2.) *Enallage numeri* singularis, *perfectum opus*, pro plurali, *perfecta opera.* (3.) *Pleonasmus*: nam post *opus*, ly *ejus*, abundare videtur. (4.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Viæ ejus*, scil. *sunt*; & *DEUS*, subint. *est.* Ariæm. in Bibl. p. 181. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. pag. 455. Confer. *Glass* lib 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 183. & 185.

II. *Bellarminus* l. 2 de justif. c. 14. contendit, *justitiam hominis habitualem in hac vita esse perfectam*, eamque *formaliter* justificare, quia *sit opus Dei*, cujus opera Moses pronunciat *perfecta.*

III. Ex eodem quoq; fundamento *Schwenckfeldius* concludere voluit, *obedientiam renatorum legi divinæ præstitam, esse perfectam.*

℞. (1.) *Opera Dei* sunt duplicis generis: *immediata & mediata. Illa*, quoniam *per se* operatur Deus, perfecta sunt, adeò ut nihil emendari in iis possit; Sed *hæc* non omnia, quia nimirum movet Deus instrumenta sua, plerunque secundùm ipsorum captum. Sic opus fuit Dei Adamus & Cain: sed *ille* creatus perfectus, immediatè à DEO; *iste* verò imperfectus, tum *corpore* mortalis, tum *animô*, peccator: non quia factus à *Deo*, sed quia factus *per Adamum.* Sic *fides* est opus Dei, nec perfecta tamen; alioquin unde preces: *Adauge nobis fidem*, Luc. 17. v. 5. *Charitas* opus *Dei* est in singulis fidelibus, & tamen *Augustinus* l. 1. contr. Pelag. & Cœlest. cap. 12. fatetur, eam esse *imperfectam.* Denique *ipsa salus nostra* est opus *Dei*, sed nondum perfectum. Quid ergò mirum, si & *habitualis justitia & obedientia nostra* sit opus Dei, & tamen imperfectum? (2.) Opera Dei sunt perfecta, non *quovis tempore* (nam embrio non perfectè est homo, ut infans jam natus) sed *quo Deus vult ea esse perfecta.* Sic *justitia* nostra inhærens, & *nova obedientia* nunc donô Dei inchoata, in *futura* vita perfecta erit. (3.) Opera Dei perfecta sunt ex parte *operantis Dei*, sed non ex parte *subjecti cooperantis.* Sic justitia & inchoata renatorum obedientia ex parte *Spiritus Sancti*, in nobis operantis perfecta, h. e. bona, inculpata & sine vitio est; ex parte verò *subjecti cooperantis*, intellectûs sc. voluntatis, & cordis humani, neque habitus neque actus perfecti sunt. Chemnit. par. 2. LL. CC. loc. de Leg. Dei, c. 3. p. 10. 2. *Thumm.* in Explic. terminor. de Justif. p. 205. seq. *Cham.* tom. 3. Panstr. l. 21. c. 11. n. 12. & 15.

Vers. 5. *Corrupit illi, non filii ejus, ut ignominiam suam, generatio prava & perversa.*

I. Ecce (1.) Ellipsin: *Corrumpit*, scil. *sese*; & *non* nim. *sunt.* (2.) *Synchysin* in vocibus conjunctis; ordo autem verborum transpositorum talis est: *Generatio prava atque perversa, qui non sunt filii ejus, in ignominiam suam corrupit* sese *illi.* Ariæm. in Bibl. p. 181. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 2. observ. 25. p. 748.

II. Moses sibi *contradicere* videtur: hic n. populum Israeliticum appellat generationem *pravam ac perversam*; cùm tamen Devt. 33. v. 29. ipsum *mirificè commendet.*

℞. Per *comparationem* hic populus præ aliis meritò censebatur felix; *potior* tamen ipsius pars ingrata erat, & à Deo perfidè recedebat. *Walther.* in harm. Script. p. 215.

Vers. 7. *Memento dierum seculi, intelligite annos generationis & generationis: interroga patrem tuum, & annunciabit tibi; majores tuos, & dicent tibi.*

I. Habetur hoc loco (1.) *Synecdoche partis* pro toto: *dies* enim pro *temporibus* sunt, adeò ut *dies seculi* notent *tempora prisca.* (2.) *Enallage*: numerus namq; mutatur, *memento & intelligite.* (3.) *Metonymia causæ* pro effectu: *intelligere* n. pro *considerare* seu *animadvertere* ponitur. (4.) Hebraismus: *Generationis & generationis*, h. e. *cujusq; generationis.* Vatabl. in Annot. ad h. l. pag. 455. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 194.

II. *Bellarminus* l. 4. de Verbo Dei, c. 4. docet, *Scripturam sacram V. T. non adeo fuisse necessariam, quòd & Judæi*, etsi Scripturæ extarent, *magis uterentur traditione majorum*, quàm *Scripturâ*.

℞. Falsum est, judæos tum, cùm Scripturæ extarent, magis usos fuisse, & quidem licitè, *traditione majorum, quàm Scripturâ*; neque id allatus evincit textus.

Nam Moses (1.) loquitur de divisione *regnorum & patriarum*, ut inquit Vatablus; at illa divisio est scripta, *Gen.* 11. v. 8. (2.) Loquitur de *hæreditate datâ Israeli*, ut idem Vatablus docet, sed & hæc historia scripta est, *Judic.* 6. v. 13. (3.) Loquitur de *liberatione ex Ægypto*, quæ scripta, *Exod.* 13. v. 14. Sēsus verò est, ut ingratitudiois incipiat Israelem pudere, recolenda illi esse Dei beneficia, eum populum eligentis, dum alios omitteret. At *hoc beneficium* scriptum est à Mose, *Deut.* 4. v. 34. *Thumm.* par. 2. Disquis. de D. D. p. 140. seq. *Cham.* tom. 1. Panstr. l. 9. c. 7. n. 16.

III. *Hungerus* in Colloq. Ratisbon: sess. 3. p. 94. ut eò fortiùs negare queat, *scriptum Dei verbum in V. T. fuisse unicam religionis normam*, statuit, *pios Reges V. Test. non tantùm* secundum *scriptum DEI verbum* reformationes suas instituisse, cùm in iis etiam ad *Majorum* vel *authoritatem* vel *traditiones* respexeriot.

℞. (1.) Pios Reges in ipsa reformatione *cultus & doctrinæ*, respexisse *extra Dei scriptum verbum* (nam hoc vult anthithesis: *Non tantùm, sed etiam*, &c.) ad *Majorum authoritatem* vel *traditiones*, falsum est, neque dissimile exemplum dari potest: quin potiùs Reges illi abrogârunt *traditiones & instituta Majorum & parentum*. (2.) Sermo hic vult, ut liberi de *beneficiis Domini*, olim Israelitis præstitis, interrogent suos parentes. Atqui ea à Mose *scripta* sunt. (3.) *Procopius* in hunc locum notat, Mosen *seipsum* populo proposuisse interrogandum. Quòd si est, quis dubitet, Mosen ea respondisse, quæ *scripserat*: ad hæc enim unà cum populo obligatus erat. (4.) Glossa ordinaria *patres* interpretatur *doctorem legis, & prædicatorem Evangelii*. Atqui tum lex scripta est, tum *Evangelium*. *Hailbrunn.* in Colloq. Ratisb. sess. 3. p. 93. *Hunn.* tom. 2. oper. Lat. p. 431. & 625. Cham. l. c.

IV. *Laurentius Nicolas* Jesuita in Gons. Christ. popul. asseverat, *traditiones non scriptas verbo Dei scripto esse æquandas*, quia *patres & majores interrogandi sint, qui dicent nobis*.

℞. N. C. Neque enim posteri debebant patres & matres ideò interrogare, ut ab iis *novam cultus rationem discerent extra & præter Dei verbum scriptum*, quippe ad *quod* Dominus eos districtè alligârat, *Deut.* 12. v. 32. verum inculcat filiis, qui non viderant & aspexerant beneficia, Israelitico populo præ aliis gentibus collata, ut petant sibi hæc à parentibus commemorari, quænam & quanta fuerant ista beneficia, velut ex v. 6. & seqq. *Psal.* 44. v. 1. seqq. planum est. *Samson.* in Anti-Jesu. 2. p. 87.

V. *Cutsemius* in Saxon. Cathol. p. 10. suadet, *religionem Papisticam Evangelicis esse imitandam*, quòd *pii ipsorum majores eam foverint*; Majorum autem piorum vestigia esse premenda, juxta hunc Mosis locum.

℞. Locus hic οὐδὲν πρὸς ἔπος loquitur enim Moses nō *absolutè*, de *quibusvis majoribus*, qui peccâsse dicuntur, *Esa.* 43. v. 27. ideoque in statutis eorum posteri ambulare prohibentur, *Ezech.* 20. v. 18. sed de patribus *officium facientibus*, & verâ pietate posteros imbuentibus, ac renovantibus memoriam beneficiorum divinorum inde ab initio singulis generationibus, avis, abavis, atavis præstitorum. Nam eorum beneficiorum narratio in textu mox subjicitur. Verbum annunciare in Hebræo est יַגֵּד quod respicit ad mandatum DEI, *Exod.* 13. v. 8. ubi similiter usurpatur de prædicatione eorum, quæ in nocte Paschatis, die scil. 15. mensis Nisan, facta sunt, ad posteros transmittenda. Hunc delectum habuit *Abraham*, cujus pater coluit Deos alienos, *Iosu.* 24. v. 2. quem tamen in hoc non est imitatus. Habuit & *Ezechias*, qui Achazum parentem in idololatria sequi noluit. D. Höpffner. in Saxon. Evang. sect. 3. par. 1. c. 2. p. 379. *Brochm.* tom. 2. System. Theol. p. 2. q. 7. dub. 3. p. 731. b.

Vers. 8. *Statuit terminos populorum juxta numerum Angelorum Dei.*

Gregorius Magnus, Episcopus Romanus, homil. 35. sup. c. 10. Luc. putat, *tot homines ad vitam æternam electos esse, quot Angeli perstiterunt*; cùm *statuerit terminos populorum juxta numerum Angelorum Dei.*

℞. Ita quidem verba ex LXX. Interpp. versione reddidit Gregorius: verùm in textu *Hebræo* non est *filiorum Dei*, sed *filiorum Israel*, uti rectè vertit Vulgata. *Meisner.* dec. 2. Anthrop. disp. 8. q. 2. n. 1.

Vers. 9. *Quia pars Domini populus ejus, Iacob funiculus hæreditatis ejus.*

En (1.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Pars Domini*, scil. *est*. (2.) *Metonymiam* causæ pro effectu. *Iacob* enim pro *posteris ejus* est, puta *Israelitis*. (3.) *Metaphoram*: nam *Iacob* dicitur *funiculus hæreditatis Domini*, i. e. *ex toto mundo segregatus, & peculiaris ipsi populus*, (4.) Ἀνθρωποπάθειαν: *hæreditas* enim *Deo* tributa, dum de *populo Israelitico* dicitur, notat *amorem ipsius & singularem curam* seu *providentiam*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 455. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 194. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 2. p. 10. & c. 7. p. 157.

Vers. 10. *Inveniet eum in terra deserti, & inanitate, ejulatu solitudinis: circuire faciet eum, intelligere faciet eum, custodiet eum, ut pupillam oculi sui.*

I. In hoc textu reperitur (1.) *Enallage* temporis futuri, *inveniet, circuire faciet*, &c. pro præterito, *invenit, circuire fecit*, &c. (2.) Hypallage: *Ejulatus solitudinis*: pro, *ejulatûs solitudine*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: nam tanquam *pupillam oculi DEI custodiri*, est, *peculiari ipsius gratiâ & tutelâ frui*. Juo. in Not. ad h. l. p. 194. *Glass.* lib. 5. Phil. Sacr. tr. 1. c. 7. p. 106.

II. *Audæani* docuerunt, *DEUM esse corporeum*, quia *ipsi attribuatur pupilla oculi*.

℞. Non *propriè*, sed per σχέσιν quandam DEO attribuitur *pupilla oculi*, quâ sermonis figurâ *summa inter DEUM & Israelem conjunctio indicatur*, ut in simili patet, *Actor.* 9. v. 4. *Gravver.* in Expos. Hebr. 1. p. 103.

Vers. 11. *Ut aquila excitabit nidū suū & super pullos suos incubabit, expandet alas sua, accipiet eum, portabit eum super alam suam.*

Videsis (1.) Metaphoram: *aquilam* enim ad *repræsentandam DEI erga populum suum beneficentiam*, Moses introducit. (2.) *Metonymiam continentis* pro contento: *nidus* namque pro *pullis*, qui adhuc sunt in nido, accipitur. (3.) *Enallagen* tum *temporis* futuri, *excitabit, incubabit*, &c. pro præsenti, *excitat, incubat* &c. tum numeri singularis, *alam suam*, pro plurali, *alas suas*. Vatabl. in Annot. ad h. l. pag. 455. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tractat. 3. can. 26. p. 314.

Vers. 12.

Vers. 12. *Dominus dux Israelis fuit, & non erat cum eo Deus alienus.*

Moses videtur *Amoso* contradicere: ille enim ait, *non fuisse Deum alienum cum Israele in deserto*; hic verò cap. 5. vers. 26. affirmat, *Israelitas in deserto secum portâsse Siccuth & Cibun Deastros suos*

Resp. Hebræum, עמו, *cum eo*, apud Mosen non referendum est ad vocem *Israel*, quippe cum quo vel maximè fuerunt *Dii alieni*; sed ad vocem, Dominus, ut sensus sit: Nullus Deus alienus fuit cum Domino, id est, *nullus Deus alienus adjuvit eum*, ut qui solus Israelem deduxit per desertum in terram Chanaan. Itaque Moses innuit, hoc beneficium Israelitas non debere *Diis alienis*, sed *unico vero Deo Jehova* acceptum ferre. *Osiand.* tom. 1. Paraphr. Bibl. p. 314. b. *Vatabl.* in Annot. Bibl. p. 456. *Jun.* tom. 1. oper. Theol. p. 612.

Vers. 13. *Equitare fecit eum super excelsa terra, & comedit proventus agri, & sugere fecit eum mel è petra, & oleum è silice petra.*

Est hic (1.) *Metaphora*, nam *equitare* notat *vehi & dominari*, sicut insidens eqvum gubernat; cum igitur *super excelsa terra vehere populum suum Deus* dicitur, eo ipso *divina* tum *defensio*, tum *exaltatio & glorificatio* innuitur. (2.) *Hyperbole: mel* enim *è petra, & oleum è silice sugi*, significat, *fuisse in Palæstina maximam abundantiam mellis & olei*; siquidem & *oliva* locis gaudent petrosis, & *apes* mellificant ubivis. (3.) *Pleonasmus*: E *silice petra*, h. e. è *petra* vel *silice*. Quanquam alii exponunt, *è rupe adamantina*, vel *petra durissima*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 456. *Jun.* ibid. p. 194. *Glass.* lib. 3. philol. Sacr. tract. 1. can. 32. p. 118. & lib. 5. tract. 1. cap. 11. p. 324. & cap. 12. p. 385.

Vers. 14. *Butyrum bovis & lac ovis, cum adipe agnorum, & arietes filios Basan, & hircos cum adipe renum tritici, & sanguinem uvæ bibes merum.*

Ecce (1.) *Enallagen* tum *numeri* singularis, *bovis & ovis*, pro plurali, *boum & ovium*; tum *temporis* futuri, *bibes*, pro præterito, *bibisti*. (2.) *Ellipsin* verbi: *Butyrū bovis*, subint. fecit comedere (3.) *Hebraismū*: nā Moses *arietes* vocat *filios Basan* i. e. pingves, utpote *enutritos & educatos in Basā*, regione *pecuosissima*, Num. 32. v. 4. (4.) *Metaphoram*: partim in *adipe*, pro *preciositate*; partim in *renibus* pro *granis*, quæ *renum* formam imitantur (utrumque verò conjungitur, quia *renes adipe* in animali operti sunt) partim in *sanguine*, pro *succo uvæ rubicundo*, instar *sanguinei coloris*, sumtis. *Ariæm.* in Bibl. p. 181. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 456. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 194. *Glass.* lib 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 6. p. 97. seq. cap. 9. m. 2. p. 191. cap. 11. p. 315.

Vers. 15. *Et impinguatus est rectus & calcitravit, impinguatus es, incrassatus es, operuisti, & dereliquit Deum, fecit eum, & vilipendit petram salutis suæ.*

In versu hoc occurrit (1.) *Metaphora*: nam *impinguatio* ad *homines, bonis à DEO ditatos*; *calcitratio* ad *hostem refractarium*, instar *equi indomiti*; & *petra* ad *refugium præsidiumque* transfertur. (2) *Synecdoche generis* pro specie: *Israel* enim dicitur ישרון, *rectus*. à ישר, *rectitudine*, ad quam à Deo vocatus, & in peculium adscitus est, etsi quàm longissimè à Deo recessit. (3.) *Enallage* personæ tertiæ & secundæ: *Calcitravit, impinguatus*, &c. (4.) *Ellipsis* tum nominis, *Operuisti*, scil. *pinguedine cor tuum*; tum pronominis, *Deum fecit*, pro, *Deum qui fecit*, &c. Ariœm. in Bibl. p. 181.

Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 456. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 194. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 2. observ. 16. p. 733. & lib. 5. tract. 1. cap. 10. p. 275. c. 11. p. 314. seq.

Vers. 16. *Zelare fecerunt eum in extraneis, in abominationibus irritaverunt eum.*

§. 1. *Zelus* DEO *ἀνθρωποπαθῶς* tribuitur, & *vehemens ira ejus adversus rebelles & idololatras* denotatur. §. 2. *Enallage numeri* est, quòd *singularis* vers. 15. mutatur, in *pluralem* v. 16. putà *dereliquit*, & *zelare fecerunt*. §. 3. Præpositio ב, IN, notat PROPTER. §. 4. *In extraneis*, subaudi, *Diis*. §. 5. *Abominationes* metonymicè dicuntur *cultus idolorum*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 456. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 194. *Glass.* l. 4. Philol. Sacr. tract. 2. observ. 26. p. 733. & lib. 5. tract. 1. cap. 7. p. 121.

Vers. 17. *Sacrificaverunt Dæmoniis, non Deo: Diis, non noverunt eos; novis, de propinquo venerunt, non timuerunt eos patres vestri.*

I. Redit huc (1.) *Ellipsis* pronominis: *Diis* subint. *quos*; & *Novis*, subaudi, *qui*. (2.) *Pleonasmus*: nāly *eos* post verbū, *noverunt*, abundat. (3.) *Metonymia subjecti* pro adjuncto: *Qui*, i. e. *quorum fama* venit &c. *Synecdoche speciei* pro genere: *patres* enim pro *majoribus* ponuntur. *Ariæm.* in Bibl. p. 181. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 456. *Jun.* ibidem p. 194.

II. *Bellarminus* l. 2. de Imagin. Sanctor. c. 13. negat, *Israelitas voluisse Deum verum in deserto colere in vitulo illo conflatili, eique sacrificare*; quòd *dicantur immolâsse Dæmoniis, & non DEO vero.*

Resp. Non benè judicat Bellarminus *idololatrarum Judæorum mentem* ex iis verbis, quæ *accommodatè* dicta sunt ad id, quod verum erat ex *præscripto Dei*. Verè enim *Dæmoniis* illi ipsi immolaverunt, & non *vero Deo*; sed non propterea sequitur, Judæos non putâsse, *Deum se colere in vitulo, eique sacrificare*. Atque hæc causa est, quare accusentur *immolâsse Dæmoniis*, quia verus DEUS non vult sibi sacrificium & cultum fieri per imagines. *Cham.* tom. 12. Panstr. l. 21. c. 11. 12. 21. & 25. p. 430.

Vers. 18. *Petra, genuit te, oblivisceris, & oblivioni trades DEUM creantem te.*

I. Continuatur (1.) *Metaphora*: nam *petra* notat *firmum perfugium*, estque DEI epitheton. (2.) *Ellipsis* pronominis, *Petra*, subaudi, *quæ*. (3.) *Enallage temporis* partim futuri, *oblivisceris*, pro præterito, *oblitus es*, partim præsentis, *creantem*, pro præterito, *qui creavit*. Ariœm. in Bibl. p. 181. *Vatabl* in Annot. ad h. l. p. 456. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 194.

II. *Enjedinus* in Explic. locor. V. & N. T. p. 337. arbitratur, vocem *primogeniti*, Coloss. 1. v. 15. significare *primam creaturam*, quòd *gignere & creare*, uti sæpe aliàs ita hic *ἐν παραλλήλῳ* ponantur.

Resp. (1.) Quilibet videt, collectionem fieri ex *puris particularibus*: Etsi enim hic apud Mosen idem esset *gignere* àc *creare*, non tamen sequitur, id quoque apud *Paulum* fieri, probandum siquidem est, *primogenitum* ibidem significare *primam creaturam*. (2.) Exemplum Adversarii nihil ad rem facit, oblitus es Domini *creatoris* tui, sed מחללך, *genitoris* tui. *Balduin.* in Explic. cap. 1. Epist. Coloss. q. 6.

III. *Bellarminus* l. 2. de Imag. Sanctor. cap. 13. adhuc censet, *Judæos non coluisse verum Deum in vitulo*, quoniam dicantur & *Deum reliquisse*, & *Dei oblitos fuisse*.

℞. (1.) Verè *Deus verus relictus fuit à Judæis*, cùm adoratus fuit vitulus, etsi in vitulo Deum ipsum adorarent: quia contra Dei mandatum id factum est, quo prohibebatur Judæis, simulacrum aliquod ad cultum DEI fabricare, *Levit.* 26 vers. 1. (2.) Judæi vitulum colentes dicuntur *oblivisci Deum*, non quoad *speculationem*, quasi Dei patrum suorum, à quo ex Ægypto deducti erant, planè non meminerint, siquidem contrarium extat, *Exod.* 32. v. 4. sed quoad *practicam & efficacem recordationem mandati divini*, de non colendo Deo alieno. *Exod.* 20. v 3. & 5. Qui autem *mandatum Dei* obliviscitur, *is ipsius Dei* obliviscitur; quemadmodum & Pontificii ejus sunt obliti. *Gerhard.* tom. 3. LL. CC. loc. 15. de Leg. moral. §. 92. seqq. *Cham.* tom. 2. Panstr. l. 22. cap. 11. num. 21. & 22. p. 430. *Ames.* tom. 2. Bellarm. Enerv. lib. 6. cap. 5. thes. 45.

Vers. 19. *Et vidit Dominus & sprevit, præ indignatione filiorum suorum & filiarum suarum.*

I. Nota (1.) *videre* DEO humanitus tributum, denotare *vindictam ejus*. (2.) Nomen genitivi casus significare causam efficientem: *Præ indignatione filiorum suorum & filiarum suarum*, h. e. *quam filii ejus, & filiæ ejus effecerunt, malefactis suis Deum* irritando. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 30. m. 1. p. 102. & lib. 5. tract. 1. cap. 7. p. 140.

II. Moses sibi *contradicere* videtur: nam Israelitas hoc loco vocat *filios Dei*; at vers. 5. vocaverat *non filios Dei*.

℞. Moses Israelitas vocat DEI *filios* respectu *vocationis*: *non filios* autem ratione *vitæ improbæ*. Jun. in Not. ad h. l. p. 194. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 30. p. 102.

Vers. 20. *Et dixit: Abscondam facies meas ab eis, videbo, quod novissimum eorum: nam generatio perversitatum ipsi: filii non fides in eis.*

En (1.) ἀνθρωποπάθειαν: *Deum* enim *abscondere faciem suam ab aliquo*, est, *gratiam denegare, & iratum se exhibere*. (2.) *Ellipsin* verbi substantivi: *Quid*, scil. *erit*: *Ipsi*, subint. *sunt*; & *non fides*, scil. *est*. (3.) *Enallagen* abstracti, *perversitatum*, pro concreto, *perversitatibus dedita*. Jun in Not. ad h. l. p. 194. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 105.

Vers. 21. *Ipsi Zelare fecerunt me in non DEO, concitârunt me in vanitatibus suis; & ego Zelare faciam eos in non populo, in gente stulta irasci faciam eos.*

I. Recurrit modò (1.) ἀνθρωποπάθεια: *Zelus* enim, DEO tributus innuit *vehementem ejus iram adversus rebelles*. (2.) *Hebraismus*: quo ב alias IN, notat PER, בְּלֹא־אֵל, *per non populum*, בְּגוֹי, *per gentem*. (3.) *Metonymia adjuncti* pro subjecto: nam הבל, *vanitas*, accipitur, pro *idolis vanissimis*. (4.) *Synecdoche generis* pro specie: *Non populus*, scil. *peculiaris Deo*, ut Ethnici fuerunt, Hose. 1. v. 20. Rom. 10 vers. 19. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 194. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 1. observ. 5. m. 7. p. 669. lib. 5. tract 1. cap. 4. m. 1. p. 52. & cap. 7. p. 121.

II. Nonnulli *Deum peccati causam* statuunt, quod *ipse Judæos ad æmulationem quandam invidiosam provocaverit*.

Resp. Hæc Mosis verba non sic accipienda sunt, quasi *Deus ipse efficaciter in Judæis excitet æmulationem istam perversam*; neque enim Dei propositum erat, Judæos solicitare ad defectionem à gratia, quin potiùs modis omnibus ad regni sui cœlestis hæreditatem ipsos tentabat allicere, dicente Christo, *Matth.* 23. vers. 27. Sed ideo sic loquitur Dominus apud Mosen, quia, dum gentes in gratiam suam recipit Dominus, ex hoc ipso beneficio gentibus exhibito Judæi *ansam arripiunt invidiæ*, ut hæc misericordia Dei Judæis sit offendiculo, ut potiùs scientes & volentes perire, & gratiam Dei projicere velint, quàm ferre, ut gentes quoque in ejus gratiæ communionem admittantur. Et hoc est, quod dicit Dominus: *Ego ad æmulationem provocabo eos per gentem, quæ non est gens*, &c. id est, *per vocationem gentium*, quæ olim non erant populus meus, sed gens stulta, & à vero cultu religionis aliena. *Hun.* tom. 4. oper. Lat. p. 98.

Vers. 22. *Quia ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima, & comedet terram & fructum*, &c.

I. Nota hic (1.) ἀνθρωποπάθειαν: nam *ignis* vocatur *Deus*, præcipuè ob *iram adversus peccata*, quæ absumit peccatores, ac *ignis* stipulas. (2.) Προσωποποιΐαν: *comedere* enim tribuitur *igni* consumenti. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. c. 8. p. 181. cap. 9. p. 203.

II. *Petrus Galatinus* l. 6. de Arcan. catbol. verit. c. 7. pro *limbo Patrum* V. T. urget nomen *inferni inferioris*: *Si enim*, inquit, *datur infernus inferior, utique etiam superior, videlicet limbus*.

Resp. (1.) *Infimæ partes terræ* inferno assignantur, non ratione *loci*, sed ratione *conditionis ac status*. (2.) Adjectivum illud תַּחְתִּית, non est διαιρετικὸν, infernum inferiorem à superiore distinguens; sed ἐπιταλικὸν, statum & conditionem inferni describens. *Gerhard.* tom. 8. LL. CC. loc. 29. de mort. p. 179. p. 319.

Vers. 24. *Consumti fame & exesi caumate, & excidio amarô: & dentem bestiarum mittam in eos, cum veneno reptantium terræ.*

Offert sese (1.) Metaphora: *exedere* enim est *absumere*, instar *panis*. (2.) *Enallage numeri* singularis, *dentem*, pro plurali, *dentes*; & substantivi, *terræ*, pro adjectivo, *terrestrium*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 457. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 194.

Vers. 26. *Dixi: Angulabo eos, cessare faciam ex homine memoriam eorum.*

Redit huc (1.) Metaphora: *Angulabo* eos. h. e. *dispergam* eos in extremitâte terræ: פֵּאָה enim propriè *extremitas ædificii* vel *conclavis* est. (2.) *Enallage* numeri singularis, *homine*, pro plurali, *hominibus*. Vatabl. & *Iun.* ibid. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tr. 1. cap. 12. p. 389.

Vers. 29. *Utinam saperent & intelligerent, ac novissima providerent.*

Papistæ volunt, *hominē post lapsū verè adhuc esse liberi arbitrii in iis rebus, quæ pertinent ad salutem, adeò ut eas possit operari & non operari; quòd Deus optet ut homo bona spiritualia faciat*: quod autem Deus optat, ut homo faciat, id est in ejus potestate.

℞. Est Sophisma à *non causa*: Non enim, quia *Deus optat, ut faciamus*, ideò *nostris viribus* possumus facere, quin imò idem hic locus docet, nos *ex nobis* bona opera præstare non posse; verum optat Deus propter *alias causas*. (1.) quia bona opera probat. (2.) quia à nobis requirit. (3.) quia nostri est officii ea præstare. (4.) quia non delectatur creaturæ interitu. *Scharp.* tom. 2. Curs. Theol. p. 546. object. 10.

Vers. 30. *Quomodo persequeretur unus mille, & duo fugarent myriadem? Si non, quia*

petra

petra eorum vendidit eos, & Dominus conclusit eos.

Usurpatur hic (1.) *Synecdoche speciei* pro *genere*: nam & *mille* pro *permultis*, & *myrias* pro *maximo numero* ponuntur. (2.) Ellipsis: *Si non*, scil. *sit*, (2. Ἀνθρωποπάθεια: tum quia *petra* DEUS dici tur. conbilis sibi, h. e. *certissimi & invictissimi auxilii largitor* (petra enim ob *altitudinem & soliditatem* inexpugnabilis est) tum quia *venditionis* voce *traditio in potestatem hostium* notatur, à Deo irato facta, sicut apud homines *res vendita* in aliorum jus arbitriumq; transeunt. *Jun* in Not. ad h. l. p. 194. *Glass.* lib. 5. Philol. Saer. tract. 1. c. 9. p. 131. & cap. 8. p. 183.

Vers. 31. *Non enim est Deus noster, ut Dii eorum; & inimici nostri sunt judices.*

Bellarminus l. 4. de Not. Eccles. c. 16. nugatur, *Adversariorum confessionem esse certam veræ Ecclesiæ notam*, quoniam *Moses provocet ad inimicorum judicium de vero Israelitarum Deo.*

℞. (1.) Confessio inimicorum de veritate religionis Israeliticæ non est *absoluta*, sed tantum κατά τι & *certo quodam respectu* profertur: siquidem *Deum Israelitarum* Diis gentium longè potentiorē esse, ipsæ gentes, vi veritatis & intuitu portentorum coactæ, inficiari haud potuerunt: at in *omnibus aliis controversiis* veritati *semper* testimonium præberi ab adversatiis, affirmari nequit, proinde non est nota *perpetua*. (2.) Neque est testimonium *universale*: non enim *universi* inimici veritati dant testimonium; quoniam aliqui sunt adeò obstinati, ut manifestæ veritati contradicant. (3.) Faciliùs verò dari potest, si non tam de *aperta confessione oris*, quàm de *interiore cordis & conscientiæ* intelligatur; quarè sic non est *notior* nota Ecclesiâ. *Eckard.* par. 1. Pand. controv. Pontif. cap. 8. q. 7. not. 13. p. 424. seq. *Cham.* tom. 5. Panstr. l. 2. cap. 16. num. 1. & 2.

Vers. 34. *Nonne hoc reconditum apud me? sigillatum in thesauris meis.*

Reperitur (1.) Ellipsis: *Reconditum*, scil. *est*. (2.) Ἀνθρωποπάθεια: nam *thesauri*, DEO tributi, de *ultione ira divina* sumuntur, idq; præcipuè ob *dilationem ex longanimitate* DEI; ea enim in *thesauro* reponi solent, quorum usus non in *præsenti*, sed *futuro* est, &c. *Ariæm.* in Bibl. p. 182. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 160.

Vers. 35. *Mihi vindicta & retributio, in tempore nutabit pes eorum, quia propinquus dies exitii eorum, & festinat futura eis.*

I. Continuatur (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Mihi*, scil. *est*. (2.) *Metaphora*: nam *pedis nutatio* significat *pericula & calamitates*. (3.) *Enallage numeri* singularis, *festinat*, pro plurali, *festinant*, q. d. *unumquodque futurorum* seu *eventuum festinat*. Ariœm. in Bibl. p. 182. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 458. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 349.

II. *Anabaptistæ* negant, *licitum esse Magistratui politico bellum suscipere*, cùm *Dei sit vindicta*, bellum autem species vindictæ.

Resp. (1.) Vindicta *Dei* & vindicta *publica Magistratus* non sunt *opposita*, sed *subordinata*: vindicta enim publica, quæ legitimè per *Magistratum* exercetur, est etiam *Dei* vindicta, *Numer.* 31. vers. 3. *Psalm.* 18. vers. 48. 2. Paral. 19. v. 6. Paral. 19. vers. 6. *Rom.* 13. v. 4. Invertimus igitur argumentum: Deus vindictam ab hostibus suis quandoque sumit *immediatè*, quandoque verò *mediatè* per Magistratum; ad quam posteriorem exercendæ vindictæ speciem etiam pertinent *bella legitima*, 1. Sam. 15. vers. 3. (2.) Adversarij sibi contradicunt: concedunt enim in V. T. fuisse bella licita; ergo dictum illud Dei non potest opponi *bellis legitimis*, quæ sunt vindicta publica. *Chemnit.* par. 2. LL. CC. loc. de Vindict. quæst. 1. p. 125. b *Gerhard.* tom. 6. LL. loc. 27. de Magistr. Polit. §. 387. m. 1. p. 1159. *Thumm.* tract. Theol. de Bell. p. 129. m. 1.

III. *Photiniani* improbant *defensionem vitæ*, etiam *inevitabilem*, quòd *Deus inculcet*, *suam esse vindictam*.

℞. Dictum hoc de *vindicta DEO committenda* neutiquam tollit *necessariam vitæ defensionem*, quia in V. T. permissa fuit necessaria vitæ defensio, *Exod.* 22. vers. 2. nimirum quando quis destitutus fuit *defensione Magistratus*. *Brochm.* tom. 2. System. Theol. art. de Leg. cap. 11. sect. 4. q. 3. p. 134.

Vers. 36. *Quia judicabit Dominus populum suum, & super servos suos pænitebit eum: quia videbit, quòd abierit manus & nihil retentum & derelictum.*

Habes hic (1.) Hebraismum: *Dominus judicabit populum suum*, h. e. *ulciscetur populum suum de inimicis suis*. (2.) Ἀνθρωποπάθειαν: *pœnitentia* enim, DEO tributa, notat *divinam commiserationem* & *pœnarum ablationem*. (3.) *Metaphoram*: nam *manus*, (quà proximè opera perficiuntur) pro *viribus & robore* sumitur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l p. 458. *Glass.* lib. 5. Philol. Saer. tract. 1 cap. 7. p. 119. & cap. 12. p. 343.

Vers. 39. *Videte nunc, quòd ego ego ipse, & non Dii mecum; ego mori faciam, & vivere faciam: transfixi, & ego sanabo, & non de manu mea eruens.*

I. En (1.) Metaphoram: *Videte*, h. e. *attendite* seu *considerate*. (2.) Epizeuxin: *Ego ego*, i. e. *ego solus & non alius mecum*, seu *non habeo parem & consortem Deitatis*. (3.) *Ellipsin* verbi substantivi, *Ego ipse*, scil. *sum*; & *eruens*, sc. est, h. e. *qui eruit*. (4.) *Enallagen temporis* præteriti, *transfixi*, pro futuro, *transfigam*. Ariœm. in Bibl. p. 182. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 458.

II. *Sabellius* contendit, *Patrem, Filium & Spiritum Sanctum esse unam personam*, quòd *Filius & Spiritus Sanctus*, quia Deus, *non sit alius à Patre*, cùm *alius à Patre non sit Deus*.

Resp. Hæc duo differunt, *alius Deus*, & *alia persona divina*. Ex testimonio allato rectè concluditur, quòd Filius & Spiritus Sanctus non sint *alius Deus* à Patre; non *tamen*, quòd non sint *alia persona* à patre. *Becan.* in Theol. Schol. par. 1 tract. 2. c. 3. q. 1. n. 6. p. 209. 2.

Vers. 40. *Nam levabo ad cœlos manum meam, & dicam: Vivens ego in seculum.*

Recurrit nunc (1.) Ἀνθρωποπάθεια: *humanitus* enim *DEUS* dicitur *levare manum suam ad cœlos*, i. e. *jurare*; jurantis enim mos est, *manum suam ad cœlos levare*, Gen. 14. vers. 22. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Vivens*, scil. *sum*, h. e. *vivo*. Ariœm. in Bibl. p. 182. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 194. *Glass.* lib. 5. Philol. Saer. tract. 1. cap. 7. p. 110.

Vers. 41. *Inebriare faciam sagittas meas ex sanguine, & gladius meus comedet carnem, de sanguine occisi & captivitatis, à capite nudationum inimici.* Εὐφράνθητε οὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ.

I. Videsis (1.) *Prosopopœiam:* nam & *inebriare* tribuitur *sagittis DEI*, quippe qui sangvinem per hostes, terræ immissos, affatim effudit, ex justa ira & nemesi; & *comedere* gladii *interimenti*. 2.) *Enallagen* tum *numeri* singularis, *occisi* & *capite*, pro plurali, *occisorum* & *capitibus*, tùm abstracti, *captivitatis*, pro concreto, *captivorum* & *denudatorum* inimicorum. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 458. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 195. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap 9. p. 196 & 203.

II. *Theodoretus* lib. qq. in Deuter. quæst. 4. docuit, *versum hunc in Hebræo fuisse omissum*, qui tamen extet in *versione Græca* LXX. Interpp.

Resp. Non in *Hebræo textu* detractionem, sed in *Græca versione* superfluam additionem agnoscimus, quales additiones etiam tum alibi, tum hoc ipso capite, v. 43. occurrunt, adeò ut *Pagninus* in Isagog. c. 9. sibi persvadere nequeat, versionem illam esse LXX. *Interpp.* Itaque nemo miretur, ipsam nimiùm extolli à *Theodoreto*, cum *Hebraicam veritatem* non calleret. *Glass.* l. 1. Philol. Sacr. tract. 1. par. 2. sect. 2. obj. 13. p. 82. seq.

Vers. 43 *Laudate gentes populo ejus, quia sanguinem servorum ulciscetur, & vindictā retribuet in hostes eorum, & propitius erit terræ populi sui.*

I. Nota *Ellipsin* præpositionis: עַמּוֹ, *populo ejus*, pro אֶת־עַמּוֹ, *cum populo ejus*. Rom. 15. v. 10. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 195. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 6. can. 16. not. 2. p. 565.

II. *Bellarminus* l. 4 de Not. Eccles. c. 17. docet, *infelicem exitum eorum, qui Ecclesiam oppugnant, certam veræ Ecclesiæ notam esse.* quia *DEUS*, *etsi puniat suos, & flagellet*, tamen tandem *projiciat virgam in ignem.*

℞. Nota hæc non est *notior* Ecclesiâ, sed in *dubio* relinquit animum: nam (1.) Deus quidem punit hostes Ecclesiæ, sed *non semper* in hac vita, verum maxima ex parte ad *judicium extremum* istam punitionem differt, 2. *Thess.* 1. vers. 6. (2.) Multorum, qui in Ecclesia *Pontificia* vivunt, exitus est tragicus, ergo *illi* non sunt in *vera* Ecclesia, ex hypothesi Bellarmini. (3.) Etiam *sanctissimi Dei martyres* judiciô mundi miserabilem sortiti exitum fuerunt. Proinde ex mortis qualitate *absolutè & simpliciter* certi quippiam de ejusdem infelicitate concludi nequit. *Eckard.* par. 1. Pand. C. P. c. 8 q. 7. not. 14. *Gerhard.* tom. 5. LL. CC. loc. 25. de Eccles. §. 296. p. 1298. seq. *Scharp* tom. 2. Curs. Theol. p. 1853. obj. 1. *Cham.* tom. 5. Panstr. l. 2. c. 17. o. 1.

Vers. 47. *Quia non verbum inane ipsum præ vobis, sed ipsum vita vestra, & in verbo isto prolongare facietis dies super tellurem, quam vos transeuntes Jordanem illuc, ad possidendum eam.*

Moses utitur (1.) Hebraismo: *Verbum inane ipsum præ vobis*, h. e. *res vilior est vobis.* (2.) Ellipsi: *Præ vobis*, subint. *quàm ut eam audiatis & suscipiatis.* (3.) *Metonymia effecti* pro causa: *vitam* enim pro *causa vitæ* accipit. (4.) *Enallagen* temporis præsentis, *transeuntes*, pro futuro, *mox transituri estis.* Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 459. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 195. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 2. m. 3. p. 27.

Vers. 50. *Et morere in monte, quem tu ascendens illuc, & aggregare ad populos tuos, quemadmodum mortuus est Aharon frater tuus in Hor monte, & aggregatus est, &c.*

Habetur hoc loco (1.) *Enallage* modi imperativi, *morere* & *aggregare*, pro futuro indicativi, *morieris* & *aggregaberis*: neque enim mandari poterat mors, quæ in potestate *Mosis* non erat, sed *Domini*, morti eum tradentis, *Deut.* 34. v. 5. seq. (2.) *Hebraismus:* nam *aggregari ad populos suos*, Hebræis est *mori*, quæ vox illius ἰξάγωγος est. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 459. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. can. 43. m. 1. p. 358.

Vers. 51. *Super quod prævaricati estis in me in medio filiorum Israel in aquis jurgii Cades deserti Sin, &c.*

Controversias hujus loci vide diremtas in Vindic. *Numer.* 20. v. 12. m. 1. & 21.

CAP. XXXIII. v. 1. *Et hæc benedictio, quâ benedixit Moses vir Dei filiis Israel ante mortem suam.*

§. 1. *Et hæc*, scil. *est* κατ' ἔλλειψιν. §. 2. Nomine, *vir Dei*, propheta, à Deo missus, & Spiritu Dei actus, exprimitur: nam *spiritu Prophetico* benedicit Moses, & res eventuras precatur. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 459. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 195. *Glass.* lib. 3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 34. m. 4. p. 126.

Vers. 2. *Et dixit: Dominus de Sinai venit, & ortus est è Sehireis; illuxit è monte Paran, & venit à decem millibus sanctitatis, à dextera ejus ignis lex eis.*

Ecce (1.) *Enallaxin:* nam מִן, aliàs DE, ponitur pro בְּ, in voce, מִסִּינַי, *in Sinai*; & pro עִם, cum, in vocula מֵרִבְבֹת, *cum myriadibus*, LXX. σὺν μυριάσι. (2.) *Metaphoram*, à *Sole* sumtam, qui initio lucem præmittit, postea oritur ipse, tandem terras collustrat. (3.) *Synecdochen speciei* pro genere: *myriades* enim seu *decem millia* pro *maximo numero* usurpantur. (4.) *Enallagen* tum abstracti, *sanctitatis*, pro concreto, *Sanctorum*, putà *Angelorum*, quorum catervis stipatus est. *Habac.* 3. v. 3. *Act.* 7. v. 53. *Galat.* 3. v. 19. tum substantivi, *ignis*, pro adjectivo, *igneo*. Ariæm. in Bibl. p. 182. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 459. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 195. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 1. observ. 4. p. 663.

Vers. 3. *Etiam diligit populos, omnes sancti ejus in manu tua, & ipsi conjuncti sunt ad pedem tuum, accipiet de eloquiis tuis.*

I. Moses utitur (1.) Ἀνθρωποπαθείᾳ: nam *Deo* tribuit tum *manum* ob *fortem & gratiosam protectionem*; tum *pedem*, ob *præsentiam in Ecclesia*, sumtâ *Metaphora* à *ritu discipulorum*, qui pedibus præceptorum assident, Act. 22. vers. 3. (2.) Ellipsi: *Omnes sancti*, scil. *sunt*; & *accipiet*, subint. *quisque.* (3.) *Enallage* pronominis relativi, *ejus*, pro antecedente, *Israelitis*. Ariæm. in Bibl. p. 182. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 460. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 195. *Glass.* lib. 5 Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 115.

II. Nonnulli ex *Calvini* asseclis censent, non sequi, *Christo juxta humanam naturam, eò quòd sedet ad dextram Patris, infinitam obtigisse majestatem, necesse certo in loco:* siquidem *in manu Dei sint omnes sancti ejus*, nec tamen *iis* infinita majestas DEI obtingat, sed certo sint in loco.

Resp. Est magna *dissimilitudo*: nam (1.) aliud est *manus*, & aliud, *dextra DEI*, sensu licet non *Grammatico*, tamen *Theologico* & Scripturæ. *Manus* enim latiùs patet *dextera* Dei: unde de *hac manu* etiam dicitur, 1. *Sam.* 5. vers. 7. quòd *aggravata sit super Philistæos*, id quod nunquam de *dextra DEI* dicitur. Deinde *manus Dei* hic significat *gratiosam Dei protectionem, tutelam* ac *defensionem*, quomodo etiam sumitur, *Joh.* 10. vers. 29. at *dextera*

tera Dei, ad quam Christus sedet, significat *divinam omnipotentiam*, cum *præsenti dominio in cœlo ac terra*, 1. Cor. 15. vers. 25. In *illa* sunt omnes sancti DEI, non item in *hac*, propriè loquendo. (2.) Aliud est, *esse in manu DEI*; & aliud *sedere ad dextram DEI*. quorum *hoc* soli Christo homini competit, *Hebr.* 1. vers. 13. *illud* omnibus sanctis DEI commune est. *Osiand.* in Enchir. controv. *Calvin.* cap. 6. q. 3. obj. 4. p. 156. seq. *Reinec.* tom. 2. Panopl. Theol. p. 77. b. *Gerhard.* tom. 8. LL.CC. loc. de mort. §. 160. p. 275. *Thumm.* de Majest. Christ. Διατριβ. p 209.

Vers. 5. *Et fuit in recto Rex, in congregando se capita populi, pariter virgæ Israel.*

In versu hoc deprehenditur: (1.) *Synecdoche generis* pro specie: nam per ישרון, *rectum*, intelligitur *populus Israel*, sic dictus à ישר, *rectitudine*, ad quam a Deo vocatus, & in peculium adscitus est, etsi quàm longissimè ab ea discessit. (2.) *Ellipsis* adverbii: subauditur enim כ similitudinis ante nomen מֶלֶךְ. *Rex*, ut sit, *sicut Rex*, quia *Regis munus* Moses obiens, populum gubernabat ideo Legem eis tulit. (3.) *Metaphora*: siquidem *capita* notant *primores*, & *virga*, tribus. *Ariæm.* in Bibl. p. 182. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 460. *Jun.* in Not. ad eund. loc. p. 195. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 2. observ. 16. p. 733. Confer lib. 5. tract. 1. cap. 12. p. 337. & 398.

Vers. 6. *Vivat Reuben, & non moriatur, & sint viri ejus numerus.*

Ecce (1.) *Ellipsin*; nam ex membro præcedente particula negativa ἀπὸ κοινοῦ repetenda est, ut quæ in sequens comma vim suam extendit: *Et sint*, pro, *& non sint*. (2.) *Enallagen* substantivi, *numerus*, pro adjectivo, *numerabiles*. Ariœm. in Bibl. p. 182. *Jun.* in Not. ad h. l. p. 195. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 2. observ. 10. p. 720.

Vers. 7. *Et hoc ipsi Jehudah, & dixit: Audi Domine, vitam Jehudah, & ad populum suum introduces eum: manus ejus contendit sibi, & auxilium ab angustiatoribus ejus erit.*

Redit huc (1.) *Synecdoche partis* pro toto: nam *Jehudah* nominatur, & unà *Simeon* intelligitur, cujus tribus tribui Judaicæ accensita erat, & possessio ejus per hanc diffusa, *Josu* 19. vers. 1. unde factum est ut expeditiones bellicæ inter has tribus essent communes, *Iudic.* 1. vers. 3. (2.) *Ellipsis* verbi. *Ipsi Iehudah*, scil. *precatus est*. (3.) *Enallage* tum *modi* indicativi, *introduces*, pro imperativo *introduc*; tum *numeri* singularis, *contendit*, pro plurali, *contendunt*. (4.) *Metaphora*: *manus* enim pro *viribus & robore* sumuntur. *Ariœm.* in Bibl. p. 182. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 360. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 195. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 17. m. 1. p. 462.

Vers. 8. *Et ad Levi dixit: Thummim tui, & Vrim tui viro pio tuo, quem tentâsti eum in tentatione, contendere fecisti eum super aquas contentionis.*

§. 1. ל pro, ללוי, *de Levi*, non, *ad Levi*: est enim apostrophe ad DEUM. §. 2. *Vrim & Thummim* synecdochicè notat *totum ministerium Sacerdotale*. §. 3. *Viro pio tuo*, scil. *erunt*, κατ' ἔλλειψιν, quo innuitur *Aharon*, penes quem depositum erat Sacerdotale munus continuandum in posteris. §. 4. Pronomen, *eum*, post verbum *tentâsti*, pleonasticè apponitur: redundat enim. §. 5. *In tentatione*, metonymicè dictum, pro, *in loco tentationis*. §. 6. *Contendere fecisti*, i. e. *permisisti contendere*, &c. Ariœm. in Bibl. p. 182. *Vatabl.* in Annot ad h. l. p. 460. *Iun.* ibid. p. 195.

Vers. 9. *Dicens patri suo, & matri suæ: Non vidi eum, & fratres suos non agnovit, & filios suos non recognovit: quia custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum servabunt.*

I. Habetur hoc loco (1.) *Metonymia causæ* pro effectu: nam הִכִּיר, *agnoscere*, idem est, ac *curare*; cujus etiam significati est יָדַע, *recognovit*. (2.) Ellipsis: *Custodierunt*, scil. *homines Levitica tribus*, Moses & Aharon. (3.) *Enallage temporis* futuri, *servabunt*, pro præterito, *servârunt*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 460. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tr. 1. cap. 1. m. 3. p. 13.

II. *Stapletonus* in Promptuar. Moral. ad Dom. 1. Epiphan. loc. 4. p. 15. vult, *liberos sine parentum consensu vitæ Monasticæ licitè se posse mancipare: hanc enim esse benedictionem tribus Leviticæ in figura Sacerdotii N. T. & maximè status Monastici, qui in causa cultus divini nesciant parentes suos.*

Resp. Non agitur ibi de *honore parentibus debito*, sed vel de *vera religione*, vel *de jussionibus divinis*, quæ sectari decet, relictis omnibus, quæ vel parentes vel cognati objicere possunt: in his enim plus obediendum est DEO, quàm hominibus, Actor. 5. v. 29. *Balduin.* de Casib. consc. l. 4. c. 14. cas. 12. p. 1239. b. *Glass.* l. 2. Philol. Sacr. par. 1. tract. 2. sect. 4. art. 5. p. 464.

III. *Medina* l. 1. de Sacror. homin. contin. c. 56. vult, *Clericos* N. T. *ita debere divinis rebus addictos esse, ut uxores nec ducant nec habeant*; cùm & *Levitæ in V. T. nescire debuerint filios suos*, id est, *non habere liberos*.

Resp (1.) *Nescire filios suos*, hic non est, *non habere liberos*, alioquin quomodo dicent Levitæ, se *nescire filios suos?* nam & *uxorati* erant. liberosque gignebant; sequeretur insuper, *Sacerdotes non debere habere parẽtes & fratres*, cùm æquè *ipsos nescire* debeant. Nam si dixerint Levitæ liberis suis, *nescimus vos*, & tamen uxorati fuerunt, atque adeò usi sunt uxoribus, ergo illud dicere liberis suis, *nescio vos*, non significat, *non uti matrimonio*. (2.) De Levitis *propriè* & in sensu *literali* hic agitur, qui, interprete *Lyrano*, quem & sequitur *Cornelius à Lapide* ad hunc locum, non alio nomine dicuntur *scivisse parentes, fratres & liberos suos*, quàm quia *promiscuè omnes*, qui vitulum aureum adorârant, occiderint, nullô habitô sangvinis respectu, perinde àc si eos non vidissent, & non novissent. Alludi enim hic ad historiam illam & Levitarum facinus, quod refertur *Exod.* 32. v. 27. & 28. testantur *Iacobus Bonfrerius* & *Leonhardus Marius* in Comment. h. l. *Nescire* ergo hic est, *non fuisse apud* Levitas, *nullum personarum in illa moscholatrarum internecione respectum*: sed quid hoc ad *Pontificum cœlibatum?* *Chemnit.* par. 3. Exam. Concil. Trid. p. 495. 2. *Osiand.* in Enhir. controv. Papist. c 21. q. 2. obj. 12. p. 267. Gerhard. l. 2. spec. par. 2. Confess. Cathol. p. 116. seq. *Brochm.* tom. 2. Syst. Theol. art. de Vot. c. 2. q. 4. p. 4024. obj. 3. *Cham.* tom. 3. Panst. l. 17. c. 7. n. 8. 11. 13.

Vers. 10. *Docebunt judicia tua Iacobo, & legem tuum Israeli; ponent suffitum in naso tuo, & holocaustum super altare tuum.*

Videsis (1.) *Metonymiam causæ* pro effectu: nam *Iacob & Israel* ponitur pro *ejus posteris*. (2.) Ἀνθρωποπάθειαν: *nasus* enim DEO tribuitur, dum de *odoratu ejus metaphorico* sermo est. LXX vertunt, ἐνώπιόν σου, *coram te*. Vatabl. in Annot. ad h. l. p. 460. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 7. p. 107.

Vers. 11.

Verf.11. *Benedic Domine potentia ejus, & opus manuum ejus velis: transfige lumbos insurgentium ejus, & odio habentium eum, ne surgant.*

Est hic (1.) *Metonymia adjuncti* pro *subjecto*: nam חֵיל, *potentia* pro *copiis sacris* ponitur, quas inter diversa erant ministeria, *Num.* 4.verf.3. (2.) *Metaphora*: *lumbos* enim *alicujus transfigere*, est, *robur ejus demere*. (3.) *Hebraismus*: siquidem vocula מן A`cum futuro, יְקוּמוּן, *surgent*, significat, NE: *Ne surgant*. Jun. in Not. ad h.l. p.195. *Glass.* lib. 4.Philol.Sact.tract.1.observ.4.m.1.n.4.p.655. Confer lib.5.tract.1.cap.4.m.1.p.54.&c.12.p.344.

Verf.12. *Ad Benjamin dixit: Dilectus Domini habitabit in fiducia, tegens super eum tota die, & inter humeros ejus habitavit.*

§.1. *In voce* לְבִנְיָמִן. positum est ל pro עַל. *De Benjamin*, non, *ad Benjamin*. §.2. *In fiducia*, h.e. *confidenter*, Hebræorum more. §. 3. *Humerus*, de *terra*, Benjaminitis attributa, usurpatur, estq; idem, àc *medium regionis*, sumtâ metaphorâ ab *avibus*, quæ humerum involant, eiq; insident. §. 4. *Habitavit*, per Enallagen dictum, pro futuro, *habitabit*. Vatabl. in Annot. ad h l. p. 460. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p 195. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap.12.p.342. Confer. *Glass* lib. 4.Philol Sacr. tr 3. observ.14.m. 2. p.838. locum hunc allegoricè exponentem.

Verf. 15. *Et de capite montium antiquitatis, & de deliciis collium secali.*

I. Observa (1.) *Metaphoram*: nam *caput* pro *re præstantissima* accipitur. (2.) *Enallagen* abstracti pro concreto: *Antiquitatis*, i.e. *antiquissimorum*. (3.) *Synecdochen totius* pro *parte*: siquidem עוֹלָם, *aeternum*, idem est, àc, *jam olim ab initio mundi*. Vatabl. in Annot. ad h.l. p. 461. *Iun.* in Not. ad eund. loc. p. 195. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 12. p. 337.

II. A`Θεοι arguunt, *mundum aeternum duraturum esse*, quòd *colles vocentur aeterni*; *colles* autem sint *partes mundi*.

℞. Colles dicuntur *aeterni*, non *absolutè*, aut quòd nunquam cœperint, quod negat David, *Psal.* 89.verf. 2. aut quòd nunquam habituri sint finem, quod inficiatur Johañes, *Apoc.* 20.v.11. sed *determinatè*, ob constantem durationem, ut qui cum initio mundi cœperint, & cum fine mundi desituri sint. Nam עוֹלָם non semper in Scripturis denotare *absolutam durationis perpetuitatem*, sed non rarò designare *longam*, sed finitam, *durationem*, legere est *Exod.* 21.v.6. *Deut.* 15.v.17. *Levit.* 25. v. 40. *Ierem.* 25. v. 9.11. *Gerhard.* tom.9. LL. CC. loc. 32. de Consummat. seeul. §.17.p.353. m 2. *Brochm.* tom. 2.Syst.Theol.art.de Consumm. sec.cap.2.q.2.p. 7005. obj. 2.

Verf. 17. *Quasi primogeniti tauri pulchritudo ejus, & cornua* &c.

I. Quidam è *Calvini* sectatoribus judicant, non esse inusitatum, *verbis Testamentariis figuras inesse*, ut hic in Mosis testamento; atq; inde concludunt citra ullam absurditatem dici, *testamentaria Cœnæ verba figuratè efferri*: qua de re vide Vindic. Gen. 49.v.9.

II. *Iudæi* in suo Thalmud fabulantur, in dicto *Esa.* 32.verf. ult. per *pedem bovis* intelligendum esse *Messiam*, filium *Ioseph*, distinctum ab altero Messia, filio *David*; quòd *ille dicatur primogenitus bos Ioseph, ejusq; decor.*

℞. Interpretatio hæc *contorta* est, neq; unquam probari potest, per *pedem* bovis notari *unum Messiam*, nempe *filium Iosephi*. Nam etsi Moses in illa benedictione Josephi prædicit, pulchritudinem sive gloriā ejus futurā instar *primogeniti tauri*, nihil tamen hoc facit ad cōfirmandū *distinctū quendam Messiam, ab altero Davidis filio diversum*. Nam ipsi quoque Judæorum antiquorū Rabbini nō *duos diversos Messias*, sed *duos distinctos ac diversos adventus unius numero ejusdemq; Messiæ* intellexerunt: ita ut per *Filium Josephi*, humilitatem, ac mansvetudinem; per *filium Davidis* nobilitatem, àc regnū ipsius notarent. *Hutter.* in LL. Theol. p. 855. seq.

Verf. 19. *Populos montem vocabunt, ibi sacrificabunt sacrificia justitiæ: quia affluentiam marium sugent, & occulta absconditorum arenæ.*

In textu hoc reperitur (1.) *Ellipsis* præpositionis: *Montem*, pro, *ad montē*. (2.) *Synecdoche generis* pro *specie*: nomine enim *montis* intelligitur *Zion*, ubi colendus erat Deus. (3.) *Enallage* abstracti, *justitiæ*, pro concreto, *justa*, i.e. *eucharistica*, ut jus requirit. (4.) *Metonymia* tum *subjecti*, pro *adjuncto*; nam *affluentiam marium sugere*, est, *marinis bonis ac mercibus abundare*: tum *adjuncti* pro *subjecto*; *arena* siquidem pro *mari* est. (5.) Pleonasmus: *Occulta absconditorum arenæ*, h.e. *abscondita arenæ*, nim. *thesauros maris*. Ariæm. in Bibl. p.183. *Vatabl.* in Annot ad h.l. p. 461. *Jun.* in Not. ad eund. loc.p.196. *Glass.* lib.3. Philol. Sacr. tract. 1. can. 32. p.119.&lib.5.tract.1.cap.3. m. 2. p.38.

Verf. 26. *Non sicut Deus, o recte, equitans cœlos in auxilium tuum, & in majestate sua nubes.*

Occurrit (1.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Non*, sc. *est*. (2.) *Synecdoche generis* pro *specie*: per יְשֻׁרוּן enim, *rectū*, intelligitur *Israel*. (3.) Ἀνθρωποπάθεια: nam *equitatione*, DEO attributâ, *gloriosa ejus operatio* innuitur, quam in cœlis exerit, in tempestatibus, & aliàs. *Ariæm.* in Bibl p 183. *Glass.* lib. 4. Philol. Sacr. tract. 2. observ. 16. p. 733. & lib. 5. tr. 1. cap. 7. p. 144.

Verf. 28. *Et habitabit Israel confidenter solus, fons Jacobi, ad terram frumenti & musto, etiam cœli stillabunt rorem.*

Recurrit modò (1.) *Metonymia causæ* pro *effectu*: nā *Israel* pro *populo Israelitico* ponitur. (2.) *Metaphora*: *Fons Jacobi*, h.e. *populus Israeliticus*, qui ex *Iacobo* ortum ducens, perpetim, instar perennis fontis seu scaturiginis, permanebit. (3.) *Hypallage*: ordo enim inversus est: *Habitabit Israel confidenter solus, fons Iacobi*, pro, *Habitabit Israel, fons Iacobi, confidenter solus*. (4.) *Synecdoche totius* pro *parte*. *Cœli ejus*, i.e. *pars cœlorum*, quæ respondebit terræ il i. *Vatabl.* in Annot. ad h. l.p.462. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 1. p. 6. seq. & cap. 10. p. 260.

CAP. XXXIV. v. 5. *Et mortuus est ibi Moses, servus Domini, in terra Moab, ad osculum verbi Domini.*

Quidam censent, *Mosen in osculo Domini fuisse mortuum*, cùm idipsum Scriptor hic disertè affirmet.

℞. Traditio hæc non ex ipso *textu Hebræo* est, sed ex *Targum Jonathæ Uzielis*, qui authenticum textum, עַל־פִּי vertit, *ad osculum verbi Domini*, cùm vertere debuisset, *juxta os Domini*, h.e. *juxta verbum Domini*. Glass. lib. 5. Philol. Sacr. tract. 1. cap. 1. m. 2. p. 8.

Verf. 6. *Et sepelivit eum in valle, in terra Moab, contra domum Peor, & non cognovit quisquam sepulchrum ejus usque ad diem hanc.*

Ecce (1.) *Ellipsin* nominis: *Et sepelivit*, subint. *Dominus*; quæ vox ex v. 5. repetenda. (2.) *Metonymiam causæ* pro *effectu*: nam *Moab* pro *populo Moabitico* ponitur. (3.) Hebraismum: *Non cognovit usque ad diem hanc*, h. e. *nunquam cognitum fuit* sepulchrum Mosis, *nec unquam cognoscitur in hoc seculo*. Jun. in Bibl. p. 196. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 463. *Glass.* lib. 5. Philol. Sacr. tract. 5. can. 12. m. 2. p. 456.

II. *Bellarminus* l. 2. de Reliq. Sanctor. cap. 3. statuit, *ossa Sanctorum cultu religioso esse veneranda*, quòd *Deus ipse corpus Mosis honorârit, dum illud propriis manibus sepelivit*.

R. (1.) Jesuita ἀσυλλογίστως à *genere non distributo* ad certam speciem argumentatur: nos enim disputamus de reliquiarum *adoratione*; ipse verò adducit medium de earundem *honore*. Atqui nemo nostrûm unquam honorem debitum corporibus Sanctorum denegavit. (2.) Hoc exemplô honesta saltem probatur *humatio* non religiosa *adoratio*: neque enim Deus proposuit corpus Mosis *religioso cultu honorandum*, sed *sub terra abscondit*. Hoc etiam *honoris genere* corpora Sanctorum defunctorum honoranda esse, docemus, quo *Deus corpus Mosis honoravit*, ea videlicet terræ mãdando, tanquam omnium nostrum matri, *Syrac.* 40. v. 1. (3.) potiùs locus iste pugnat contra Bellarminum, quam pro illo: siquidem ideo sepultum est Mosis corpus locô omnibus ignotô, *ne illud populus Judaicus*, aliàs φιλείδωλος, *religiosè coleret*, uti ex disputatione *Michaelis Archangeli* cum *Diabolo* de corpore Mosis colligit *Chrysostomus* homil. 5. in Matth. Alioquin si Deus prostare voluisset corpus Mosis *in cultum religiosum*, neutiquam illud locô omnibus ignotó sepelivisset.

Bellarminus l. 2. de Reliq. Sanctor. c. 4. regerit, occultatum fuisse Mosis sepulcrum, quia *populus Judæorum eo tempore propensissimus fuerit ad idololatriam*, sed *post captivitatem Babylonicam*, qvum populus non amplius coluit idola, Deus illustraverit sepulchra aliorum multis miraculis, & gratum habuerit cultum, qui ossibus eorum exhibebatur.

Resp. (1.) Si singularis fuit propensio illius populi *ejus temporis* ad idololatriam, quid sibi voluit, quòd Moses ipse tàm honorificè tractavit *ossa Josephi*, ut Bellarminus inde *venerationem* concludi posse putet? quare etiam ad *ossa Helisæi* miraculum tam insigne paratum fuit, ut inde *venerationem* ipsis debitam fuisse, Bellarminus contendat? (2.) *Post Babylonicam captivitatem populum Israeliticum non amplius idola coluisse*, nec *periculum idololatriæ ipsis metuendum fuisse*, gratis dicitur. Num enim existimabimus, cultum divinum magis ab idololatria defecatum, ac minori cum idololatriæ periculo conjunctum fuisse, quando post captivitatis tempora, præter Haggæum, Zachariam ac Malachiam, nullos amplius habuerunt *Prophetas*: ... a doctrinæ sinceritate magis magisq; quotidie ... cesserunt, quàm quando continuâ seriè Prophetæ ad repurgandum divinum cultum ad ipsos missi fuerunt? (3.) Si sepulchra quorundam adeò illustrata fuerunt miraculis *post captivitatem Babylonicam*, idque *venerationis* causâ, mirum est, hujus rei nullum fieri mentionem in toto N. T.

2. *Ideo quoque corpus Mosis in sepulchro ignoto occultatum fuisse, ne à Judæis coleretur pro Deo; idem verò periculum nunc non esse in reliquiis Sanctorum aliorum.*

Resp. (1.) Nullum erat periculum, *ne corpus Moysis pro Deo Israelitæ colerent*: neque enim cassum animâ cadaver pro *vero & vivo cœlô & terræ creatore* ipsos adorare voluisse, ullomodo veri simile est, cùm crassa illa, stupida ac rustica idololatria ne quidem in *Gentiles* cadat. (2.) Quanquam *Bellarminus* cap. 16. confirmat ex Damasceno, fuisse aliquos Christianos, qui *imagines*, quasi *Deos*, adorarent: quod si verum est, quidni & *reliquias*? (3.) Illud verò metuendum erat in Judæis, ne *religioso Mosaicarum reliquiarum cultu verum Deum se colere posse ac debere cogitarent*, cum Deus per hoc electum ac salutare organum multa miracula perfecerit, ac multa beneficia ipsis præstiterit: hoc igitur periculum ut anteverteretur, Deus sepulcium Moysis absconditum esse voluit. *Reinec.* tom. 3. Panopl. p. 184. seq. *Gerhard.* tom. 8. LL. CC. loc. 29. de Morte. §. 100. p. 169. 170. seq. & §. 109. p. 194. seq. Item lib. 2. spec. Confess. Cathol. par. 2. p. 676. seq. arg. 2. *Eckard.* par. 1. Pand. controv. Pontif. cap. 13. q. 5. obj. 2. p. 588. *Brochm.* tom. 2. System. Theol. art. de Leg. c. 7. q. 4. obj. 2. p. 62. *Cham.* tom. 2. Panstr. l. 10. c. 9. §. 4. p. 412. *Ames.* tom. 2. Bellarm. enerv. l. 6. c. 4. thes. 18. p. 218. seq.

Vers. 7. *Et Moses filius centum & viginti annorum moriendo eum, non caligavit oculus ejus, neq; fugit viror ejus.*

I. In versu hoc habetur (1.) Hebraismus: *Filius* enim *centum & viginti annorum*, Hebræis est, *natus centum & viginti annos*. (2.) *Ellipsis* verbi substantivi: *Annorum*, sc. erat. (3.) *Enallage numeri* singularis, *oculus caligavit*, pro, *oculi caligaverant*. (4.) *Metaphora*: *Non fugit viror ejus*, h. e. *facies erat ei semper succulenta*. Jun. in Bibl. p. 196. *Vatabl.* in Annot. ad h. l. p. 461.

II. Ἐναντιοφανὴς hujus loci conciliatum in Vindic. *Deut.* 31. v. 2.

Vers. 10. *Et non surrexit ultrà Propheta in Israel, sicut Moyses.*

Autor hic contradicere videtur Christo: *ille* enim pronunciat, *non surrexisse ultrà Prophetam in Israel, sicut Moses*; hic verò *Matth.* 11. vers. 11. affirmat. *non surrexisse inter natos mulierem majorem Johanne Baptista.*

Resp. Utrumq; est verum, sed *diversô respectu*: nam Moses *Prophetarum* V. T. est maximus, Iohannes autem maximus est *Doctorum* N. T. cujus inchoator fuit, & præcursor *Messiæ*, digitis ipsum commonstrans, *Joh.* 1. vers. 29. *Walther.* in harm. Script. p. 215.

FINIS VINDICIARVM PENTATEVCHI.

Index Secundus.

Locorum communium, rerum & verborum.

Nos

 de-

FINIS.